Digitized by the Internet Archive
in 2016

https://archive.org/details/tractatusdecessi00oleguat

3A
27

DOCTORIS

ALPHONS DE OLEA

Stephani TRACTATVS Fidelis.

DE CESSIONE IVRIVM, ET ACTIONVM.

Stephani

Fidelis



UNIVERSIDAD FRANCISCO MARROQUIN
BIBLIOTECA DE
JOSE CECILIO
DEL VALLE

✠

DVLCISSIMO,

SANCTISSIMO,

ET DIVINO NOMINI

IESV

ANGELORVM GLORIÆ,

HOMINVM SALVTI

INFERORVM TERRORI

SALVATORI CLEMENTISSIMO.

SVVS INDIGNVS SERVVS

Alphonſus de Olea.

In laudem immaculatæ Conceptionis
Deiparæ, & ſemper Virginis

MARIAE,

In ſuęq; & ſuorum, perpetuę ſeruitutis teſtimonium
Opuſculum hoc humilitèr offert.
AEterna Fide conſecrat.

⁂

DVLCISSIMO.

SANCTISSIMO.

ET DIVINO INFANTI

IESV

ANGELORVM DELICIIS.

NOVO

SALVATORI NATO

MARIAE

DON Fr. Iuan Merinero por la gracia de Dios, y de la Santa Iglesia de Roma, Obispo desta Ciudad de Valladolid, Prior y señor de la villa de Iunquera, del Consejo de su Magestad. Por quanto por parte del Doctor don Alonso de Olea Cathedratico de Prima de Canones en la Vniuersidad Real desta dicha Ciudad, y Abogado en la Real Chancilleria della se nos ha hecho relacion, que tiene escrito vn libro, que intitula tractatus de cesione iurium, & actionum. Cometemos al señor Doctor D. Garcia de Bargas y Caruaxal, del Consejo de su Magestad, y su Iuez mayor de Vizcaya en dicha Real Chancilleria, que le vea, y dè su censura, para que con ella vista procedamos à dar licencia para la impression, por lo que à Nos toca. En Valladolid à 1. de Diziembre de 1650. años.

Fr. Iuan Obispo de Valladolid.

CENSVRA.

CLARISSIMI, ET SAPIENTISSIMI D.D.D. GARCIAE de Bargas, Caruaxal, à Consiliis Hispaniarum Regis Philipi Quarti, & in eius Regio Vallisoleti Senatu, Cantabriæ summi Magistratus dignissimi.

EX COMMISSIONE.

ILLVSTRISSIMI PRÆSVLIS VALLISOLETANI.

DE iurium, & actionũ cessione tractatũ, à meritissimo, ac genere nobilitato vndequaque D.D. Ildephonso de Olea Primario Iuris Pontificij dignissimo antecessore, & in Pintiana Curia causarũ patrono, pro cliẽtũ tutelari ab omnibus murali, & clypeo quæsito, auidè, & enixè litium securi quæritato. *Nec deerit qui te per compita quærat nollentem.*

Cupidus legi, & libentiùs relegi, ac recõditæ Iurisprudẽtiæ thesauros euolui, ac flores cessionũ delibaui, quibus indigesta moles quòvsque, & à politioris notæ interpretibus relicta, in lucẽ habita, velut à fœcundissimo agmine eius doctrinæ, ac eruditione præpolita, iam non tenebrosæ caliginis, sed potiùs luminaris radiantis *cessionum materia*, nomenclaturam promeretur.

Nec longo fatiauit lumine vsu.

Nec saturaret vnquàm, etsi in dies eius lectione nutrirer, siquidẽ tot margaritas, quot literas possidens, se ipsum celebrem, & immortalem constituit, & æternitati traditum ex sui factoris gentilitio prouocat aspicientem, *Olea*, quasi *è legat*. Quis nãq; simile appẽsam habuerit fortunã, quòd eam non lucrabitur? quis non inuidet gloriã? sed quis non cedet cessioni, & cessionis magisterio.

Quem legis, vt noris accipe posteritas.

Nihil inueni quòd Catholicis institutis, ac puris moribus aduersetur, quin potiùs actoris eximiam eruditionem, & ingenium commendat: et Iuris professorum vtilitati consulitur, si publicâ luce donetur. Nõ solùm typis mandari, sed immortalitatis Adamantinis punctionibus excussum autumo. Gratetur Vallisoletana Minerua, & faueat operi, perpetuam acclamationem habituro. Vallisoleti die 30. Decembris 1650. *D.D. Garcia de Bargas Caruaxal.*

NOS el Doctor D. Garci Perez de Vlloa, Prouisor, Oficial, y Vicario General desta Ciudad de Valladolid, y todo su Obispado, por su señoria el señor D. Fr. Iuã Merinero, Obispo desta Ciudad, y Obispado, del Cõsejo del Rey nuestro señor, &c. Vista la aprouacion hecha por el señor D. D. Garcia de Bargas del Consejo de su Magestad, y en virtud de remission del señor Obispo. Damos licencia por lo que à Nos toca al Doctor D. Alonso de Olea Cathedratico de Prima en la Vniuersidad Real desta Ciudad, para que se imprima el libro q̃ tiene escrito, q̃ intitula *tractatus de cessione iurium, & actionum*. Valladolid à 16. dias del mes de Enero de 1650.

Doctor Garci Perez de Vlloa.

CENSVRA.

PRÆSTANTISSIMI, ET ERVDITISSIMI D.D. D. Bernardi de Zeruera, Regia, & Suprema Curia Pratoris laudatissimi: deinde in Supremo Indiarum Senatu meritissimi Consiliarij.

EX COMMISSIONE.

SVPREMI CASTELLÆ SENATVS.

IVSSV supremi Castellæ Senatus perlegi tractatum *de cessione iurium, & actionum*, Doctoris D. Ildephonsi de Olea, Primarij Interpretis Iuris Canonici meritissimi in Pinciana Vniuersitate, qui omnes quæstiones, quæ ocurrere possunt in materia cessionũ, maturo ingenio elaborauit: proindè cùm nihil contra Fidem, vel bonos mores cõtineat, eũ prælo mandari posse iudico Matriti die 6. Maij 1651.

D. Don Bernardo de Zeruera.

SVMA DEL PRIVILEGIO.

TIENE priuilegio de su Mageſtad el Doctor don Alonſo de Olea Cathedratico de Prima de Canones de la Vniuerſidad Real de la Ciudad de Valladolid, y Abogado de ſu Real Chancilleria, para imprimir el libro intitulado *tractatus de ceſſione iurium, & actionum*, con las penas en el contenidas contra los que le imprimieren, o vendieren ſin ſu licencia: como parece del original deſpachado en el oficio de don Diego de Canizares Arteaga Secretario de ſu Mageſtad. Dado en Madrid à 13. de Iunio de 1651.

TASSA.

ESTA taſſado à quatro marauedis el pliego deſte libro por los Señores del Real Conſejo. En Madrid a 18. de Mayo, de mil y ſeyſcientos y cinquenta y dos, y tiene ciento y nouenta y cinco pliegos.

ERRATA.

PAG. 1. lin. 20. agredimur, lege aggredimur, fol. 5. n. 9. optimè, lege optimus, fol. 6. n. 18. notitia, leg. notitiam, f. 7. n. 34. contrahes, leg. contrahens, p. 14. ante n. 81. Pintiani, leg. Granatenſis, p. 57. n. 61. loquntur, leg. loquitur, fol. 69. n. 49. integr, a leg. integram, f. 73. n. 12. facta, leg. facta, f. 82. n. 35. lin. 1. renunciare, leg. renunciare, pag. 89. n. 47. ſolum, leg. ſolum, fol. 95. n. 19. affigendo, leg. affigendo, p. 96. n. 27. teſtameto, leg. teſtamento, pag. 97. n. 31. quam, leg. quem, f. 107. n. 13. incurrat, leg. incurrit, p. 108. n. 18. fruſtaretur, leg. fruſtraretur, pag. 115. n. 11. leg. 238. pag. 124. lin. 1. qui, leg. quæ, fo. 180. n. 25. exprimantur, l. exprimuntur, pag. 344. n. 3. proſit, leg. poſſit, pag. 439. n. 12. concluſionem, leg. concluſionum, pag. 465. cognitio, leg. cognito, fol. 630. n. 18. factum, leg. factam, pag. 736. n. 1. partes, leg. partis.

Liber hic Doctoris Domini Alphonſi de Olea in Pinciana Academia Iuris Pontificij Primarij antecеſſoris, cuius titulus eſt *de ceſſione iurium, & actionum*, his mendis ſuo exemplari fideliter reſpondet. Vallitoleti die 8. Aprilis, anno Domini 1652.

M. Fr. Ludouicus Fernandez de Tapia.
Vniuerſitatis Corrector.

ADHORTA-

ADHORTATVR IVRISPRV-DENTIÆ CVLTORES, AD PRÆCLARVM HOC OPVS EVOLVENDVM.

LIC. D. SANCTIVS DE VILLEGAS.

MAIORIS SANCTÆ CRVCIS COLLEGII PVRPVRATVS. INCLYTÆ ACADEMIÆ PINTIANÆ RECTOR, ET DECRETORVM PERPETVÆ CATHEDRÆ MODERATOR.

DESTE huc mecum sacræ Themidis initiati Antistites, adeste candidati; et Persarum ritu surgentem hunc solem adorate. Aureum, inquàm, Ildephonsi Primarij nostri fœtum, imò germanam Astreæ prolem, quæ non secùs post tot emeritæ pridē lucis principes faces recens emicat sidus, atque

Post minora
sidera Phœbus.

Adeste ergo, et si oleam sertis redimitam Apollini aliquandò sacratam meministis, id euenire modò arbitramini, cùm meliorem videtis *Oleam* tot victoriarū Pintiano in puluere laureis circumornatam surgere, non tàm Phœbo sacram arborem, quàm ipsiusmet Phœbi genuinum in terris simulachrum. Nam (vt planè quid sentiam proferam) quod Sol in cœlo, hoc liber iste in Iurisprudentiæ firmamento. Vnicus ille, & sua singularitate pretiosus. Singularis & iste. Nam quid eius materię selectius? Quid à communi sapore remotius? Argumentum profectò elegit multa nocte inuolutum, et quod pauciſsimi scriptorum, iique quasi per nubem duntaxat prospicientes digito tantùm cōmōstrarunt; in id tamen vberiori quodam lumine sic se se noster Auctor effudit, vt quasi Phœbea lampade penitissi-

Plutarchus in Theseo.

tissimos eius sinus, recessusque explorarit. At Sol humanis commodis deuotum sidus est noster verò Ildephonsus nè in hoc quidem cedit, nàm per opportunũ & vtilem, si quis alius in toto iure, campum nactus, sic in eo decurrit, vt ad legentium duntaxat vtilitatem, velut ad præcipuum scopum, collimare videatur. Sol præterea Mundi ornamentum est, vniuersi concordia, quo occidente Orbis moritur, exoriente renascitur; at Ildephonsus, quàm fideliter Phæbi sui premit vestigias vt abditissima quæque iuris arcana luce felicissima donat, & vetustatis squallore detersa peregrinum in nitorem restituit. Vt in immensum offusas difficultatum nebulas, sententiarumque ex aduersò concurrentium turbulenta certamina legitimo veritatis radio dirimit.

Hesiod. *Velut alter Apollo*
Litibus è cœlo nostris datus arbiter

Mercurius Trismegistus ad Tacit. Quid plura? Sol demùm, vti Mercurius ait: *Vnus omnibus imperat, & ad omnia valet.* An vnus hoc in opere Ildephonsus, quæ munera non obit? Reseranda sunt iurium ænigmata? OEdipus est. Concilianda opinionum disidia? Pantarba fit. Soluendi legum nodi? reperies Alexandrum. Euoluendi inextricabiles labyrinthi? inueniſti Theseum. Pungendi sunt aduersarij? in cuspidem acuitur. Illustranda plusquàm Cimmeria Imperatorum verba? in lucem spargitur. Denique non tot in tride colores, quot docti Iurisperiti dotes vno in hoc opere mirifica varietate colludunt. An non hæc Solis munera sunt? an non satis inter se disidentia? Audeo equidem dicere, quòd si insitum mortalibus ingenium, quo præsentia fastidio, vetera veneratione prosequimur, aliquandò fas esset exuere, liquidò miraremur omnes (& adhuc mirabuntur quàm plurimi) perspicuitatem Scæuolæ, Vlpiani iudicium, amœnitatem Calistrati, Papiniani subtilitatem, vnum in hoc opus fœderato velut agmine confluxisse. Ergo

qui-

quicumque puriorem illam legum sapiẽtiam præpetum instar Aquilarum inconniuentibus oculis explorare contenditis, huc aduolate: toro, medius fidius, vos Sole satiabitis. Huc Tyrones confluite; inuenietis vestræ imbecillitati aptatam subseruire sapientiam: huc prouecti, videbitis adolescentem hunc Phębum viuidiora lucis incrementa plenis, pronisque manibus propinantem. Huc demum conuolate Didascali, adspicietis meridiè fulgentẽ hunc Solem, cũ pulcherrimos quaqua versùs in radios se se totum dispẽdit: & euiscerat. Huc omnes, omnes ociùs accurrite, et si mitibus illecebris suis vos sapientia pertrahit, iucundissimos ab hac *Olea* fructus decerpite; si signum & auspicium victoriæ (nam & olim fuisse legimus) gestare continentèr optatis, huius florentes ramos in coronam componite. Imò si, quod postremum est, ipsam Palladis gratiam potentiori Thessalis Philtro deuincere percupitis, arborem istam, cuius quot folia, tot miracula, non vt Hesperides fictis, sed aureis verè frugibus affluentem, colite, sertis cingite, et quod plus voueo, Dædalæum hoc opus.

Pyerius Valerianus in Hyeroglyp.

Nocturna versate manu, versate diurna. *Horatius.*

Sed quid ego vmbratili exercitatione in vobis adhortandis diutius immoror? Agnoscitis Ildephonsum, agnoscitis Antagonisten tot Academico in puluere lemniscatis adoreis oneratũ nõ magis, quã ornatũ. Vidistis illũ, vt primus & in Sole, & in acie assiduus per quatuor lustra pugil Pintianã fatigauit arenã. Hic idẽ ille est, nè eũ adire vereamini, quẽ toties cõspexistis se de sapientiæ fastigio demittentẽ, vt rudiori inuẽtuti liquidiores doctrinæ latices ministraret. Hic ille est, inquẽ formãdũ nobilitas, prudẽtia, virtus, vrbanitas miro fçdere cõuenerũt; sed quod miremini, nõ nobilitas superciliũ, nõ prudentia fastidiũ; sed nec horrorẽ in eo virtus, aut cõrẽptũ vrbanitas ingenerauit: ita enim virtutũ culmẽ possidet, vt quod in ipso non apparet, ipso

veluti

veluti iurē vitij ſaltim ſuſpicionem incurrat. Hiccine, Iuriſprudentiæ cultores, huius operis Auctor eſt, ſuſpicite vos, colite, amate.

Et tu interim Ildephonſe clariſsime, æquo animo feres, quæ de laudū tuarum pelago ſummo tenùs ore libauero: nàm durum eſt in laudem alicuius ferri nō poſſe abſque vulnere laudatę virtutis, ſed durius mihi profectò foret, vt fallaci quadā pietate modeſtiæ tuæ conſulerem, debitum & amicitiam noſtram vulnerare. Ita ſanè æquo Marte diſcedimus, nec modeſti tu viri, nec fidelis ego amici muneri defui: nam & æquum erat, inter plurimas, quæ hoc opus conſequentur commēdationes, pro virili parte, et me quoque conſuluiſſe. Interim, vt abſolutiſsimi operis laudes compendio abſoluam, certus auguror vates, fore vt de illo, quod de Phidiæ ſimulachro, dicatur: *Simùl aſpectum, & probatum eſt.*

DOCTOR

DOCTOR D. ILDEPHONSVS DE LLANO ET VALDES, IN MAIORI Sanctæ Crucis Collegio Togatus, & in Valliſoleti Academia Veſpertinæ Iuris Pontificij perpetuæ Cathedræ Anteceſſor.

DE OPERE DOCTORIS D. ILDEPHONSI de Olea, Primarij in eadem Academia Iuris Pontificij digniſsimi Anteceſſoris, deque ipſo Auctore Lectorem monet, & inuitat.

SISTE parumper Lector optime, et vt moseſt, hortum aliquem, viridariumvè ingreſſuris, fontium elegantiam, varietatem florum, conſitoriſque in diuidendis areis dexteritatem è ſublimi proſpectare, vt earum viſu pellecti, audiùs hortum penetrent, florumque pulchritudinem impenſiùs examinent: ſic tu priuſquàm opus iſtud introſpicias, eius pulchritudinem, Auctoriſque artem foris perpende: nam enim vtramque rudi quamuis, & vaſtiori quàm par erat penicillo tibi adumbro, timanrem imitans, qui quod exprimere non eſt auſus, velo texit. Etin primis opus ipſum viridariũ eſt amœniſsimũ, in quo nõ ſolos flores, ſed ſuauiſsimos fructus reperies, nec flores tuti plebeiue ſunt; ſed noui, ſingulares, & ſpecioſi, quos nec Hybla, nec Hymettus ferũt: vernãt quidẽ flores, & ſuauiſsimũ interfructus odorẽ ſpirãt, vt Primario noſtro. 1. *Homerici ſenis mella profluere, & quæ ſcribit cõplere apes, & innectere videãtur.* Ebulliunt etiã liquidiſsimi fontes, clariſsimaq; Iuris prudentiæ fluenta, et clauſas intùs opes ſponte elargiuntur. En habes, amice Lector, non ſellulariam, ac tribialem (vt aiunt) doctrinam, ſed qualem Marci Catonis, illiusvè antiquitatis fuiſſe memorant, electam, ſolidam. En obſtrutiſsima quæque Iuris eruta luci reddita. In decidendis ſalebroſis, longèque grauiſsimis quæſtionibus en habes rediuiuum Papinianum. Patet aditus ad intima ſenſa difficillimarum legum, dicam liberè, ſed verè, quæ Cimmeriis tenebris inuoluebantur, enodia, denubilata prodeunt in lucem.

1. Plin. lib. 4. ep. 3.

2 ------- *Clauſtriſque ſolutæ*
Triſtibus, exangues audent procedere leges.

Claud. de bello Getico.

Atque niridâ iam veſte pellucent, quæ tectæ priùs Endromidis ſoloce iacebant, ſqualebantque. Enantiophana illa, quorum conciliatio meliores ſapientia legalis coripheos cedere compulit, aut cedere, aut vrere, aut ſecate: in hoc ipſendido *ceſſionum tractatu*, ſuperata cedunt, & ſincerâ veritate, fœdere certo amicata, victa triumphant: non iam vt anteà cicatricibus deformia, ſed clarâ fronte, rectoque ſupercilio omnibus ſe paſsim exibent: ipſaque Iurisprudentia (quaſi ob conuerſos hoſtes) doctiſsimo Oleæ noſtro, texente Mineruâ, Oleaginã porrigit coronã, Ciuicam Iuſtinianus, tanquam vindici, tanquàm aſſertori magno Imperatoria Maieſtatis non leuitèr attritæ.

Miraueris

Miraueris non magno volumine tot iura comprehensa, pro merito suo expensa, pro votis explanata. Nec minùs gratiam consitoris nostri, dexteritatēq; miraueris induuidendis areis huiusce viridarij, tàm aptè enim, tàm concinnè omnia disponit, atq; discriminat, vt cùm res ipsæ pretiosissimæ sint, plus ab arte, quam à natura habere videātur: et vt dempris figuris, inuolucrisque verborum loquar cum Plinio. 3 *Opus hoc est pulchrum, validum, aere, sublime, varium, elegans, parum, figuratum, speciosum, & cum magna laude diffusum*, perlege, sponsor adsum, pigebit nunquam, 4 *videbis quàm apta, quàm expressa ad hunc gustum totum tibi librum re-promitto*. In eo eruditio doctrinam non eneibat; sed iuris seueritatem mitigat; non ad ostentationem, sed adornatum est: et Iurisprudentiæ peplum sparsis opportunè floribus reddit pulchriorem.

3 Plin. lib. 4. ep. 20.

4 Idem. lib. ep. 27.

Materia sat nobilis, in qua vix vlla difficilis in iure non intercurrit; et ipsa difficillima, obstrusa, senticosa; digna sanè viuido Auctoris nostri ingenio, genioque. Etsi non noua, nec intacta hactenùs, tamen à nemine vel ex professo, vel pro dignitate tractata, cùm valdè vtilis, ac necessaria sit, in quo non modicam laudem ipse sibi vindicat. enimverò sicùt facilius est, per tritum, latumque iter, quàm per angustam, intritamque semitam incedere; sic etiam tractatas, sæpiusque inculcatas materias aliquantulùm promouere, quàm de nouo discutere, atque enucleare. Hāc Auctor sic ventilat, sic examinat, vt nihil aliis addendum relinquat. Nec solùm scrupulosō, proprioque scholarum modo eam pertractat; sed vtili, actiuo, & ad praxim accommodatissimo: et mehercle mirum est, ita subtiliora euicerare *Oleam* nostrum, tanquam his solùm oleum, operamque impenderet. Virum tot alioquin forensibus negotiis impeditum, ac distractum, quæ summo plausu suscipit: *Et* 5 *senili, plenegue conuenienti auribus Patrū; sensuum, & verborum proprietate tuetur*, omnium admiratione, *qui*

5 Symac. lib. 1. ep. 89.

6 Petron. in fragm. carmin.

6 *Causas orare solent, legesque, forumque,*
Et pauido cernunt inclusum corde tribunal.

Ecquidem quod Plinius secundus de auunculo suo, Auctori nostro optimè accommodatur. *Miraris* 7 (inquit) *quòd volumen istud, multaque in eo tàm scrupulosa absolucrit, miraueris magis, si scieris, illum causas actitare, mediumque tempus distentum, impeditumque officiis maximis.*

7 Plin. lib. 3. ep. 5.

Iam series, methodus, ordoque tractandi materiam: distentus, pulcher, benèque cohærens est. Intra cuiusque quæstionis cancellos omnia ediserit; distinctè, & ordine ad singula respondet: non per aliena diuagatur, nulla extranea marmora operi interlocat; sed omnia è propriæ materiæ lapidicinâ cædit, effert; probè omnifariam complanat, linitèr ad extremas oras, ad vngem perpolit, coæquat, operi conlocat. *Non* 8 *inæqualitate aspera* (vt ait Lucius) *vel lenitate lubrica, vel angulis eminula, vel rotundo volubilia, sit e regulæ correctione, aut mensuræ paritate, aut perpendiculi solertia*, sed omnia miro ordine perpolita, executa, suisque locis aptè accommodata, egregiè, examussim composita, omnia, inquàm, ad rē & in rem scripta; extra nihil, in quo eruditio & doctrina maximè nitet. 9 *Nam inuenit ea præclarè, enunciare magnificè, interdum etiam barbarismos disponere aptè, figurare variè, nisi eruditis negatum est*, teste Plinio optimo scriptorum censore. Sententiam in quam inclinat solidè fundat, firmissimè roborat, non solùm iurium, Doctorumque maximo pondere, sed validissimis rationum momentis. Ad argumenta si qua occurrunt, Visinus est,

8 Apulei. lib. de Deo Socratis.

9 Lib. 3. ep. 15.

qui

qui, vt inquit Olaus Magnus, omnium aduersantium telorum aciem solo aspectu ad hebetudinem redigebat. lib. 3. gentium septentrion. cap. 16.

Stylus, ac dicendi modus ex ipsis Iurisprudentiæ fontibus cum doctrinâ coniuiuitus; ad veterum I.C. exemplum adeò elaboratus, vt suum aiant iure Quiritum. Ita est doctus, grauis, compositus, eruditus, excussus, ingeniosus, in quo nil expositum, nil vulgatum, nil sit tribiale, seù verba, seù sententias expectes. Latinus, & castus, elegantem præse in dolem ferens, 10 *quæ sola* (vt inquit alibi Symachus) *ætate nostra monetam latiaris eloquij Tuliana incude finxit* Elaboratus (qualẽ Politianus laudat) *in laboratoque simulis, hoc est, ita latenter, ita dissimulanter cultus, vt in eo se forma, non cultus ostentet, facilis idem profluens, numerosus, non anxiè, non molestè diligens; sed ita tamen vt plus eo quoque pacto Veneris habeat, qualis Apelleis est color in tabulis*; ille denique, *quem*, 12 vt ipse ait politissimè, *recondita eruditio, multiplex lectio, longissimus vsus diù quasi fermentauit*, in quo. 10 Symmach. lib. 1. ep. 4. 11 Politian. lib. 6. epist. 5. 12 lib. 8. ep. 16.

13 *Se se varios in vultus facundia diues*
Induit, & vasto nunc torrens impetu fertur
Fluminis in morem, suo nunc aret in albo,
Nunc se se laxat, nunc spatiata coercet,
Nunc inculta docet, nunc plena renidet
Floribus. 13 Idem

Hæc omnia, Ildepõhse nobilissime, in opere tuo mirè resplendẽt, et quæ in aliis sparsa cernimus, in eo sedent colligata; imo nullus ita affectauit singula, vt tu imples omnia: nam

14 *Inueniat quod quisque velit, non omnibus vnum est*
Quod placet; hic spinas colligit, ille rosas.
In te cuncta probat si quisquam cernere possit. 14 Petrõ infragm. carmin.

Omnium desiderium si hocce opus extincturum dixero, haut multùm dixero: in quo vno seuerioris doctrinæ apices inter vernates leniorum disciplinarum flosculos tanto distinctionis decore lucent, tàm amicabili amusitati iudicij nexu eminent, vt nec prudentia, sibi non sedula vindicet, nec Musæ, quod non auidæ ament, vix inueniant; ita penè genus doctrinæ nullum, nulla disciplina, in qua (vt Censorius alter ille Cato) hic vir doctissimus, non sit apprimè versatus, tãquàm si in vna qualibet sola elaborasset; vt mihi (nec immerito) *non vnus homo* 15 (veluti Plinio I.C. Aristo) *sed omnes litere, omnesque bonæ artes in vno homine summum periculum adire videantur*. Liceat è sanctissimo ore verba mutuare sapientissima, nec præter rem, nec præter fas. *Quod disciplinæ genus non ealuit? imò quod non ea excellentia caluit, tanquàm ipsi vni animum adiecerit? siquidem omnes comprehendit, vt nullus vnam, sic ad summũ singulas, vt alias nihil omninò videatur curasse.* 15 lib. 1. ep. 22. 16 Greg. Nacianc. in oratio. Magn. Basilij.

Haut dubito Lector optimè, quin doctissimum *Oleam* nostrum, quasi ex vngue Leonẽ, ex hoc scripto iam plenè noscas; quippe (vt ait Sidonius) *ita mẽs patet in libro, veluti vultus in speculo*. Enimverò alias præclarissimas animi dotes nescio an ita plenè noueris, verùm noscere debes: est enim probitate morum, quantùm ingenij elegantia monstrabilis. 18. *Nil est illo grauius, sanctius, doctius. Nil eo* 19 *fidelius amico, aut sodale iucundius, mira in sermone, mira etiam in ore ipso, vultuque maiestas, comitas, suauitas*. Eius egregiam indolem, singularem prudentiam, maturum iudiciũ, multisciamque literaturam impensè diligo, summè veneror, non mediocritèr admiror: quanquàm fortè me nimis admirabundum existimabis, quippè 17 lib. 7. ep. vlt. 18 de Aristone suo Plin. lib. 1. ep. 22. 19 de Voconio lib. 2. ep. 13.

quippè cùm nouitas tantùm cæteris admirationem parere soleat: ego verò etiam ea, quæ ex assiduo quo vtimur litterarum commilitio, in Ildephõso meo iam diù mihi notissima sunt, ex penitissima qua iungimur amicitia longè degustata, videar admirari; sed re vera talia sunt, quæ quò notiora eò maiorem nouamque in dies ingerunt admirationem. Glorietur insignis Pintiana Academia nostra mater, & nutrix legum, *per quam* (vt de Berytiensi scribit Auctor Constantini sæculi) *stant iudiciorum tribunalia; viri docti iudicum fiunt Adsessores; legum periti Prouincias tuentur, & leges custodiant*, glorietur, inquàm, quæ talem ditatur filio, fruitur præceptore. Concrepent aulæ fòrenses. Glorietur nobilis Causidicina, quæ tanto fulget aduocato, cuius docto patrocinio famigeratum Cęsarũ impleat oraculum. *Dirigat* 20 *ambigua facta causarum, in rebus sæpè publicis, ac priuatis fatigata erigat, lapsa reparet.*

20 L. aduocati 14 C. de aduoc. diuer. iudicior.

Et tu vir clarissime, perge, indulge stylo; et copioso voluminum fœtu iura nostra ditare, quæ imitari omnes concupiscant, nemò aut paucissimi possint; quæ te (vt hoc vnum) longo à mortalitate asserant mansurum, et ipsum aduersus perpetuas orbis vicissitudines ære perennius; nam *vnius* 21 *ætatis sunt, quæ fortitèr fiunt, quæ verò pro vtilitate publica scribuntur æterna sunt*; perge, fac obsecro, vt te cœpisti diuinum, vt simùl me facias diuinantem. Sed iam *longum de his loqui* (vt alibi inquit Symachus) *cautio est, nè blãditiæ longiores corrumpãt veri dignitatem*, et quia tuus nobilis pudor, par virtutibus cæteris, laudis onera nõ sustinet. Sisto ergo dùm singulari verecundiæ tuæ obsequor. Verùm teneas velim definitum meam gratiam, quæ parca est in animo redundare. Et tu Lector optimè, quem fistere feci, intra iam auidius viridarium istud amœnissimũ, vbi non tãtùm, flagrantes, spirantesque flosculos reperies; sed suauissimos fructus, quales obtuli: hic fruere, & vale.

21 Vegetius lib. 2. de re mil. cap. 3. 22 lib. 1. cap. 28.

PERILLVS.

PERILLVSTRI, ET ORNATISSIMO DOCTORI, D. ALPHONSO DE OLEA, PRIMARIO Iuris Pontificij Anteceſſori meritiſsimo, in inclyta Pintiana Academia:

HANC PANEGYRIM.

DOCTOR D. SEBASTIANVS MONTERO DE Eſpinoſa. Dominus Villæ de Caſtroſerna, & Opidorum ſuæ iuriſdictionis Ciuitatis Pintianæ perpetuus Decurio; illi amiciſsimus, lubenti animo.

D.C.Q.

DIC mihi, dic quæſo, celebris Polyhymnia nunquiD
ORbeO pus hoc maius? Nùm Sol nitidiſsimus OſtiO
CRebit Cõſimile? haud quaquã. Ergo carmina Condu C
TAm magno sTatuenda viro. Mens Tuta ſit, inquiT
OMen, opus, nomenq; Offert, iura Omnibus vltrO
REddit, quæ cedi pote Runt: ſibi ceſſa dat AthoR
OMen adhùc ſupereſt. O *leam* prO Palladet habet O
LVx Sophiæ, ac be Lli hæc. Sic hic RegaLe TribunaL
ET litEris ornat: ſeque auito muniit Ens E
ARctè (ait) hæc cecini: tibi fas protendere cœptA

Pieri hierog. br 53. Olea .â 1. ad præcip c. 15. & collect 5. in pri

Nè propera, cœptis adſis Polyhymnia, namque
Sola Alphõſiacas potis es percurrere laudes.
Primus adeſt votis Dux † inuictiſsimus ille,
Qui inſpiciens geminas (fœlix, ò gloria Martis)
Obtruncas feritate manus populante inimico
(Hoc orbis fileat!) truncis. Auguſta lacertis
Signa premit, vacuaſq; trahẽs vexilla per auras
Tèr, quatèr, atq; iterũ repetitò clamat OLEA
Ipſa canat, dùm geſta tulit, Bellona triũphos.
Ipſe ego te memorem: dùm tu nutricis ab vlnis.
Ingenij grauitate tui (mihi dicere fas ſit)
Illuſtras Alphõſi genus: monumẽtaq; Auorũ
(Si poſſet fieri) propriis virtutibus auges.
Non opis eſt noſtræ, præfata oſtendere ſignis,
Inclyta Pintiaci Muſæi præmia clamant,
Ipſaque Cæſarei teſtantur iuſſa Philippi,
Dùm te quàm meritum repetitis vocibus vrget
Præferri oppoſitis, primiſque ſedère Cathedris
Intonet hæc Tellus: facundia prædicet: orbis
Buccinet: et toto celebrrima Pintia mundo.

Mariana. l. 1 c. cap. Garibay or. l. 11. c. o. Zurita n. lib. 1. o. 38 San ual hiſt. los ſ Re s f. 113.

AD LECTOREM.

CENSVRAE tuæ subiicio tractatum hunc de Cessione iurium, & actionum, inter Theoricæ, & Practicæ Iurisprudentiæ vigilias elaboratum. In quo non voluminis pompæ, sed breuitati studui. Nulla in eo extra tractationem excurrit quæstio; omnesque intra argumenta sua disceptantur. In allegationibus veracissimum me inuenies: et sine molestia copiosum: transcribere namque Doctores, quos alij referunt, onerare magis est, quàm exornare. Non dubito quin in aliis defecerim, sed quasi velamentum erit, subtilitas, nouitas & difficultas materiæ: parce & vale:

SVM-

IHS

SVMMARIVM TITVLORVM ET QVAESTIONVM HVIVS TRACTATVS.

TITVLVS I.

Cessio actionis quid sit? Qualiter fiat: et quo titulo?

QVÆSTIO I.

Cessionis acceptio in iure multiplex. Et de eius vera diffinitione. Vbi obiter nonnulla non inutilia disceptantur.

QVÆSTIO II.

Cedere, renunciare, mandare actionē, in quibus differant? Et quid interſit inter cessionem, & delegationem? Vtilissima disputatio, & ad tractatus nostri cognitionem apprimè necessaria.

QVÆSTIO III.

De diuisione cessionum, & quandò cessio cedentis, vel cessionarij commodum respiciat; vel in vtriusque gratiam celebretur? Examinatur celebris doctrina Bart. *in l. 2. §. 1. D. de pactis*, aliaque scitu non indigna.

QVÆSTIO IV.

Cessionis instrumētum an debeat expressè continere titulum cessionis? Et ex quibus titulis, causisvè cessio fieri possit. Vbi varia de obligationibus sine causâ, tàm de iure communi, quàm Regio.

QVÆSTIO V.

Cessio iurium an requirat scripturam? paucis dilucidè tamen explicatur.

QVÆSTIO VI.

Promissio de cedendo an cessio sit, & eius effectum habeat. Expenduntur doctrinæ D. Ioan. à Castillo *tomo 5. cont. cap. 67. num. 44. & 48. & cap. 76. per totum*. Simulque explicatur, quandò debitor teneatur deferre debitum, vel cessionem ad domum creditoris?

TITVLVS II.

Quis cedere possit actiones: et in quem rectè transferantur.

QVÆSTIO I.

Minor, vel Ecclesia, quibus immobilia sine decreto alienare non licet, an actiones suas sine decreto cedere valeant. Et quid si actio alternatiua competat ad rem immobilem vel quantitatem? vtilis, & diligens disputatio.

QVÆSTIO II.

Minor, vel Ecclesia, qui sine solemni-

tatibus cedere nō possunt, an in ipso acquisitionis actu, possint iura sibi donata retrocedere. Ad intellectū, *l.1.§.fin.cum l.sequenti, D. de rebus eorum.*

QVAESTIO III:

Debitor an in creditorum præiudicū possit cedere, vel renunciare legatum, vel hereditatem, aliud ve ius? et an ex ipsa cessione hereditatis inducatur aditio? Vtilis, nec iniucunda disceptatio.

QVAESTIO IV.

Cessio potentiori facta non valet: et quis potentior dicatur? Et de cessionibus scholaribus factis. Illustratur nouitèr *l.1.& 2. C. nè liceat potentiorib.* & Edictum Prætoris, de quo *in l.1.D. de alienat. iudicij mutandi caus. fact.*

QVAESTIO V.

Pœnæ cedentium in potētiores, an locum habeāt, si cessio ex aliqua causa sit nulla? Variis agitur, quandò ex actu nullo incurrat quis pœnam.

QVAESTIO VI.

Tutori, & curatori, an actio cedi possit contra minorem? Et an filius familias, vel pater actiones aduentitias cedere valeant? Et de legitimatione personæ filij, vel parentis circa exercitium actionum in iudicio. Illustrantur text. *in authentic. minoris debitor, C. qui dare tutores, & l. cùm non solùm in fine, & §. vbi autem, C. de bonis quæ liberis.*

TITVLVS III.

Quæ actiones, & iura cedi possint, vel non?

QVAESTIO I.

Iura personalia cessibilia non esse ostenditur. Vbi de actione directâ, vsufructu, vsu, habitatione, priuilegio, facultate eligendi, & nominandi, & aliis concernentibus personam. Vbi varia, & difficilia iura expenduntur, & explicantur.

QVAESTIO II.

Retractus sanguinis an cedi possit? Et quid de prælationis iure competenti domino directi dominij, socio, vel coheredi: et de retractu conuentionali. Vtilis, & practicabilis disceptatio.

QVAESTIO III.

Ius primogenituræ, & maioratus, an sit cessibile? Et quid de Regno, Ducatu, vel Marchionatu: et an cedens post cessionem retineat nomen Ducis, vel Marchionis? Vbi varia de honoribus debitis in memoriā pristinæ dignitatis.

QVÆSTIO IV.

Maioratus possessor si cedat maioratum in fauorem fœminæ, si post cessionem nascatur masculus, & post mortem cedentis concurrāt, quis erit potior? Et an proximitas, vel qualitas debeat attendi tēpore cessionis: ita vt quæ post eam superuenit, non attendatur. Vtilis, & ardua disputatio.

QVAESTIO V.

Societatis ius an cedi possit extraneo? Et an vbi cessio admittitur, societas duret per vitam cedentis, vel cessionarij. Explicatur, & conciliatur, *l. necessario 8. §. fin. D. de peric. & cōmod. rei venditæ*, cum *l. si vsusfructus 4. D. de nouation. & deleg.*

QVAETIO VI.

Operas, & seruitia, quæ mihi famulus, vel alter præstare tenetur, an alij cedere possim? Et an ius vasallagij? Et de discrimine inter operas officiales, & artificiales? Intelligitur tex. difficilis *in l. pro herede, §. si quid tamen, D. de acquir. hered. l. si non sortem, §. si libertus, D. de condict. indebiti, l. si seruus 10. §. 1. D. de operis libertorum.*

QVAE-

QVAESTIO VII.

Ius repetendi dotem competens mulieri soluto matrimonio, vel ob vergentiam viri ad inopiam, an cedi possit? Vbi nonnulla ad ornatum *l. si constante, D. soluto matrimon. & l. 29. tit. 11. p. 3.*

QVÆSTIO VIII.

Actio omnis transmissibilis ad heredes, an sit cessibilis, & è contrà. Et de naturali obligatione, & officio iudicis. Interpretatur, & illustratur textus difficilis *in l. mulier 59. §. si ex asse, D. de iure dotium.*

QVÆSTIO IX.

Actiones pœnales an cedi possint, vel transeant, in singulares successores? Nonnullis distinctis casibus, magis quàm hactenus explanatur.

QVAESTIO X.

Iura futura, & quæ in potentiâ, & spe consistunt, an cedi possint, vel comprehendantur in cessione iurium, & actionum? Accuratè, & distinctè explicatur.

QVÆSTIO XI.

Actiones in iudicium deductæ, & iura super quibus lis pendet, an cedi possint? Et de instantia litis. Et an actio litigiosa aduocato, vel procuratori rectè cedatur. Et de prohibitione pacti de quotâ litis inter clientulũ, & aduocatum.

QVÆSTIO XII.

Nomen debitoris, vel census, an possit pro parte, vel in partes cedi, remanente debitore cesso?

MISCELLANEA.

Miscellanea, & remissio aliquorum iurium, quæ cedi possunt, vel non.

TITVLVS IV.

In quibus casibus de vna in aliam personam transferatur actio sine cessione.

QVÆSTIO I.

Soluens creditori, quando in eius iura personalia, & hypothecaria succedat, etiam nulla interueniente cessione? Subingressionis materia distinctis regulis explanatur.

QVÆSTIO II.

Emptor pignoris an succedat in ius creditoris sua pecunia dimissi, absque vlla cessione. Et an molestari possit per alios creditores hypothecarios posteriores, vel anteriores? Interpretatur difficilis textus *in l. Aristo, D. quæ res pignori.*

QVÆSTIO III.

Creditor an pro suo interesse possit vti sine cessione, remediis, iuribus, & exceptionibus, debitori suo competentibus. Disputatio non vulgaris, in qua plura in foro vtilia enarrantur.

QVÆSTIO IV.

Creditor an possit conuenire debitorem debitoris sui absque cessione? Vbi varia iura explicantur, & interpretum placita recensentur.

QVÆSTIO V.

Legata testamẽto relicta vbi diminuẽda veniunt, quia hereditas soluendo non est, si heres aliquibus legatariis integrè soluat, an collegatarij aduersus eos agere possint, & partem condicere sine cessione: an verò heres debeat illis cedere condictionẽ indebiti? Vbi varia, & difficilia iura veram accipiunt interpretationem.

QVAESTIO VI.

Heredum vnus an possit in solidum cõueniri, vel agere absque aliorum coheredum cessione? Et quandò locũ habeat exceptio iuris tertij? Interpretatur text. *in l. seruo legato 72. §. si testator. D. de legat. 1. l. cùm ab vno 53. D. de legat. 2.*

QVAESTIO VII.

Venditâ & alienatâ re, an transeant in emptorẽ absq; cessione, actiones omnes & iura, vẽditori cõpetẽtia, ratione

ne illius rei, an verò ſpecialis actionũ ceſsio ſit neceſſaria? Variæ expẽdũtur leges, ſed præcipuè explicãtur *l. in vẽdendo 66. D. de contrahenda emptione, l. ſi quis totam 82. D. de acquir. hered. l. Papinianus 43. D. ad S. C. Trebellian.*

QVÆSTIO VIII.

Mulier an poſsit ſoluto matrimonio executiuè agere ſine ceſsione, heredũ mariti, pro medietate lucrorum; vel exigere dotem marito non ſolutã? Et an ſocio ex contractu alterius ſocij, actiones, iura, & debitorum nomina communicẽtur abſque ceſsione?

QVÆSTIO IX.

Ex contractu procuratoris, vel inſtitoris noſtri, vel obligatione inter alios ad noſtrum cõmodum initâ, an nobis competat actio ſine ceſsione? Interpretantur, & conciliantur, *l. ſi eũ vendaret, D. de pignor. action.* cum *l. creditor, D. de diſtract. pignor.* et *l. elegantèr, §. ſi vendiderit, D. de pignor. action.* cum *l. creditor 42. D. cod. tit.*

MISCELLANEA.

Miſcellanea caſuum, in quibus actio de vna in aliam perſonam transfertur ſine ceſsione? Interpretantur, & cõciliantur, *l. ſi heres pecuniam 73. D. S. C. Trebell.* cum *l. ſi heres à debitore 21. l. ſi poſt 22. D. de conſt. pecunia.*

TITVLVS V.

Quando & qualitèr compellatur quis cedere iura, & actiones ſuas: eaſq; cedendo liberetur?

QVÆSTIO I.

Soluens creditori, an eum compellere poſsit, vt iura, & actiones ſuas cedat. Vbi de extraneo, debitore, correo, fideiuſſore, tertio hypothecæ poſſeſſore, debitoris creditore, compoſſore, & confideiuſſore ſoluentibus.

QVÆSTIO II.

Creditor quas actiones, & an cõtra ſe cedere teneatur correo, fideiuſſori, tertio hypothecæ poſſeſſori, poſteriori creditori, confideiuſſori, vel cõpoſſeſſori ſoluentibus: et quandò cedendarũ exceptione repellatur? Intelligitur text. *in l. ſi ſtipulatus 15. §. 1. D. de fideiuſſ.* reiectis interpretationibus *Iacob. Cuiacij, Ant. Fabri, Schifordeg.* & aliorum.

QVÆSTIO III.

Continuata tractatio de exceptione cedendarũ, & eius vi: et an poſt ſententiã eiuſq; executioni opponi poſſit: et ex quibus clauſulis renunciata videatur: et an procurator ſimpliciter ad fideiubendũ conſtitutus poſſit beneficio cedendarum renunciare?

QVÆSTIO IV.

Correo debendi, fideiuſſori, tertio poſſeſſori, vel extraneo ſoluentibus, an neceſſariò incontinenti ceſsio fieri debeat per creditorem: et an eis, ſi ceſsionẽ non habuerint, aliquo iuris remedio ſuccurratur? Ad ornatum *l. Modeſtinus 76. D. de ſolut.* explicatur difficilis text. *in l. ſi minorus 25. D. de adminiſt. tutor. l. cùm poſſeſſor, de cenſibus, l. Papinianus, D. mandati, cum aliis.*

QVAESTIO V.

Fideiuſſor, correus, vel tertius poſſeſſor, qui condẽnati ſoluerunt, an poſſint ceſsis ſibi iuribus, in eodem iudicio principalem debitorẽ, confideiuſſores, correos, vel cõpoſſeſſores conuenire: et an inſolidum, vel pro ratâ agere debeant, tàm pro ſorte, quàm pro expenſis?

QVAETIO VI.

Alter ex duobus reis condemnatis inſolidum ex delicto, ſi ſoluat, an rectè deſideret iurium ceſsionem contra alterum correum, & ſocium delicti: et an in delictis ceſsioni actionũ ſit locus? Interpretantur, & conciliantur, *l. ſi culpa 63. l. is qui dolo 69. D. de rei vindicat. l. in depoſiti, D. de re iudicata.*

QVAESTIO VII.

Tutor vnus ex pluribus inſolidum actione tutelæ condemnatus, ceſsionem

nē actionis aduersus cōtutores iustè de sideratet vtiliùs esse ostenditur, cessionē actionū habere, quàm vtili actione sine cessione experiri.

QVÆSTIO VIII.

Condemnatus ad cedendum iura, & actiones, si cedere recusset, quibus iuris remedijs sit compellendus: et an ad factum condemnatus, soluendo interesse liberetur?

QVÆSTIO IX.

Soluens literas, vel cessionem falsam, vel verā, sed alicui personæ suppositæ, an liberetur, maximè si paratus sit, actiones suas cedere contra eum, qui per dolum exegit pecunias.

QVÆSTIO X.

Discutitur rursùs superioris quæstionis tractatio: et in specie agitur, an debitor cessus, qui soluit cessionario virtute cessionis inualidæ, liberetur à cedente.

QVÆSTIO XI.

Pupillus ex dolo, tutoris, vel de euictione conuentus pro re à tutore alienata, an condemnandus sit, vel satisfaciat cedendo actiones suas contra tutorem? Vbi varia & difficilia iura explicantur, & conciliantur.

QVÆSTIO XII.

Maritus, qui debitorum nomina in dotem data, vel dotem sibi promissam non exegit, si ad restitutionem dotis soluto matrimonio conueniatur, an satisfaciat, si cedat actiones suas cōtra debitores? Exornatur materia *l. si extraneus* 33. *D. de iure dotium.*

QVAESTIO XIII.

Creditor, qui iure creditoris pignus distraxit, de euictione conuentus, quādò liberetur, si cedat actionem suam contra debitorem. Ad *l.* 1. *&* 2. *C. creditorem euictionem pign. non debere*, & aliorum iurium ornatum, & intellectum.

QVAESTIO XIV.

Quotics quis ex eo tenetur, quòd actionem habeat contra alium, eam cedendo liberatur. Et an vbi quis liberatur cedendo mihi actionem cōtra alium, possim ego circuitus vitādi causâ eum conuenire absque cessione?

TITVLVS VI.

Quæ actiones, & iura competant cessionario: et de potestate eius in iudicio: et quibus exceptionibus repellatur.

QVÆSTIO I.

De directis, & vtilibus actionibus: et qualitèr competant cessionario, eisque experiatur in iudicio.

QVÆSTIO II.

Actiones, & iura cedentis an cum suo priuilegio in cessionarium transferantur? Interpretatur latè, & exornatur materia text. *in l. ex pluribus* 42. *D. de administ. tutor.*

QVÆSTIO III.

Reperita tractatio de priuilegijs, quæ simùl cum actione cessâ transeūt. Et an in Fisco speciale sit, vt priuilegia sua personalia transferat in cessionarium?

QVÆSTIO IV.

Illustratur rursùs superior distinctio inter priuilegia realia, & personalia: simulque ostenditur, an cessionarius possit agere executiuè, vel carcerare debitorem, quemadmodùm cedens posset.

QVAESTIO V.

Possessio cedentis an trāseat in cessionarium: et quid si cessio inutilis, vel nulla sit, Et qualitèr remedia possessoria cessionario competant.

QVAESTIO VI.

Cessio iurium an stricti iuris sit, ita vt ad alia, quàm ad ea, quæ expressa sunt, non extendatur.

QVAESTIO VII.

Ex trāsactione an nouus titulus acquiratur: et quid vbi dimittens rem ex causâ trānsactionis, iura, & actiones suas cedit.

QVAE-

Summarium Titulorum.

QVÆSTIO VIII.

Ceſsionarij duo, qui ab eodem cedente cauſam habent, ſi concurrant ad exactionem debitoris ceſsi, quis potior ſit? Et quid ſi ceſsionarius concurrat cum ipſo cedente; vel cum eius creditore, qui nomen ceſſum habebat obligatum.

QVÆSTIO IX.

Ceſsionarius agens vñ ordinariò, vel executiuè, an in ipſo litis exordio inſtrumentum ceſsionis exhibere teneatur? Et an ex ceſsione ſuperueniens corroboretur iudicium, ſiue ordinarium, ſiue executiuum?

QVAESTIO X.

Ceſsio nominis, vel cenſus minori pretio facta an valeat: et quandò ceſsionario obſtet exceptio, quòd non iuſto pretio nomen, vel cenſum emerit: et an vt agere poſsit cõtra debitorem ceſſum, debeat conſtare de verâ pretij numeratione, vel ſufficiat confeſſio de recepto? Explicatur materia *tex. in l. per diuerſas, l. ab Anaſtaſio, C. Mandati.*

QVÆSTIO XI.

Exceptiones omnes, quæ obſtarent cedenti, an obiici poſsint, & obſtent eius ceſsionario? Vtilis & difficilis diſſertatio.

MISCELLANEA.

Miſcellanea caſuum circa præſentis tituli materiam.

TITVLVS VII.

Cedens ad quid obligetur ceſsionario: et ad quæ vicißim teneantur?

QVÆSTIO I.

Cedens tradere tenetur ceſsionario inſtrumentum nominis ceſsi: et cuius ſumptibus traditio fieri debeat.

QVÆSTIO II.

Cedens debitum iam exactum, vel actionem, quam non habebat, vel quã alij anteà ceſſerat, quãdò de ſtellionatu teneatur: et de ſtellionatus crimine nonnulla non iniucunda.

QVÆSTIO III.

Ceſsi nominis periculum an ad cedentem ſpectet; an verò pertineat ad ceſsionarium? Vtilis admodùm diſſertatio, ad ornatum, *l. ſi nomen 4. D. de bere d. vel actione vendita.*

QVÆSTIO IV.

Ceſsionarius an repetat à cedente expenſas factas in lite pro exactione, & retentione nominis ceſsi: et an teneatur ceſsionarium defendere in causa reconuentionis? Explicata & conciliata, *l. ſeruum 33. §. fin. cum l. ſequenti. l. pater filio 70. D. de procuratorib.*

QVAESTIO V.

Ex ceſsione iurium an gabella debeatur: et quo in loco ſit ſoluenda?

TITVLVS VIII.

Ceſsio iurium quandò, & ex quibus, nullitati, aut reuocationi ſubiaceat.

QVÆSTIO I.

Ceſsio iurium, & actionum ex quibus cauſis nulla ſit, vel impugnari poſsit per cedentem?

QVÆSTIO II.

Cedens poſt ceſsionem an aliquid efficere poſsit in præiudicium ceſsionarij confitendo, liberando, aut exigendo debitorem? Et quando ſolutio, vel tranſactio facta poſt ceſsionem liberet debitorem? Tractatur, & illuſtratur materia, text. *in l. 3. C. de nouationib. & delegationib.*

QVÆSTIO III.

Ceſsio iurium aduerſus debitorem, et confeſsio, aut liberatio in eius fauorem, ſi eâdem die confectæ appareant per creditorem, quænam ex eis præceſsiſſe præſumatur? Vbi etiã quis potior ſit ex duobus ceſsionarijs, quibus vnâ die, vna eadêque actio ab eodẽ creditore fuit ceſſa.

* * *
* *
*

DOCTO-

IHS

DOCTORIS

ALPHONSI DE OLEA.

In Pintiana Academia Iuris Pontificij Primarij Anteceſſoris.

TRACTATVS.

DE CESSIONE IVRIVM, ET ACTIONVM.

TITVLVS PRIMVS.

CESSIO ACTIONIS QVID SIT? QVALITER FIAT? ET QVO TITVLO?

EXORDIVM TITVLI, ET COMMENDATIO MATERIÆ.

VNA omnium Interpretum ſententia eſt, ceſſionis iurium, & actionum tractatum, difficilem, vtilem, & ſubtilem eſſe, teſtatur Paul. de Caſtro *in l. facta. §. ſi hæres, D. ad S.C. Trebell. & in l. ſi cum emptione, col. fin. D. de pactis.* Et incertus ille Auctor qui de ceſſione iurium ſcripſit, vtilē eſſe dixit materiam, multis incognitā, & in ea vidiſſe peritiores iuris Interpretes errare. Bertazolus *de clauſ. clauſ. 29. gloſ. 4. num. 4.* ita fatur: *Modo in hac materia ceſſionis plures ſe offerunt quæſtiones examinandæ, diſcutiendæque: quæ quidem materia eſt valde dubia, & in ea diuerſi diuerſa ſentiunt.* Idem ſentit Hypol. Mōtaner *in addit. ad Olibanum de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 4. in princ.* ibi: *Sed quia nonnulla de ceſſione iurium, & actionum, in genere à ſocero & ſi nimis breuiter, & ſuccinctè dicta ſunt; quod non patitur materia ſubiecta, quæ ſubtilis, & difficilis eſt, ſparſa, & diffuſa pluribus in locis.* Eiuſdē iudicij fuit, Sforcia Odd. *in repet. l. 3. C. de nouat. in princip. à verſ. Explicitis*, vbi materiam de debitore ceſſō, ſolemnem, ſingularem, vtiliſsimam, & intricatam appellat. Agnouit idem Paulus Galleratus *de renunciationib. lib. 1. cap. 4. in princ.* his verbis: *Sed quoniam hæc materia, vt potè quotidiana, vtilis eſt, eademque confuſa, & inextricabilis ferè; ideò eam plenè attingendam putaui, atque de ea proprium caput ſubiecì, nè cum ſit materia inſignis, videatur penè neglecta.*

Nobilem hunc, & vtiliſsimum iuris tractatum agredimur, à nemine ad præſens, nè dicam elucidatum, ſed nec deguſtatum. Et licet Iacob de Arena, diffuſum in corpore iuris articulum *de Ceſſione iurium*, in vnū colligere polliceatur; ſitque qui ex antiquioribus maiorem in eo operam impenderit; non tamen impleuit diſputatio ſua folia quinque. Ex modernioribus verò nonnulla ſcrip-

 ſerunt,

serunt, Card. Tusch. verb. *Cedens*, & verb. *Cessio*. Hypolit. Montaner, Bertazol. & Gallerat. sup. Guzman *de euiction. quæst.* 35. Qui licet docte se habuerint, parùm, aut nihil aperuerunt, & illustrarunt materiam.

SVMMARIVM.

1 *Exordium tituli, ab acceptione cessionis.*
2 *Cessionis variæ acceptiones, apud bonarum literarum Auctores.*
3 *Cessio, in iure multipliciter accipitur*
4 *Cedere idē significat, quod dimittere*
5 *Rubricæ titulorū quādo ius faciāt?*
6 *De cessione bonorum agendum non esse proponitur.*
7 *Debitor, qui cedit bonis, bona, & iura sua dimittit creditoribus.*
8 *Tractatus de cessione bonorum, nihil habet commune cum materia de cessione iurium.*
9 *Cedens bonis, post cessionem agere nō potest in iudicio.*
10 *Cedens actiones, potest post cessionem agere.*
11 *Actiones directæ manent ineffica ces, pœnes eum qui cessit bonis.*
12 *Exceptio cessionis bonorum, litis ingressum impedit.*
13 *Cedens bonis, si pœniteat, an possit in iudicio comparere?*
14 *Sententia lata cum eo, qui cesserat bonis, an subsistat, si litigans cessionis ignarus esset?*
15 *Cedens bonis, re integra pœnitere potest.*
16 *Res integra dicitur, ante quā creditores acceptēt cessionē, & cōcursū.*
17 *Debitor deponēs pecuniā, vel capitale census cū reditibus, potest libere reuocare depositum, nisi à creditoribus acceptatum esset.*
18 *Debitor qui ex iudiciis mādato deposuit pecunias, an possit reuocare depositum?*
19 *Negatiue resoluitur.*
20 *Similitudo adducitur quoad actionum exercitium, inter cedentem bonis, & eum qui iura sua cessit.*
21 *Iudicium agitatum cum eo, qui bonis cesserat, vel fecerat concursum, an subsistat, si litigās ignorasset cōcursū?*
22 *Ratio quæ prohibet cedēti, vt agat, eadem interdicit vt contrahat.*
23 *Argumentum valet de contractibus ad indicia.*
24 *In iudicijs, quasi contrahitur.*
25 *Contractus cum eo, qui cessionē, vel concursum fecit, an subsistat, si cessio aut concursus ignoretur? & n. 34.*
Expenditur pro affirmatiua sententia, l. sed si pupillus, §. de quo, & §. proscribere, D. de institor. action. L. si sciens 26. D. de contrah. empt. L. si ab eo, D. de vsucapionib.
26 *Soluens procuratori reuocato rectè soluit, si ignorat reuocationem.*
27 *Soluens alteri, quam legitimæ personæ, aliquando propter iustam ignorantiam liberatur.*
28 *Iudicium, & sententia cum procuratore reuocato subsistit, si reuocatio fuit ignorata.*
29 *Acta facta per procuratorem reuocatum, de reuocatione non admonitum, an valeant, ad vtilitatem domini reuocantis?*
30 *Contraria opinio, quod sententia cū eo, qui fecerat cōcursū, nulla sit, & creditoribus, non præiudicet. defenditur.*
Expenditur l. item si vnus, D. de recept. arbit. L. de curatore 2. §. 1. D. de curat. bonis dando.
31 *Sententia lata contra debitorem, non nocet creditori, qui pignus habebat obligatum.*
Notantur in id tex. in l. iudicatæ 29. §. si debitor, D. de except. rei iudicatæ, l. si superatus, D. de pign. l. si mater, §. fi. D. de except. rei iud.
32 *Sententia lata cū debitore, præiudicat creditoribus, nisi ipse iam bona obligata haberet.*
33 *Sententia lata contra emphyteutā, eius creditoribus nocet.*
34 *Verius esse ostenditur, nullum esse cō tractum*

tractum ab eo celebratum, qui bonis cesserat, licet contrahens cum eo cessionem, vel concursum ignorasset.

Ponderatur in id d.l. is cui bonis. L. Iulianus, D. de curator. furios.

35 *Diuersitatis nulla ratio assignari potest, inter eũ qui alienauerat bona, & eum qui formauerat concursum, quoad contrahendi facultatem in dãnum creditorum.*

36 *Contractus gesti per eum, qui mutauerat statum, nulli sunt.*

Procurator constitutus ab eo, qui mutauit statũ, ipso iure reuocatus cẽsetur.

37 *Intelligitur* l. si sciens 26. D. de cõtrah. emption.

38 *Ponderatur text.* in l. pater filium 38. vers. Idem quæsijt, D. de leg. 3.

Bona fide ei cõmisso subiecta, distrahi possunt, pro satisfaciendis creditoribus defuncti.

39 *Vendens, & alienans post formatũ concursum, stellionatum committit, & de euictione tenetur.*

40 *Liberi hominis, loci sacri, & religiosi emptionem valere, quo sensu intelligendum sit?*

Interpretatur l. & liberi 4. cum seq. D. de contrah. empt.

41 *Debitor qui ignorans soluit ei, qui cesserat bonis, liberatur.*

42 *Diuinare nemo cogitur.*

44 *Differentiæ ratio inter contractum, & solutionem assignatur.*

Contrahens cum alio, non debet esse ignarus eius conditionis, ibid.

Explicatur l. qui cũ alio, D. de reg. iur.

44 *Agricola qui pro alio fideiubet, an amittat priuilegium, si taceat se agricolam esse? negatiuè resoluitur* contra Hermosillam.

45 *Soluens ei, cum quo contraxit, liberatur, licet filiæ familias, Monachus, vel prædo esset.*

46 *Soluens creditori putatiuo, an consequatur liberationem?*

47 *Transactio, solutio, vel remissio facta per hæredem putatiuum, an vero hæredi noceat, vel prosit?*

48 *Cedens actiones, an possit agere, vel transigere in damnum cessionarij?*

49 *Cedere idem esse, quod dimittere, vt infrà probatur.*

Perpenditur sing. tex. in l. is cum quo 7. in princ. & §. 1. D. de aqua pluu. arcend. & num. 64.

50 *Emptor officij cum onere soluendi, & recognoscendi census super eo impositos, an liberetur dimittendo officium? declara vt num. 62.*

51 *Tertius hypothecæ possessor liberatur dimittendo hypothecam.*

52 *Quoties res est immediata causa oneris, eius cessione liberatio contingit; secus si onus personale sit.*

53 *Emptor officij, licet censum ad fauorem creditorũ recognouisset, & ad reditum solutionem se obligasset; tamen ab eis conuentus, dimittendo officium liberatur.*

54 *Recognitio, & obligatio tertij possessoris, solũ operatur, vt possit executiuè conueniri pro eo tempore, quo possidet. declara, vt num. 56.*

55 *Tertius possessor quis dicatur?*

56 *Recognoscens censum, nõ liberatur dimittendo rem, si ex verbis recognitionis appareat, se vt principalem debitorem obligasse.*

57 *Onus census ab alio impositi, potest quis suscipere, & personaliter ad illius solutionem se obligare.*

Expenditur l. doli 19. D. de nouat.

58 *Census impositi cum facultate Regia super bonis maioratus, ad augendos alios iã constitutos, valdi sunt; licet antiqui aliquẽ defectũ paterẽtur*

59 *Tertius possessor cõuentus hypothecaria, tempore quo fundus erat plenus fructibus, an possit fundum retinere, vsquè quo fructus percipiat?*

60 *Tertius possessor, qui elegit dimittere rem, & cũ effectu dimisit; an possit pœnitere, & soluendo rem recuperare?*

61 *Tertius possessor, an in cõscientia sol uere teneatur creditori hypothecario?*

62 *Emptor officij, vel alterius hypothecæ, cum onere soluendi, & recognoscendi census, conuentus à venditore,*

rei cessione non liberatur.

63 *Tertius possessor, qui conuentus à creditoribus, dimisit hypothecã, si rursus conueniatur à venditore, in pristinam obligationem reincidit.*

64 *Potest quis respectu vnius personæ, dimittendo rem liberari, non tamen respectu alterius.*

Adducitur in id doctr. Caroc. *simulquè expenditur* d. l. is cum quo 7.

65 *Cedere, pro currere accipitur.*

66 *Præscriptio viæ executiuæ, an incipiat à tempore factæ schedulæ, vel chirographi priuati, an vero à die recognitionis eius?*

67 *Viæ executiuæ præscriptionem à die recognitionis schedulæ currere, qui teneant.*

68 *Contrarium, quod currat præscriptio à tempore facti chyrographi, defendunt alij.*

69 *Pro prima sententia adducitur* D. Ioseph Vela.

70 *Pro secunda* D. Larrea.

71 *Expenditur pro prima sententia,* l. si seruus hereditarius 4. D. de diuers. & tempor. præscript.

72 *Pro secunda sententia, l.* si seruus hereditarius, D. stipulat. seruor.

73 *Pro vna, & altera sententia referuntur decis. Hispalenses, & Granatenses.*

74 *Aduertitur* D. Ioseph Velam *duas inuoluere quæstiones.*

75 *Quæstionis vera species est. Si creditor ex chirographo priuato, post octo annos illius petat iudicialem recognitionẽ, & post eã transactis iã quatuor, vel sex annis, executionẽ petat, an ius exequendi præscriptum sit?* Et num. 76. ad 85.

83 *Intelligitur* tex. in d. l. si seruus 4. D. de diuers. & tempor. præscript.

84 *Interpretatur* l. si seruus 25. D. de stipulation. seruor.

85 *Cessionis multæ acceptiones remissiuæ.*

86 *Cedere quoad nos idem significat, quod transferre.*

87 *Cedere pro abdicare, summitur.*

88 *Cessionis variæ diffinitiones.*

89 *Cessionis congrua, & vera diffinitio traditur.*

QVÆSTIO I.

Cessionis acceptio in iure multiplex. Et de eius vera diffinitione. Vbi obiter nonnulla non inutilia disceptantur.

IVVS † singularis, & difficilis tractatus exordiũ erit, ab acceptione, & significatione nominis, ad exẽplũ Cõs. *in l.* 1. *D. de rebus cred. & si certum pet.* Et verbum, *Cessio,* † apud bonarum literarum Auctores, varie vsurpatur, vt constat ex Nonio Marcell. *de proprietate sermonum, cap.* 4. *litt. C.* verb. *Cedere, nu.* 51. Isidoro *Ethymolog. lib.* 5. *c.* 25. In iure † tamen nostro, multiplicem habet acceptionem: nam cedere, idem significat, † quod dimittere, *l. non absre* 10. *C. vnde vi, l.* 3. *& per totum, D. de cession. bonor.* Quod & rubrica ipsa probat. Rubricæ † enim titulorum quando perfectam orationẽ habent, ius faciũt, & pro decisione causarum allegari possunt: vel quando incipiunt à dictione *ne,* videndi Osualdus *ad Donel. lib.* 26. *com. cap.* 2. *lit. A* Capit. Galeota *lib.* 1. *cont.* 2. *n.* 12. Gothof. *in l.* 1. *D. de reb. cred. lit. E.* Velasc. *lit. A. axiom.* 522. Viscont. *conc. iur. lit. R.* verb. *rubrica,* Anton. de Vall. *tract var. lib.* 5. *de prag. Regn. in prælud.* 37. Altamir. qui refert Menoch. *ad rub. C. de filijs officialis. cap.* 1. *nu.* 6.

1

2

3

4

5

Quam cessionis † significationem, primò libuit adiicere, vt in hoc tractatus initio moneam, nihil mè acturum, de cessione bonorum, quam alieno ære oppressi debitores facere solent. Licet enim † debitor, qui cedit bonis, creditoribus actiones suas cedat, vt docet Bald. *in l. item si vnus in addit. num.* 4. *D. de recep. arbitris.* Et vtiles com-

6

7

competant, curatori bonorum, *l.2.§.*
8 *1.D. de curat. bonis dando.* Tamen † cum nostro cessionis iurium tractatu, nihil habet commune disputatio de cessione bonorum.

Illud verò ex dicta Baldi doctrina infertur, quod cum cedens bonis, cedat etiam actiones, Accesta *depriuil. cred. in præfat. num. 96. infin.* Inde est
9 † vt agere non possit, nec in iudicio semel cessas actiones exercere, optimè, & expressus *tex. in dict. l. si vnus* 27. *in princ.* vbi communiter DD. Et
10 licèt cedens † actionem, possit regulariter post cessionem agere, qnia directæ actiones ei remanent, vt inferius dicemus: Tamen penes eum, qui
11 cessit bonis, adeò ineficax † remanet directa actio, & inutilis, vt ab eo, nec moueri, nec intentari queat, Ioã. à Platea *in §. fin. inst. de actionib.* Nat ta *cons.* 440. Brunus *de cession. bon. q.* 17. *n.* 1. Amatis *decis.* 93. *nu.* 1. Pascha lis *de virib. patr. potest. 2. p. c. 9. nu.* 57. ex alijs doct. is. Noguerol *alleg.* 16. *n.*
12 101. Et exceptio † cessionis bonorũ, litis ingressum impedit, vt ex Bruno, Capp. Tolos. Frãch. Strac. & alijs, tenet Gratian. *sup. num.* 11. *&* 12. aliis laudatis Virgil. *de legit. personæ, cap.* 12. *à num.* 15. Camill. Borell, *in sum. decis. tom.* 1. *tit.* 50. *num.* 60.

Sed quia hæc nostri tractatus peculiaria sunt, & cessionis iurium disputationem concernunt; duo hic proponere decreui. Primum, an cedens bonis,
13 si pœniteat † possit actiones semel cessas, in iudicio prosequi? Secundũ,
14 an si debitor † cessionis bonorum ignarus sit, iudicium, & sententia lata, cum eo qui bonis cesserat, subsistat? Quæ duo in praxi sæpè occurrunt disputanda, præcipuè circa eos, qui concursum fecerunt, & litem habent, vulgo dictam. *Pleyto de acreedores.*

Hæc dubia brebiter expediemus. Et quoad primum resoluendum est,
15 re integra posse † qui cessit bonis, pœnitere, & actiones suas prosequi in iudicio, Gratian. Paschalis sup. Melo *de inducijs debitor, quæst. 4. à num.* 17. & expressè decidit *in l. is qui bonis, l. quem pœnitet, D. de cessione bonor.* quę iura quando res integra est procedũt. Rem tamen † integram tunc dicimus, 16
antequam cessionem bonorum, & cõ cursum acceptassent creditores, vt concludit Bald. *in l. vlt. num. 4. C. qui bonis cedere poss.* Gratian. *nu.* 26. Paschal. *d. cap. 9. nu.* 57. Iacob Cancer. 2. *part. var. cap. 9. num.* 54.

Aptissima est in huius rei comprobationem, doctrina Bart. & Bald. *in l. acceptam, C. de vsuris*, per textum ibi. Qui docent, † quod licèt debitor qui 17
depositum pecuniam, & capitale cum redditibus census, ad illius extinctionem, & redemptionem, possit liberè reuocare depositum: tamen postquã à creditore fuit acceptatum, id ei nõ licèt. Quam distinctionem sequitur Gratian. 1. *tom. discept.* 8. *à num.* 26. Felician. *de censib. 2. tom. lib. 4. cap. vnic. nu.* 4. Cancerius *lib. 3. var. cap.* 8. *num.* 18. Hermos. *in l. 5. tit. 3. part. 5. glos. 4. à num.* 13. & præter relatos ab eis optimè Pet. Surd. *cons.* 385. *à num.* 3. *&* 27. Duardus *de censib. §. 6. quæstion. 10. per totam*, videndus omnino Costa *in tract. re integra, dist. 92. per tot.* qui plures referunt.

Sed an † vbi debitor authoritate 18
iudicis deposuit, ex eo, quod creditor oblatam sibi pecuniam, accipere recusauit, possit ante acceptationem creditoris, reuocare depositum, & a depositario exigere pecuniam? Notanda in id est dispositio, *l. acceptam, C. de vsuris*, ibi: *Creditor, scilicet actione vtili ad exactionem earum rerum, non aduersus debitorem, nisi forte eos receperit; sed contra depositarium, vel ipsas competente pecunias.* Et quod † 19
eo casu, non liceat debitori reuocare depositum, & repetere pecuniam, ex alijs tenet Arism. Tepat. *variar. titul.* 354. *cap.* 13. versicul. *Debitor si creditori*, Domin. Larrea *decis.* 19. *num.* 24. Gratianus, & Duardus supra.

Nec superior resolutio, principijs materiæ nostræ aduersatur, imò eis optimè conuenit: quia † quemadmodum cedens post cessionem agere potest, & directas actiones, quæ eius ossibus infixæ manent exercere, *l. 3. C. de nouat. & deleg.* (quod infra late prosequemur) postquam verò cessionarius litem fuit contestatus, vel res integra esse desiit, cedenti exercitium directarum denegatur, *d. l. 3.* Eodem modo cedēs bonis, re integra agere potest, & pœnitere: re vero non integra existente, actionis vsus ei interdicitur, ad exemplum cedentis, & cessionarij, vt licet sub obscure dixit Amatis *dict. decis. 93. num. fin.*

Succedit dubium secūdum, in quo videtur † iudicium agitatum cum eo, qui bonis cesserat subsistere, si concursum, & cessionem bonorum litigās ignorauerit. Pro quo facit, quòd † ratio quæ prohibet ei, qui cessit bonis exercitium actionis, eadem ei interdicit, contractus celebrare; sed contractus gestus cum eo, qui ignorat cō cursum, validus est. Ergo & validum debet esse iudicium, & sententia. Præcipuè cum validum sit argumentum † de contractibus ad iudicia. *l. si quis seruum, l. si quis cum filio, D. de peculio, l. omnem, D. de iudicijs, glos.* verb. *Contractibus, in authen. Sacramenta pube rum, C. si aduers. vendit.* Velascus *lit. A. axiom. 360.* Et in iudicijs † quasi contrahitur, *l. 3. §. idem scribit, D. de peculio, l. 2. D. de prætor. stipulat.* Velasc. *lit. I. axiomat. 132.* qui more suo multos congerit.

Quod † verò contractus validus sit, si cessio, aut cōcursus ignoretur, facit *tex. in l. sed si pupillus, §. de quo, & §. proscribere, D. de institor. action.* In quibus asseritur, publicari debere prohibitionē factam, nè quis cū institore cōtrahat, alioquī contractū validum esse. Quod & fortius probatur *ex l. si scies 26. D. de contrah. empt. l. si ab eo, D. vsucapion.* Quibus docemur cōtractum gestum cum eo, cui bonis interdictum fuerat non valere, si contrahens sciebat interdictionem. Ergo si ignorabat valebit: Quam sententiam ex Paul. de Castr. Aretin. Ripa, defendit Fachineus *lib. 2. controu. cap. 69.* sequitur Anton. Faber *in C. libr. 5. tit. 38. diffinit. vnica.*

Quibus adstipulatur, † quod soluēs procuratori reuocato, si ignorauit reuocationem, rectè soluit, *l. si non sortem, §. qui filio familiàs, D. de condict. indebiti, l. si fideiussor, §. si cum debitor, D. mandati, l. vero procuratori, §. sed etsi quis, l. dispensatorem, l. filiæ, D. de solutionib.* Parlador. *lib. 2. rerum quotid. cap fin part. 5 §. 17. num. 3.* Cartarius *decis. 30. num. 12.* Cassanate *cons. 9. num. 31.* Thesaur. *decis. 105.* Et soluens † qui iustam credendi à principio causam habuit, si soluat alteri, solutionis tempore iam priuato, liberatur ob iustam ignorantiam: vt multis exornat Giurba *decision. 79. num. 20.* Costa *de iur. & fact. ignoran. Cent. 2. dist. 24. per totā.* Et iudicium † hisquè prosecuta cum procuratore reuocato cōsistit, si ad aduersarij notitiā reuocatio non peruenit, *cap. mandato de procuratorib. l. si procuratorem 65. in fin. D. eod. tit. l. si ante 7. D. iudicatum solui, glos.* verb. *Reuocato, in dict. cap. mandato*, Bald. *per text. ibi in l. vnica, C. de satisdando, num. 8. & in d. l. si procuratorem, lect. 1. colum. 2.* videndus Arias de Mesa *lib. 3. var. cap. 43. per totum*, pluribus probat Monterà Cueba *decis. 43. à nu. 1.* Vbi disputat † an gesta per procuratorem reuocatum, nec de reuocatione admonitū, ad vtilitatem domini valeāt? Et post longam disputationem distinctionis fœdere componit contrarias in hac re sententias. Arias de Mesa vbi proximè *num. 5.* vbi quod procurator reuocatus præiudicat domino, non verò ei proficit.

Sed licèt hæc nimis vrgeant, contrariam tamen sententiam veriorem iudico. Et sine dubio tenendum est, † sententiam

sententiam latam cum eo, qui cessit bonis, vel fecerat concursum, nullius esse momenti: nec creditoribus præiudicium inferre, licet aduersarius ignoraſſet cessionem, vel concursum, pro qua facit *text. in dict. l. item si vnus, D. de recep. arbitris*, vbi nulla facta distinctione scientiæ, vel ignorantiæ denegatur exercitium actionum, ei qui cessionem fecerat bonorum, Arism. Tepat. *tit.* 281. *de cessionib. bonor. cap.* 5. vers. *Cedens bonis nõ desinit*, & verb. *Cedens bonis non potest agere*. Facit etiam *l. de curatore* 2. §. 1. *D. de curat. bonis dando*, in quo curatori bonorũ (cui vtiles actiones competunt) tantum permittitur agere, vel defendere. Et eius nomine, non eius cuius bona veneunt, stipulationes interponũtur.

Et facit, quod cessione, vel concursu denuntiato creditoribus, & eis iã iure illo quæsito, debitor nihil potest moliri, in eorum præiudicium, cum actiones remaneant apud eum inanes, & sine exercitio (vt diximus sup.) Vndè indistinctè sententia cum eo lata
31 nulla erit: Quemadmodum † postquam debitor rem pignori dedit, sententia lata contra eum, creditori non nocet, nec eneruat ius pignoris, *l. iudicatæ* 29. §. *si debitor, D. de except. rei iud.* Cuius legis verba, & Papiniani, ratio ibi: *Cum pignoris conuentio sententiam præcesserit*, mirè adiubant sententiam nostram. Et quod sententia lata cum debitore post rem obligatam, creditori non præiudicet, probat *text. in l. si superatus, D. de pignorib. l. si mater*, §. *fin. D. de except. rei iudic. glos. & DD. in l. sæpè, D. de re iudic.* Paul. de Castro *in l. ab executore*, §. *alio, sub num.* 2. *D. de appellat.* Menoch. *lib.* 3. *præsumption.* 124. *num.* 64. Arism. Tepat. *var. tit.* 501. *cap.* 20. vers. *Sententia lata*, Petr. Surd. *decis.* 256. *num.* 6. Carocius *de except. except.* 123. *num.* 53. Gaitus *de credito, cap.* 2. *tit.* 3. *num.* 53. qui refert Couarr. & Negusant. late agentes, Anton. de Amato 2. *tom. var. resol.* 79. *num.* 18. Annæs Robert. *lib.* 3. *rer. iudicatarum, cap.* 19. *in alleg. pro creditore*, & nouiter Acosta *de priuileg. creditorũ in præfat. ad regul.* 1. *nu.* 19. Qui omnes eo casu limitãt, quo creditor sciẽtiam habuisset litis; nullus verò quando aduersarius rem pignori datam fuisse ignorauit.

Et in hanc † rem mirè facit, D. Petr. 32
Noguerol *alleg.* 33. *num.* 77. *& 78.* vbi quod licet sententia contra debitorem, præiudicet creditoribus (quod vltra relatos ab eo probat Giurba *de cis.* 91. *num.* 12. Vbi † quod sententia 33
lata contra emphyteutam, eius creditoribus præiudicat) non tamen quando debitor bona non possidet: nam tunc necesse erit, cum creditoribus de nouo causam agere, pro qua sententia refert post Angel. Immol. Alex. & Greg. Lopez, Scacciam *de appellat. quæst.* 5. *n.* 59. Pont. Franch. & D. Salgad. Cum ergo cõcursu iam formato, debitor bona nõ possideat, & ea desierit creditoribus: consequens est, vt eis non noceat sententia cum debitore lata.

Nec huic verisimæ sententiæ obicem facit, argumentum illud, de contractibus ad iudicia: nam verius credo † contractum gestum ab eo, qui 34
cesserat bonis nullum esse: quamtunuis contrahes cum eo, ignoraſſet cessionem, vel concursum: quam sententiam sequitur Alex. *in dict. l. is cui bonis, D. de verb. obligat. num.* 12. quod sanè conuincit, *dict. l. is cui bonis*, in qua contractus nullitatem solum inducit interdictio bonorum, nulla habita consideratione ignorantiæ, vel scientiæ. Idem etiam probatur ex *l. Iulianus, D. de curatore furios.* vbi: *Eos quibus per Prætorem, bonis interdictũ est, nihil transferre posse*. Nec videò † 35
cur magis is, qui iam dimisserat bona sua creditoribus, eis præiudicare possit, quã posset is qui bona sua alienaſet, vel donaſet; hunc verò post donationem, vel alienationẽm nemo di-

xerit

xerit contrahere posse, nec sustineri contractum propter ignorantiam alterius contrahentis, in præiudicium eius, qui ius habebat quæsitum, & radicatum.

36 Nec leuiter † hæc confirmat, quod *ex l. si cum Cornelius 72. D. de solutionib. l. si quis alicui, D. de adquir. hæredit.* probat Noguerol *alleg. 16. num. 102.* quod statim, quod quis amittit bonorum administrationem, vel quouis modo mutauit statum, ipso iure, & absque aliqua intimatione, reuocatus censetur procurator ab eo constitutus, & gesta per eum ab illo die, nullius sunt momenti, quod ex Gomez Arias, Decio, Strach. Scaccia, Fabio de Anna, & alijs confirmat.

37 Et † pro contraria sententia adducta, me non mouent, vt ab hac verissima discedam: nam quod magis stringit, & præcipuum Castrens. fundamentum est *text. in dict. l. si sciens 26. D. de contrah. empt.* in qua licèt Pomponius nullam esse dicat emptionem, quando quis sciens emit ab eo, cui bonis erat interdictum, non tamen fatetur validam esse, si ab ignoratē fiat. Nec plus roboris habet fundamentum Pōponij, quam quod per argumentum à contrario sensu colligitur, quod quā debile sit, nemo est qui nesciat, Velasc. *in loc. com. lit. A. axiom. 377.* qui innumeros refert.

38 In cuius † rei comprobationem ex pendo, aptissimum Scæuolæ testimonium *in l. pater filium 38.* vers. *Idem quæsiit, D. de leg. 3.* qui asserit, quod si quis ignarus bona restitutionis onere grauata emerit, valet venditio, si distracta sint, vt ex pretio dimitterētur hæreditarij creditores. Non tamen ex eo, quod Scæuola de emptore ignoratē loquatur, supponit aliud respondendum fore, si sciens emisset, quia siuè sciens, siuè ignorans fideicommissum emerit, valeret venditio ad solutionem debiti contracti à testatore, *l. filius familiàs, §. Diui el segū do, D. de leg. 1. l. cum fidei, D. de fidei-com. libert. l. peto, §. prædium, D. de legat. 2.* Molin. de primog. *lib. 1. cap. 10 à num. 2. & lib. 4. cap. 6. num. 1.* & vtrobiquè Addētes, Osuald. ad Dec. el. *lib. 8. com. cap. 28. lit. F.* Cuiatius *libr. 15. obseru. cap. 5.* vnde *glos. in dict.* vers. sic. *Idem quæsiit,* verb. *Ignorauerunt;* dixit *maximè, nā idem esset, si sciissent,* quem intellectum sequuntur ibi communiter DD.

Valeret tamen emptio, si fieret ab ignorante: non vt ex ea fraudari possent creditores, sed tantum vt † vendens de stellionatu posset accusari, vel vt obligatus maneret de euictionē. Quo sensu idem Pomponius testatur, † valere emptionem liberi hominis, loci sacri, & religiosi, si ab ignorāte fiat, *in l. & liberi 4. cum 2. seqüent. D. de contrah. empt.* na Richard. *in §. idem iuris, num. 13. instit. de inutilib. stipul.* Cuiatius *in recit. ad dict. l. 4. & dict. l. si sciens 26.* Hermos. *in l. 19. glos. 2. num. 1. tit. 5. part. 5.*

Vno tamen casu limitarem superiorem resolutionem, quādo scilicet debitor † solueret ei, qui cessionem fecerat, vel concursum, eius tamen ignarus; hoc enim casu, si culpa ei imputari non posset, quia iustam ignorantiæ habuit causam, consequeretur liberationem. Ignoscendum † est enim ei, cum diuinare, non debuerit, vt ratiocinatur, Cons. *in l. si cum fideiussor 26. §. si cum debitor, D. mandati,* ibi: *Ignoscendum est enim ei, qui non diuinauit, l. si putator 31. D. ad l. Aquiliam,* ibi: *Nam culpa ab eo exigenda non est, cum diuinare non potuerit.*

Differentiæ ratio † inter contractum, & solutionem elegans est: nam primo casu sibi imputare debet, qui non perscrutatus est conditionem eius, cum quo voluntariè contraxit, *argum. text. in l. qui cum alio, cum alijs vulg. D. de reg. iur.* de cuius interpretatione, & quando procedat videndus omnino D. Castillo *libr. 4. cont. cap. 42. à num. 98.* Cyriacus *Cont. Forens. lib. 2. cont. 219. num. 90.* latè etiā

Her-

Hermosilla *in l.* 18. *tit.* 5. *part.* 5. *glos.* 1. *à num.* 21. vbi *num.* 31. asserit † agricolam, vel alium, qui propter officiū, aut artem habet priuilegium, debere de eo certiorem facere contrahentē; aliàs priuilegio nō gaudere. Quia *d. l. qui cum alio*, quæ docet contrahentem cum alio inquirere teneri eius cōditionem, intelligi debet de statu personæ, non verò de officio, seù arte. Et ita decisum refert in Granatensi Prætorio, agricolā qui pro alio fide iussit, condemnatum fuisse, quia de officio suo certiorem non fecit creditorem; et declaratum, gaudere non debere priuilegio pragmaticæ anni 1619. quæ est *l.* 28. *tit.* 21. *lib.* 5. *Recopil.* pro qua *decis.* faciūt tradita a Carleual. *de iudicijs lib.* 1. *tit.* 1. *dup.* 2. *nu.* 245. Carocio *de cessione* 1. *part. quæstion.* 10. *à numer.* 48. *ad* 57. Sed salua tanti Senatus pace, & authoritate contrarium tenerem. Et ita iudicatū vidi in Regio, & grauissimo Pintiano Prætorio.

Secundo vero casu, cum ex necessitate antecedentis contractus, debitor soluat, ratio exigit, vt damnum
45 nō patiatur. Liberatur † enim qui soluit ei, cum quo contraxit; licet is dominus non esset, vel facultatem exigendi non haberet, si soluens iustam habuit ignorandi causam, text. singularis *in l. filiæ* 88. ibi: *An pretia rerū, quæ sciebant esse pupillæ, bona fide soluisse videantur matri, quæ ius administrationis non habebat; ideòque si hoc sciebant, non liberantur; scilicet si mater soluendo non sit, l. si vrbana.* 55. *D. de condict. in deb. l. quod seruus.* 11. *D. depositi, glos.* Bart: Et Paul. *in dict. l. filiæ*, Cyriacus *cont. Forens. lib.* 1. *cont.* 123. *num.* 2. *&* 15. & qui soluit filio familiàs, Monacho, vel prædoni, cum quibus contraxerat, liberatur: latè Pet. Surd. *cons.* 43. *à num.* 1. *&* *cons.* 150. *à n.* 114. *&* *decis.* 229. Cyriacus *lib.* 2. *cont.* 330. *à n.* 27. Graſ. *de exceptionib. excep.* 25. *n.* 18. Cancerius 2. *par. Var. cap.* 6. *à n.* 37. Scaccia *de commer.* §. 2. *glos.* 5. *à num.* 28 Virgilius *de legitimat. personæ, cap.* 23. *nu.* 12. *& cap.* 4. *à nu.* 21. quod intelligit, quādo vera solutio interuenit, non verò si ficta esset, facit singul. text. *in l. fugitiuus in fine, D. de solutionibus.* Et an soluens † creditori putatiuo liberetur? 46
videndus Graſ. *dict. except.* 25. *numer.* 18. Cancerius *dict. cap.* 6. *ā num.* 37. Marescotus *lib.* 2. *var. cap.* 17. *à num.* 10. Giurba *decis.* 78. *num.* 20. qui innumeros referunt. Vbi etiam differunt an † soluens hæredi putatiuo liberetur? 47
Et nō liberari soluentem creditori, aut hæredi putatiuo, ex *l. si quid possessor,* §. *fin. D. de petit. hæred.* Cyriacus *cont. Forens. lib.* 1. *cont.* 168. *num.* 37. *&* 38. *& lib.* 2. *cont.* 236. *num.* 24. *&* 25. (huius Auctoris opera diù desiderata, peruenerunt tandem ad manus nostras, cū iam tractatus hic prælo dari proximus esset, percurri tamē velociter integros tres tomos; sed nihil inueni ex his, quæ aut ex professo, aut obiter disputamus, quæ non a nobis longè exactius, & cum maiori numero DD. acta iam fuissent; ideòque suis tantum locis hunc Auctorem reposui. Et ex eius controuersijs solum nouiter collegi, quod refero infra in *num. fin. quæst.* 4. *titul.* 4.) Et an transactio facta cum hærede putatiuo, vero hæredi noceat? Mantica *de tacit. & ambig. tit.* 26. *lib.* 5. Et quòd remissio debiti facta hæredi putatiuo, & possessori alienæ hæreditatis, vero hæredi non profit, ex *l. si tibi,* §. *si cū possessor, D. de pactis, l. si actionem, C. eodem tit.* vbi Iason, & Castrens. tenet Paul. Gallerat. *de renunciat. lib.* 1. *c.* 10 *num.* 18. quæ omnia infra latiùs prosequemur.

Longius † quàm in animo erat, digressi sumus; sed non extra instituti nostri cancellos: cum dixerimus cedentem bonis, simul & actiones suas cedere. Vnde ēre fuit, quærere quid facere possit, qui cessit bonis post cessionem, in creditorum suorū præiudicium, circa exercitium actionis 48

cessæ

cessæ? Et si superiora ad nostræ materiæ principia reuocare velis, vide infra *tit.* 8. *quæst.* 2. Vbi latè quid cedēs post cessionem possit facere in damnum cessionarij, & an agere possit, transigere, vel confiteri? Et de alijs huiusmodi similibus.

Sed redeat iam ad cessionis significationes disputatio nostra: & eo versabamur, quòd cedere idem est, quòd dimittere: quod vltra dictum titulum de cessione bonorum, probatur † *ex l. is cum quo* 7. *in princ. & in* 49 *§. 1. D. de aqua, & aquæ pluuiæ arcēdæ.* Quem textum perpetuò menti teneres, velim; quia (ni fallor) in terminis decidit dubium, multoties in huius Regiæ Cancellariæ subsellijs disputatum: an † qui emit officium aliquod cum onere recognoscendi, & 50 soluendi annuos census super officio impositos, possit dimittendo officiū liberari, siuè à creditoribus, siuè ab eo a quo emerat, conueniatur ad redituum solutionem? Et quoad creditores attinet, indubitati iuris est, liberari dimittendo officium hypothecæ 51 subiectum; quia † tertius possessor dimittendo hypothecam, liberatur *l. si fundus, §. in vindicatione, D. de pignorib. l. & si fortè* 6. *§. etiam*, vers. *Labeo, D. si seruit. vindicet.* Dimittens enim rem, eximit se ab onere, quod ei soluere incumbit ratione illius rei, *l. cum fructuarius* 64. *D. de vsufruct. facit l. quod si nollit in princip. D. de ædilit. ædict.* ibi: *Cæterum poterit euitare præstationem venditor, si nollit hominem recipere.* Quoties † enim res est sola, & 52 immediata causa oneris, reale onus rei cessione euitatur; secùs vero si onus personale fuisset: vt vtrūque probat Capitius Galeota *lib. 2. cons.* 38. *num.* 41. & 42. latè Paul. Gallerat. *de renunc. lib. 2. cap. 3. per tot.* Cancerius *lib. 3. var. cap. 10. num.* 178. Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 23. per totam*, Donel. *libr. 15. com. cap.* 44. vbi Oſuald. *lit. A.*

Adeòque procedit, & receptum est, emptorem † officij eius cessione 53 liberari, quando conuenitur a creditoribus; vt etsi censum ad eorum fauorem recognouisset, & ad solutionem reditūm sē personaliter obligasset; adhuc tamen si non possideret, vel dimittere officium paratus esset, soluēdo reditus decursos tempore possessionis, liberaretur in posterum: quia † 54 recognitio illa, & obligatio non plus afficit recognoscentem. Et id tantum operatur, vt si possideat, executiue conueniri possit, *Couarr. lib. 3. variar. cap. 7.* Gutierr. *lib. 2. pract. quæst.* 177. *num. 4. & de tutel. part. 1. cap. 1. à numer.* 24. D. Lara *de aniuers. lib. 1. cap. 9. à num.* 26. qui refert Felician. & alios, Marius Muta *de cis. 6. & 18. per totam*, D. Valençuela *cons. 19. num. 52. tom. 1.* Cencius *de censib. quæst. 98. n.* 81. *& quæst. 97. num.* 8. Franc. Milan *lib. 2. decis.* 11. Anton. Amato *tomo 1. var. resol. 21. à num. 1.* D. Ioseph Vela *tom. 2. dissert. 34. à nu. 66.* Apud quos inuenies omnes DD. qui tertij possessoris materiam disputarunt. Et 55 quis † propriè tertius possessor dicatur? differit Virgilius *de legit. person. in prælud. num.* 129. Guzman *de euiction. quæst.* 11. *num.* 35.

Ex omnium tamen mēte superior doctrina limitatur, quando † recog- 56 coscens censum, aliter se voluntariè obligauerit, & ex ipsius obligationis tenore constiterit, se vt principalem obligare voluisse; idquè inter partes actum fuisse; tunc enim certiùs est, officij, vel hypothecæ cessione in posterùm non liberari: vt resoluunt Doctores relati *sup. facit text. in l. eum qui, §. quod exigimus*, ibi: *Nam quod ego debeo, tu constituendo teneberis, D. de eō- stituta pecunia.* Potest † enim is, qui 57 censum annuum non imposuit, onus eius in se suscipere, & personaliter se obligare ad illius solutionem, Cencius *de censib. quæst. 95. numer. 6.* D. Franc. Merlin. *Cent. 2. cons. 50. nu. 37.* qui refert Duardum *de censib. §. 3. quæstion. 13. num. 28.* Quæ doctrinæ singulares

lares sunt, & antequam eas legissem, accidit mihi in facto hic casus de eo, qui cum non imposuisset censum, ad eius solutionem multò post se obligauit; & tunc temporis multum de existentia illius obligationis dubitaui. Eã tamen adeò procedere dixit Cẽcius, vt teneatur constituens, & is, qui acollauit sibi censum, ad eius solutionem, & si aliquam nullitatem census pateretur; maximè si eius conscius, constituens promisisset, facit mirabiliter *text. in l. doli exceptio 19. D. de nouationib. & deleg.* ibi: *Ideò autem denegãtur exceptiones aduersus secundum creditorem, quia in priuatis contractibus, & pactionibus, non facilè scire potest, quid inter eum, qui delegatus est, & debitorem actum est; aut etiam si sciat, dissimulare debet; ne curiosus videatur. Et ideò merito denegandum est, aduersus eum exceptionem ex persona debitoris.* Cuius textus verba, si mulquè, & Cencij doctrinã expendebam ego in comprobationem eius, quam tradit Noguerol *alleg. 2. à num. 55. & alleg. 32. nu. 84.* Quòd † si possessor maioratus impetret facultatẽ, 58
ad augendum census super maioratu iam constitutos, *vulgo facultad para crecer censos*, quòd ille qui pecunias concedit ad illorum extinctionem non tenetur inquirere, an census anti qui aliquam nullitatem patiantur? Et quòd census nouiter constituti, validi sunt, licet census redempti ex defectu alicuius solemnitatis impugnari possent. Cum sufficiat, quòd census tempore redemptionis, & subrogationis validi iudicarentur; & aduersus eos, non fuisset nullitas opposita.

Illud tamen hic annectere volui, quia singulare est, quòd si tertius † 59
possessor fundi, hypothecaria actione conueniatur, tempore quo fundus plenus erat fructibus, si fructus percipere velit, & non antea dimittere fundum; id efficere poterit, soluendo pẽsiones decursas tempore suæ possessionis, vsque in cessionis diem: nec solu-

uere compellendus est id, quod ante quam possidere ipse incœpisset, debebatur: vt contra alios resoluit Intriglolus *cons. 26. à num. 1.* qui duas refert contrarias sententias.

Id etiam in hoc puncto, vidi à paucis animaduersum, quod tertius pos- 60
sessor, qui elegit dimittere rem, & cũ effectu dimisit; potest pœnitere, & hypothecam dimissam recuperare, soluendo reditus decursos; in quos, fructus perceptos creditor imputare tenetur, Felician. *de censib. 2. tom. lib. 3. cap. 4. à num. 20.* De cuius doctrinæ veritate nunc non disputo. An autem † tertius iste possessor in foro conscię 61
tiæ ad solutionem debiti teneatur? Disputat Scobar a Corro *de vtroque foro, art. 5. à num. 18.* qui resoluit teneri.

Sed licet hæc sine dubio procedãt; tamen † vbi emptor officij ab ipso- 62
met venditore conuenitur, quamtunuis cedere paratus sit, & dimittere; vel si non possideat, non poterit excussare solutionem; quia eius respectu, vt emptor personali obligatione adstrictus est, & tenetur implere contractum. Vndè † & si conuentus a cre- 63
ditoribus, obtinuerit se dimittendo officium, liberari; tamen si rursus ad instantiam venditoris conueniatur, reincidet in obligationem; quia venditoris interest, quòd emptor officij, eum indemnem reddat ab onere, & præstatione census, iuxta doctrin. Petr. Surd. *decis. 32. num. 10.* cùm enim ex facto proprio, & obligatione personali conueniatur; nullo casu propter cessionem, & dimissionem officij liberabitur. Guid. Pap. *quæst. 9. & ibi add.* Griuell. *decis. Bolana 99. num. 22. & sequentib.* Anton. Fab. *in C. ad tit. de iure emphyt. diff. 7.* optimè Capit. Galeota ita distinguens, *dict. cont. 38. à num. 41.* & ferè omnes relati supra referunt *l. fin. D. de contrah. emption.*

Quam doctrinam † vt quis ex vno contractu, possit respectu credito- 64

rum

rum dimittendo rem liberari, non vero respectu eius, cum quo contraxit, optimè comprobabis ex Carocio *de locato part. 7. conc. 26. numer. 16.* vbi quod emphyteuta, vel censuarius nõ liberatur a pensione, habendo rẽ pro derelicto: exquo competit cõtra eos actio personalis; secùs verò à tributis, & decimis. Ratio est, quia pensionis respectu, obligatus est personaliter: tributorum verò, & decimarum ratione, nõ nisi ratione rei, & possessionis tenetur. Quam distinctionem, & differentiam inter personalem, & realem obligationem, singulariter adnotauit Consult. *in dict. l. is cũ quo 7. D. de aqua, & aquæ pluuiæ*, his verbis: *Is, cum quo aquæ pluuiæ arcendæ agitur, quod opus fecit, licet cedere loco paratus sit, cogitur accipere iudicium; quoniam & suo nomine conuenitur, vt opus tollat: aliud est in bonæ fidei emptore; hic enim tantùm patientiam præstat: igitur si & fundo cedat, audiẽdus est; plùs enim præstat.*

Succedit & alia acceptio cessionis: cedere enim, idem est, quòd currere, vt in *l. seruus hæreditarius 25. D. de stipulat. seruorum*, ibi: *Vtràm ex die inter positæ stipulationis tempus cedat*, vbi *glos.* verb. *Cedat.* Explicat, id est, *currat*: quo sensu hoc verbum accipitur *in l. si seruus hæreditarius 4. D. de diuers. & tempor. præsc.* ibi: *Continuò dies satisdationis cedere incipiet.* Quæ duo iura inter se pugnantia, & difficillima summo ingenio, & qua assolet dexteritate expendit nouiter, doctissimus D. Larrea *tom. 1. decis. 49.* pro resolutione illius forensis, & assiduæ in Tribunalibus quæstionis: an † præscriptio viæ executiuæ currat à tẽpore confectæ schedulæ, & chirographi priuati; an verò à die recognitionis eius? Quæ quæstio dubia est, & in eius resolutione, vt antiqui, ita & nouiores Interpretes dissentiunt. Nam † viæ executiuæ præscriptionem non à die factæ schedulæ currere, sed à tẽpore recognitionis, post longam disputationem resoluit Gutierrez *lib. 3. pract. quæst. 35. per totam.* Contrariũ † tamẽ, quòd decennium currere incipiat à tempore factæ schedulæ, acriter defendit Azeuedo *in l. 6. tit. 15. lib. 4. Recop. à num. 6. ad* 15. quem sequitur Auctor Curiæ Philip. *2. part. §. 1. num. 5.*

Dissidium idem agnoscitur, inter nouiores iuris Interpretes: & vtraque sententia validissimum pro se habet assecla; nam primam † fortiter fulcit, & nouiter D. Ioseph. Vela *1. tom. dissert. 26. à num. 1.* Secundam † verò tuetur D. Larrea *dict. decis. 49.* quem refert, & sequitur Baius *lib. 3. Collect. alph. lit. S. num. 30. & lit. E. num. 64.* Expendit idem Larrea pro sua sentẽtia † *dict. l. si seruus hæreditarius 4.* ibi: *Intueri enim debemus, an experiundi potestas fuerit aduersus eum, qui obligatus est; non an is agere potuerit?* Pro contraria † tamen vltra fundamenta Gutierr. & Velæ adducit *dict. l. si seruus hæreditarius 25. D. de stipulatione seruor.* ibi: *Et Cassius existimat, tempus ex eo computandum, ex quo agi cum eis potuerit.* Quæ iura elegãtissima sunt, subtiliterque, & fœliciter in hanc rẽ, & quæstionem ponderata. Et D. Ioseph Vela † pro hac sua opinione refert Hispalensem decisionem. Larrea vero pro sua Granatensis Cãcellariæ sententiam.

In qua doctissimorũ virorum pugnâ, arduaque, & perplexa iuris controuersiâ, vt distinctè procedam, admoneo † D. Velam in huius dubij resolutione, duas inuoluere quæstiones: primam, quam nos disputamus: alteram, an trãsacto decennio à die celebrati contractus, & factæ schedulæ, si recognoscatur in iudicio, via executiua cõpetat? Quæ quæstio licet proxima sit superiori, ab ea tamen diuersa est; & cum vtriusque quæstionis fundamenta referat; obscuriorem reddit articulum; quem licet clariùs proposuerit D. Larrea: tamen quæstio, quam disputandam proponit, magis secundæ,

65 66 67 68 69 70 71 72 73 74

dæ, quàm primæ noſtræque quæſtionis reſolutioni conuenit.

Quare, vt melius hæc, quæ difficilia ſanè ſunt, percipiantur; dubium & ſpecies quæſtionis ita proponenda eſt. Si † creditor ex chirographo priuato, poſt octo annos a die facti chirographi, illius iudicialem recognitionem petierit, & debitor recognouerit; poſteaque tranſactis quatuor, vel ſex annis executionem illius petat, an ei obſtet exceptio præſcriptionis viæ executiuæ? 75

Iuxta quam facti ſpeciem, ſi tempus contractus expectamus, nulli dubium eſt, viam executiuam fuiſſe præſcriptam; cum elapſi ſint duodecim, vel quatuordecim anni: ſi verò tempus recognitionis iudicialis attendimus, executio locum habebit; cum non niſi quatuor, vel ſex anni ſint elapſi à die factæ recognitionis. Et in hoc caſu rectè ſubintrat 76 diſputatio; an præſcriptio † viæ executiuæ cedere incipiat à tempore ſcripturæ priuatæ, vel à die recognitionis eius? Nam ſi recognitio poſt decem annos peteretur, alia quæſtio erit; aliâque, & diuersâ ratione decidenda (vt ſtatim dicemus.)

77 Et quandò † intra tempus decem annorum à die confectæ ſcripturæ priuatæ, recognitio iudicialis petita, & facta fuit; verius iudico à die recognitionis præſcriptionem viæ executiuæ incipere; non verò à die confecti chirographi, à quâ, & ſi plus, quàm decem anni tranſacti ſint, ſi tamen lapſi non fuerint à tempore recognitionis, executio locum habebit; nec præſcriptionis exceptione repelletur creditor, qui moroſus, aut negligens dici non poteſt; cum intra decem annos egerit in iudicio ad recognitionem, & ex ea præparauerit viam executiuam: quæ præparatio efficit, vt præſcriptionis lapſu non excludatur: vt de quærela † præparatâ dicitur *in l. quemadmodum, D. de inofficioſ. teſtamen. l. ſi pater* 5. *C. eodem titul.* Donel. *lib.* 14 *commen. cap.* 6. vbi Oſuald. *lit. A. cum ſequent.* 78

Nec hunc † caſum abſimilem iudico ab eo, quandò quis creditor ex ſcriptura priuatâ, intra decem annos eam redigi facit in publicam ſcripturam. Nemo enim inficiabitur (qui verum amet) præſcriptionem eo caſu currere incipere ab illa die, non verò à tempore contractus, & ſchedulæ, Gutierrez *dict. lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 12. Vela *dict. diſſert.* 26. *num.* 75. Ergo idem dicendum eſt, quandò recognitio iudicialis fit, quæ publici inſtrumenti auctoritatem habet, *l.* 5. *titul.* 21. *lib.* 4. *Recopil. l. ſcripturas* 11. *C. qui potiores, l.* 119. *titul.* 18. *part.* 3. vbi Gregor. Lopez *gloſ.* 4. Mieres 1. *part. quæſtion.* 65. *num.* 12. Parlador. Rodrig. & innumeri alij, quos refert Vela 1. *tom. diſſertat.* 23. *ferè per totam, præcipuè à numer.* 5. Larrea vbi proximè *à numer.* 1. qui dat alios. Et huic caſui rectè adaptantur fundamenta Gutierrez, & Velæ quibus vltra, *dict. l. ſi ſeruus hæreditarius* 25. *D. de ſtipulat. ſeruor.* adde *l. non videtur, D. de regul. iur.* ibi: *Non videtur rem amittere, quibus propria non fuit, & l. penultim. §. illud, C. de inofficioſ. teſtam.* in quo præſcriptio querelæ inofficioſi teſtamenti, non incipit, niſi à die, quo moueri potuit accuſatio, Donel. *dict. cap.* 6. Similiter ergo dicemus, præſcriptionis exceptionem non antè oriri, quàm via executiua exerceri potuerit, hoc eſt, poſt recognitionem. Actioni enim nondùm natæ, ſeu nondùm competenti præſcribi non poteſt. Oſſaſc. *deciſ.* 177. Barboſ. *in l. cum notiſſimi, §. illud, nu.* 2. *C. de præſcript. trigint. vel quadrag. annor.* 79

Aliò † verò caſu, quandò recognitio poſt decem annos à die factæ ſchedulæ petita fuit, an executio locum habeat? Ex mente omnium, qui agitarunt quæſtionem, veriſsimè ita diſtinguendum cenſeo: nã ſi quis ſim- 80

pliciter post decem annos recognoscat subscriptionem suam, non tamen vltra progrediatur fatendo debitum, imo solutum iuret, & ita præsumi; exequi nullo modo poterit huius recognitionis virtute. Sin verò recognoscens simul debitum agnoscat, executio rectè procedet. Quam distinctionem si attente perlegas Interpretes, verissimam agnosces, & communiter receptam ex Castillo *in l. 63. Tauri, num. 26.* Auiles *in cap. 10. prætor, nu. 69.* Auendan. *de exeq. mandat. 2. part. cap. 30. num. 11. & num. 14. vers. vbi cumque,* Parlad. *lib. 1. rerum quotid. c. 1. §. 13. num. 11.* Gutierr. *in l. nemo potest de leg. 2. num. 488.* Doctiss. D. Valdes Antecessor meus in Primaria iuris Pontificij Cathedra, & Pintiani Prætorij Senator grauissimus *in add. ad Roderic. Suar. in l. post rem iudicatam, not. ab. 2. fol. mihi 102. lit. C.* Gutierr. *lib. 1 pract. quæst. 124. & lib. 3. quæst. 36.* cum alijs, quos refert Vela sup.

81 Discriminis † ratio in comperto est: nam primo casu, vbi simpliciter chirographum recognoscitur, licet subscriptio agnoscatur, agnitio illa est cum sua causa; & debitum agnoscitur, vt præscriptū. Et ex decennij lapsu qualem qualem præsumptionem pro se habet debitor, quæ impedit viæ executiuæ rigorem: & ideo ad ordinariam recurrendum erit, quasi videatur, rem altiorem exposcere indaginem. In secundo verò casu, quamuis decem anni sint transacti, si debitum agnoscatur, nihil est, quòd impediat executionem eius, quod verè debetur: vt rectè probat Gutierr. & Vela. Et iuxta hanc distinctionem intelliges Bald. *in l. cum notissimi, §. imò, C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Auendañum sup. Gaitum *de credito, cap. 2. tit. 8. nu. 3017.* & alios, qui asserunt † ex recognitione scripturæ post decem annos, viam executiuam non oriri; vt procedant, quando simpliciter chirographum recognoscitur, non verò quando simul, & se debitorem agnoscit debitor.

Vnum † restat remouere scrupu- 83
lum, quem fortè qui sequuntur D. Larream, magni habebunt; nempè *ex d. l. si seruus 4. D. de diuers. & tempor. præscript.* Is enim textus loquitur de satisdatione iudicium sisti, vt constat ibi: *Satis acceperit,* & ibi: *Continuò dies satisdationis cedere incipiet.* Quæ verba satisdationis iudicium sisti propria sunt, *l. 1. & per tot. D. qui satisd. cogant. l. 1. & per tot. D. de eo per quē factum erit, & D. si quis cautioni tu.* Hanc ergo stipulationem, si seruus hæreditarius, vel eius, qui ab hostibus captus est, acceperit: & futuro hæredi, vel domino, qui in captiuitate est, stipuletur, iuxta *l. si seruus 35. D. de stipulation. seruor.* Quis iam iudicij negabit, continuo liberari reum, eiusque fideiussorem, si hæreditas non adeatur, vel dominus reuersus non sit! & sic per eū non steterit, vt in iudicio sistat, argument. *text. in l. 1. §. si reus, D. de eo per quem factum erit, l. 1. cum §§. D. si quis cautionib.* Alioquin (vt ratiocinatur Iabolenus *in dict. l. 4.*) erit iniquissimum ex cōditione actorum obligationes reorum extendi: per quos nihil factum erit, quo minùs cum his agere possit. Quæ decisio, quàm parum vrgeat, vel obsteret resolutioni nostræ, quis non agnoscet!

Quæ † lex sic intellecta, facilè 84
conciliatur cum *dict. l. si seruus 25.* quia in illa loquitur Iabolenus de stipulatione, & satisdatione iudicium sisti: in hac verò, loquitur Casius de præscriptione actionis, quæ impeditō nō currit. Vel quia in tempus aditæ hæreditatis stipulationem concepta fuisse creditur. Quę solutiō verissima est, quam vno verbo insinuauit Doctissimus iuris nostri Magister Iacob Cuiatius *lib. 16. obseruation. capit. 38.* quem sequitur Hieronym. de Asin. *ad titul. C. de vsucapion. pro emptor. in rubrica, a num. 363.* à quo non recte discedit Anton. Faber *lib. 4. coniect.*

82 scripturæ post decem annos, viam executiuam non oriri; vt procedant, quando simpliciter chirographum recognoscitur,

coniectur. cap. 3. quasi Casius etiam loquatur de satisdatione; quia certum est de ea non loqui, nec satisdationis verbum in ea lege reperiri, sed tantùm stipulationis. Quæ solutio meo videri aptior est, quàm quæ placuit scholæ Salmantinæ relata à Larrea *sup. num.* 25. quam ante eum tradiderat doctissimus D. Valentia *ad tit. de adquirend. hæredit. cap.* 2. *numer.* 11.

85 Multæ † aliæ in iure nostro acceptiones sunt huius vocis. *Cessio*, quas omnes referre frustra esset; hasq; si videre placeat, legas Caluinum *Lexicon iuris*, verb. *Cessio*, & verb. *Cedere*, qui varias refert decem, & nouem tradit Rebuf. *in l. cedere diem*, D. *de verbor. significat.* alias adducit Paul. Gallerat. *de renunciat. libr.* 1. *cap.* 4. *à num.* 1.

Quoad nostram materiam attinet, *cedere* † idem significat, quòd
86 transferre, & ius de vnâ in aliam personam commutare, *l. non solum* 2. *D. de noxal. action.* Oliban. *de actionibus, part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 2. Cedere enim, & transferre idem significat, *l. quod si seruus*, §. *idem Labeo ait*, *D. de in rem verso*, *l. penultim. l. fin. C. mãdati*, vbi promiscue his verbis vtitur, *l. in depositi*, *D. de re iudicata*, *l. item in fine*, *cum leg. sequent.* D. *de alienation. iudicij*, *l. cum in fundo*, §. *diuortio*, *D. de iure dotium*, *l.* 2. *C. de litigios.* cum aliis quæstione proxima referendis, Donel. *lib.* 15. *comm. cap.* 43. Ioann. Baptist. Thor. 2. *part. comp. decis.* verbo. *Liberatio pretij*, *circa princ.* Gallerat. *dict. cap.* 4. *num.* 3. Bertazol. *clauss.* 27. *glos.* 4. *à num.* 2. Vbi quòd idẽ im-
87 portat cedere † quàm à se abdicare; seù, vt alij dicũt, cedere dicitur, quasi discedere, & alium sui loco ponere: multis relatis Gratian. 2. *tom. cap.* 310 *num.* 2. Posthius *de manutent. obseru.* 55. *num.* 8. Ioan. Baptist. Thor. 2. *tom. comp. decis.* verb. *Creditores cessionarij ante medium*, Sfortia statim referendus.

In quâ significatione (nostri tractatus propria) cessionem diffinit † Ro- 88
landus *in summa*, *cap.* 4. (vel vt alij referunt super *instr. cess. iur.*) vt cessio sit *iuris, & actionis translatio*. Alciatus verò, quem referunt Bertazolus, & Galleratus sup. ita diffinit: vt sit *proprij iuris in alterum facta translatio, seù collatio*. Cui diffinitioni similis est alia, quam refert Parlador. *in sex quicent. different.* 50. §. 1. quòd cessio est *translatio actionis, quam quis habet*, sequitur Baius *lib.* 2. *quæst.* 105. *num.* 6. pluribus probat Casanate *cõs.* 10. *à num.* 1. *& 4. cum sequent.* Alio modo placuit diffinire Paulo Galler. *dict. cap.* 4. *num.* 16. vt cessio sit, *quidam modus, vim habens traditionis, quo transferuntur iura nostra in alterum*. Cum qua conuenit alia diffinitio Baldi *in l. ex legato*, *num.* 2. *C. de legat.* vt sit *modus quasi traditionis, ex quo ius transfertur in cessionarium*. Ego † vero has omnes diffinitiones 89
probo, & in effectu nihil distant. Ex omnium tamen mente sic diffinio: *Cessio est, quasi traditio, & iuris, & actionis ex aliquo titulo, in alium facta translatio*. Alias diffinitiones ex Isidoro, & alijs refert Caluinus *Lexic. iur.* verb. *Cessio*, Sfort. Odd. *in repetit. l.* 3. *C. de nouationibus*, *quæst.* 1. vers. *Quæro secundo*. Sed hæc nostra, alijs perfectior est, videndus Molfes. *ad consuet. Neap. tit. de renunc. quæst.* 6. *à num.* 4. Pet. Faber. *de reg. iur. ad l. cuius est donandi.*

* * * * * * * * * * * * * * * * * * *

SVMMARIVM.

1 *Cedere, mandare, præstare, exhibere, transferre actionem, idem in iure significare solent.*

2 *Cedere, concedere, vendere, renunciare, refutare, pro vno accipiuntur.*

3 *Mandare, pro cedere accipitur, quod variis iuris nostri testimo-*

nijs comprobatur.

4 *Cedere, & præſtare, idem in vſu iuris eſſe ſolet vt ex innumeris iuribus appareat.*

5 *Exhibere etiam, & cedere, idem important.*

6 *Transferre, & cedere, idem ſignificare oſtenditur.*

7 *Cedere, & concedere pro vno accipiuntur.*

8 *Aſsignare, pro cedere dicitur.*

9 *Vendere, pro cedere, quando ſumatur.*

10 *Cedere, & renunciare promiſcuus vſus eſt.*

11 *Refutare, pro cedere accipit* Giurba.

12 *Delegare, pro cedere aliquando dicitur.*

13 *Ceſsio, & renunciatio inter ſe differunt, licèt tàm per ceſsionem, quàm per renunciationem ius à nobis abdicemus.*

14 *Renunciatio duplex eſt, alia tranſlatiua, alia extinctiua.*

15 *Renunciatio trãſlatiua, quæ dicatur?*

16 *Renunciatio tranſlatiua, & ceſsio nihil differunt.*

17 *Renunciatio propriè dicitur, quæ extinctiua iuris eſt.*

18 *Comprobatur diſtinctio tranſlatiuæ, & extinctiuæ renunciationis.*

19 *Extinctiua renunciatio, & ceſsio longè differunt.*

20 *Gauella debetur ex ceſsione iurium, non verò ex renunciatione.*

21 *Ceſsionis finis, & renunciationis, diuerſus eſt.*

22 *Renunciatio ſolum renunciantis factum requirit. Ceſsio verò ceſsionarij etiam voluntatem expoſcit.*

23 *Ceſsio inuito ceſsionario fieri poteſt.*

24 *Cedere beneficio Eccleſiaſtico, vel renunciare quando quis dicatur?*

25 *Cedens, vel renuncians beneficio Eccleſiaſtico, an eo ipſo amittat eius poſſeſsionem? remiſsiuè.*

26 *Simplex renunciatio ad ceſsionem trahi ſolet, & è contra. Comprobatur id iuribus, & auctoritate.*

27 *Cedere, & mandare nihil differre exiſtimauerunt* Donel. & alij, *ſed contra*, num. 28. *Mouentur* ex l. Modeſtinus, D. de ſolutionib.

28 *Cedere, & mandare differunt.*

29 *Cedere, & mandare, iuxta* Parladorium, *in eo differunt, quod* mandare actionem, *propriè dicitur, quando ſponte actio tranſfertur:* Cedere, *quando ſponte, vel coactus quis cedit.*

30 Mandare *verbum, non neceſsitatis, ſed voluntatis eſt.*

31 Parladorius *pro opinione ſua expendit*, dict. l. Modeſtinus.

32 Parladorij opinio confutatur. *Ponderantur contra* Parladorium lex ſi minor 25. D. de adminiſtration. tutorum, l. 1. §. non tantum 18. D. de tutel. & rat. diſtrahend. lex ſi fideiuſſor 41. §. 1. D. de fideiuſſoribus.

33 Oſualdi opinio refellitur.

34 *Verius eſſe oſtenditur, mandatum actionum, ceſsionem non includere.*

35 *Reijcitur* Alphonſus de Guzman de euictionibus, cap. 35. num. 111.

36 *Cui mandantur actiones, procurator in rem propriam dicitur.*

37 *Ceſsionarius procurator in rẽ propriam appellatur.*

38 *Procurator in rem propriam dicitur, adquem pertinet vtilitas actionis.*

39 *Cedere, & mandare, in eo differre, ſentiunt* Donelus, & alij, *quod*

quod per cessionem vtilis actio transfertur; per mandatum vero exercitium directarum.

40 *Examinatur superior differentia, inter cessionem, & mandatum. & rursus*, num. 47.

41 *Cedere, & mandare actionum respectu cedentis, nihil differunt.*

42 *Per mandatum actionum, non transfertur vtilis actio, sed tantùm exercitium directarum.*

43 *Reprobatur altera opinio* Parladorij, & Carleualij.

44 *Cessionarius cum clausula cessionis iurium, non solum habet vtiles actiones, sed & directarum exercitium.*

45 *Cessionarius procurator in rem propriam dici non posset, si directas actiones non exerceret.*

46 *Cessionarius vtiles, & directas actiones habet: vtiles ex propria persona: directas ex persona cedentis.*

47 *Vtiles tantùm actiones per cessionem transferri, defendi etiam potest.*

48 *Procurator in rem propriam triplici modo constituitur.*

49 *Vtilis actio quæ sit, & quæ directa? remissiue.*

50 *Cessio in quibus differat à delegatione. Et vtriusque diffinitio refertur.*

51 *Cessio ignorante, & inuito debitore cesso fit, delegatio vero delegatarij consensum requirit.*

52 *Cessionis, & delegationis aliæ differentiæ. remissiue.*
Laudatur D.D. Athanasius Oteyza & Olano. Iuris Cæsarei Primarius dignissimus.

53 *Cedens post cessionem directas actiones retinet: delegans vero non item.*

QVÆSTIO II.

Cedere, renunciare, mandare actionem, in quibus differant? Et quid intersit, inter cessionem, & delegationem? Vtilissima disputatio, & ad tractatus nostri cognitionem, apprimè necessaria.

NON minus theoricis, quàm practicis, vtilis est præsens quæstio; in qua ex Hotomano 6. *obseru. cap.* 16. notat Osuald. ad Donel. *lib.* 15. *com. cap.* 43. *lit. A.* Cedere † mandare, præstare, exhibere, transferre actionem promiscuè in iure nostro vsurpari, notat etiam elegãter Iacob Cuiat. *ad tit. de obligation. & action. in prin.* Quibus addo † promiscuum etiam esse vsum horum verborum, cedere, concedere, vendere, renunciare, & refutare. 1 2

Et mandare † actionem, pro *cedere* accipitur *in l. pater filia* 70. *D. de procuratorib. l. si cum vendaret, l. eleganter*, §. *si vendiderit, D. de pignor. action. l. per familiæ*, §. *fin. l. his consequenter*, §. *si filius, D. famil. erciscund. l. quod debetur* 51. *l. si Sticho* 53. *D. de peculio, l.* 1. §. *si post, D. si quadrupes paup. feciss. dicat. l. de illo, D. pro socio, l. si procuratorem* 8. §. *si liber homo, D. mandat. l. si minoris* 25. *D. de administ. tutor. l.* 1. §. *& si forte* 13. *cũ seq. D. de tutel. & rat. distr. l. si fideiussores* 41. §. 1. *D. de fideiussorib. l. Modestinus, D. de solutionibus, l. si maritus* 43. *D. solut. matrimon. l. nomen* 34. *D. de leg.* 3. *l.* 2. *C. contrar. iud. tutel. l. si mandati, C. de fideiussoribus, l.* 2. *C. si certum petatur.* 3

4 Cedere † & *præstare* pro vno accipiuntur, *in l. nam etsi, §. mãdatu tuo, D. de negot. gest. l. in creditore* 38. *l. rem hæreditariam* 55. *D. de euiction. l.* 3. *§. si seruus, D. de trib. act. l. hæredem fideiussoris, D. mandati, l. si ita legatum* 42. *D. famil. erciscund. l.* 2. *§. non solum, D. de hæred. vel action. vendit. l. quod debetur* 51. *D. de pecul. l. creditor, §. inter venditorem, D. de action. empt. l. cum plures, §. vestimenta, D. locati, l. cum apparebit* 47. *D. eodem tit. l. cum fundus, §. seruum, D. si certum pet. l.* 1. *§. si te rogauero, l. is apud quẽ, D. depositi, l. quod in diem, §. fin. l. item videndum, D. de petit. hæred. l. licet* 6. *§. fin. D. naut. caup. & stab. l. si cares* 31. *D. de action. empt. l. si socer* 45. *§. Lucius, D. solutomatrim. l. si plures* 38. *§. vndè, l. fin. D. de admin. tut. l. Titio fundus, D. de cond. & demonst. l. l. fin. D. de donationib. l. si seruus* 108. *§. qui margarita, D. de legat.* 1. *l. cum is* 36. *D. de fideiuss. l. Stichũ* 95. *§. si mandatu; D. de solutionib. l. cum possessor, D. de censib. §. tàm autem* 21. *Instit. de legatis.*

5 Exhibere † etiam, & *cedere* promiscuè accipiuntur *in l. quod sæpe, §. si res vendita, D. de contrah. empt. l. si res obligata* 57. D. *de legat.* 1. meminit Caluinus (Auctor damnatus) *Lexicon iuris*, verb. *Exhibere actionem*, qui refert Cuiatium *lib.* 10. *obseruat. cap.* 14 cui addo eundem Cuiatium *in l. fin.* D. *de transact. lib.* 2. *quæst. Paul.*

6 Trãsferre † etiã, & *cedere* idem esse satisprobauimus superiori *quæst. n.* 86. probat etiam *dict. l. quod sæpè* 35. *§. si res vendita, l.* 2. *C. de duobus reis*, vbi Gothofr. *lit. A. l. cum alter, C. de fideiussor.* vbi Gothofr. *lit. E. & ex l. non solum* 2. D. *de noxalib. action. l. itẽ cum leg. sequent.* D. *de alienatione iudic.* probat Caldas Pereira 3. *part. de potestate eligendi, cap.* 4. *num.* 29. *circa finem*, vbi innumeras acceptiones refert huius verbi. *Transferre.*

7 Cõcedere † etiam, & *Cedere*, idem esse probatur *ex l. si quis ergo*, D. *de pecul. l. in cõcedendo, & sequent.* D. *de aqua, & aquæ pluuiæ arcẽd. & ex lib. Iudicum, cap.* 19. Parlad. *in sexquicent. differ.* 37. *§.* 3. *num.* 5. Pet. Faber *in l. cuius est donandi*, D. *de reg. iuris*, idẽque esse † *cedere*, & *assignare, ex l. arbiter*, D. *de distract. pignor.* testatur Bertazol. *de claus. claus.* 27. *glos.* 4. *nu.* 3. 8

Vẽdere † etiam, pro *cedere* sumitur *in l. si vsumfructũ* 23. D. *de liber. caus. l. fideiussoribus* 17. *l. cum is* 36. D. *de fideiussorib.* Monter a Cueba *decision. Arag.* 46. *à num.* 50. 9

Renũciare, † & *cedere*, pro vno accipit Põtifex *in c. super hoc, iuncto, c. cum pridem de renunciat. c. quàm periculosum* 7. *quæst.* 1. *cap. susceptum, §. si duo de rescript. in* 6. *cap. ex parte de Cleric. ægrot.* Et his nominibus promiscuè passim vtitur Flam. Paris. *de resig. benefic. ferè per totũ*, multis relatis Casanate *cons.* 10. *à num.* 75. 10

Refutare † etiam pro *cedere* accipit Giurba *de success. feudor. §.* 1. *glos.* 12. *num.* 5. 11

Delegare † pro *cedere* sumitur *in l.* 1. *C. contr. iud. tutel.* vbi Gothofr. *l. idẽ, §. si cui mãdauero*, D. *mãdati, l. creditor* 42. *iuncta l. eleganter, §. si vẽdiderit*, D. *de pign. act.* vbi Ant. Faber *in ration. ad eã infine. l. cũ de bonis, vbi* Gothof. *lit. S. C. de donat.* Iacob Cuiatius *ad tit. C. de oblig. & action. in princ.* 12

Hæc nomina, seù voces licet promiscuè accipi soleant, videndum est, an stricta significatione attentâ interse differant? Et primo † de renunciatione, & cessione agamus. Et licet per vtramque ius, & actiones nostras à nobis abdicemus, quo sensu, & quia ex earum quâlibet spontanea iuris priuatio sequitur, cessio & renunciatio idem sint; tamẽ interse differre certissimum est. Pro † quo aduerto, duplicem esse renunciationem: aliam translatiuam: aliam vero extinctiuã, vt rectè notat Molfesius *ad cons. Neapol. tit. de renunc. cap.* 6. *à n.* 1. Translatiua † renunciatio est, quandò quis ius à se abdicat, & actionem: simul- 13 14 15

que

que eam transfert in beneficium eius, in cuius fauorem renunciatio fit: vt colligi potest ex tex. *in l. cum oportet, §. penult.* vers. *Sed nihil, C. de bonis quæ*
16 *lib. l. 4. C. de repud. hæred.* Et hæc † renunciatio, quia plerumque cum cessione iurium fit, vt testatur Molfes. *sup. num. 14.* (qui huius renunciationis formulam, & verba refert) nihil mihi a cessione differre videtur: nã vt ex alijs cautis, veluti donationis, venditionis, aliove simili titulo cessio fit; ita ex causa renunciationis cessio, & translatio actionis fieri poterit: quo sensu renunciatio proprie non dicitur.

17 Propriè † vero renunciatio est illa, quæ extinctiua tantùm iuris est: quia per eam solùm inducitur, & sequitur nuda primatio iuris, & exclusio, absque translatione eius, & cessione in alterum. Et vltra Molfesium eandem
18 † distinctionem renunciationis extinctiuæ, & translatiuæ retulit ex multis Fabius de Anna *cons. 45. ex l. fuit quæstionis, D. de adquir. hæred. l. licet*, D. *si quis omissa caus. testam.* Flamin. Paris. *de resig. benef. lib. 2. quæst. 23. ferè per totam, præcipuè numer. 6.* ibi: *Ex quo patet, quod differãt hæc interse, scilicet renunciare rem simpliciter: & renunciare, vt detur alteri.* Idẽ etiam profitetur Sesse 3. *tom. decision. 286. num. 7.* vbi disputans, an maioratus renunciari, vel cedi possit? Ita scribit: *Ego tamen dicerem, quòd per talem cessionem nihil transit, sed solum extinguitur ius cedentis, & aperitur via secũdo vocato, qui proprio iure venit, & non alieno translato*, Gratianus 4. *tom. discept. 693 num. 75.* ibi: *An extinguat ius suum, vel transferat in eum, cui renunciatur?*

19 Quæ † extinctiua renunciatio palam est, a cessione differre; quia per illam ius simpliciter refutatur; per hãc verò ius ceditur, & transfertur in cessionarium; ita vt cedentis locum ex suo facto, & voluntate subintret. Paulus Gallerat. *de renunciat. lib. 1. cap. 4. à num. 2.* Quod vno verbo, & elegantèr dixit Gutierrez. de gauell. *quæst. 63. num. 2.* vbi ex dictis supra illud infert ibi: *Et hæc est vera, & realis differentia inter renunciantem, & cedentẽ: quòd ille nullam ius transfert, hic verò ius suum cedit.* Ex quo † deducit, 20 quòd etsi ex cessione debeatur gauella, non tamẽ debebitur ex renũciatione; quia hæc nullum ius transfert in alium: de quo nos suo loco. Differunt † ergo renunciatio, & cessio in fine, 21 & effectu: nam finis renunciationis sola abdicatio, & priuatio iuris est: cessionis vero finis, est translatio iuris in alterũ. Ex quo † rectè inferes, renũ- 22 ciationem alterius, quam renuncians tis factum non requirere: cessionem verò, vt effectum, & finem suum operetur, cessionarij etiam voluntatem exposcere, *argum. text. in §. per traditionem, inst. de rer. diuis. l. numquã nuda, D. de adquiren. rer. domin.* Licet † 23 cessionẽ etiã inuito fieri posse, nõ rectè sentiat Sforzia Odd. *ad l. 3. C. de nouat.* vers. *Quæro quo modo cessio iuriũ fiat in vers. Dubitatur*, prosequuntur hæc (licet non ita exornata) Molfes. & Gallerat. *sup. à num. 2. ad 7.*

Ex quo principio, & præcipua differẽtiâ innumeræ aliæ pullulant, quas hîc referre otiosum esset, cùm infra suis locis plenissimè habeas disputatas. Et † quando dicatur, quòd quis 24 cedit beneficio Ecclesiastico, quando verò quòd renunciat? Et † an ce- 25 dens simpliciter beneficio, vel in fauorem alterius, eo ipso amittat possessionem? videas Rotam Romanam apud Seraph. *decis. 756. & 773.*

Verùm licet hęc vera sint, & prout diximus, cessio, & renunciatio in sua propria significatione differant; tamẽ † simplex renunciatio ad cessionem 26 trahi solet, & è contra. Quia quoties actus, qui per viam simplicis renunciationis geritur; talis est, vt ex eo contrahentes finem suum non consequerentur, nisi renunciatio, simul translatiua iuris esset; renunciatio pro cessione

ne habetur. Quapropter verba liberationis, & remissionis iuxta contrahentium præsumptam voluntatem, cessionem & translationem iuriū solent importare, elegans *text. in l. si actionem, C. de pactis*, vbi renunciatio legati, quæ propter merita vnius ex hæredibus fit; non simplicem abstensionem inducit; sed potius translationem in fauorem hæredis benèmeriti. Vnde doctissimè ex variis iuribus resoluit Casanate *dict. cons.* 10. *à num.* 75. quòd ex coniecturis, & præsumptionibus aliquando cessiò renunciationem inducit; aliquando vero renunciatio cessionis producit effectū: veluti quandò contemplatione, & gratia alterius fit: quod frequentissimè, & singulariter prosequitur omnino videndus, *à num* 75. *ad* 97. *&* 105.

Ad secundum, quod sanè difficilius est, accedamus: quid scilicet discriminis sit, inter † cedere, & mandare; inter cessionem, & mandatum in rem propriam? Et sunt, qui existimarunt, hæc interse nihil differre, Hotoman. *obseruat. iur. lib. 6. cap.* 16. Gifanius *ad l. 1. C. de oblig. & action.* Donel. *lib.* 15. *com. cap.* 43. quos sequitur Schisordeg. *lib.* 3. *tract.* 23. *quæst.* 2. *in fine, & quæst.* 3. Bocerius *clas.* 6. *disput.* 9. *num.* 24. Quorum præcipuum fundamentum est text. *in l. Modestinus* 76. *D. de solutionibus*, vbi cessæ, & mandatæ actiones pro eodem vsurpantur, & eis promiscuè vtitur Consultus. 27

Sed † verius credo, & communis Doctorum sententia est, diuersa esse *cedere*, ac *mandare*. Nec quidquam facit in contrarium, *dict. l. Modestinus*: nam vt supra monuimus, & ex multis probauimus, licet pro vno accipi soleant in iure; tamen re vera differunt (vt diximus de renunciatione, & cessione.) Nec eo, quòd Consultus aliquandò actionem cessam vocet, aliquandò vero mandatam; euincit idem hæc nomina in vsu iuris esse. Nā ex eo, quod *in l. si vsumfructū* 23. D. *de liber. causa*, promiscuè vtatur Consultus *cessione*, & *venditione*: nemo dixerit, cessionem, & venditionem idē esse. Quare differentiam, quam nos probamus, agnoscunt ferè omnes Interpretes, & fuit originalis doctrina *glos.* verb. *Mandatum, in l.* 1. *C. de obligat. & action.* Azon *in sum. C. eodē tit.* Bart. *in dict. l.* 1. Aretin. *cons.* 125. *Marant. in l. si actor, numer.* 17. *D. de procuratoribus*, Iacob de Aren. *de cession. action. rub.* 1. Bertazol. *claus.* 27. *glos.* 4. *num.* 2. Parlador. *differ.* 37. §. 2. Gallerat. *dict. cap.* 4. *num.* 7. D. Franciscus Merlin *cent.* 2. *cont. forens. capit.* 31. *num.* 6. 28

Licet autem ferè omnes differre hæc nomina fateantur: variant tamē in assignando discrimen. Et † Parlador. *dict. differ.* 37. §. 2. eius fuit sententiæ, quòd cedere actiones, dicitur indifferenter; siue quis sponte, siue iuris, aut iudicis auctoritate compulsus cedat: at mandare actiones non dicitur, nisi quandò quis sponte sua actiones transfert: ex eo motus † quia verbum *mandandi* in iure, siue mandantis, siue mandatarij personam respiciamus; non necessitatis, sed meræ facultatis, & voluntatis est, *l.* 1. *& per totam*, D. *mandati, l. inuitus, C. de procuratoribus*. Fulcit † etiam suam sententiam, *ex dict. l. Modestinus*, in qua vbi necessario præstantur actiones, vtitur Consultus verb. *Cedendi*: quandò vero ex mera voluntate transferuntur, *mandandi*, verbo vtitur. His adijcit Parlador. se nunquam in iure vidisse, quòd verbo *mandandi* vtantur Consulti, quando ex necessitate præstantur actiones. 29 30 31

Hanc † vero Parladorij opinionem, seu diuinationem, ego aperte conuinco *ex l. si minor* 25. D. *de admin. tutor.* vbi actio, quæ ex necessitate præstatur, *mandari*, dicitur: quo sensu etiam accipitur *in l.* 1. §. *nō tantum* 18. D. *de tutel. & ration. & in l. si fi iussoris* 41. §. 1. *D. de fideiussor.* Actio namque, quæ vni ex tutoribus, correis, 32

reis, vel fideiussoribus præstatur, non voluntatis, sed necessitatis est. Et talis cessio nec essaria dicitur. Nã alias creditor si cedere recuset, exceptione cedendarum repellitur (vt infra dicemus) & probat Virgilius *de legit. personæ, cap.* 1. *num.* 40. nouiter Acosta *de priuileg. cred. prælud.* 2. *à num.* 20. vbi actionem, quam pupillus tutori præstare tenetur, necessariam appellat (*de quo infra tit.* 5. *quæst.* 7.) quę tamen in his legibus mandata dicitur.

33 Nec † probo sententiam Osualdi *lib.* 15. *comment. cap.* 43. *lit. L.* qui putat, *cedere, & mandare*, differre, vt genus & speciem: quia omne mandatũ actionum cessionem continet; sed nõ omnes actiones cessæ, mandatæ dici possunt: plus ergo esse asserit, in mandato, quam in cessione: quia mãdatũ cessionem includit. Cuius sententiæ fuit Bald. *in l. si quidem, col.* 2. *C. de action. & oblig.* quem refert Guzman *de euictionibus, quæst.* 35. *num.* 202. & Paul. Gallerat. *dict. cap.* 4. *num.* 12.

34 Verius † enim est, mãdatum actionum, cessionem non continere, nec ex eo vtiles actiones transferri, nisi cedantur. Quare Bald. communiter reprobatur, Bertazol. *claus.* 28. *glos.* 1. *num.* 1. Guzman vbi proximè, qui post alios asserunt, clausulam cessionis, maioris esse efficatiæ; quia per eã transferuntur vtiles actiones, & mandatur exercitium directarum; per mãdatum vero, sõlùm directæ mandantur, vt exerceantur mandantis nomine. Quæ ex aduerso cõtraria sunt traditis per Osualdum.

35 Nec † possum non mirari Alphonsum de Guzman, virum alioqui doctum *dict. cap.* 35. *numer.* 111. ausum fuisse dicere, cessis, aut mãdatis actionibus non effici cessionarium procuratorem in rem propriam; nisi simul expresse in rem propriam constituatur procurator. Quod quàm a iuris regulis alienum sit, quis non fatebitur!

36 cum sine dubio sit eum, † cui mandatæ sunt actiones, procuratorem in rẽ propriam esse, *l. procuratore in rem suam, D. de procurator, l. emptor, l. ex nomine, C. de hæred. vel action. vendit.* Anton. Faber *lib.* 12. *coniect. cap.* 10. vers. *Nam & is cui*, Cuiatius *ad titulum, C. de oblig. & action. in princ. & lib.* 1. *respons. Scæuolæ ad l. pater filio* 70. *D. de procuratoribus*, Ioann. Graf. *de cess. iur.* §. 2. *num.* 11. Scaccia *de cõmert.* §. 2. *glos.* 5. *num.* 256. Parlad. *d. different.* 37. *in fin.* multò † que magis 37
cessionarũ, qui ex eo quòd sibi cessæ sint actiones, procurator in rẽ propriam dicitur, *l. si procuratorem*, §. *fin.* vbi Bald. *D. mãdati*, idem Bald. *in l.* 1. *num.* 10. *C. de oblig. & action. & in dict. l. emptor, & in l. qui stipendia, C. de procurat.* Maranta *in dict. l. si actor, num.* 15. Bertazol. *claus.* 28. *glos.* 1. Hypol. Montaner *in addit. ad Oliban. de actionibus, part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 2. Alex. Trentacinq. *lib.* 2. *var. titul. de procuratorib. resol.* 3. *à num.* 2. Hieron. de Leon *decis.* 63. *num.* 3. *lib.* 1. Baius *lib.* 2. *prax. var. quæst.* 105. *num.* 8. Marius Giurba *ad consuet. Mesan. cap.* 2. *glos.* 3. *num.* 17. *part.* 1. Cancer. 2. *part. var. cap.* 6. *num.* 79. Intrigriol. *decis.* 8. *num.* 11. Ioan. Baptist. Thoro *voto* 6. *num.* 3. *& in comp. decis.* 3. *par.* verb. *Cessio actionis fol. mihi* 146. Fõtanella *decis.* 167. *num.* 19. qui innumeros referunt, & nullo ex his relato Arias de Mesa *lib.* 1. *var. cap.* 19. *numer.* 12.

Nec † scio, quo modo dici, aut probari 38
potest, eum qui mandatas habet actiones ad suum commodum, procuratorem in rem propriam non esse; cũ is procurator in rem propriam sit, ad quem pertinet vtilitas, vel damnum, *l. planè, vbi glos. & Bart. D. famil. erciscundæ*; Alexan. Trentacinq. supra multis relatis. Golinus *de procurat. part.* 4. *cap.* 1. *à num.* 1. *& per totum*, ex Aretino Bertrando; & Mantica, nouissimè diù post hæc visus Franc. Tondut. *resol. ciuil. cap.* 32. *nu.* 5. Nec leges, quibus Guzman nititur, quidquam

quam faciunt; imò potius probant, cessionarium, & eum, cui mandantur actiones, procuratorem in rem propriam esse: & in id cõmuniter allegãtur, vt videre est ex Gallerato *dict. cap. 4. num. 14.*

39 Quare † alij ex antiquioribus tenent, in eo differre *cedere*, & *mandare*, quòd per cessionem vtiles tantùm actiones transferuntur in cessionarium, quas suo nomine exercet: vbi verò actio mandatur, solum exercitium directarum trãsfertur; quas quia mandantis ossibus infixæ remanent, *l. ita tamen 27. §. qui ex Trebelliano, l. cum hæreditas 49. l. si hæres 70. D. ad S.C. Trebell.* Anton. Faber. *C. de hæred. vel action. vendit. diffin. 2. num. 2. glos. in l. 3. D. pro socio*, Iacob de Aren. *de cess. iur. num. 54.* Ioan. de Graf. *cap. 3. in princip.* Maranta *in l. si actor, nu. 14. D. de procurat.* & ex Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 19. num. 17.* Barbosa & alijs Acosta *de privileg. cred. prælud. 2. num. 11.* Inirigriol. *cons. 26. numer. 42.* Guzman *sup. nu. 72. & 111.* D. Franc. Merlin *cent. 2. cont. cap. 31. num. 3.* Donel. *d. cap. 43.* vbi Osuald. *lit. I.* Anton. Faber *lib. 12. coniect. cap. 6. & in rationali ad l. cum fundus, §. seruum tuum, lit. F. circa medium*, D. *si certum petatur.* Schifordeg. *libr. 3. tract. 23. quæstion. 5.* ex eius persona exercet mandatarius; & cum directo transferri non possint, obliquâ viâ transeunt: ad hoc, vt ex mãdãtis persona, eiusque nomine exerceantur, *l. 1. §. vlt. D. mandati.* Quam differentiam probauit *glos. in l. 1. C. de obligat. & action.* vbi Bart. *num. 7.* Maranta, Bertazol. & Paul. Gallerat. qui alios referunt ex antiquioribus Sfort. Odd. *in repetit. l. 3. C. de nouationib. quæst. 1. vers. Quæro decimo*, sequutus est etiam Guzman *dict. cap. 35. à nu. 112.* & alij, quos laudat multum posthæc scripta visus, Carleual. *de iudicijs tomo 2. lib. 1. tit. 2. disp. 4. num. 15.*

40 Quam † differentiam, & doctrinam, ipsi, qui eam tradunt, si non reprobant, saltim confundunt; & adeò æquiuocè loquuntur, vt percipi non possint. Nam Guzman qui hæc probauit *à n. 102.* inferius *à n. 111.* penitùs contrarium docet. Bertazol. qui *clauſ. 29. glos. 4. num. 2.* hanc differentiam sequitur; rursus *in clauſ. 28. glos. 1. num. 1.* apertis verbis testatur, cessionis clausulam adeò efficacem esse, vt per eam transferantur vtiles actiones, & exercitium directarũ. Gallerat vero (vir equidem doctus) omnium confusè procedit; quia cum *numer. 7. ad 12.* pluriès hanc differentiã repetat, *in num. 12.* penitus eam destruit; quia mandatum, cessionem includere asserit, *& num. 49.* mandatis actionibus, directas, & vtiles transire profitetur. Et rursus eodem, *n. 49.* expresse docet cũ Bald. & alijs per cessionem exercitium directarum transire, & si mandatæ non sint: licet aliud procedat in cessione, quæ legis auctoritate fit. Et *numer. 69.* ita scribit: *Et quoniam (vt supra dixi) ex cessione transit in cessionarium actio vtilis, & exercitium directæ, &c.* Eadem etiã inuenitur contrarietas apud Ferdin. Arias de Mesa *lib. 1. var. cap. 19. à numer. 9.* qui vt videre erit, non magis fœliciter se habuit in huius dubij resolutione.

In quo tenebroso iuris articulo, quem Interpretes lucubrationibus suis, magis obscurant, quàm elucidãt: à quibus, nec quæ retulimus, non nisi summo studio, & labore colligere posses: quia perplexè nimis, & obscurè loquuntur. Vt certa abincertis seperem, constituo † inter cedere, & mã- 41
dare actionem, respectu cedentis nihil esse discriminis; quia semper penes eũ directæ actiones remanẽt, *l. 3. in princ. D. pro socio*, Maranta *in dict. l. si actor, num. 19.* Bertazol. *dict. clauſ. 27. glos. 4.* Quod & agnouit etiam Parlador. *dict. differ. 37. §. 2. in princip.*

Secundò † constituo, & vt certissi- 42
mum statuo, quòd vbi mandantur actiones,

actiones, non vtiles transferuntur, sed tantùm exercitium directarum, quas (vt dixi) nomine mãdantis exercet mandatarius. Quod & vltra supèrius dicta ego confirmo ex eo, quod licet in variis iuris nostri locis legamus, *cedere actionem* (vel vt Florentina lectio habet (*cedere actioni*) & *cedere ius*, & *mandare actionem*: nunquam tamen vidimus, ne dicam iuris Consultos, sed nec Interpretes nostros dixisse vnquam, *mandare ius*: quod satis indicat, *cedere*, & *mandare* inter se differre & per mandatum actionum, nõ ius transferri in mandãtem, nec quid aliud, quod suo nomine possit intendere, sed tantùm actionem directam: obliquè tamen, & vt exerceatur nõmine mandantis. Mandatarius enim similis videtur procuratori, quia vt hic alieno nomine, & ad domini vtilitatem actiones exercet, & procurator simpliciter appellatur; *l.* 1. D. *de procuratorib.* ille mandantis nomine, licet ad suum commodum similiter experitur, & procurator in rem propriam appellatur, vt præter relatos sup. Anton. Faber 12. *coniect. capit.* 6. *& cap.* 10. *circa medium*, vers. *Nam ejusmodi cæ mandatæ.*

43 Ex quo † passim notandus venit Parladorius, quẽ sequitur Carleual. *dict. disp.* 4. *num.* 16. dum *dict. differ.* 37. §. 2. dicit, verum non esse mandatis actionibus exercitium tantùm directarum cõcedi, quia aliàs nihil cessionarius, seu procurator in rem propriam, a simplici procuratore differret. Hæc Parladorius. In quibus non vnus, sed duplex consideratur lapsus. Primus in eo, quod asserit, mandatis actionibus plus transferri, quam exercitium directarum: quasi sentiat, ex mandato vtiles etiam actiones competere. Secundus & maior, dum dicit eum, qui mandatas habet actiones, nihil à simplici procuratore differre; cũ vt monuimus, hic verè procurator in rem propriam sit. Et Parladorius debuit aduertere, aliud esse in iure, mandatum habere ad agẽdum, per quod constituitur quis simplex procurator; aliud verò mãdare actiones: quia ex eo constituitur quis procurator in rem propriam: & ad suum commodum directas actiones in iudicio exercet.

Tertiò constituo cessionario, † in 44
quem transfertur actio, cum clausula cessionis iurium, non solum vtiles cõpetere actiones, quas suo nomine exercere potest: sed etiam exercitiũ directarum habere; quibus nomine cedentis experitur. Quam sententiã expresse sequuntur Bertazol. & Gallerat. relati sup. eamque amplecti videntur Doctores omnes, qui asserũt *cedere*, & *mandare*, idẽ in vtu iuris esse: quod vltra Hotoman. Donel. Gigantium Bocerium, & Schifordegher relatos sup. tenet etiam doctiss. Cuiatius *ad l. vlt. D. de transact. lib.* 2. *quæstion. Papiniani.*

Fulcit hanc sententiam, quòd † ces- 45
sionarius procurator in rem propriã efficitur excessione, vt ex multis probauimus sup. quod dici non posset, ni sfrin eũ transiret exercitium directarum. Si enim excessione vtilis tantũ ei competeret, procurator in rem propriam dici non posset: quia cum vtilis actionis dominus sit, & eâ suo nomine experiatur, non procurator, sed dominus est. Ergo si cessionarius procurator in rem propriam dicitur, ex eo prouenit, quòd per cessionem etiam exercitium directarum ei mandatum videtur: quod expresse probat Bald. *in l.* 1. *C. de obligat. & action. num.* 17.

Et cessionarium † vtiles, & directas actiones habere: vtiles ex propria persona: directas verò ex persona mandantis, vt eius nomine eas exerceat in iudicio, probatur ex *l. vlt. C. quando fiscus, vel priuatus*, agnoscit glossa *in l. emptor, vbi Salicet, C. de hæred. vel action. vendit.* & ibi Bart. *& in l. si duo in fine, D. de solutionibus*, Iason *in l. qui stipendia, C. de procura-* 46

curatoribus, Alexãd. *cons.* 137. *volum.* 2. Bursat. *cons.* 55. *num.* 2. *lib.* 1. Decius *cons.* 536. *num.* 1. & ex Tiberio Decian. & alijs Hypol. Montan. *ad Olibanum de actionib. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 5. ex alijs Bertazol. *clauſ.* 27. *gloſ.* 9. *num.* 3. Ioan. Baptiſt. Thor. *voto* 6. *num.* 5. *& voto* 19. *num.* 23. Acoſta *de priuileg. credit. prælud.* 2. *numer.* 9. Sfortia Odd. ſup. Anton. Faber *in C. tit. de hæred. vel action. vendit. diffin.* 2. *nota* 2. Carleual. (licet nullo ex his relato) *dict. diſp.* 4. *numer.* 3. Arias de Meſa *lib.* 1. *variar. cap.* 19. *numer.* 13. qui neminem ex his, quos laudauimus refert.

Hæc ſunt, quæ magis veritati accedere videntur, & quæ magis iuris regulis conueniunt, licet † etiam de- 47
fendi poſsit, per ceſsionem vtiles tantùm transferri actiones, non vero exercitium directarum, niſi ſpecialiter mandentur: vt cum Bart. probat Carleual. *ſup. num.* 16. Quæ ſententia ſi magis placuerit, reſponderi poteſt, ea quæ diximus, quòd ceſsionarius procurator in rem propriam eſt, & quòd per ceſsionem non ſolum vtiles, ſed & directæ actiones in eum tranſeunt; intelligenda ſunt, & procedunt, quandò non ſimpliciter ceſſæ fuerunt actiones, ſed & ſimul fuerunt mandatæ directæ. Ita vt differentia inter *cedere*, & *mandare* conſiſtat, in eo, quòd per ceſsionem vtilis tantùm actio transfertur; per mandatum verò, ſeù quoties actiones mandantur, exercitium ſolum competat directarum. Quæ ſententia probabilis etiam eſt.

Quam ſi amplecti, & ſequi velis, in eius confirmationem pulchrè facit, quod tradit Maranta *in dict. l. ſi actor, num.* 15. quem ex Bart. Iaſon, & alijs ſequitur Alex. Trentacinq. *lib.* 2. *variar. tit. de procuratoribus, reſol.* 3. 48
num. 2. qui docent, † procuratorem in rem propriam tripliciter poſſe cõſtitui. Primo modo, quandò illi mandatæ ſunt directæ actiones, & ceſſæ vtiles, *vt in l.* 1. *cum gloſ. C. de obligat. & action.* Secundo, quãdo ceſſæ ſunt vtiles actiones, ſed directæ non ſunt mandatæ, *gloſ.* & Bart. *in dict. l.* 1. Tertio modo, quandò ſunt mandatæ directæ, ſed vtiles non ſunt ceſſæ, iuxta Iaſonem, & alios *in dict. l. qui ſtipendia, C. de procuratorib.*

Vtilium, † & directarum actionũ, 49
quę ex ceſsione transferuntur, ſæpè mentionem fecimus in hac quæſtione: & licet in ea animus eſſet explicare, quæ ſit vtilis actio, & in quo à directa differat? Tamen huius rei diſputationem in alium locũ reijcimus, videas infra *tit.* 6. *qnæſt.* 1.

Delegatio † quo modo differat 50
à ceſsione, ſupereſt vt videamus. Et licet per vtramque ius noſtrum, & actionem in alium transferamus, re vera differunt: quod nullo alio modo melius percipietur, quàm ſi ceſsionis, & delegationis diffinitiones conferamus. Ceſsionem diffiniumus ſuperiori capite, vt ſit: *quaſi traditio & iuris & actionis ex aliquo titulo facta trãſlatio.* Delegare vero eſt: *vice ſua alitũ reum* (hoc eſt debitorem) *dare creditori, l. delegari, D. de nouat. & deleg.* ſequitur Parlador. *differ.* 50. *§.* 1. *num.* 1. *& lib.* 2. *cap. fin.* 2. *part. §.* 12. *limit.* 6. *num.* 42. Bertazol. *clauſ.* 33. *gloſ.* 4. *num.* 1. Baius *lib.* 2. *prax. quæſt.* 105. *num.* 6. Acoſta *de priuileg. credit. reg.* 2. *ampl.* 6. *num.* 51. Briſonius *de ſolutionibus lib.* 2. *tit. de delegationibus*, Donel. *lib.* 16. *com. cap.* 1. Et prima † differentia erit, ceſsionem contra debitorem etiam inuitum, & ignorantem fieri poſſe; quia debitor nouæ obligationi non implicatur: ſed tantùm veteris ſolutio, & exactio alteri mandatur; & ita operam tantùm cedentis, & ceſsionarij requirit. Parlador. & Donel. ſup. & ibi Oſuald. *lit. N.* multum poſt hæc viſus Arias de Meſa *lib.* 1. *var. cap.* 11. *num.* 1. *&* 2. Guzman *de euictionib. quæſt.* 35. *num.* 5. Scaccia *de commert. §.* 2. *gloſ.* 5. *num.* 279. qui omnes probãt, ceſsionem inuito debito- 51

bitore cesso fieri posse. Delegatio ve rò consensum requirit eius, qui delegatur, & eò inuito, vel ignorãte nõ fit, *l. 1. l. neq; creditores 6. C. de nouat.* quia qui delegatur, nouæ se obligationi adstringit, Brison. Donel. & Parl. sup. Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 7. de oblig. &*
52 *action. diffi. 1. in alleg. n. 13.* Aliæ † permultæ sũt differẽtiæ inter cessionẽ, & delegationẽ, quas infrà prosequemur: vbi de delegatione latissimè agemus, & quæ ad eã requirãtur. Interim tamẽ videas Brison. Donel. & Acostã, sup. Bertaz. *clauſ. 33. glos. 4. cõ segg.* Ioan. Andreã Dõsperg. *lib. 2. syntagm. iur. p. 2. c. 11. per totũ*, Mãtic. *de tacitis, & ambig. lib. 17. tit. 7. &* 8. Molin. Theolog. *tract. 2. de iust. & iure, disp. 559.* Paulum Galleratum *de renunciatione tom. 1. lib. 1 cap. 4. à nu. 18. ad 25.* (qui latissimè prosequitur,) & doctissimè agentem iuris Cęsarei Primariũ dignissimum D. Athanas. Oteyza & Olano *lib. 2. Paralip. & elect. iur. ciuil. c.*
53 *7. per tot.* Illam † tamen differentiam hic non omittam, quòd per cessionẽ cedens directas actiones nõ amittit; per delegationem verò, nec directæ apud eum remanent: quia obligatio penitùs extinguitur, vt ex Hotomano rectè notat Osuald. *lib. 16. comment. cap. 20. lit N.*

SVMMARIVM.

1 *Cessio duplex est, vna hominis, alia legis.*
2 *Cessio legis quæ sit?*
3 *Legis cessio vna est, hominis vero multiplex.*
Alia principalis, alia accessoria.
Vna expressa, alia tacita.
Voluntaria, & necessaria cessio.
4 *Principalis cessio, quæ dicatur?*
5 *Laudatur* D. Franciscus Merlin, *eius tamen opinio taxatur.*
6 *Cessio accessoria quæ sit?*
7 *Cessio quæ fit à creditore fideiussori, vel correo, an principalis, vel accessoria sit?*
8 *Cessiones accessoriæ simulatæ non præsumuntur. Et in eis nõ procedunt iura, & prohibitiones de cessionibus loquentes.*
9 *Clausula* cessionis iurium, *quæ in contractibus frequenter apponitur, miros effectus operatur.*
10 *Clausula* cessionis iuriũ, *quid operetur in contractibus venditionũ?*
11 *Clausulæ positæ in executiuis; et accessoriæ, effectus,* & num. seq.
15 *Expressa cessio quæ sit, & quæ tacita dicatur?*
16 *Expressum, & tacitum quid sit? remissiue.*
17 *Cessio inducitur per traditionem instrumenti. declara,* vt num. 22.
19 *Mandatum ad agendum in iudicio, præsumitur ex traditione instrumẽti. Et an possit agi, sine cautione de rato. declara,* vt nu. 22.
20 *Cessio, & mandatum ad agendum præsumitur ex eo, quòd instrumẽtum reperiatur penes aliquem.*
21 *Verius esse ostenditur, ex sola existẽtia scripturarum penes aliquem, nec mandatũ, nec cessionẽ induci.*
22 *Causa, ex qua instrumentum traditur, inspicienda est, vt cessionem, mandatum, vel nudam administrationẽ importet,* & à n. 24
Intelligitur text. in l. Mæuia, D. soluto matrim.
Petri Barbosæ, *opinio refellitur.*
23 *Mulier si tradat marito nomina, & instrumẽta debitorũ, quæ extra dotẽ sunt, videtur eã facere procuratorẽ.*
Expenditur l. fin. C. de pactis conuent. *& conciliatur, remissiue* cum l. maritus, C. de procurator.
25 *Si de causa traditionis instrumenti non apparet, videtur traditum causa custodiæ.*
26 *Schedulam si quis faciat, qua promittit soluere cuicumque eam tradenti,* vulgo al q̃ diere esta, *is, penes quẽ inuenitur, exigere potest.*
27 *Si promittã soluere cuicũque literas tuas deferenti, si ignarus falso nuntio soluam, liberor cedendo a-*

ctionem contraeum.

28 *Creditor qui ex instrumento duos reos debendi habebat, si eorũ alteri reddat instrumẽtum, an omnes liberasse censeatur, vel videatur actiones suas contra alium cessisse?*

29 *Creditor si reddat debitori instrumentum, eum liberasse censetur.*

30 *Creditor reddens, vel legans pignus debitori, eũ liberasse non intelligitur, sed tãtũ ius pignoris remisisse.*

31 *Refertur doctrina* Bartoli *existimãtis traditionẽ instrumẽti factã vni ex correis, operari liberationẽ, & donationem, seù cessionem aduersus alium;* & num. 32.

Expenditur l. si is qui duos, D. de liberat. legata.

32 *Explicatur, & intelligitur superior* Bartoli, *doctrina circa animũ creditoris tradentis instrumentum.*

33 *Creditor si vni ex duobus debitoribus instrumentum debiti ex causa remunerationis reddat, vel acceptum faciat, censetur ei aduersus alium actionem cessisse.*

34 *Creditor si reddat fideiussori instrumentum, videtur eum liberasse, & aduersus debitorem principalem, sua iura cessisse.*

35 *In Germania nõ præsumitur actionũ cessio ex instrumenti traditione.*

36 *Voluntaria, & necessaria cessio, quæ dicatur?*

37 *Cessio iurium, quam facere tenetur venditor hæreditatis; voluntaria, non necessaria dicitur.*

38 *Cùm quæritur, an alienatio voluntaria, vel necessaria sit, inspiciendũ erit, an origo negotij necessaria, vel voluntaria fuerit?*

39 *Alienatio, & vẽditio iudicialis pro soluẽdis debitis necessaria non est.*

40 *Expẽditur* l. seruũ quoq; §. si quis in rẽ cum l. sequent. D. de procur.

41 *Refertur interpretatio, & intellectus* Antonij Fabri.

42 *In cessione necessaria, iuramentum non requiritur, quod lex, vel statutũ in alijs cessionibus desiderat.*

QVÆSTIO III.

De diuisione cessionum, & quãdò cessio cedẽtis, vel cessionarij tantùm commodum respiciat, vel in vtriusque gratiã celebretur? Examinatur celebris doctrina Bartoli *in l. 2. §. 1. D. de pactis*, aliaque scitu non indigna.

COnsequens est disputatio de diuisione cessionũ, superiori non inferior, nec vtilitate, nec difficultate. Et cessionis † summa, & præcipua diuisio est, quòd alia est hominis, alia vero legis, Sfort. Odd. *in repet. l. 3. C. de nouat. q.* 1. vers. *Quæro quarto*. 1

Cessio legis † est, quã dò legis virtus, & auctoritas, aliquâ æquitatis, vel necessitatis ratione dictante efficit, vt actio eiusque exercitium mihi competens, absque aliquo meo facto in aliũ trãsferatur. De qua cessione remissiuè dixi quæst. superiori, & latè agam inf. à. *tit. 4. per tot.* 2

Hæc † vero legis cessio vna est: hominis vero multiplex: nã alia principalis est, alia accessoria: alia expressa, alia tacita cessio: alia volũtaria, alia vero necessaria. Hæc, quę primã huius quæst. partẽ cõstituunt, quã breuitèr possim, & cum claritate perstringam. 3

Principalitèr † cessio fit, quandò actio, vel nomen debitoris venditur, & ceditur: vel ex alia causa, veluti donationis transfertur. Quoties enim in verbis dispositiuis, actio aliqua ceditur, venditur, aut donatur, principalitèr cessio fieri dicitur. Quare non rectè, summi nominis vir D. Franc. Merlin. *cent. 2. cons. Forens. c. 31. n. 7.* dixit, has cessiones in consequentiam venire venditionis, vel donationis præcedentis; quia si hoc verum esset, nullam cessionem principaliter fieri dici 4

posset,

posset, sed omnes accessoriæ essent, & in consequentiam.

Cessio † vero accessoria est, quādò principaliter venditur fundus, aliave res, & cedūtur iura, & actiones cōpetentes venditori, ratione illius fundi, vel rei: & sic cessio accessoria est ad contractū, qua accessorie fit cessio, & ad executionē, & corroborationē primi contractus, & venit cessio in cō sequētiā rei vēditæ: ita Abb. *cōs.* 207. *n.* 21. *&* 207. *in princ. &* 240. *nu.* 4. Anguisol. *cons.* 20. *lib.* 2. Alex. Trētacinq. *lib.* 2. *var. tit. de action. resol.* 2. *n.* 22. *&* 27. Bertazol. *claus.* 27. *glos.* 2. *n.* 4. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 129. *n.* 43 Duard, *post tract. de cens. ib. decis.* 445. *n.* 4. *&* 5. Carpan. *ad Stat. Mediol.* 1. *tom. c.* 447. *à n.* 13. Grat. 2. *to. discept.* 273. *à n.* 29. Cessiones † enim, quæ tē dunt ad defensionē rei venditæ, vel alterius actus, accessoriæ dicūtur. Ex quo dicit Bart. *in l. Modestinus, D. de solut. in fin.* cessionem, quæ fit † a creditore fideiussori, vel correo soluēti, principaliter non fieri, sed accessoriā esse ad solutionē, Carpan. *sup. n.* 10. Et cessiones † accessoriæ simulatę nō præsumuntur, Menoch. *d. præsumpt.* 129. *in fin.* Grat. sup. nec in eis procedunt iura de cessionibus loquētia, Alba *d. cons.* 27. Et statutum loquens de cessione, non intelligitur in accessoria, Bald. *in l. cū dotē, n.* 4. *C. de iure dotiū*, Costa *de ratione ratæ, q.* 92. *nu.* 6. vbi etiam, quòd in eā non requritur iuramentum. Vndè *lex penul. & fi. C. mādati*, in cessionibus accessorijs nō procedunt *glos. & DD. in d. l. penul.* Ant. Gabr. *tit. de action. conc.* 4. *n.* 39. & ex alijs Trētacinq. *d. resol.* 2. *n.* 27. vers. *Secundo declara.* Et clausulæ † cessionis accessoriæ ad principalem contractum, hodiè in instrumentis frequentèr apponi solent, & operantur mirabiles effectus: de quibus alibi agemus videndus Paulus Galleratus *de renunc. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 35.

Illud hìc aduertes, quòd † quandò in contractu venditionis rei, clausula cessionis iuriū, & actionum adijcitur, quamuis generalis sit, nihil ampliùs operatur, quam cessionē, & translationē iurium competentiū venditori ratione illius rei venditæ: cùm cessio non principaliter fiat, sed accessoriè; et non in dispositiuis, sed in executiuis; vt dispositā facilius, & plenius exequantur. Clausulæ † enim executiuæ, quæ nō in principali dispositione, & parte substantiali contractus apponūtur, nō ampliant, nec extendunt dispositionē, & ex capite Notarij præsumūtur adiectæ; *clem.* 1. *in fin. de præb. & dig.* Gutierr. *de iuram. conf.* 1. *p. c.* 12. *à n.* 3. *&* 5. Galleratus infra referendus, *n.* 12. Fōtanel. *de pactis nupt. claus.* 4. *glos.* 21. *p.* 6. *à n.* 69. Et † de effectu clausulæ accessoriæ, & in executiuis, & de intellectu, *d. clem.* 1. latissimè qui omnes cumulat, Castillo *tom.* 4. *cont. c.* 48. *per tot.* Mieres *de maior.* 1. *p. q.* 30. Et quandò † clausula in executiuis, vel dispositiuis adiecta videatur? omnino vide Gratian. *tom.* 4. *discept.* 609. *à n.* 5. *ad* 21. Et † de effectu clausulæ accessoriæ, renunciationis iurium, & quid operetur? latissimè Paulus Gallerat. *de renunc. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 8. *per tot.* plenè etiam Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *var. tit. de transact. resol.* 22. Capitius Galeota *lib.* 1. *cont.* 40. *&* 42. *per tot.* magis accedit ad nostræ materiæ terminos Alex. Ludou. *decis.* 158. vbi quòd cessio generalis iuriū, facta in transactione super aliqua re, non cōprehendit nisi iura, de quibus trāsigitur: de quo infrà *tit.* 3. *q.* 10.

Cessio etiā alia est expressa, alia tacita: expressa † dicitur, quæ verbis expressis fit: tacita verò, quæ nō ex verbis, sed ex aliquo facto colligitur, & percipitur. Sfortia Oddus *ad l.* 3. *C. de nouationib. quæstion.* 1. vers. *Quæro, quo modo cessio iurium fiat?* Nec enim cessio ea solum dicitur, quæ scripta est, vel de qua expressè apparet, sed etiam ea, quæ ex voluntate cedētis colligitur: cùm ad voluntatis declarationem nihil interfit, virum ver-

bis, an rebus ipsis, vel factis animum quis manifestauerit, *l. de quibus, D. de legib.* Et quod † expressum, quod tacitum dicatur? latè omnium videndus Paul. Gallerat. *de renunc. tom. 1. lib. 5. c. 1. per tot.* vbi agit de expressa, & tacita renunciatione, & eius effectibus. 16

Tacitæ cessionis exemplũ constituunt Interpretes, quando † quis instrumentum crediti tradit: nam per eius traditionem cessionem induci, *ex l. Mæuia in princ.* D. *solut. matrim.* probarunt Alex. Bart. & Castrẽs. ibi, Bald. *in l. fin. C. quãdo Fisc. vel priuat.* Ruin. *cons.* 44. *à n.* 1. *vol.* 1. Roman. *singul.* 338. Mancius *in patrocinio debitorum, decad.* 2. *quæst.* 2. *n.* 59. Ant. Faber *in ration. ad l. si conuenerit, D. de pignor. action. in prima ratione dubitandi, circa fin.* Sfortia Odd. vbi proximè Cyriac. *lib.* 2. *cont.* 338. *n.* 14. Et paria † esse cedere iura, vel tradere instrumentũ, in quo ipsa iura continentur, *ex l.* 1. *C. de donation.* docet Bald. *in l. itẽ si fundi, n.* 9. *D. de vsufruct. & ind. l. fin. C. quando Fisc. vel priuat.* Hypol. Montan. *in addit. ad Olib. de actionib. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 41. Bertazol. *clauf.* 27 *glos.* 5. *n. fin.* qui alios referunt. 17 18

Similiter, † si constet creditorẽ alicui tradidisse instrumentũ crediti, ex ipsa traditione præsumitur mandatũ, & agere potest in iudicio, tanquam procurator absque cautione de rato, *l. fin. C. de pactis cõuent.* vbi *glos.* Bald. *& DD. & in d. l. Mæuia, D. solut. matrim. & in l. si quis per calumniam in fin. C. de Episc. & Cleric.* & est communis opinio, vt tẽstatur Marsilijs *in l. si quis, n.* 171. D. *de quæstion.* Boerius *decis.* 454. Maranta *in l. si actor, nu.* 2. *D. de procur. & de ordin. iudic. par.* 6. *memb.* 9. *tit. de except. oppos. n.* 59. vi. dendus Mascard. *conc.* 1010. *per tot. to.* 2. Surd. *cons.* 500. *n.* 22. *lib.* 4. Grat. 1. *tom. discept.* 90. *à n.* 12. Trentacinq. *lib.* 2. *var. tit. de procurat. resol.* 11. qui omnes testantur; quòd ex eo, quòd penes aliquẽ reperitur instrumentũ crediti, præsumitur procurator, & agere potest, hac adhibitâ distinctione, vt si constet habuisse instrumentũ à domino, sine cautione debeat admitti: si vero non constet de traditione, debeat præstare cautionem de rato, sequitur doctè, & latè exornans Iacobus Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 34. *per tot.* 19

Et quod † ex eo, quòd penes aliquẽ reperiatur instrumẽtũ crediti, videatur ei fuisse cessas actiones, & habere mandatũ ad exigẽdũ, probat latè Stracch. *de adiecto p.* 4. *c.* 8. *per tot. præcipuè, n.* 11. *&* 13. Parexa *de instr. edit. tit.* 15. *resol.* 10. *n.* 58. Cyriac. *lib.* 1. *cont.* 84. *n.* 23. *&* 24. Guid. Pap. *dec.* 13. *n. fi.* vbi quòd ex traditione instrumenti videtur data potestas exigendi debitum. 20

Sed licet hæc, tot viris doctis probentur, & sine dubio esse videãtur: verius † tamẽ iudico, solam existentiam scripturarũ penes aliquẽ, non inducere mandatũ, nec cessionẽ; cuius sententiæ fuit Scaccia *de com.* §. 2. *glos.* 7. *à n.* 43. Et existentiam, cessionẽ actionũ nõ inducere, quamuis quis probasset à creditore instrumentũ habuisse, ex eo apparet manifestè, quòd cessio iuris vt valeat, & ex ea agere possit cessionarius, requiritur non solùm existentia cessionis, sed & quòd fuerit ex aliquâ causâ, iustoque titulo facta, vt sequenti quæst. probabimus. Ergo sola, & simplex traditio instrumenti nõ poterit inducere cessionem: quèmad modũ, nec simplex rei traditio inducit eius donationẽ, nisi aliud ex cõiecturis appareat, *glos. singularis, in l. cũ quid, D. si cert. petat. glos. fin.* vbi Bart. Cuman. Alex. Ias. Ant. Gom. 2. *var. cap.* 4. *num.* 5. vbi addit *lit. B.* Vltra quòd interse pugnant; quòd traditio instrumenti inducat simplex mandatum ad agendum nomine creditoris, & vt eius procurator; & simul quòd ex ea cessio iurũ producatur, vt suo nomine cessionarius possit experiri. 21

Quapropter † in hoc dubio, & ad eius perfectam resolutionem, semper 22

mihi

mihi placuit aurea illa,& notabilis distinctio Baldi *in dict. l. Mæuia, D. Soluto matrim.* quam sequitur Angel. ibi. Paulus Galler. *d. cap. 4. n. 34.* quod semper attēdi debet causa prędecēs, ex qua creditor alij tradit instrumentū: nam si causa illa, & traditionis titulus aptus esset ad iuriū translationem; traditio induceret iurium cessionem: quod elegantèr probatur *ex d. l. Mæuia, D. solut. matrim.* Vbi ex traditione instrumenti factâ per mulierē marito ex causa dotis, intelligitur ei cessa actio ad exigendum; & marito vtilis actio competit, simulque videtur ei mandatum exercitium directarum, vt ex eodem Bald. *in l. 1. C. de donat.* aduertit Gothofred. *in d. l. Mæuia, lit. D.*

Quam Bald. & Gothofred. sentētiā veram existimo, quidquid † dicat doctus Pet. Barb. *in l. æstimatis 51. nu. 8. D. solut. matrim.* quisentit, quòd licet vbi nomen æstimatum, seù instrumentum marito ex causa dotis traditur, ei vtilis actio suo nomine cōpetat; quasi eò casu nomen emisse censeatur, *l. 2. C. de oblig. & action.* vbi vtilis actio competit marito, qui in dotem accepit æstimatum nomē debitoris, prout denotant verba illa, ibi: *Vtilem tamē marito actionem ad similitudinē eius, qui nomen emerit, dari oportere.* Tamē vbi in æstimatum accepit, non ei vtiles actiones cōpetere asserit, sed tantùm exercitium directarū; quibus ex persona vxoris, eiusque nomine poterit experiri, velut ex ipsius mandato, vt colligi videtur *ex d. l. Mæuia*, ibi; *Cui actiones mandatæ sunt*, quasi eas nomine vxoris exerceat maritus. Nā licet Barbosæ placitum plausibile videatur; tamen ex sola simplicis nominis in dotem datione, absque vlla eius æstimatione, verius credo, vtilem actionem suo nomine marito cōpetere iuxta *d. l. 2.* quā in nomine debitoris ita in dotē dato intelligit cū Rum. & Bald. Nouell. Hypol. Mōtan. *in addit. ad Olib. p. 2. lib. 1. c. 4. n. 10.*

23

Si vero † traditionis instrumēti causa solùm apta esse posset nudæ administrationi; operaretur traditio simplex mandatū; & potestas experiundi cōcessa videretur nomine tradentis, & principalis creditoris, *l. fin. C. de pact. conuen.* vbi ex eo, quòd vxor tradit marito instrumenta, & nomina, quæ extra dotem sunt, censetur ipsum facere procuratorem, *glos. & DD. ibi*, Maranta *in l. si actor, num. 2. in fin.* Menoch. *sup. n. 1.* & ex Anton. Gomez, Barbos. & alijs Castillo *tom. 2. cont. cap. 23. num. 32. & 33.* & de intellectu, *dict. l. fin.* & cōcordiâ cum *l. maritus, C. de procuratorib.* videndus Gratian. *discept. 514.* Mastrill. *dec. 131.* Trentacinq. *lib. 2. var. tit. de procuratorib. resol. 5. per tot.* latè Fontanela *de pactis nupt. claus. 6. glos. 2. part. 7. à num. 54.* 24

At verò † quoties de traditionis titulo, & causa non cōstat; nec cessio actionis, nec etiā simplex mandatum præsumitur, imò potius instrumentū causâ custodiæ, & in depositū traditū censetur. Quā distinctionem sequitur Gratian. *discept. 90. n. 28.* Ant. Gom. *d. c. 4. n. 5.* vbi quòd ex simplici traditione rei, nō præsumitur donatio, sed potius mutuū, commodatū, vel depositum. Et ad hanc distinctionē, & doctrinam reducendi sunt omnes DD. relati sup. qui in distinctè tenēt ex traditione instrumenti tacitam cessionē, vel simplex mandatum induci. 25

Vno tamen casu prædicta limitarē; & ei, penes quem instrumentum reperitur, executionem concederē: scilicet quandò † quis (vt mercatoribus frequens est) schedulā fecit, quâ se obligauit soluere cuicumque, qui schedulam illam attulerit (*vulgo al que esta diere.*) tunc enim is, penes quem inuenitur, absque alia probatione exigere poterit Rebuf. *de liter. obligat. art. 1. glos. 9. n. 33. vers. Poterit*, Straca *de adiecto, d. c. 8. nu. 21.* Petr. Pech. *de iure sistēdi, c. 3. n. 5.* qui intelligit, dūmodo portator literarū cautionē 26

præstet indemnitatis, Gratian. *discep tat.* 90. *à num.* 20 Scaccia *de cõmert.* §. 2. *glos.* 7. *à nu.* 55. qui reprobat Collerium contrarium tenentem, Donsperg. *lib.* 3. *syntag. iur. cap.* 9. vers. *Ius arestandi, fol. mihi* 271. videndus Costa *tract. re integra distinct.* 82. *per totam.* & nemine ex his relato doctus Parexa *de instrum. edit. tit.* 5. *resol.* 10. *num.* 59. qui refert Decianum, & Mãticam. Et quòd † si promittam soluere, cuicumque literas tuas deferenti, an qui defert, agere possit, etsi de mandato non appareat? Vide *text. in l. si quis vxori, §. apud Labeonem, D. de furtis,* Cancerium *lib.* 1. *var. cap.* 22. *num.* 22. vbi quòd recusare possum solutionem, nisi constet de mandato; quòdsi falso nuncio ignorans soluerim, liberor cedendo actionem contra eum, vide infra *tit.* 5. *quæst.* 9. & 10.

27

Ex qua Baldi distinctione, resoluenda est anceps illa tacitæ cessionis quæstio: an † si quis duos reos debendi ex instrumento obligatos habeat, & eorum alteri instrumentum reddat; an omnes liberasse videatur, an vero censeatur ei, cui instrumentum traditum fuit, actionem cessisse contra alterum correum? Et dubium non est, debitorem, cui creditor instrumentum reddit obligationis, liberatum esse; quia † ex traditione instrumenti ipsi debitori factâ, remissio inducitur, *l.* 2. §. 1. *D. de pactis, l.* 3. & 4. D. *de liberat. legat. l. creditricem, C. de remission. pignor. l. seruum filij, §. cum qui chirographum, D. de leg.* 1. Ex quibus iuribus communiter id notãt DD. *in dict. l.* 2. §. 1. Menoch. *libr.* 3. *præsumpt.* 140. & *libr.* 4. *præsumpt.* 164. *num.* 25. Mendoza *de pactis, lib.* 2. *cap.* 2. & 3. Farinat. *de falsit. quæst.* 153. *part.* 4. *à num.* 88. Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *var. tit. de solutionib. resol.* 18. *per totam,* Ioann. Baptist. Thoro *voto* 80. *à num.* 12. Parexa *de instrument. edit. tit.* 1. *resol.* 3. §. 5. *num.* 28. & 29. multis relatis Osuald. ad Donel. *lib.* 22 *com. cap.* 6. *lit. A.* D. Amaya statim referendus, *num.* 9. qui in numeros referunt. Quod non ita † procederet, si creditor pignus redderet, vel legaret debitori, vel penes eũ inueniretur; quia ex eo remissio debiti non inducitur, *l.* 3. D. *de pactis, l.* 1. §. 1. D. *de liberat. legat.* Negusant. *de pignoribus* 3. *memb.* 6. *par. à num.* 19. Mendoza sup. qui assignat rationem differentiæ, & ex Menoch. Conano, Menchaca, & alijs D. Castillo *libr.* 2. *cont. cap.* 23. *num.* 3. Morla *tit. de fideiussorib. quæst.* 8. Duarenus *ad dict. l.* 3. Osuald. *dict. lit. A.* Anton. Faber *in rationali ad cam,* & ex eodem Fabro, & Schifordeg. Doctissimus D. D. Melchior de Valentia *illust. iur. tom.* 3. *ad l.* 1. *D. de leg.* 1. *num.* 23. D. Amaya *lib.* 2. *obseru. cap.* 14. *per totum,* vbi latè de interpretatione textus *indict. l.* 2. §. 1. videndus omnino D. Valentia *à num.* 19.

28

30

Quo prænotato, difficultas consistit: an vt correus ille, cui instrumentum redditur, liberatus manet, ita & alterius correi liberatio cõtingat: an potius præsumatur, creditorem contra eum actiones suas cessisse in fauorem eius, cui traditum fuit instrumentum. In qua sanè difficultate † Bartol. *in dict. leg.* 2. §. 1. *numer.* 5. existimauit, traditionem instrumenti liberationem operari, & donationẽ actionis contra alterum correum. Eiusdem sententiæ fuit Bald. (à nullo, quem viderim; notatus) *in tract. de pactis, num.* 88. *qui extat post lib. Instit.* ibi: *Item quærit: si in vno instrumento continẽtur duo rei, & vni redditur instrumentum, an videatur liberatus vterque?* Et breuiter resoluit liberatũ non cẽseri: sed duo dicit operari redditionem instrumenti, quia liberatur is, cui redditur, & sibi cõtra correũ videtur actio cessa. Quam sententiam ampliat, *num.* 91. quando non constat expresse traditum fuisse instrumẽtum à creditore, sed præsumitur ex eo, quòd in correi potestate inueniatur.

29

31

tur. Et Bartoli opinionem neruosè defendit Castillo *dict. lib. 2. cont. 23. per tot.* Gutierr. *de gauell. quæst. 23. num. 37.* Anton. Faber *in C. lib. 4. tit. 29. diffinit. 13. numer. 2.* quorum præcipuum fundamentum est *text. in l. si is qui duos, D. de liberat. leg.*

32 Ego † tamen verius iudico, Bartoli doctrinam, & sequatium indistinctè veram non esse; imò id æsti mandum ex causa, & animo, quo traditio fit: aliquandò enim remissionē quoad vtrumque debitorem operabitur: aliquando cessionem: aliquandò vero simplex mandatum: quod ex coniecturis eliciendum erit, & ex qualitate creditoris, & debitoris, cui traditū fuit instrumentum. Quæ distinctio cō muniter probatur, & recepta est, tam per practicos, quàm theoricos: vt præter alios ex antiquioribus sequuntur Menoch. *lib. 3. præsumpt. 140.* Mendoza *dict. lib. 2. cap. 2. num. 5.* Coller. *de proces. executiu. cap 2. part. 2. nu. 76.* ex alijs Gratianus *discept. 90. à n. 17* Duarenus *ad dict. l. 2. D. de pactis,* Osuald. *dict. lib. 22. cap. 6. lit. A. circa medium.*

Cui distinctioni notanter acce-
33 dit † Casanate *cons. 10. num. 89.* qui tradit, quòd licet traditio instrumenti meram libertatem inducat: tamen quando ex causa remunerationis, & vnius rei debendi contemplatione traditur: nō simplicis liberationis effectū producit, sed cessionis, & trāslationis: ita vt creditus cessionem cēseatur habere, vt aduersus alios experiri queat. Quod non solùm in specie traditi instrumenti verum esse dicit, sed casu, quo acceptilatio vni ex correis debendi ex causa remunerationis fit: quia poterit is, cui accepto latum fuit, aduersus alios correos debē diagere, vt ipse latè, & singulariter probat *à num. 83. videndus à num. 75. ad 97.*

Nec † minus ad rem facit,
34 quod post Grivell. *decis. 80. circa finē,* scribit Hodierna ad Surdum *decision. 308. num. 26.* quòd quando creditor fideiussori soluenti, instrumentum, & obligationem originalem non cancellatam tradit; videtur tàm contra debitorem principalem, quàm contra alios confideiussores, actiones suas cessisse: Cuius rei ratio est, quia ex præsumpta partium voluntate id actum videtur, vt traditio non simplicem liberationem, seù extinctionem actionis; sed etiam cessionē, & trāslationem operetur; quibus concinit. Anton. Faber *in C. lib. 8. tit. 28. diffinit. 21.*

Sed † antequàm ad alia accedā, 35
non omittam, quod scripsit Schiordeg. *lib. 3. tract. 23. quæstion. 20.* vers. *Quæstionis est,* in hæc verba: *In Germania nostra sæpiùs pronunciatum fuit, quòd ad probationem cessionis nō sufficiat, si quis producat tabulam cautionis, eamque sibi à creditore traditā, & cessam dicat; sed hoc amplius requiritur, vt instrumentum cessionis simùl exhibeatur.*

Cessio quoque diuiditur in voluntariam, & necessariam Sfort. Odd. *in repetit. l. 3. C. de nouationib. quæst. 1.* vers. *Secunda species.* Voluntaria † 36
cessio est, quæ ex voluntate; necessaria autem, quæ ex necessitate fit. Actiones enim quandòque sponte ceduntur, quandoque vero quis actionem cedere compellitur, vel iure actionis, vel ope exceptionis, vel iudicis officio, Bart. *in l. Modestinus, nu. 6. D. de solut.* Gras, *de cess. iur. §. 6.* Iacob de Aren. *rub. 6.* Oliban. *de action. part. 2. lib. 1. cap. 4. num. 5.* Virgilius *de legit. pers. cap. 1. num. 40.* Afinius, & Giurba relati in exordio *tit. 5.* Acosta *de priuileg. cred. prælud. 2. à numer. 20.* ex vers. *Ex quibus,* vbi *num. 21.* rectè notat, quòd † licet vendi- 37
tor hæreditatis, actiones suas emptori præstare compellatur *l. 2. §. non solum, D. de hæredit. vel action. vendit.* tamen cessio illa non necessaria, sed voluntaria dicitur: quia licet finis sit necessarius, principium cōtractus, & vendi-

venditionis voluntarium fuit. Quo casu cessio potius voluntaria, quàm necessaria est, arg. *text. in l. sicut, C. de oblig. & actionibus.*

38 Eodem modo cum quæritur, an alienatio † aliqua voluntaria, vel ne cessaria sit? Origo negotij semper debet attendi: nam si alienatio haberet principium necessarium à debitoris voluntate independens, alienatio necessaria dicitur: at vero si originem habeat voluntariam, licet reluctante debitore fiat venditio, alienatio voluntaria erit, *l. cum fidei hæredis 9. D. de fid. eicom. libert.* ita Mieres *de maiorat. 4. part. quæst. 1. lim. 5. à num. 21.* Fontanela *decis. 278. à num. 17.* Intrigliol. *cons. 30. à num. 59.* Castillo *tomo 6. cont. cap. 113. à num. 9.* & latissimè *de usufructu, cap. 46.* Gutierrez *de tutel. 3. part. cap. 5.* Capitius Galeota *lib. 1. cont. 36.* Acosta *de priuileg. cred. reg. 2. ampl. 6. num. 43.* alijs relatis Noguerol *alleg. 29. num. 241.* vbi latè probat † alienationem, & ven-

39 ditionem iudicialem pro soluendis debitis, non esse necessariam, sed voluntariam: licet minus benè contrarium sentiat Petr. Surdus *cons. 322. numer. 19.* qui in terminis cessionis loquitur.

Hæc † tamen, & præcipuè prædi-

40 ctam Acostæ sententiam (quam verã esse diximus) fortitèr conturbare, imò destruere, & conuincere videtur textus (quem non præuidit Acosta) *in l. seruum quoque 33. §. si quis in rem cum l. sequenti, D. de procuratoribus.* Ex quibus colligitur cessionem, quæ emptori hæreditatis fit, non voluntariam, sed necessariam esse, vt appareat ex verbis, *dict. §. si quis in rem*, ibi: *Ni si forte ex necessitate fuerit factus.* Et statim *in dict. l. sequenti*, exemplum constituit Caius de procuratore in rem propriam ex necessitate facto, in eo, qui emit hæreditatem, cui venditor actiones suas mandauit. Vndè videtur cessionem necessariam dici, quę initium habuit volũtarium; simulquè emptorem hæreditatis, cui mandatæ sunt actiones, non voluntariam, sed necessariam actionem habere.

Præsensit † horum iurium difficultatem Anton. Faber *lib. 12. coniect. cap. 10.* non tamen ab ea sententia desistit, quam nos probamus: imò contendit, cessionem necessariam dici nõ posse, quę originem, & principium habuit voluntarium: & vt elidat horum iurium difficultatem post Acurs. & Bart. *in dict. §. fin.* assert, prædicta illius §. verba, ibi: *Nisi forte ex necessitate fuerit factus*, ita accipienda esse, ac si scriptum esset, *nisi ex causa onerosa procurator factus sit.* Sequitur Osualdus, ad Donel. *lib. 18. comm. cap. 13. lit. G. in princ.* ibi: *Vulgo hoc ita exponunt, si cessæ actiones ex causa onerosa.* Melius tamen, & aptius satisfacies, prout nos infra *tit. 7. quæst. 4.*

Casus † autem, in quibus quis cõ- 42
pellitur iura, & actiones suas cedere; & de differentijs inter voluntariam, & necessariam cessionem, videas infra *tit. 5. per totum*, & interim Donel. *lib. 18. com. cap. 13.* vers. *Superiore distinctione*, qui post Bart. varias necessariæ cessionis species refert. Illud in præsenti aduerto, in cessione necessariâ non requiri iuramentum, quod lex, vel statutum in cessione solet requirere, vt notat Iul. Cæsar Glusianus *de bonis in solutum dandis, libr. 1. cap. 1. num. 38.*

Vt promissis in nostræ quæstionis inscriptione starem, scripserã in præsenti, quandò cessio cedentis, vel cessionarij, aut vtriusque gratiam respiceret? Sed quia, quæ hic dicta erant, necessariò à nobis infra repetenda sunt in *quæst. 5. tit. septim.* nè videar semel scripta transcribere, & easdem doctrinas repetere; Lectorem ad *d. quæst. 5.* remitto. Animus enim noster non est, transcribendo nostra, vel aliorum scripta, paginas implere; nec vt frequẽter fieri solet, Auctores omnes, quos alij referunt, transcribere: in quæ vitia nullibi me incidisse inue-

nies;

nies: quia semper mihi in animo est, & erit, quàm breuiter, & syncere ex Doctoribus, quos originaliter vidimus, eorum fundamentis prius perpē sis, nostrum qualequale iudicium in quæstionibus huius difficilis, & vtilissimi tractatus interponere, & ea resoluere, quæ magis vera, & recepta sunt.

SVMMARIVM.

1 *Titulus, & causa aliquando differunt.*
2 *Causa pro titulo sæpius accipitur.*
3 *Causæ multiplex, & varia acceptio.*
4 *Cessionis causa nihil aliud est, quàm titulus eius.*
5 *Formalis causa cessionis, & titulus, à quo causatur?*
6 *In materia nostra, titulus est omnis dominij adquirendi causa.*
7 *Dominij causa, & titulus, est emptio, donatio, permutatio, legatum, &c.*
8 *Causa requiritur ad validitatem cessionis.*
9 *Cessio sine titulo facta, ex eo, quòd superueniat, non confirmatur.*
10 *Nedum causa, & titulus requiritur in cessione, sed quòd sit iustus.*
11 *Causa, & eius existentia verificanda est.*
12 *Ex cessione sine causa agi non potest, contra debitorem cessum.*
13 *Traditio sicut se habet in corporalibus, ita se habet cessio in incorporalibus.*
14 *Cessio in incorporalibus, traditionis loco habetur.*
15 *Nuda traditio in corporalibus dominium non transfert.*
16 *Cessio nuda non transfert actionem in cessionarium.*
17 *Difficilius adquiruntur incorporalia, quàm corporalia.*
18 *Cessio etiam iurata, sine causa non valet, nec promissio decedendo,* & num. 19.
20 *Reprobantur* Gutierrez, & Seraphin.
21 *Cautio priuata, & chirographum sine causa nō valet, nec nisi ea probata ex eo agere potest creditor.*
22 *Stipulatio de iure communi, an causam requirat?*
23 *Instrumentum sine causa, an de iure nostro Regio mereatur executionem?*
Affirmatiua sententia refertur.
24 *Verius esse ostenditur, executionem non habere.*
25 *Assignatur duplex ratio.*
26 *Causa cessionis, an debeat ex primi in principio instrumenti?*
Resoluitur sufficere, quòd in qualibet eius parte causa inseratur.
27 *Cessio vt valida sit, sufficit; quòd ex tenore instrumēti de causa cessionis appareat.*
28 *Cessio inter consanguineos quando sine expressione causæ valeat?*
29 *Donatio quando ex sanguinis coniunctione præsumatur?*
30 *Fideicommissum, an censeatur remissum ex temporis diuturnitate, & sanguinis coniunctione?*
Renunciatio ex quibus præsumatur, ibidem.
31 *Cessio modicæ quantitatis facta à diuite pauperi, donationis titulo facta præsumitur.*
32 *Ecclesiæ fauore, an idem procedat?*
33 *Reprobatur opinio* Ioannis Gutierrez.
Cessio, quæ sine causa fit, an quasi ex donationis titulo sustineatur? ibi.
34 *Cessio non expressa causa, si præceserunt benemerita cessionarij, præsumitur facta ex causa donationis.*
35 *Cessio valet etiam causa non expressa, si eam præcessisse probetur.*
Cessio etiam tacita, sine causa non valet, ibi.
36 *Cessio si ab scientē fiat, an consistat nulla*

nulla expressa causa, & quando scienter fieri dicatur?

37 *Cessio ab sciente facta, nõ facit præsumi donationem.*
Interpretatur text. in l. Campanus 47. D. de operis libertor.

38 *Cessio si ab sciẽte fiat, nulla expressa causa, præsumitur potius animus indeliberatus.*

39 *Donatio vbi ex qualitate personarum non præsumitur, cessio actionis, quasi ex donatione non sustinetur.*

40 *Cessio si fiat pretio accepto, videtur facta titulo venditionis.*

41 *Cessio si fiat titulo venditionis, erit venditio; si donationis, donatio; si transactionis, transactio, & sic de similibus.*

42 *Titulus non requiritur in cessione necessaria.*
In cessione necessaria cessat fraudis suspicio, ibid.

43 *Ratio, ex qua quis compellitur ad cedendum, titulus actionis est.*

QVÆSTIO IV.

Cessionis instrumentum an debeat expressè continere titulum cessionis? Et ex quibus titulis causis ue cessio fieri possit? Vbi varia de obligationibus, sine causa, tàm de iure cõmuni, quàm Regio.

1 ICET † inter titulum, & causam differentia sit; & titulus à causa aliquandò discernatur, Parladór. *different.* 37. *n.* 3. Tamẽ † causa pro titulo sæpius accipitur, *vt in l. nunquàm nuda, D. de adquir. rer. domin. l. priuilegia* 16. *D. de priuileg. cred. l. si ego, §. partus, D. de publician. in rem action. l.* 3. *§. ex plurimis, D. de adquir. possess.* Alia iura refert Rebuff. *in l. rei appellatione* 23. *D. de verbor. signific.* vers. *Decimo sexto*, Alex. Trenta cinq. *lib.* 2. *var. tit. de actionibus, resol.* 2. *num.* 2. vers. *Tu à prima.* Ferdin. Mendoza *lib.* 3. *disput. iur. ciu. cap.* 7. *num.* 5. vers. *Alio quarto modo*, vbi latè explicat, quibus † 3
modis causa accipiatur in iure. Rebuf fus. sup. qui 23. acceptiones huius nominis congerit.

Quoad † nos etiam titulus, & causa non differunt: nam causa cessionis nihil aliud est, quàm eius titulus, *authen. minoris debitor, C. qui dare tutor.* Sfort. Odd. *in repet. l.* 3. *C. de nouation. quæst.* 1. vers. *Quomodo cessio iurium fiat*, & vbi est causa cessionis, ibi & titulus est. Bald. *in l. penult. C. mandati, num.* 9. *& cons.* 261. *num.* 2. vers. *Secundo quæritur. lib.* 2. Qui enim donat, & cedit ex causa donationis, eo titulo actiones suas transfert, *l. Seia* 52. *in princ. D. de donat. caus. mortis*, ibi: *Donationis causa cessisset.* Formalis † enim causa cessionis, est iusta 5
causa, seù titulus à quo causatur, *dict. l. penult. & fin. C. mandati, vbi Bart. & in l.* 2. *C. nè liceat potent.* vbi Salicet. & alij Alex. *cons.* 137. *numer.* 27. *lib.* 2. vnde rectè Bertazolus *claus.* 27 *glos.* 2. *nu.* 1. quòd † in proposito no- 6
stro; titulus est omnis adquirendi dominij causa, ex qua nostrum fit, quod non erat nostrum. Et asserit † titulũ, 7
vel causam dominij esse emptionem, donationem, permutationem, dotẽ, legatum, & similes, §. *namque si cui, Instit. de actionib.* Sfortia sup. D. Amaya *ad rubric. tituli de canone largitionalium titulorum, num.* 14.

Ad † validitatem ergo cessionis, 8
certi iuris est, requiri titulum, seù causam, *l. qui stipendia, C. de procurator.* ibi: *Qui honesta, & verecũda præcedẽte causa, l.* 64. *tit.* 18. *p.* 3. ibi: *Por razõ de tantos marauedis, dict. l. penult. & fin.* vbi *glos.* Bart. *& DD. Specul. tit. de*

de cess. action, §. consequenter, num. 2. Ruinus *cons.* 126. *num.* 13. *& 16. lib.* 3. Rota Genuens. *decis.* 189. *nu.* 3. Riminal. Iun. *cons.* 130. *numer.* 15. *vol.* 2. vbi dicit, hoc omnes tenere; & *cons.* 507. *num.* 9. *vol.* 5. Roman. *cons.* 450. *col.* 1. *& per tot.* Decius *cons.* 464. *nu.* 4. *& in l. qui quadraginta, num.* 3. *D. ad Trebellian.* Iacob de Aren. *de cess. iur. rub.* 2. *per totam* omnino videdus Octauian. Cacheran. *decis.* 144. *num.* 12. Bertazol. vbi proximè, Ponte *cōs.* 5. *num.* 4. Paul. Gallerat. *de renūciac. lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 30. *&* 107. Hypolit. Montan. *in addit. ad Oliban. dict. cap.* 4. *num.* 4 Intrigliol. *cons.* 7. *num.* 1. *& per tot.* Trentacinq. *lib.* 2. *var. titul. de actionib. resol.* 2. *num.* 1. Schifordeg. *tract.* 23. *quæstion.* 3. *in fin.* Genoa *de script. priuata, lib.* 3. *quæst.* 10. *num.* 4. Carpan. *ad stat. Mediol.* 1. *tom. capit.* 445. *num.* 57. Donel. *lib.* 15. *com. cap.* 43. multis relatis Seraphin. *de priuileg. iuram. priu.* 94. *num.* 7. Quod † adeò procedere dixit Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 129. *num.* 33. vt cessio semel sine titulo facta, ex eo quòd superueniat, non confirmetur. 9

Et non solùm causa, & titulus requiritur, sed & † quòd sit iustus, Schifordeg. sup. D. Franc. Merlin. *cent.* 2. *cont. For. cap.* 31. *nu.* 2. vbi dicit † nedùm causam, sed etiam realem causæ existentiam esse probandam, iuxta Feder. de Senis, Alex. Tuschum, & alios, quos refert ex alijs Arias de Mesa *lib.* 1. *var. cap.* 19. *num.* 10. Et quòd † ex cessione, quæ sine causâ fit, agi non possit contra debitorem. Anton. Gabriel *lib.* 2. *conc. tit. de actionib. concl.* 5. *n.* 2. Socin. Iunior, qui de communi opinione testatur *cōs.* 97. *n.* 70. *vol.* 1. Intrigliol. *dict. cons.* 7. *num.* 22. Gutierrez *de iuram. confirm.* 1. *part. cap.* 47. *num.* 11. 10 11 12

Quæ iuris regulis conueniunt: nā † sicut se habet traditio in rebus corporalibus, ita & in incorporalibus se habet cessio; *glos. in l. fin. C. quādo Fiscus, vel priu.* Cessio enim vim traditionis habet, & idem † operatur circa incorporalia, quòd traditio in rebus corporalibus, vt ex antiquioribus Ofasicus *decis.* 51. Tiraquel. qui pluribus comprobat *de retract. lig.* §. 1. *glos.* 7. *num.* 12. Scaccia *de commer.* §. 2. *glos.* 5. *quæst.* 8. *nu.* 263. Intrigliol. *cons.* 1. *num.* 4. Monter á Cueba *decis.* 43. *nu.* 13. Cencio *de cens. lib. g.* 42. *n.* 9. Ponte *decis.* 34. *nu.* 24. Gaito *de credito, cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1838. *&* 1842. Amato 2. *tom. var. resol.* 95. *nu.* 20. Thoro *incomp. decis.* 2. *tom.* verb. *Creditor, licet posterior*, multis relatis Mieres 1. *part. quæst.* 40. fere per totam. Vt enim † nuda traditio in rebus corporalibus, non præcedente titulo, & causâ, dominium non transfert, *l. nunquam nuda, D. de adquir. rer. dominio, l. traditionibus, C. de pactis*, Ant. Gomez 2. *tom. var. cap.* 11. *num.* 3. *circa prin.* Ita † cessio nuda, & sine causâ vtilem non transfert actionē in cessionarium, iuxta Bart. *in l.* 1. *num.* 23. *& in l. in causæ, §. ex parte, D. de procurat.* Iacob de Aren. *de cess. iur. n.* 13. *&* 16. Rebuff. *ad l. Gall. tit. de cess. action. art.* 1. *glos.* 6. Gutierrez *dict.* 1. *part. cap.* 47. *num.* 11. Difficilius † enim adquiruntur incorporalia, quàm corporalia, *l.* 1. *§. fin. l.* 2. *D. pro socio*, Iacob de Aren. vbi proximè Trentacinq. *dict. resol.* 2. *num.* 3. 13 14 15 16 17

Quam doctrinam † ampliāt DD. vt etiā cessio iurata sit, non valeat sine causâ, Anton. Gabriel *dict. conc.* 5. *num.* 2. Ruinus *cons.* 126. *num.* 13. *lib.* 3. quos sequitur Galerat. *de renunciatione tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 107 Gozadinus *cōs.* 3. Trentacinq. & Intrigliol. sup. ex alijs Osuald. ad Donel. *lib.* 12. *com. cap.* 9. *lit. A.* circa medium. Quod † non solùm in cessione, sed etiam in promissione de cedendo procedere ex Ruino probat Trentacinq. Quare † cauēdum existimo á Gutierrez qui *dict. cap.* 47. *num.* 13. *circa finem* asserit, cessionem iuratam etiam sine causâ consistere, sequitur Seraphin. *sup. num.* 8. 18 19 20

Nec

Nec hoc in ceſsione ſpeciale eſt,
21 vt ſine causâ non valeat: idem † enim procedit in cautione priuatâ, ſiue chirographo: ex quo vt agere poſsit creditor, eius titulum, & cauſam probare tenetur, *l. generaliter, C. de non numer. pecun. cap. ſi cautio de fide inſtrumentorum, l. fin. tit.* 13. *part.* 3. *l.* 19. *tit.* 18. *part.* 3. Parlador. *lib.* 2. *rer. quot. c.* 3. *num.* 55. Hermoſilla *in l.* 9. *gloſ.* 5. *num.* 57. *in fin. tit.* 1. *part.* 5. quod ex *l. non ſolum* 49. *§. vltim. D. de pecul. l. ſi peculium* 6. *§. ſicut autem, D. de pecul. legat. l. nuda ratio, D. de donationibus*, notat D. Ioſeph Vela *diſſert.* 21. *à n.* 1. 15. *& 75. & diſſert.* 25. *à n.* 4. Iacob Cãcer. *lib.* 1. *var. c.* 22. *n.* 13. *in fin.*

22 Stipulatio † verò an de iure cõmuni cauſam requireret? Et de interpretatione, *l.* 2. *§. circa, D. de dolo mali, & met. except.* videndus omninò Parlador. *dict. cap.* 3. *à num.* 56. qui defendit, neceſſariam non eſſe cauſam, latè de quæſtione Donel. *lib.* 12. *comment. cap.* 9. vbi Oſuald. *& lib.* 14. *capit.* 36. *lit. CC.* Pichard. *in princ. Inſtit. de verb. oblig.* quem rogo non omittas, Anton. Gomez 2. *tom. var. cap.* 11. *à num.* 13.

23 Illud † verò controuerſum eſt, an hodie de iure noſtro Regio, ſtante *l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop.* validum ſit pactum, vel inſtrumentum ſine cauſa, & an mereatur executionem? Et affirmatiuè reſoluit Parlador. *ſup. nu.* 59. & 60. Mendoza *de pactis lib.* 1. *cap.* 4. *à num.* 46. Suarez *in l. poſt rem iudicatam, notab.* 3. *num.* 8. Contraria †
24 tamen ſententia verior eſt, quòd inſtrumenta ſine cauſa, etſi clauſulam guarentigiam habeant, non mereantur executionem, niſi obligationis cauſa probetur: quam defendunt Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 14. *titul.* 12. *per tot.* Ant. Gomez *dict.* 2. *tom. cap.* 11. *à num.* 4. *&* 5. Azeued. *in dict. l.* 2. *nu.* 43. *& in l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop. num.* 170. Matienço *in dict. l.* 2. *gloſ.* 1. *à numer.* 18. latè Rodriguez *de execut. capit.* 1. *art.* 4. *nu.* 44. ex Gregor. Lopez, Valençuela, Genoa, Gaito, & alijs nouitèr Acoſta *de priuileg. cred. reg.* 3. *limit.* 4. *per tot.* Videndi vltra relatos ab eo, Intrigliol. *conſ.* 7. *nume.* 15. *&* 53, Iacob Cancer. 2. *part. var. cap.* 3. *à num.* 74. *& cap.* 8. *à nu.* 99. Carpan. *ad ſtat. Mediol.* 1. *tom. cap.* 42. *nu.* 70. *&* 185. Camill. Borrell. *in ſum. deciſ. tom.* 2. *tit.* 19. *nu.* 111. Bayo *lib.* 1. *praxis, cap.* 6. *num.* 6. Oſuald. *dict. cap.* 9. *per totum*, qui etiam loquitur in inſtrumento, vel pacto iurato.

Huius † rei duplex aſsignatur ratio: vna ſcilicet, quia vbi cauſa non exprimitur, videtur ex aliqua illicitâ, & reprobatâ causâ factã fuiſſe ceſsionẽ, vel promiſsionẽ, ideòque expreſſam non fuiſſe. Anton. Gomez ſupra, D. Ioſeph Vela *dict. diſſert.* 21. *numer.* 75. Quam rationem licet reprobet Acoſta, tamen veram iudico: nã licet in dubio illicitum non præſumatur; & potius donatio, quàm delictũ ſit præſumendum, Velaſcus *lit. D. axiom.* 215. tamen vbi cauſa promiſsionis non declaratur, quæ faciliter exprimi potuit, cautela, & fraus præſumitur. Altera ratio eſt, quòd promiſsio ſine causâ indeliberata præſumitur. Et cùm in iudicio quis teneatur ſaltim exprimere factum, ex quo obligatio deſcendit; nimirum non eſt, quòd vbi cauſa deficit, agi non poſsit. Quã rationem ex Iaſon. Ægidio, & Gutierrez probat Acoſta *ſup. à num.* 9.

Et ſunt, † qui putent, adeò in ceſ- 26
ſione titulum eſſe neceſſarium, vt debeat de eo conſtare in principio, & capite inſtrumenti, *gloſ. fin. in fin. in l.* 1. *C. ne liceat potent.* Speculat. *titul. de ceſs. action. §.* 1. *column.* 9. verb. *Sed nunquid*, Azo. Caſtrenſ. & Odofred. quos refert Trentacinq. *dict. reſolut.* 2. *numer.* 8. ſed ipſe ibi ex Bart. Bald. Angel. & Salicet. contrarium ſequitur ex alijs Bertazolus *dict. clauſ.* 27. *gloſ.* 2. *num.* 2. qui omnes cum cõmuni teſtãtur, ſufficere, quòd in quacumque parte inſtrumenti ceſsionis cauſa inferatur; & † neceſſe non 27
eſſe,

esse, quòd expresè id fiat; sed esse satis, quòd ex tenore instrumenti, & personarum qualitate appareat titulus, & causa; ex qua cessio fit: ex Iacob Aretin. Fulgos. Bald. & aliis ex antiquioribus obseruat Paulus Galleratus *dict. cap. 4. numer.* 107. Menoch. *supr. à num.* 31. Gregorius Lopez *in dict. l. 64. glossa 3. titul. 18. partita 3.*

28 Ex qua doctrinâ rectè inferes, cessionem † factam inter consanguineos, absque expressione causæ valere: quia licet titulus expressus non sit, præsumitur donationis titulo factam fuisse cessionem, vt voluit Dynus, Alueric. Bald. quos sequitur Tiraquellus *de retract. lignag. in præfat. numer.* 54. Trentacinq. vbi proximè *numer.* 2. Bertazol. *dict. glos. 2. numer. 2. in fine*, Giurba *in consuet. Messan. cap. 6. glos. 9. numer. 1. & 2.* Menoch. *dict. præsumption. 129. numer.* 32. Intrigliol. & Acosta sup. qui ex a-

29 lijs probant, quòd † licèt regulariter donatio non præsumatur; *leg. cum de indebito, D. de probation. l. fin. C. de nouationib.* multis relatis Velascus *dict. axiom. 215. lit. D.* Noguerol *allegat. 2. numer. 98.* tamen sanguinis coniunctio facit, præsumi donationem, si de magno præiudicio non agatur, Anton. Gomez *tom. 2. variar. cap. 4. num. 5.* Barbosa *in l. 1. D. soluto matrimon. part. 7. à num* 49. & in id adducit, *l. si seruus, D. de donationib. inter, cap. requisisti de testament.* D. Castillo *tom. 6. cont. cap. 168. §. vnico, num.* 25. D. Larreátegui *lib. 8. select. iur. ciuil. cap. 13. num. 44.* Velasco *de priuileg. paup. 3. part. quæst. 8. num.* 186. Et † quan-

30 dò ex sanguinis coniunctione, & temporis diuturnitate censeatur remissum fideicommissum, & de interpretatione, *l. Procula, D. de probationib.* latè Paulus Galleratus *de renunc. lib. 5. cap. 1. à num.* 15. vbi per totum, ex quibus renunciatio præsumatur, & qualis oriatur præsumptio ex coniunctione sanguinis?

Hinc etiam fluit, † validam esse 31
cessionem, si diues cedat pauperi actionem, etiam non expresso titulo; quia præsumitur facta ex causa donationis, cuius coniectura, & præsumptio sumitur, ratione paupertatis: præcipuè si à diuite pauperi cessio fiat in modicâ quantitate, *cap. & si quæstiones 18. de simon.* vbi Abbas *numer. 3. & glos. 2. in fine, leg. si filij tui 26. C. de donat. inter*, Bart. *in l. cum quid, num. 11. D. si certum petatur*, Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 24. num. 4.* Velasc. *de priuileg. paup. 1. part. quæst. 21. à num. 1. & 8.* Et † an idem fauere Ecclesiæ procedat? ipse Velasc. 32
3. part. quæst. 8. à num. 132. Gutierrez *sup. num. 13. in fine.*

Ex his † reprobandus est Gutier- 33
rez *de gauell. q. 60. n. 2. vers. Quod si cessio*, dùm asserit cessionē, quæ non vēditionis, nec permutationis causâ fit, sed gratuitò; donationem, vel simplicem cessionem esse. Ex quo innuere videtur, donationis titulum præsumi, vbi quis iura cedit alteri sine causâ: quasi ipsa liberalitatis causa sufficiens sit, vt cessio subsistat. Quæ ratio fuit præcipuū Bartoli fundamentū, vt existimaret promissionē sine causa validā esse; quia præsumitur donandi animo factam fuisse: quē sequitur Mendoza *de pactis, lib. 1. capit. 4. à num.* 46.

Conuincitur etiam Gutierrez, quia indubitati iuris est, donationem non præsumi, nisi id suadeat aliqua coniectura, veluti sanguinis, vel paupertatis. Si † tamen benemerita præcessissent, & postea nulla 34
expressa causâ, cessio fieret, præsumeretur facta ex causa donationis, *l. si verò non remunerandi, §. idem Papinianus, D. mandati*, Gutierrez *de iuramēt. confirmat. dict. cap. 47. num.* 13. Vbi † quòd si cessionarius probet 35
causam cessionis, poterit ex ea agere, licèt causa expressa non esset. Et quòd cessio sine causa non valet, siue expressa, siue tacita cessio sit, vt su-

periori quæstione notauimus.

Similitèr nec sine scrupulo est alia opinio, Alex. Trentacinq. *dict. tit. de actionibus, resol. 2. num. 2.* vers. *Secundò infertur*, qui † asserit, quòd si cessio ab sciente fiat, licèt nullus expressus sit titulus; tamen præsumitur facta ex causâ donationis: sicut præsumitur in qualibet promissione, quæ sine causâ ab scientè fit, provt docèt Gutierr. *dict. cap. 47. nu. 7. & 8.* Anton. Gomez *2. var. cap. 11. nu. 4.* vers. *Ad aliam*, Matiençó *in l. 2. titul. 16. lib. 5. Recop. glos. 1. nu. 11.* Et scientèr cessionem fieri inquit Trentacinq. si instrumentum illud verbum habeat, *sponte, ex certa scientia*, & similia: et suam adstruit sententiam, præterquã ex Castrens. Immol. & Rumo, *ex tex. in l. Campanus 47. D. de oper. libertor.* vbi qui sciens se non teneri promisit, donare præsumitur.

37 Verius † namque videtur, nullam esse cessionem; quantumuis quis sciens cedat, nisi exprimatur titulus, nec scientiam sine causa præsumi facere donationem. Nec quidquam facit pro Alexan. Trentacinq. *text. in in dict. l. Campanus*, nam in eâ, promissionis causa præcessit: Donum enim, munus, vel operas promisit libertus, qui ex fideicommissi causâ manumittebatur, ad quas licèt non teneretur, *l. Vt ius iurãdi 7. §. rescriptum, l. si quis 13. §. 1. D. de operis libertor. l. qui ex causa 29. D. de bonis libertor.* Quia ingens illud libertatis beneficium non ab eo accipit, qui ex fideicommissi causâ libertatem præstat, sed ab eo, qui fideicommisit, *d. l. si quis 13. §. 1. l. Vnum ex familia, §. fi de falcidia, D. de leg. 2.* Cæterum si vsque adeò gratũ se exhibere voluerit libertus, vt ei, à quo re vera nihil accepit, donum, operas vè promittat; promissio valebit: quia donandi animus præsumitur in eo, qui cum sciret, se id recusare posse, passus fuit operarum impositionem. In quâ specie certo certius apparet, promissionis causam præcessisse, motumque fuisse libertum gaudio illo, & quasi beneficio acceptæ libertatis: vt ratiocinatur pro interpretatione, *dict. l. Campanus 47.* Ant. Faber *lib. 20. coniect. cap. 18. circa finem.*

Imò † potius tentari posset, quandò scienter cessio fit, & causæ nulla fit mentio, contrahentes indeliberatè se habuisse: & dùm non curarũt de expressione causæ, in ea cogitatione fuisse, vt nihil interse agi existimarẽt, *argum. text.* & eorum, quæ notantur *in l. non solum 31. D. de obligat. & action.* ibi: *Quorum procul dubiò in huiusmodi actu, talis cogitatio est, vt nihil agi existiment.* Vltra quòd rationes consideratæ supra, ex quibus improbantur obligationes sine causâ, absq; dubio militant in eâ cessione, quæ scienter fit: nemo enim vsquàm facti sui ignarus esse potest, *l. quanquam, D. ad S. C. Velleianum, l. plurimum, D. de iur. & facti ignorant. l. fin. D. pro socio*, latissimè Farinat. *in frag. lit. I. à num. 207.* Costa *de facti scient. & ignor. cent. 1. in sp. 65. & 83.* Et tamen facti proprij causa, & titulus iustus semper debet adesse, vt supra sæpius notaui.

Nec † omittam, quòd vbi inter aliquos donatio non præsumitur, cessio actionis sine causâ, ex donationis coniecturâ nunquàm sustinetur: vt in individuo notat Intrigliol. *cons. 7. à nu. 39.* vbi quòd cessio facta inter maritum, & vxorem, vel ab aliquâ cõmunitate, non præsumitur facta donationis causâ: cùm similes donationes reprobentur à iure: quam doctrinam ex Prouinciano, & alijs comprobat.

Ex superiori etiam, & verissimâ doctrinâ, quâ diximus, ad validitatẽ cessionis, opus non esse expresse eius titulũ addere, sed sufficere, quòd ex tenore instrumenti cessionis causâ appareat; descendit, quòd † vbi pretio accepto, quis cedit actionem, licet specificè titulus non exprima-

primatur, tamen cessio subsistit: quia ex quo pretium interuenit, colligitur ex causâ emptionis, & venditionis cessionem fuisse celebratam, *l. fin. C. de prædijs Decurion.* ibi: *Quoniam sacræ constitutiones, quæ super hoc à retrò Principibus latæ sunt, in pluribus sui partibus de pretio non redhibendo loquutæ sunt. Glos. in l. apud Celsum, §. sed cum legitima*, verb. *Pretio, D. de dolo, mal. & met. except.* Bartol. *in l. per diuersas, C. mandati*, quem sequuntur ibi Bald. Angel. Paul. & Salicet. Baldus *cons.* 461. *numer.* 7. *lib.* 1. Castrē. *cons.* 244. *in fin. lib.* 2. Natta *cons.* 122. *num.* 20. Roman. *cons.* 86. *num.* 9. & notantèr Paris. *cons.* 83. *à num.* 17. *vol.* 3. *& cons.* 82. *num.* 29. *dict. vol.* Rota *decis.* 177. *in nou.* Ferrer. *in pract. in titul. forma libel. in caus. vendition.* verb. *Cessit, & mandauit*, Bertazol. *clauſ.* 27. *glos.* 3. *à num.* 1. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 129. *nu.* 30. Hypol. Mōtan. *in addit. ad Oliban. de action. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 2. Trentacinq. *dict. resol.* 2. *nu.* 2. Gutierrez *de gauell. quæstion.* 60. *num.* 2. quī refert Girondam & alios, Cencius *tract. de censib. decis.* 186. *num.* 3. Galleratus *dict. numer.* 107. Leotard. *de vsuris quæst.* 39. *n.* 4.

41 Quæ † cùm extra dubium sint, cautè legendus est Speculator *titul. de cession. action.* §. *sciendum*, & ibi Ioann. And. verb. *Rigurosum. lit. D.* qui dicunt non sufficere tacitam causam, vel pretij solutionem, sed necessariò requiri, quòd titulus exprimatur. Id enim absonum est, quia cessio dùm de eius causâ apparet, licet non exprimatur, indistinctè valebit; quæsi facta sit pretio accepto, cessio ex causâ venditionis erit; si ex donationis causâ, donatio; si ex transactionis, transactio: vt rectè Gutierrez *dict. quæst.* 60. *à num.* 1.

Vnum tamen hìc pro complemento non omittam, quòd superius dicta limitant DD. in cessione ne-
42 cessaria, in quâ ad † sui validitatem titulum non requiri; & in ea omnem simulationis suspitionem cessare docent. Quod expressè affirmat Bald. *dict. cons.* 461. *numer.* 7. *lib.* 1. & post eum Bertazol. *dict. glos.* 2. *numer.* 3. *infin.* Trentacinq. *dict. resolution.* 2. *numer.* 27. Quorum doctrina licèt in se vera sit, tamen ex eâ limitari non dixerim regulam nostram: quis enim asseret, causam deficere posse, vbi ne cessitas subest cedendi? Ea enim † 43
causa, cuius ratione quis cedere compellitur, titulus erit cessionis; ac proindè in cessione necessariâ defectus causæ nunquàm considerari potest, vt ex Bald. *cons.* 467. *num.* 7. *vol.* 4. aduertit Carpan. *ad stat. Mediol.* 1. *tom. cap.* 445. *num.* 57.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius virtute cessionis, dicitur habere mandatum ad exigendum in iudicio.*
2 *Mandatum ad exigendum, & recipiendum, scripturam requirit.*
3 *Debitor compelli non potest, vt soluat probanti mandatum per testes.*
4 *Mandatum ad negotia, testibus probatur; etiamsi ad matrimonium contrahendum sit.*
5 *Mandatum ad lites, scripturā desiderat de iure communi, & Regio.*
6 *Mandatum ad lites non probatur, licet Notarius det fidem de mandato, etiam à se confecto.*
7 *Limitatur nisi is, qui enunciaret mā datum in instrumento, posset procuratorem constituere.*
8 *Substitutio mandati ad lites, an testibus probetur?*
9 *Cessionarius vt agat contra debitorem, necessariò tenetur ostendere instrumentum cessionis.*
10 *Cessionarius diuersis modis constitui potest.*
11 *Cessio nō probatur per iuramentū,*

quod vocant suppletiuum.

12 *Scriptura non requiritur, nisi in casibus in iure expressis.*

13 *Cessio actionis tacitè fit per instrumenti traditionem, si causa habilis existat.*

14 *Cessio iurium per epistolam perficitur.*

15 *Contractus, qui requirunt scripturam, per epistolam fieri nō possunt.*

16 *Contractus duplicitèr requirunt scripturam, vel pro substantia, vel ad probationem.*

17 *Scriptutam si requirat lex pro substantia actus, testibus probari non poterit.*

18 *Naturalia, substantialia, & accidentalia cōtractus, quæ dicātur?*

19 *Lex quandò dicatur, aliquid requirere pro forma? remissiuè.*

20 *Si scripturam lex requirat ad probationem, alia tunc probatio non excluditur.*

21 *Instrumentum deperditum quomodò per testes probetur? remissiuè.*

22 *Cessionem testibus probari posse defenditur.*

23 *Sicut donatio, venditio, & alij cō tractus scripturam nō requirūt; ita nec cessio, quæ ex his titulis fit.*

24 *Discriminis ratio inter simplex mandatum, & mandatum in rē propriam assignatur.*

25 *Lex quæ vnius probationis mētionem facit, aliam non excludit.*

26 *Vendito, donato, vel insolutū dato nomine debitoris, potest quis vtilibus actionibus suo nomine agere aduersus debitorem.*

27 *Cessionis probatio per testes admittenda non est, si cedens præsens esset, vel non longè abesset.*

28 *Cessionarius exigens à debitore, quandò grauari possit, vt præstet ei fideiussionem indemnitatis?*

29 *Debitor, qui exponit se periculo soluendi bis, indemnitatis cautionem iustè desiderat.*

30 *Scriptura in quibus actibus necessaria sit? remissiuè.*

31 *Contractus vbi requirit scripturam, an promissio contrahendi, testibus probari possit?*

32 *Scriptura vbi requiritur, an contractus sine scriptura obliget in foro conscientiæ? remissiuè.*

33 *Cessionis iurium instrumentum, si absque protocolo sit confectum per tabellionem, an validum sit, vel mereatur executionem? Et de alijs instrumentis, sine protocolo confectis.*

QVÆSTIO V.

Cessio iurium an requirat scripturam? Paucis, dilucidè tamen explicatur.

NIHIL in hoc per difficili tractatu, hinc controuersia est, & in huius quæstionis resolutione, non modica inuenitur apud Interpretes: nam alij cessionem actionum scripturam requirere docēt: alij verò contrarium sentiunt. Videamus quænam verior sententia sit, & vtriusque fundamenta.

Et pro affirmatiuâ, quòd cessio scripturam requirat, facit primò, quòd † cessionarius virtute cessionis, 1
dicitur habere mandatum ad exigendum, & comparendum in iudicio, vt diximus *sup. quæst. 2.* sed mandatum ad exigendum, & agēdum in iudicio scripturam desiderat: ergo & in cessione necessaria erit. Et mandatum † ad exigendum, & recipiendam solutionem, scripturam requirere, concludunt Baldus *in l. falsus, col. penul. quæst. 4. in fin. num. 27. C. de procurator.*

tor. quem sequitur Alex. *in l.* 1. *in fin. num.* 16. vers. *Limita,* & ibi Iason, *C. de procurat.* Et notandum tanquã aureum dictum dixit Cremens. *singul.* 139. Mascard. *conc.* 1013. *num.* 2. *tom.* 2. Rebuff. Boerius, Ludouic. & alij, quos refert, & sequitur Gratian. *discept.* 505. *à num.* 41. *tom.* 3. *& discept.* 337. *num.* 1. *tom.* 2. Ceuallos *comm. quæst.* 400. *num.* 9. ex alijs Cancer. *lib.* 2. *var. cap.* 14. *num.* 192. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 7. *tit.* 3. *nu.* 26.

3 Et quòd † debitor non possit, compelli soluere probanti mandatũ per testes, Golin. *de procurat, part.* 2. *cap.* 5. *num.* 216. nonitèr D. Iosephi Vela 2. *tom. disser.* 38. *num.* 49. *& in cap. fin. de procurat. lib.* 6. *part. vlt. nu.* 44. omnino videndus Roderic. Suarez *in l. post rem iudicatam, quæstion.* 3. §. *Quia suprà visum est, à n.* 23. vbi latè de intellectu, §. *eos, auth. de collator. collat.* 9. quod in mandato ad exigendum speciale est. Nam alia, † ad negotia regulariter testibus probantur, vt ferè omnes relati agnoscunt, & D. Ioseph Vela ampliat in mandato ad cõtrahendum matrimonium, vltra relatos Noguerol *alleg.* 20. *num.* 31. Osuald. ad Donel. *libr.* 18. *comm. c.* 13. *lit. I.*

4

5 Similitèr, † mandatum ad lites scripturam desiderat, nec per testes probari potest: quod de cõmuni iudiciorum stilo procedere, ex Ioann. And. Specul. & Castrens. testatur Iacob Cancer. *dict. cap.* 14. *nu.* 193. vbi etiam de Castellæ consuetudine meminit. Golinus *de procur.* 3. *p. c.* 3. *nu.* 82. Ioan. Bapt. Thor. 4. *tom. comp. decis.* verb. *Mandatum procuratorium an probetur,* Camill. Borrel. *in sum. de cis. tom.* 1. *tit.* 66. *n.* 255. *&* 256. Idem que tenent omnes ferè, quos laudauimus sup. Et indubitabile est de iure nostro Regio, *ex l.* 3. *tit.* 2. *lib.* 4. *Recopit.* Greg. Lopez, Paz, Didac. Perez, quos sequitur Ceuallos *dict. quæst.* 400. Cardoso *in prax.* verb. *Procurator, n.* 8. Vela, vbi proximè Parexa *de edit. instrum. tit.* 5. *resol.* 10. *n.* 6. *&* 7.

Adeò autem necessaria est exhibitio mandati ad lites, & quòd appareat de eo per scripturam; quòd † nõ 6 sufficiat, nec probetur; etsi Notarius de eo det fidem, & se referat ad mandatum etiam à se confectum: innumeri tenent, quos sequitur Gutierr. *cons.* 23. *num.* 10. Intrigliol. latè exornans *cons.* 1. *à num.* 98. Mascard. verb. *Mãdatum, conc.* 1008, Cauale. *decis.* 13. *n.* 8. *& decis.* 45. *n.* 1. *part.* 1. Sesse 4. *tom. decis.* 375. doctiss. D. Salgado *de Reg. protect.* 4. *p. c.* 1. *à n.* 58. Golin. *d. lib.* 3. *cap.* 3. *à n.* 21. Parexa vbi proximè *n.* 9. *&* 10. Vela *d. disser.* 38. *nu.* 47. *in fin.* vbi *n.* 48. limitat, quando † 7 instrumentum mandati enunciaretur ab ipso mandante, qui constituere poterat procuratorem. Alio etiam modo limitat D. Larrea 2. *tom. allegat. Fisc.* 87. *n.* 8. Et an † substitutio mandati debeat probari per scripturam, sicut mandatum principale? Thor. *in comp. decis.* 1. *tom.* verb. *Mandatum procuratorium.* 8

Secundò facit doctrina ab omnibus recepta, quòd † cessionarius vt agere possit in iudicio, & conuenire debitorem cessum; tenetur ostendere cessionem, & instrumentum crediti cessi, vt vtrumque ex alijs probat Gratian. *discept.* 501. *n.* 26. *& decis.* 111. *in addit. n.* 10. Alex. Ludou. *decis.* 579. *n.* 1. *& add. n.* 4. Cencius *de cẽsib. q.* 72. *n.* 23. vers. *Nec etiam,* Thor. 3. *part. comp. decis.* verb. *Cessionarius, fol. mihi* 150. Etsi attẽtè omnes DD. perlegas, qui de potestate cessionarij in iudicio agunt, expressè, & vt indubitatum supponunt, teneri instrumentum cessionis exhibere, Graf. *de except. in præl. n.* 128. Surd. *cons.* 22. *à n.* 1. Milanens. *lib.* 2. *decis.* 1. *à nu.* 34. Ant. Faber *C. de hæred. vel action. vẽd. diffin.* 10. Guzman *de euiction. q.* 35. *n.* 71. 142. *&* 167. Hermosilla *in l.* 10 *tit.* 1. *p.* 5. *glos.* 4. *n.* 184. Ant. Amato 2. *tom. var. resol.* 78. alios referam infrà *tit.* 6. *quæst.* 9.

Tertiò, non modicùm fulcitur, quia
10 † cessionarius non vno, sed diuerso modo potest, & solet constitui: aliquando enim tantummodò ei mandatur exercitium directarum actionum: aliquandò verò solùm in eum vtiles actiones transferuntur: & solet etiam vtilis actio ei concedi, simùlque & exercitium directarum mandari, vt diximus sup. *quæstion.* 2. Quod non nisi ex cessionis formâ, & tenore constare potest, faciunt notata per Valascum *de iure emph. quæst.* 7. *num.* 2. vers. *Porrò*.

Et hanc sententiam licet his, nec alijs munitam rationibus, sequutus fuit Senatus Subaudiæ, vt refert Anton. Faber *in C. de hæred. vel action. vend. diffin.* 13. Schifordeg. *lib.* 3. *tractat.* 23. *quæstion.* 20. vers. *Quæstionis est*, vbi de Germaniæ consuetudine testatur. Eandem sententiam sequitur, nullo ex his relato, Alfaro de officio Fiscal. *glos.* 4. *num.* 4. ibi: *Pro qua etiam parte considerari potest, l. nomen, secundum vnam lecturam, C. quæ res pignor. vbi debitor non tenetur soluere creditori creditoris sui, nisi de cessione constet per publicum instrumẽtum.* Et
11 quòd † cessio probari non possit per iuramentum, quod suppletiuum vocant, Anton. Faber, & Schifordeg. vbi proximè: et quòd necessariò debeat constare de cessione per instrumentum, singulariter, Bald. *in l. non solum, §. qui alieno, D. de procurat.* ibi: *Ex quo habes, quòd ille, qui agit vt cessionarius, debet liquidè docere de cessione, nec sufficit plena probatio cum iuramento, vel cum cautione rati, quod est notabile*, idem Bald. *in l.* 1. *C. de procurat.* & ibi Cinus, & Fulgos. quos sequitur omnino videndus Roderic. Suarez *in dict. l. post rem iudicatam, dict. §. quia supra visum est, num.* 27. qui notanter loquitur. Cui etiam sententiæ accedit Arias de Mesa *lib.* 1. *var. cap.* 24. *num.* 9. sed non discusso articulo, nulloque pro sua opinione præiacto fundamento.

Contraria tamen sententia, quòd cessio scripturam non requirat, & testibus factam fuisse rectè probetur, non leuioribus nititur fundamentis. Et primò ex eo, † quòd scriptura non 12
requiritur, nisi in casibus a iure expressis, *l. pactum quod bona fide, C. de pactis, l. contrahitur* 4. *D. de pignor. action. l. cum instrumentis, l. in exercendis, C. de fide instrument. glos. singul. in cap.* 1. *§. postquam*, verb. *In scriptis, de censib. lib.* 6. ex Menchaca, Osuald. *lib.* 18. *com. cap.* 13. *lit. I. & lib.* 24. *com. cap.* 8. *& de fide instrument. cap.* 2. Valasc. *de iure emph. quæst.* 7. *in princ.* ex alijs Surdus *decis.* 331. *num.* 3. Narbona *in l.* 60. *tit.* 4. *lib.* 2. *glos. vnica, num.* 62. Hermosilla *in l.* 6. *titul.* 5. *part.* 5. *glos.* 1. *num.* 1. Cancer. *lib.* 1. *var. cap.* 13. *à num.* 10. Ait in cessione, scripturam necessariam esse, nec quoad substantiam, nec quoad probationem, nullo iure cautum inuenimus.

Secundò, vrgens facit consideratio, deducta ex tot Doctorum placitis relatis sup. *quæst.* 3. qui sine † du- 13
bio testantur, tacitè cessionem fieri per instrumentorum traditionẽ; probatâ simul causâ, ex quâ traditio fuit facta. Ergo fateri debemus, cessionem sine scripturâ posse celebrari.

Tertiò, & hanc adiuuat sententiam, quòd † cessio per epistolam re- 14
ctè fieri potest, Speculat. *titul. de cession. action. §.* 2. *lit. B.* Beccius *cons.* 65 *num.* 5. *tom.* 1. Ruinus *cons.* 209. *num.* 2. *vol.* 1. his & alijs relatis Genoa *de script. priuat. lib.* 3. *quæst.* 10. *per tot.* Contractus † verò, qui scripturam re- 15
quirunt, per epistolam geri non possunt, vt alijs relatis concludit idẽ Genoa *dict. lib.* 3. *quæst.* 19.

Et hanc sententiam, nullo tamen relato fundamento, sequitur Cacheranus *decis.* 58. *num.* 4. vers. *Non obstat, in fine*, ibi: *Et rationem adfert, Bald. indict. §. editiones, quia talis cessio potest etiam probari per testes: & in hac opinione fuit Senatus, &c.* Bart. *in l. nomen, C. quæ res pignor.* Donel.

lib.

lib. 15. *com. cap.* 43. quos refert Schiordeg. *dict. quæst.* 20. vers. *Quæstionis est*, adde Parisium *cons.* 125. *vol.* 1. *num.* 24. ibi: *Bene verùm dico, quòd ipse Donatus non probauit dictã cessionem: nam nullus testis de ea deponit.*

Hæc nimis dubiam reddunt, veram nostræ quæstionis resolutionem, cuius difficultatem nullus inficiari potest; sed antequam, quid sentiã, proferam, constituo dupliciter contractus † scripturam posse desiderare, 16
vel pro substantiâ, vel ad probationem, agnouit Valasc. *dict. quæst.* 7. *de iure emph. num.* 5. Surdus *dict. decis.* 331. *in princ.* Morla *in empor. iur. ad tit. de fide instrumen. in prælud. num.* 8: D. Castillo *tom.* 6. *cout. cap.* 149. *à num.* 22. D. Larrea *alleg.* 88. *num.* 2. & alijs relatis D. Vela *decis.* 12. *num.* 80. D. Amaya *in l.* 1. *C. de apoch. public. num.* 23. *&* 26. nemine relato Carleual. *de iudicijs lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *num.* 281.

Quæ inter se longè differunt: nam
17 † vbi lex pro formâ, & substãtiâ scripturam requirit; actus, vel contractus aliter factus nullius est momenti; nec defectum supplere poterit vlla testiũ probatio, vt concludunt Valascus, Amaya, & Vela, vbi proximè D. Salgado *de retent. Bullar.* 2. *part. cap.* 6. §. *vnic. num.* 22. Quoties namque ex substantialibus alicuius actus aliquid deficit, corruit actus; cùm non possit stare sine eo, a quo substantiam, & esse accipit, vt ex alijs concludit Hermosill. *in l.* 9. *tit.* 5. *part.* 5. *glos.* 2. *à nu.* 13. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 1. *tit.* 13. 14. *&* 15. Cencius *de censibus, quæst.* 53. Capitius Latro *decis.* 116. *à num.* 23. apud quos videre poteris,
18 quæ † dicantur naturalia, substantialia, & accidentalia contractus. Et
19 quando † lex pro forma aliquid requirere dicatur? optimè D. Salgado *dict. tract. de retent. Bullar.* 2. *part. capit.* 6. *à num.* 23.

20 Quoties † verò ad probationem tantùm scriptura requiritur, alia tunc probatio non excluditur, facit *text. in l. testium infine, C. de testibus*, ex alijs Vela, & Amaya *sup. numer.* 26. & præter relatos ab eis, Azeued. *in l.* 3. *tit.* 13. *lib.* 4. *Recop. num.* 59. Linglois *decis.* 15 *quæst.* 11. *nu.* 4. Valasc. *dict. quæst.* 7. *à num.* 18. Schiordeg. *dict. quæst.* 20. *circa medium.* Huius rei exẽplum constituit Amaya in maioratu, qui testibus probari potest; cui adde D. Larream 2. *tom. decis.* 56. *per tot.* Et † quomodò per testes probari 21
possit instrumentum deperditum, quandò scriptura est de substantiâ actus? Alex. Trentacinq. *lib.* 2. *var. tit. de fide instrum. resol.* 4. Narbona *dict. glos. vnic. à num.* 18. Larrea *dict. decis.* 56. *a num.* 1.

Hæc prænotauimus, vt scias, nostræ quæstionis dubium, solùm consistere in eo: an cessio quoad probationem scripturâ indigeat? Nam de substantiâ necessariam non esse nullus vnquã dubitauit. In qua quæstione veriorem existimo hanc secũdam sententiam, scilicet cessionem † testi 22
bus probari posse, & scripturam non requirere. Et vltra rationes suprà cõsideratas ex eo præcipuè moueor, quòd † vt diximus quæstione superiori, vt subsistat cessio, & in alium actiones nostras rectè transferamus, 23
iustus titulus debet præcedere, nempè donationis, venditionis, dotis, & similium: si enim donatio, venditio, dos, scripturam præcisè non exposcunt, & testibus probantur: cur cessio ex his titulis facta scripturam requiret? aut quid rogo, potest esse discriminis, inter venditionem, & donationem rei corporalis; & venditionem, & donationem actionis; vt hæc in scriptis sit celebranda, illa vero scripturam non desideret?

Quare hâc retentâ sententiâ, non obstant argumenta in contrarium: nõ primùm, quia † procedit in simplici 24
mandato, & procuratore, qui alieno nomine agit, hic enim, si ad lites sit, vel ad recipiendam solutionem,

sine

sine mandato non admittitur. Nos vero de cessione, & procuratore in rem propriam agimus, qui ad propriam vtilitatem actiones exercet: inter quos discriminis ratio in aperto est: ille enim cum sua non interest agere, vel exigere, nullum patitur dãnum; huic vero, si exercitium actionis denegaremus, magnum sequeretur incommodum, cùm forte re suâ, & iure sibi cesso careret.

Nec obstat secundum, cuius vim faciliciter dilues, si dixeris, quòd licet DD. communitèr testentur, cessionarium exhibere debere instrumentum cessionis; non tamen ex eo sequitur, cessionem testibus probari non posse; nec testium probationem excludunt, quòd frequentioris vsus gratiâ de instrumento mentionem faciant, *argum. text. in l. sicut* 5. *C. de fide instrum.* cum alijs, quas congerit D.
25 Larrea *dict. decis.* 56. *num.* 2. Lex † enim, quæ vnius probationis mentionem facit, aliàm similem non excludit, Abbas, Boerius, & alij *in cap.* 2. *de probationib. per text.* ibi: *Testibus, aut instrumentis.*

Minùs obstat tertium: nam ex formâ attestationum testium, quo nam modo cessa fuerit actio, dignosci poterit. Vbi †
26 nerent venditum, donatum, vel in solutum datum nomen debitoris, posset quis vtilibus actionibus suo nomine agere, iuxta ea, quæ in miscellanea *tituli sexti*, infrà dicemus.

Vno tamen casu non admitterem probationem cessionis per testes, scilicet quandò † qui cessit, præ-
27 sens esset, vel in loco iudicij: vel si ab esset non tàm longè, quòd sine magnò dispendio cessio ab eo obtineri posset: tunc enim si cessus debitor solutionem recusaret, & negaret cessionem, probationibus & testibus viam non aperirem, ne debitor litibus vexaretur. Similiter etiam † vbi aliqua
28 suspicio esset, & timor, licet remotus, cessionarium grauarem, vt idoneam debitori præstaret fideiussionẽ: quòd in posterum à cedente non molestabitur, & ratam habiturum solutionẽ ei factam, *argum. text. in l.* 1. *C. de procurat.* & eorum, quæ notat Roderic. Suarez *in l. post rem iudic.* §. *quia supra, num.* 23. Debitor † enim soluens 29
alij, quàm creditori, & exponens se periculo soluendi bis, indemnitatis cautionem iustè desiderat, iuxta pulchram Bartoli doctrinam *in l.* 2. *D. de except. rei iudic.* quam extollit Fontanell. *de pactis nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *par.* 15. *n.* 60. Castillo *tom.* 4. *cont. cap.* 59. *num.* 40. vers. *Ioannes*, Auendaño *de metu lib.* 2. *cap.* 44. *num.* 77.

Animus erat nonnulla recensendi, quæ † non nisi inscriptis possunt 30
celebrari; sed nè extra rem agere videamur, consule omninò, *glos. in cap.* 1. §. *post quàm de censibus. lib.* 6. & ibi Philip. Franch. Aluarum Valascum *de iure emph. quæst.* 7. *num.* 1. *& per tot.* D. Laram *de vita homin. cap.* 8. *à num.* 20. Flores de Mena *lib.* 3. *quæst.* 23. Card. Tusch. *lit. S. concl.* 87. Anguianũ *de legib. lib.* 1. *cont.* 9. *& lib.* 3. *cõt.* 18. Cencium *de censibus, quæst.* 92. plenissimè Marcell. Cala *de modo articul. glos.* 5. *à num.* 1535. *ad* 1571. D. Castillũ 6. *cont. cap.* 149. *præcipuè à num.* 22. Addentes ad Molinam *lib.* 2. *cap.* 8. *numer.* 10. Patrẽ Sanchez *in sum. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 76. Cancer. *dicto numer.* 10. Manticã *de tacit. lib.* 1. *tit.* 11. *numer.* 11. Auendañũ *de metu lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 19. Ceuallos *de cognit. per viam violentiæ*, 2. *part. quæst.* 41. *à num.* 3. 11. *&* 18. *cum sequentib.* D. Salgado *de retent. Bullar. dict. cap.* 6. §. *vnic. num.* 23. *&* 2. *part. cap.* 24. *num.* 26. *& cap.* 26. *à nu.* 25. Duard. *de censib.* §. 1. *quæst.* 12. *&* 13. Hodiernã ad Surd. *decis.* 10. Cochier. *de iurisd. in exempt. tom.* 1. *part.* 1. *quæst.* 7. Narbonã *in dict. l.* 60. *glos. vnic. à nu.* 11. *& in dict. l.* 20. *glos.* 22. *à num.* 50. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* Visconte *conc. iur.* verb. *Gratia Principis*, Amayã *in d. l.* 1. *C. de apoch public. à nnm.* 23. Riciũ

in

in coll. decis. 5. part. coll. 1543. Fontanella *de pactis nupt. claus. 6. glos. 3. p. 7. num.* 38. Ioan. Bapt. Thor. 1. *part. comp. decis.* verb. *Assensus Regius an verificari*, & verb. *Assensus Regius super*, & 2. *tom.* verb. *Reconductio si nõ potuit*, & 5. *tom.* verb. *Reconductio an possit*, & verb. *Reconductio licet*, Carpan. *ad stat. Mediol.* 1. *to. in prælud. à num.* 115. Fœnutius *de mometo temporis cap.* 18. *num.* 2. Altaro *de officio Fiscalis, glos.* 16. *priuileg.* 29. *à n.* 123. & *nostr. inf. tit.* 8. *quæstion.* 1. Hermosilla *in l.* 9. *tit.* 4. *part* 5. *glos.* 1. *ad* 13. *num.* 27. & 35. D. Vela *dissert.* 12. 12. *præcipuè à num.* 79. Larrea *tom.* 2. *allegat.* 88. & 106. Camill. Borrell. *in sum. decis. tom.* 3. *tit.* 11. *à n.* 15. & 27 & *tom.* 1. *tit.* 42. *à nu.* 81. Carleval. *dict. n.* 281. D. Solorçano *de iur. Indiar.* 2. *tom. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 107. & 108. remissiue Arias de Mesa *supr. d. num.* 9. qui nullum ex his retulit præter Cochier. Et † an vbi contractus
31 requirit scripturam, promissio contrahendi testibus probetur? dicam
32 quæstione sequenti. Et an † vbi scriptura requiritur, contractus aliter factus obliget in foro conscientiæ? vide Scobar a Corro *de vtroque foro artic.* 2. *num.* 155.

An autem, cessionis iurium instrumentum à tabellione absque protocolo, & registro confectum mereatur executionem. Et † quando tabellio,
33 qui scripturam cessionis, vel aliam, sine protocolo confecit, & partibus signatã tradidit, excusetur à pœnâ? Videas Carrascum *ad l. Reg. cap.* 11. *à num.* 5. *ad* 16. *præcipuè nu.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur difficultas quæstionis.*
2 *Promittens se obligaturum soluere certo die, aduenient die conueniri potest, ac si de præsenti se obligasset.*
3 *Promissio de liberando debitorem, pro liberatione habetur.*
4 *Promissio donandi, donatio est; maximè fauore matrimonij.*
5 *Promissio de constituendo certã dotem, idem operatur, ac si constituta esset.*
6 *Idem procedit, si pater promittat filio donare propter nuptias.*
7 *Pater si promittat, filium meliorare ex aliquo titulo oneroso; si in vita non melioraucrit, melioratio pro facta habetur.*
8 *Idem procedit in promissione instituendi maioratum in vno ex filijs.*
9 *Idem etiam obseruatur in promissione de hæreditando filium.*
10 *Pater si promisit facere maioratũ in vno ex filijs cum faculiate Regia: si filius ante impetratam facultatem decedat, maioratus pro non facto habetur.*
11 *Qui simpliciter promisit dotare, vel donare ex causa onerosa, non potest in instrumento donationis adijcere pacta, conditiones, grauamina, vel pactum reuersionis,* & num. 14.
13 *Contractus non potest excedere ab eo, in cuius executionem fit.*
15 *Perfecta donatio, sicut non recipit modum, nec conditionem: ita nec promissio de donando, cùm habeatur pro donatione.*
16 *Pactum, si veniat tacitè ex legis dispositione, rectè adijcitur promissioni simpliciter factæ.*
17 *Pater qui simpliciter filium meliorare promisit, potest in actu melior ationis adijcere conditiones, & substitutiones,* l. 27. Tauri, & num. 23.
18 *Pater, qui promisit meliorare filium; si filius in vita patris relictis liberis decedat, non poterit meliorare vnum ex nepotibus; sed æqualiter bona melior ationis ad eos pertinent.*
19 *Nulla esse videtur ratio differẽtiæ,*

an

an filius decesserit. vel non; vt primo casu non possint adijci conditiones, leg. 27. *in secundo adiici possint.*

20 *Promissio de meliorando, non est propriè melioratio, sed inducit obligationem meliorandi, quæ potest vsque in mortem differri.*

21 *Decedente filio, quem pater meliorare promisit, sine filijs, & descendentibus; eius hæres in tertio bonorum, nullum ius habet ad partem meliorationis.*

22 *Promissio de meliorando in vita facta, nō iudicatur vltima voluntas, licet implemētum recipiat tempore mortis.*

23 *Amplectitur sententia, quòd pater simpliciter filium meliorare promittens, possit postea meliorare cum conditionibus, & substitutionibus*, legis 27. Taur.

24 *Assignatur ratio: cur præmortuo filio, cum filijs, & descendentibus quem pater meliorare promisit; non possit auus vnum ex eis meliorare, sed bona meliorationis eis æqualiter pertineant.*

25 *Ponderatur difficultas, de qua supra* num. 21.

26 *Redditur differentiæ ratio: cur filio præmortuo cum filijs, statim melioratio pro facta habeatur; cū non habeatur pro facta, si habeat alium hæredem.*

27 *Laudatur* D. D. Ioann. del Castillo, *& eius doctrinæ defendun tur.*

28 *Pactum, & promissio de ratificādo, idem operatur, ac ratificatio ipsa: adeò vt alia ratificatione opus non sit.*

29 *Procurator, qui habet speciale domini mādatum ad gerendū actū, licet dominum ratificaturū promittat, ad id non tenetur.*

30 *Secùs si mandatū non esset sufficiens, quia teneretur ratificationem ostendere.*

31 *Promissio de renunciando habetur pro renunciatione, maximè si iurata esset.*

Extenditur ad promissionē de renunciando legitimā paternam, quam Monasteriū ex persona filij professi facere solet.

32 *Circuitus in vtiles vitari expedit.*

33 *Promissio, & factū diuersa sunt: quod multis exemplis ostenditur.*

34 *Si quis promittat vendere vni, deinde vendat alteri: secundus præfertur primo, licet traditio non interuenerit.*

35 *Cogi an statim possit ad retrouendendū, qui retrovenditionis pactum facere promisit: remissiuè.*

36 *Qui pretio accepto rē vendere promisit, & tradidit: an sine alia vēditione transferat dominiū? remissiuè.*

37 *Promissionē de cedendo, cessionem non esse, qui teneant?*

38 *Promissio, & executio eius diuersa sunt: & qui cedere promittit, non cedit, sed de futura cessione agit.*

39 *Gauella licet debeatur ex venditione, non debetur ex promissione de vēdēdo; nec gauellario, qui erat tē pore promissionis, sed vēditionis. Alij contra tenent.*

40 *Laudemium ex promissione de vēdendo, non debetur.*

41 *Contractus licet requirat scripturam, promissio tamen contrahendi scripturam non exposcit.*

42 *Iuramentum licet speciali lege, vel statuto requiratur in cessione, tamen non erit necessarium in promissione de cedendo.*

43 *Ex promissione de vendendo, non incurrit quis pœnam, quam incurreret, si vendidisset.*

44 *Alienare prohibitus sub aliqua pœna, eam non incurrit ex alienatione, si traditio sequuta non sit.*

Extenditur ad emphyteutam, & eum qui rem litigiosam alienauit non sequuta traditione.

45 *Tra-*

45 *Traditio ficta, veluti per constitutum, aut præcarium, non sufficit ad incursum pœnæ, sed requiritur actualis traditio.*

46 *Possessor maioratus, & emphyteuta alienãtes non incurrũt pœnã, licèt rem tradant per clausulam constituti, vel præcarij; alij contra tenent.*

47 *Conciliantur contrariæ sententiæ, & resoluitur quòd si contractus in substantiâ non plus habeat, quàm promissio: promissio, & factum idem erit.*

48 *Promittens cedere actionem, an teneatur deferre instrumentum cessionis ad domum cessionarij? Simulque an debitor teneatur deferre debitum ad domum creditoris sui?*

49 *Pro vera resolutione duo casus cõsiderantur: primus, quando quis certo loco cessionẽ facere promisit, vel destinauit solutionem: alter verò, quando nullum locum designauit.*

50 *Cessionem, vel solutionem si quis in certo loco designauit, alibi recipere creditor non cogitur.*

51 *Debitor, qui certo loco soluere promisit, si in alio loco suæ iurisdictionis condemnetur ad soluendum, electio erit creditoris, an in loco iudicij, an verò in loco destinatæ solutionis malit solutionem accipere?*

52 *Debitor, qui certo loco soluere promisit, vt moram incurrat, tenetur creditorin illo loco esse, vel mittere procuratorem, qui recipiat pecuniam.*

53 *Pœna, nec mora non incurritur, si non est persona, cui solutio fieri possit.*

54 *Vsuræ pupillares cessant, si minor non habet tutorem, cui soluãtur, nisi debitor is esset, qui legitimus eius tutor esse debebat.*

55 *Debitor vt pœnã euitet, & vsuras, an teneatur protestari, vel deponere pecuniam, vbi creditor non inuenitur, qui accipiat? resoluitur non teneri.* & num. 52.

56 *Creditor alibi cessionem, vel solutionem accipere compellitur, si debitor paratus sit soluere interesse, vel expensas ratione loci.*

57 *Debitor compelli potest alio loco soluere, si ei soluatur interesse ratione loci.*

58 *Tutor, qui non potest conueniri ad redditionem rationum alibi quã in loco administrationis, tamen respondere tenetur in loco domicilij, si actor suis sumptibus rationes deferri curauerit.*

59 *Debitor cessus, qui vt redimat, tenetur requirere creditorem ante duos menses, an possit statim redimere, solutis medij illius temporis vsuris?*

60 *Dies si sit adiectus fauore creditoris, non potest debitor soluere ante diem. Fallit, si soluatur ei interesse, quod ex dilatione consequi posset.*

61 *Mutationis monetæ rumor si adsit, iustè creditor recusat accipere solutionem.*

62 *Laudatur distinctio* Bartoli *asserẽtis, quòd si creditor, & debitor sint eiusdem fori, & certus locus solutioni distinctus non est, facienda est solutio ad domum creditoris, aliàs secùs.*

63 *Quando eiusdem fori dicãtur debitor, & creditor? remissiuè.*

64 *Debitor, qui tenetur aliquid soluere ratione reuerentiæ, tenetur accedere ad domum creditoris.*

65 *Decimæ an deferri debeant ad horrea Ecclesiæ?*

66 *Resoluitur, quando cedens teneatur deferre cessionem ad domum cessionarij,* & num. 67.

68 *Alimenta promissa, an debeant præstari in domo promittentis, vel extra eam?*

69 *Socer si in domo sua, genero alimenta promittat, an debeat extra eã præs-*

præstare si inter eos ortæ sint inimicitiæ?

70 *Cessio iurium valet, licet quis se nõ cessurum iure iurando promisisset.*

71 *Si quis nulli alij, quàm mihi vendere iure iurando promittat, si cõtrà faciat, licèt teneatur ad interesse; tamen valida erit venditio: limita,* vt num. 72.

73 *Promittens nulli alij nubere, quæ certæ personæ, ad quid teneatur? Et an ex hac promissione inducatur matrimonium? remissiuè?*

QVÆSTIO VI.

Promissio de cedendo, an cessio sit, & eius effectũ habeat? Varijs agitur: an promissio faciendi sit factum? Expenduntur doctrinæ D. Ioan. à Castillo *tom. 5. cont. cap. 67. num. 44. & 48. & c. 76. per tot.* simulque explicatur, quãdò debitor teneatur deferre debitum, vel cessionem ad domum creditoris?

1 IN extricabilis † ferè est quæstio, an promissio faciẽdi pro facto habeatur? Ex cuius examine, nostræ pendet veritas. Et in ea confusè, & inuolutè loquuntur Inpretes: ex quibus nihil certum deducere poteris, vt fatentur Castillo *lib. 2. cont. cap. 3. num. 1.* Fontanell. *de pactis nupt. claus. 4. glos. 9. part. 4. nu. 23.* vers. *Ex his forsàn.*

Et quòd promissio de cedendo cessio sit; & nihil referat, quòd quis cedat, vel cedere promittat, probari videtur ex celebri illa doctrina Ioan. And. *in addit. ad Specul. tit. de obligat. & solution. in rub.* quòd † is, qui promisit se obligaturum ad decem intra certum diem, die adueniente conueniri potest; acsi de præsenti se obligasset: quem sequuntur innumeri relati à Castillo *dict. cap. 3.* Matienço *in l. 6. tit. 6. lib. 5. Recop. glos. 7. num. 3.* Aflict. *decis. 60.* Boerius *decis. 183. num. 7.* Tepat. *tit. 511.* verb. *Promittens se,* Parlador. *lib. 2. rer. quot. cap. fin. 1. p. §. 11. amp. 6.* Mieres *1. part. quæst. 40. num. 23.* Fontanell. *dict. part. 4. num. 29.* multis relatis Thoro *4. tom. comp. decis.* verb. *Promittens se obligare circa medium,* Noguerol *alleg. 31. num. 130.* ex Gratian. Surd. Ponte, & alijs D. Franc. Merlin. *cent. 1. cont. 4. num. 20.* Caldas Pereira infrà referendus, et stãte *l. Regia 2. tit. 16. lib. 5. Recop.* magis veriorem dicit Azeuedo ibi *n. 7.* conducit pro hac sententiâ, *text. in l. fuit quæstionis, D. de adquir. hæred.* ibi: *Idemque erit, & si non accepit, sed promissa est ei pecunia.* 2

Facit † quòd promissio de remittendo, vel liberando debitorem, idẽ quòd remissio, & liberatio operatur, *l. si intra, D. de pactis, l. si creditoris, C. de fideicommiss. l. si non sortem, §. adeò, D. de cõdiction. indeb. vbi glos.* Bart. *in dict. l. si creditor,* qui concludunt, pactum de liberando in futurum, exceptionem producere de præsenti, Tiraquel. *de retract. conuent. ad fin. tit. numer. 28.* Paulus Gallerat. *de renunc. lib. 1. cap. 7. n. 1.* Couarr. *in cap. quamuis pactum 3. part. num. 3. de pactis in 6.* Parlador. *dict. ampl. 6. num. 26.* Matien. *in dict. leg. 6. glos. 7. nũ. 2.* ex alijs Merlin. *dict. cap. 4. num. 4.* 3

Conducit etiam, quòd † promissio de donando, idem ac donatio est, *glos.* verb. *Manifestauerit, in §. perficiuntur, Instit. de donationib.* Bart. *in l. iurisgentium, num. 2. D. de pactis,* Ripa *lib. 2. resp. cap. 12.* Pinel. *in l. 2. C. de rescis.* 4

resc. part. 2. cap. 3. num. 30. Surd. *cons.* 457. *num. 24. & 535. num. 8.* Angul. *de meliorat. l. 6. glos. 5. à num. 1.* Casanate *cons. 10. nu. 194.* Merlin. qui dat alios, *dict. cap. 4. num. 6.* maximè si fauore matrimonij promissio fieret de donando, Couarr. *sup. d. 3. p. in princip.* vers. *Secundus intellectus*, Afflictis *dict. decis. 61.* Menoch. *cons. 92.* ex multis Marius Cutell. *de donat. contemp. matrim. 2. tom. tract. 2. discurs. 1. spet. 17. num. 34. & spet. 32. per tot.* Fontanell. *claus. 6. glos. 3. part. 7. nu. 75.* Cancerius 3. *tom. var. cap. 15. nu. 253. & cap. 7. num. 125.* Et quòd † promissio de constituendo dotem, habeat eundem effectum, acsi constituta esset, Cyriac. *lib. 3. controu. 429.* pluriès decisum ex Afflictis, Ponte, Georgio, Thesauro, Farinatio, refert Thoro 1. *part. comp. decis.* verb. *Promissio de constituendo*, Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 3. tit. 4. de iure dotiū, à num. 341.* Osuald. ad Donel. *lib. 14. com. cap. 4. lit. B.* Et † in promissione assignandi filio donationem propter nuptias, Mieres *dict. quæst. 40. à num. 22.* Surd. *cons. 457. num. 13.* vers. *Sed quod dictū est in dote*, videas omninò Cald. Pereirā *de renou. emphyt. quæst. 18. per totam.*

Quod de iure Regio expressè decisum est *in l. 22. Tauri, quæ est l. 6. tit. 6. lib. 5. Recopil.* quâ cauetur, promissionem † de meliorando à patre filio factam, ex causâ matrimonij, & titulo oneroso, pro factâ haberi; si pater in vita non meliorauerit, Matienzo *ibi glos. 7.* Angulo *glos. 5.* Parlad. *num. 27.* Et ex identitate rationis idē procedere in promissione † de instituendo maioratum, quia non sequutâ eius fundatione, similiter pro facto, & constituto habetur, testatur Tello *in dict. l. 22. num. 15.* qui dicit ita obtinuisse, Mieres 1. *part. quæst. 24. num. 72.* & latiùs *quæst. 66.* Auendaño *in d. l. 22. glos. 2. nu. 4. & in l. 44. Tauri, glos. 16. n. 9.* Merlin. *sup. n. 19.* & ex Azeued. Angul. & alijs Noguerol *alleg. 31. n. 129.* Marius Cutell. *sup.* Et † in promissione de hereditando filium, quòd licitum, quòd hæreditamentū, Noguerol *dict. n. 129.* & vltra Caficerij locum, quem refert, idem Cancer. 1. *p. var. cap. 8. n. 168.* Superiora tamē limitat Castillo *lib. 5. cont. c. 67. à nu. 45. & 46. ante medium*, vers. *Ex his equidem*, quando † pater maioratum facere promisit cum facultate Regiā: nam filio decedente ante impetratā facultatem, maioratum pro nō facto haberi, multis comprobat.

Adeò † autē promissio donādi, vel dotādi, pro donatione, & dote habetur; vt si quis ex causâ onerosâ matrimonij donare promittat, non possit † posteà in instrumento donationis pactū, vel cōditionē adijcere: singulariter Rota *decis. 393. n. 7. tom. 5. recent.* ibi: *Præsertim, quia cū agatur de pacto donationis fauore matrimonij, noua pacta opponi omninò minimè possunt; nisi de consensu filiorum, & vxoris, de quorum agitur interesse: cùm pactum de donando sit etiam ad ipsorum fauorem, tanquàm factum fauore matrimonij*; Aymon *cons. 985. nu. 87.* vers. *Vndecimo*, Menoch. *cons. 94. num. 74. & donatio debuisset concipi eisdem verbis, quæ pactū cōtinet.* Idem etiā placuit Rotæ *decis. 58. & decis. 127. p. 6. recēt.* Nec mirum, † cùm cōtractus factus in alterius executionē non possit ab eo excedere, Surd. *decis. 71.* Marius Muta *decis. 33. n. 23.* Et † quòd post promissionem de donādo simpliciter factam, non possit in ipsa donatione pactum adijci reuersionis, firmat Ant. Amato 2. *tom. resol. 64. nu. 2.*

Huius rei ratio est, quòd quemadmodum † perfecta donatio nō recipit pactū, grauamen, vel conditionem, *l. perfecta donatio, C. de donatio. quæ sub modo.* latissimè Mieres 1. *part. quæst. 24. à nu. 106. & q. 26. à n. 23.* Castillo *lib. 3. cont. c. 10. per tot.* Fontanell. *decis. 46. & 47.* Hermosilla *in l. 8. glos. 1. nu. 1. tit. 4. p. 5.* Acosta *de priuileg. cred. reg. 1. ampl. 4. nu. 6.* Sic similiter

liter, nec post promissionem de donando simpliciter factam, pactum, cõditio, vel modus, adijci potest: quia donatio perfecta dicitur, cùm promissio, idem ac donationem ipsam importet.

Hæc tamen limitabis elegantèr,
16 quando † post promissionem simpliciter factam, pactum, quod adiicitur, ex legis dispositione, & eius facultate veniret: quia in ipsa promissione, reseruata videtur potestas adijciendi huiusmodi pactum, & conditionem.
Aptissimum huius rei exemplum e-
17 rit, quando † pater ex causa matrimonij simpliciter filium in tertio, & quinto meliorare promisit; nam licet expresse facultatem sibi non reseruauerit adijciendi conditiones, & substitutiones, iuxta *legẽ* 27. *Tauri*, tamen in ipso actu, & scripturâ meliorationis eas iniungere poterit: cùm non videatur parentem dictæ legis beneficio renunciasse, vt in terminis resoluit Mieres *d. ct.* 1. *part. quæst.* 66. *num.* 13. & ex eo latiùs D. Castillo 5. *tom. cont. cap.* 76. *per totam.*

Sed hæc, quæ vt indubitata, & certissima tradidit Castillo, ipse tamen sui immemor, in dubium reuocat *tom.* 5. *cont. cap.* 67. *num.* 44. dùm ibi cum Tello Fernandez, & Anton. Gomez
18 *in l.* 22. *Tauri, num.* 25. expresse † asserit, patrem, qui ex causâ matrimonij, vnum ex filijs meliorare promisit, si filius relictis libèris, in vita patris decedat, nõ posse vnum ex præmortuo filio nepotem meliorare: sed bona meliorationis nepotibus pertinere: cùm ius, quod patri cõpetebat, æqualitèr in eius filios fuerit trãsmissum. Quam sententiam sequitur etiã ex *authen. de nuptijs*, § *si verò filiorũ*, Angulo, & Matienzo, vt refert Ant. Gomez *dict. num.* 25. *in additis.*

19 Quæ † dùm docet D. Castillo, videtur non cohærentes, imò pugnantes referre doctrinas: cùm videatur nullam discriminis rationem posse considerari in eo, quod tempore meliorationis faciẽdæ, filius, cui promissio fuit facta, decesserit, vel non: vt si decesserit, non possit parens, *l.* 27. cõditiones, & substitutiones adijcere; sin verò filius viuat, id efficere valeat. Si enim, vt Castillus docet, ex eo permittitur parenti, postmodùm conditiones, & substitutiones iniungere, quòd videatur parentem in ipsa promissione hanc sibi facultatem reseruasse: cur minus reseruatâ facultate, vti poterit, & si decesserit filius? cùm & lex permittat viuente, vel mortuo filio, vnum ex nepotibus meliorare, *l.* 18. *Tauri*, vbi Ant. Gomez.

Auget † inter has doctrinas discor 20
diam altera cõsideratio Castilli *dict. cap.* 76. & latiùs *dict. cap.* 67. *num.* 48. & 49. qui docet promissionẽ de meliorando vnum ex filijs, non esse verè meliorationem, sed tantùm inducere obligationem meliorãdi; quam vsque in mortem differre potest pater. Si enim promissio, realis melioratio nõ est, quid impediet, vt pater vnum ex nepotibus possit eligere?

Controuersia † magis res efficitur, 21
& plena dissensionis, ex eodem D. Ioan. Castillo *dict. lib.* 5. *cap.* 67. *n.* 44. dùm refert præmortuo filio, quem pater ex causa matrimonij meliorare promisit, sine filijs, & descendentibus, eius hæredem, vel legatarium in tertio, nullum ius prætendere posse, ex promissione antecedenti: cùm meliorato facta non censeatur, nec filio ex promissione aliquod ius sit quæsitum, quod possit in extraneum hæredem transferre. Quam sententiam vltra relatos ab eo, sequitur Molina Theologus *disputation.* 579 *numer.* 7.

In quo dubio, & perplexo iuris articulo, licèt in puncto iuris defendi possit, patrem qui simpliciter meliorare promisit, non posse substitutiones, & grauamina, *dict. l.* 27. adiicere; cùm melioratio debeat fieri, iuxta promissionis formã: et donatarius, qui ius ex promissione quæsitum

ſitum habet, item & vxor, & filij eius matrimonij, abſque eorum aſſenſu grauari non poſsint, vt diximus ſup. ſibique imputare debet pater, qui tempore promiſsionis, conditiones, & grauamina, *dict. l.* 27. adiecturum fore non cauit. Pro quo facere videtur Angulo *de melior. in l.* 6. *gloſ.* 5. *numer.* 7. Marius Cutell. *ſup. num.* 35. qui aſſerit † promiſsionem de meliorando 22 do in vita factam, licèt implementum recipiat tempore mortis, non iudicari vltimam voluntatem, ſed ad tempus promiſsionis eſſe referendam.

In praxi † tamen recedere non 23 auderem à prædictâ Mieres, & Caſtilli ſententiâ, quòd poſsit pater, qui ſimplicitèr meliorare promiſit, dictæ legis grauamina, & ſubſtitutiones adijcere: quaſi ſibi à principio hanc ſibi facultatem reſeruaſſet: nam ſatis promiſſa videtur implere patrem, dùm meliorat, licèt iniungat prædictas cõditiones, & grauamina.

Cui veriſimæ ſententiæ, non aduerſatur ea, quam ex Caſtillo, & alijs retulimus: nempè filio defuncto in vita patris, cui promiſsio meliorandi fuit facta, non poſſe parentem vnum ex nepotibus, ipſiuſque filij filijs, eligere; imò omnes æqualiter ſuccedere debere. Multùm † enim hæc in- 24 terſe diſtant, diſcriminiſque ratio non inelegans reddi poteſt: nam primo caſu, quando melioratio viuente filio fit, nihil eſt, quòd impediat conditionum, & grauaminum adiectionem: at verò filio iam prædefuncto, nullum nepotibus iniungi poteſt grauamen, quia ſtatim atque filius deceſsit, melioratio profactâ habetur: acſi pater ipſe, qui meliorare promiſit, deceſsiſſet. Et cùm per mortem patris æqualiter eius filijs ſit ius quæſitum, *dict. authent. de nuptijs*, §. *ſi verò filiorum*, non poterit auus vnum ex his eligendo, alteros excludere, & iure eis iam quæſito priuare. Quoad hoc enim, vt melioratio, quàm pater facere promiſit, pro factâ habeatur; idem eſſe iudico, quòd decedat pater, vel filius ipſe, in cuius fauorem erat melioratio facienda: quod inſinuare videtur Angulo *dict. l.* 6. *gloſ.* 5. *nu.* 7. Caſtillo *dict. cap.* 67. *numer.* 46. à verſ. *Ex eis equidem.*

His iam in pacem redactis ſententijs, ſupereſt † nunc, vt videa- 25
mus: an cum eis ſimul ſtare poſsit alterâ, quam proximè ex Caſtillo, Matienzo, & Molina Theologo retulimus: ſcilicet præmortuo filio, quem pater meliorare promiſit, eius hæredem extraneum in tertio (de quo filius, qui parentes, vel aſcendentes alios habet, in morte diſponere poteſt, iuxta *leg.* 1. *titul.* 8. *lib.* 5. *Recopilat.*) nullum ius, ſeù partem prætendere poſſe ex prædicta promiſsione: Quæ ſententiæ expreſsè pugnare videntur. Nam ſi promiſsio de meliorando pro factâ habetur, eo ipſo, quòd decedit filius; neceſsariò ſequitur ipſum de illo iure ſibi quæſito etiam in extranei fauorem diſponendi ius habere, et extraneum habito reſpectu ad bona, quæ pater mortis tempore reliquit (iuxta *l.* 23. *Tauri, quæ eſt leg.* 7. *titul.* 6. *lib.* 5. *Recopilation.*) tertij, & quinti bonorum eius, tertiam partem habiturum. Quam ſententiam ſequitur Tellus Fernandez, cui accedit Angulo *in dict. l.* 6. *gloſs.* 4. *numer.* 11.

Hæc apud me dubia nimis ſunt, & omnibus non facilè futurum fore exiſtimo reſoluere, quænam ex his ſententijs verior ſit. Crederem † ta- 26
men, quòd licet filio, quem pater meliorare promiſit, defuncto cum liberis; melioratio pro facta habeatur, & liberis æqualiter ius adquiratur: quia repræſentant patrem ſuum defunctũ, & ſuccedunt in iure ſibi competenti, *dict.* §. *ſi verò filiorum.* Tamen aliud erit, ſi filius viuo patre ſine liberis decedat, & in extranei fauorem de tertio bonorum ſuorum diſponat:

nam extraneus nullum ius prætendere poterit, nec partem illius melioratio-nis, quæ effectum sortita non fuit, nec potuit sortiri, nisi post mortem patris. Quapropter aliam causam esse filiorum, aliam verò extranei existimo; ita vt respectu illorum melioratio pro factâ habeatur: huius verò respectu pro infectâ, & caducâ habenda sit. Ex quibus † iam colliges omnes doctissimi D. Castilli resolutiones veras esse: quibus vt magis probabilioribus adhæreo. 27

Et vt ad institutum redeat disputatio, ex superioribus prouenit, promissionem, † & pactum de ratificando, quod per alium gestum erit, idem operari, ac realem ratificationem: taliter quòd alia ratificatione opus non sit, *l. si procuratorem absentem, D. de procuratorib.* vbi *glos.* verb. *Ratum, glos.* verb. *Nihil, in l. si sine, §. cum autem, D. rem ratam haberi*, cum alijs congestis a Tiraquelo *de retract. lignag. glos.* 10. *numer.* 92. qui rectè intelligit *dict. l. si procuratorem*, vt procedat, quandò quis cõstituit procuratorem ad aliquem actum, & in ipso mandato se ratum habiturum promisit: non enim requiritur alia ratificatio, cùm solùm mandatum per se sufficiat: sequitur Guttierrez *de gauell. quæst.* 47. *à num.* 16. Superflua enim esset ratificatio, si dominus executionem ipsius actus mandauerat: ratificatio enim frustrà petitur, quæ nihil debet operari, ex Cresc. Viuio, Menoch. Costa Bertazolo, & alijs Gratian. 4. *tom. cap.* 28

29 725. *numer.* 10. Inde est, † quòd procurator, qui se expressè obligauit, dominum ratificaturum, non teneatur ratificationem ostendere; si ad gerendum actum idoneum, & sufficiens habuit mandatum; vel si in eo ratihabitionis sit clausula, Ant. Faber *in C. ad titul. mandati, diffinit.* 7. Seraphin. *decision.* 548. *numer.* 2. Si

30 vero † mandatum sufficiens non esset, vel aliqua iusta adesset causa pe-

tendi ratificationem, necessariò exhiberi debet, vt rectè concludit Gratian. *dict. capite* 725. *à numer.* 10. *ad* 25.

Quibus est proximum, promissionem † de renunciando, idem ac renunciationem operari; maximè vbi est iurata: vt in promissione de renunciando legitimam, à filio, vel Monasterio factâ, defendit Seraph. *de priuileg. iurament. cap.* 23. Matienzo *in l.* 6. *titul.* 6. *lib.* 5. *Recopilat. glos.* 7. *in fine*, Mieres 1. *part. quæstion.* 40. *numer.* 24. D. Francisc. Merlin. *dict. cent.* 1. *cap.* 4. *per tot.* Noguerol. *allegat.* 6. *à num.* 17. Cancerius 3. *part. variar. cap.* 15. *num.* 252. Castillo *libr.* 5. *cap* 67. *num.* 46. Hector Capit. Latro *decis.* 3. *num.* 29. 31

Ex quibus videtur, pactum seù promissionem de cedendo, realem cessionem esse, idemque operari; cùm inutilis † circuitus semper vitandus sit, *l. dominus testamento, D. de condition. indebiti, l. cum fundus, §. seruum tuum, D. si certum petatur, Clementin. Auditor de rescriptis.* Quo vnico fundamento mouentur omnes Doctores, quos retulimus, vt statuant promissionem de obligando, donando, liberando, &c. obligationem, donationem, & liberationem esse. 32

Hæc licèt pro hac sententiâ nimis faciant, contraria tamen verior est; & ab omnibus receptum, quòd pactum, seù promissio de cedendo, cessio non sit, neque eius effectũ habeat: mouentur ex eo, quòd promissio, † & factum diuersa sunt: indeque promissionem de mutuando, mutuum non esse; de vendendo, venditionẽ; de donando, donationem; de renouando, renouationem; de renunciando, renunciationem; de dotando, dotem; de profitendo, professionem: in terminis firmãt relati à Castillo *dict. lib.* 2. *cap.* 3. D. Salgado *de Reg. protect.* 2. *part. c.* 3. *n.* 5. Cancer. 3. *part. c.* 7. *à nu.* 121. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 33

clauſ.4.gloſ.9.part.4.num.24. Surdus *conſ.52.* Theſaur. *deciſ.233.* Gutierrez *de gauell. dict. quæſt.47.* Alexan. Ludouiſ. & Addit. *deciſ.28.* omninò videndus Caſtillo *dict. cap. 67. numer. 48. & 49.* Caldas Pereira ſup. *dict. quæſt.18.per tot.* qui hanc poſterioré ſententiam veriorem dicit, Ponte *cõſilio 85. & 86.tom.1.* latiſsimè Paul. Paul. Gallerat. *de renunc.lib.1. cap.7. per tot.* Tiraq: *de retract.conuent.à nu. 42.* Noalis *de tranſmiſ.cap. 36. num. 24.* Roderic. Suar. *conſ.7.à nu.6.* Vbi
34 quòd † ſi promiſsio de vendendo fiat vni, & pòſt res vendatur alteri, quòd poſterior præfertur, etſi traditio non interuenerit, idem probat addit. ad Gammam *deciſ.374.* latiùs Seraphin. *dict.priuileg.23.à num.27.* & in elegantí ſpecie Monter à Cueba *deciſ. 47.num.22.* Gutierrez *de tutel.2.par. cap.5.num.66.* videndus omnino Fachineus *lib.2.cont.cap.5.7. & 8.per*
35 *totum.* Vbi an † qui promiſsit facere pactum de retrouendẽdo, ad retroué dendum cogi poſsit? de quo etiam Ant. Faber *decad.23.err.8.* Et † an qui
36 pretio accepto rem vendere promiſit, & tradidit, nullâ factâ venditione, ſtatim transferat dominium? videndus Carualho *de vna, & altera quarta, part.2.à num.205.ad 213.*

37 Et in terminis, quòd † aliud ſit ceſſio, aliud promiſsio de cedendo, Roman. *conſ.86.nu.11.* Decius *conſ.502. num.11.* Tiraquel. *de retract.conuent. ad finem tit.num.42.* Bertazol. *clauſ. 27.gloſ.9.num.4.* Oliuer. Beltram, ad Alexan. Ludouiſ. *deciſ.28. numer.7.* Mieres *1.part.quæſt.40.num.20.* Seraph. *ſup.num.4.* Fontanell. *dict.par. 4.num.24.* Coſta *de ration.ratæ, quæſtion.82.* Gallerat. *ſup.num.27.* & latiùs *lib.1.cap.4.à nu.25.* Guzman *de euictionibus, quæſt.35.num.83.* qui alios referunt, & expreſſe probatur *ex l. Modeſtinus, D. de ſolutionibus,* vbi agitur de ceſsione factâ virtute pacti de cedendo, quæ neceſsaria nõ eſſet, ſi promiſsio eiuſdem effectus, ac ceſſio ipſa eſſet. Idem etiã euincitur ex eo, quòd condemnatus ad cedendũ, præciſe cedere compellitur D. Salgado *de reg.protect.part. 4. cap. 5. num. 59.* & dicemus infra *tit.5.quæſt.8.*

Ratio reddi poteſt, quia † aliud 38
eſt executio, aliud promiſsio: ceſsio verò, vbi præceſsit promiſsio de cedendo, eſt executio promiſsionis, & eius implementum; promittere enim, non eſt implere, *argument. text. in l.potior,* ibi: *Poterat enim, licet ante conuenit, non accipere pecuniam, D. qui potior.in pignor.habeantur.* Et qui cedere promittit, non cedit, ſed agit de futurâ ceſsione, facit D. Salgado *de Reg.protect.2.part.cap.3.num.23.* Cùm ergo promiſsio de faciendo, futùrum tempus reſpiciat, non poteſt inducere conſenſum de præſenti: quia qui promittit facere in futurum, præſumitur facere nolle de præſenti, vt notatur *in l. cum lex, C. de legibus, gloſ.in l.ſeruis electione,* vbi Bald. *D. de legat.1.* Paul. Gallerat. *dict. cap.7.à num.7.*

Ex quâ doctrinâ plura profluunt: hæc tamen non omittam, quòd licet † gauella debeatur ex venditione; ex promiſsione tamen de vendendo non debetur, Rodericus Suarez *dict.conſ.7.numer.9.* Bertazolus *clauſ.30.gloſ.12.numer.3.* Gutierrez ſtatim referendus. Indeque ſi tempore promiſsionis vnus conductor gauellæ ſit, & tempore venditionis alter; gauella non primo, ſed ſecundo conductori debebitur, vt contra Anton. Gomez, & Parlador. reſoluit Gutierrez *de gauell.dict. cap.47.numer.19.* qui refert Laſſartem, & Girondam. Similiter † ex promiſsione 40
de vendendo, laudemium non deberi, latè probat Tondutus *quæſt.ciuil. cap.37.à num.1.*

Similiter † ſilege, vel ſtatuto ca- 41
ueatur, quòd contractus non niſi per ſcripturam probetur, tamen promiſsio de celebrando contractum, ſcripturâ non indigebit, vt ex Surdo

*decis.*43.*numer.*7. resoluit D.Lara *in comp.vitæ homin.cap.*8.*num.*27.& latiùs disputans Valascus de *iure emphyt.quæst.*7.*num.*36.qui dicit notandum.

42 Adstipulatur his, quòd † si lege, vel statuto caueatur, vt incessionibus iurium iuramẽtum interponatur, (veluti in ijs, quæ in fauorem scholarium fiunt, de quibus tit. sequenti agemus) tamen in promissione, seù pacto de cedendo, iuramentum necessarium non erit, Horat.Carpan.*ad statut. Mediol.*1, *tom.cap.*445.*numer.*45.

43 Fluit etiam, quòd † vbi ex alienatione, & venditione incurrit quis pœnam, ea non committitur, si quis vendere, aut alienare promittat, Capitius *decis.*155.*num.*7.Tepat.*tit.*377.*cap.*5.vers. *Emphyteuta*, ex Tiraq. Franch.Ponte, & alijs Castillo. *dict. cap.*3.*num.fin.* (licet contrarium iudicatum fuisse referat doctiss. Solorçano *de iure Indiar.tom.*2.*libr.*2.*cap.*14.*num.*12.conducit Seraph.*dict.priuileg.*23.*num.fin.*) videndus omnino Fussarius *de substitut.quæst.*718.*à numer.*26. Quod mirum non est, cùm

44 † prohibitus alienare sub aliqua pœna, eam non incurrat, etsi alienauerit; nisi & traditio fuerit sequuta, vt *ex l. alienatum in princ.de verbor.significat.* ibi: *Alienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet*, ex multis doctè resoluit Tiraquel.*de retract.lign.*§.1.*glos.*2.*à num.*44.Matiençio *in l.*1.*tit.*10.*lib.*5.*Recopil.glos.*6.*à nu.*1. Cenedo *quæst.*11.*à num.*13.Mantica *de tacitis, & ambig.lib.*22.*tit.*28.*à num.*19. Gratian. *disceptat.*236.*à num.*45.ex alijs Mieres 4.*part.quæst.*1.*numer.*79. *&* 4.*part.quæst.*18.*nu.*2.latè Sfort. Odd. *de fideicommiss.quæst.*21.*art.*5.*à nu.*45.*ad*63.Et quòd alienans rem litigiosam, pœnam non incurrat, nisi traditio sequatur, Farinat.*infrag.part.*2. verb: *Litigiosa res, num.*274.Similiter emphyteuta alienans, si rem non tradat, pœnam non incurrit, vt latissimè exornat Giurba *decis.*80.*à numer.*16. Matiençio *dict.glos.*6.*num.*6.

Adeò, † vt nec ficta traditio ad 45
incursum pœnæ sufficiat, sed requiratur realis, & actualis: vt decissum refert Sesse *decis.*234.*per totam, tom.*3. vbi quòd de æquitate, nec clausula præcarij, nec constituti, inducit traditionem. Sed † in emphyteuta, & pos- 46
sessore maioratus alienante contrarium resoluit Mieres *dict.*4.*part.quæstion.*18,*num.*6.quia constituti clausula vim traditionis habet: & licet sit modus adquirendi fictus, ex eo tamẽ vera transfertur possessio, multis relatis Addentes ad Molin.*lib.*4.*cap.*2. *num.*4. pluribus exornat Intrigliol. *cons.*1.*à num.*14. *&* *decis.*14.*num.*9. Marius Muta *decis.*26.*num.*22.ex innumeris Giurba *decis.*112.*à num.*10. nouiter D.Franc.Merlin.*cent.*2.*cont. cap.*18. *&* 19.qui pluribus notanter exornant. Sed licèt hæc Mieres sententia in puncto iuris vera sit, quam sequuntur multi relati à Giurba *dict. decis.*80.*num.*20.Tepatus *dict.cap.*4. vers. *Si emphyteuta*: in praxi tamen, si ficta ex constituto traditio, non sufficiet ad incursum pœnæ, nec ad præcisam laudemij solutionem; & contrahentes pœnitere possunt, & à contractu discedere, vt latè concludit Giurba *dict.decis.*80.*num.*15.vers. *Quare, & de succes.feud.*§.1.*glos.*15.*à nu.* 38. *&* 42. Camill.Borrell.*in sum. decis.tom.*1.*tit.*33.*num.*392.nouiter Acosta *de priuileg.cred.reg.*1. *ampl.*11. *à num.*34. Tondutus *sup.à numer.*16. Lotterius *de re benef.lib.*3.*quæst.*25.*à num.*8.qui dant alios. Et in possessore maioratus alienante, idem defendit Anton.Gomez *in l.*45.*Tauri, nu.* 95.omnino videndus Sfortia Odd. *dict.art.*5.*à num.*63.*ad*75. Fussarius *de substitutionib.dict.quæst.*718.*à numer.*31.

Fulcita satis manet, & exornata posterior hæc sententia: superest nũc, vt contrariæ argumenta diluamus,

&

& pugnantes has sententias redigamus in pacem. Et ex omnium melioris notæ Interpretum iudicio verisi-
47 mè concludendū est, quod † quandò contractus in substantia nihil aliud continet, quàm promissio: & nihil solemne post promissionem restat faciendum, quia contractus nihil addit supra promissionem, nec in modo, nec in accidentalibus, aut substantialibus: promissio faciendi, & factum, idem operabitur, vt inutilis vitetur circuitus: conducit eleganter Menochius *cons.* 946. vbi latè, & doctè, quādò promissio pro facto habeatur? videndus Tondutus *quæst. ciuil. cap.* 50 *à num.* 7. qui refert Cancerium, & alios: vbi latè, quòd promissio de eligendo habet vim electionis, quia tūc nihil substantiale faciēdum supereſt: & an idem procedat, si quis dixerit, volo eligere Titium, vel procuratorem constituerit ad eum eligendum? Secùs tamen erit, si in aliquo ex his, contractus a promissione distaret, ita ex Marienço *in dict. l. 6. glos.* 7. *nu.* 4. & 5. Gamma, Flores de Mena, & aliis Iacob Cancer. *dict.* 3. *part. cap.* 7. *num.* 125. & 127. Castillo *dict. cap.* 3 *numer.* 17. Tontanella *dict. part.* 4. *à num.* 33. qui *num.* 34. limitat etiam, quando ex promissionis verbis elici posset coniectura, noluisse promittentem statim, ac de præsenti se obligare; vel si circuitus, & dilatio aliquā ex causâ ei vtilis esse posset, prosequitur Castillo *dict. cap.* 67. *à num.* 49.

Hanc nostram sententiam, quòd pactum, vel promissio de cedendo, cessio non sit, nec ex eâ transferantur actiones, fortitèr adstruit dubium illud, quod excitant Interpretes: an v-
48 bi † quis promisit cedere actionem suam, teneatur instrumentum cessionis deferre ad domum cessionarij, vt dicatur implere promissa? Cuius articuli discussio simul aperiet eum, quandò debitor teneatur deferre debitum ad domum creditoris sui? In quo Doctores, vt testis est Scaccia *de commert. §. 2. glos.* 5. *num.* 220. ita variè, confusè, & brocardicè, aut ieiunè sunt loquuti, vt nulla ex eorum dictis elici possit certa resolutio: & vt verā amplectamur, duo † casus principales 49
considerandi sunt. Primus est, quandò quis certo loco cessionem facere promisit, vel destinauit solutionem. Secūdus est, quādò quis soluere promisit, vel cessionem iurium facere, nullo tamen designato loco.

Et primo † casu pro cūldubiò est, 50
solutionem, vel cessionem faciendā esse in loco designato, nec creditorem alibi recipere, cogi posse, *l. si is qui certo*, ibi: *Is qui certo loco dare promisit, nullo alio in loco, quàm in quo promisit, soluere inuito stipulatore potest; D. de eo, quod certo loco, l. 2. §. si quis Effesi, D. eodem tit. l. qui Romæ 122. D. de verbor. obligat. l. fideiussor 16. §. qui certo loco, D. de fideiussorib. l. obsignatione 9.* ibi: *Sed ita demum oblatio debiti liberationem parit, si eo loco, quo debetur, solutio fuerit celebrata, C. de solutionib.* Bertazolus *clauſ.* 41. *glos.* 4. *à num.* 1. Scaccia vbi proximè *num.* 194. *in fin.* Cencius *de censib. quæst.* 86. *num.* 1. Azor *Institut. Moral.* 3. *part. lib.* 4. *cap.* 32. vers. *Tertia regula*, Ferdin. Rebell. *tractat. de obligat. iustitiæ, lib.* 10. *quæst. vltim. num.* 1. qui dant alios, Donel. *lib.* 16. *com. cap.* 11.

Illud † verò notare non omittam, 51
quòd licet debitor soluendo in eo loco, de quo actum fuit, satisfaciat: tamen si aduersus eum executio petatur in loco diuerso, in quo legitimè potuit conueniri, non potest renuente creditore alibi, quàm in loco iudicij, deponere pecuniam: vt post alios decisum refert Accacius Ripol. *var. resol. cap. vlt. à num.* 76. propter moram namque debitor amittit facultatem deponendi in loco conuento; & electio est creditoris, an velit, quòd in loco iudicij, vel in eo, de quo conuentum fuit, pecunia deponatur: Vndè rectè resoluit Hieron. de Leon

lib. 2.

lib. 2. decis. 132. inuito creditore solutionem faciendam non esse ad locũ iudicij, sed ad domum creditoris, vbi ad eam deferri deberet pecunia.

52 Quoties † autem cessioni, vel solutioni faciendæ certus destinatus est locus, vt creditor faciat debitorem incurrere in moram, tenetur in loco esse, vel idoneum in eo procuratorem habere, qui recipiat cessionem, vel solutionem, *l. item illa* 18. vbi Bartol. & Castren. *D. de constit. pecun.* ex antiquioribus Bertazol. & Scaccia supra, Cencius *dict. quæst. 86. à numer.* 3. vbi etiam quòd etsi adiecta sit pœna conuentionalis, non habet necesse debitor, vt eam euitet, protestari, nec deponere: innumeris relatis Gigantba *decis. 114. à num. 5.* Visconte *conc. iur.* verb. *Debitor tenetur*, Cancerius *2. part. cap. 6. num. 155.* Amendola ad Franch. *decis. 227.* Pyrrus Maur. *de solution. cap. 29. num. 10.* Bellon. *de his, quæ fiunt in contin. lib. 2. c. 52. per tot.*

53 Quòd iuri conuenit: nam † quoties persona non est, cui solutio fieri possit, nec mora incurritur, nec ad interesse quis tenetur, *l. pecunia, l. cum quidam* 17. *§. si pupillo, D. de vsuris*, Gratian. *tom. 2. cap. 400. num. 78.* Scobar *de ratiociniis, cap. 13. à numer. 36.* Rodrig. *de annuis reddit. lib. 2. quæst. 15. à num. 39.* Vbi † quòd si minor nõ
54 habeat tutorem, cui soluatur, vsuræ pupillares cessant: hoc idem ex multis probat Noguerol. *allegat. 27. à numer. 54.* Franch. *decis. 16.* & Add. vbi notanter limitat, si debitor pupilli, is esset, qui legitimus eius tutor esse debebat. Et an † hoc casu, vt debi-
55 tor ad interesse non teneatur, vel ad pœnam, protestari, vel deponere adstrictus sit, & de intellectu, *l. ait prætor, §. sed hodie, D. de minorib. l. si reus paratus, D. de procuratoribus*, cũ alijs videndi Franch. *dict. decis. 227.* Amendola ibi, Cencius *dict. num. 3.* Scaccia *à num. 204.* Pyrrus Maurus *dict. cap. 29. num. 12.* Duard. *post tract. de censib. decis. 224.* qui contrarias referunt sententias, Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 3. tit. 14. de solutionibus, à num. 92.* ea tamen receptior videtur, quòd nec protestari, nec deponere necesse habeat: videndus hæc omnia latè prosequens Leotardus *de vsuris quæst. 84. à n. 14. ad 22.*

Sed licèt † regulariter creditor 56
alibi cessionem, vel solutionẽ, quàm designato loco recipere non cogatur: alibi tamen recipere compelli potest, si debitor paratus sit, interesse, vel expensas ratione loci, & omne, quòd ei interest, præstare, vt ex Scaccia, & alijs probat Gaito *de credito, cap. 2. tit. 7. à num. 2573.* Quod † etiã 57
fauore creditoris procedit, qui potest, & si locus debitoris gratiã sit adiectus, alibi conuenire reum, soluto ei interesse: vnam, & alteram doctrinam probat *text. in l. 2. alias 3. §. fin. D. de eo quod certo loco, l. pecuniam, D. de cõpens.* Hermos. *in l 2. tit. 3. part. 5. glos. 4. num. 76.* Camill. Borrell. vbi proximè *num. 102.* qui dicit notabile.

Facit in comprobationem, quod ex Castrensi *in l. prætor, §. sed est hoc, D. de edendo*, Soccino *cons. 149. nu. 4. vol. 1.* trad. Sola *ad constitut. Subaudiæ, tit. de minorib. ac rationib. 1. part. glos. 4.* quòd † licet tutor, vel admini- 58
strator non possit conueniri in loco domicilij pro redditione rationum, sed in loco administrationis, iuxta *l. 1. C. vbi de ratiociniis*, multis relatis Carleual. *de iudicijs lib. 1. disp. 2. à numer. 168.* tamen si conueniatur in loco domicilij, & actor suis sumptibus libros rationum deferre paratus sit, quòd tenetur ibi respondere. Quæ omnia summè notanda sunt, vtpotè singularia: existimo tamen non sine difficultate in praxi locum habitura.

Quibus & illud proximum est, quod iam mihi in arduâ quadam lite disputandum obtigit; quòd vbi † ad- 59
est pactum in constitutione census, quòd debitor teneatur creditorem requirere per duos menses ante redemptionem: ita vt aliàs ad redemptionem

tionem census faciendam cogi non posit (quod pactum validum est, Cencius *de censibus, quæst.* 103 *à numer.* 19. Capitius Latro *decis.* 24. *num.* 1 *in princ.*) potest debitor ante duos menses nullâ factâ requisitione redimere, si offerat redditus illius medij temporis, id est, illorum duorum mensium: quod ego vltra dicta suprà, ex eo comprobabam: quia licet debitor
60 † in diem, ante diei aduentum soluere non possit, si id interfit creditori; *l. eum qui* 15. *D. de annuis legat. l. si ante* 10. *D. ad S. C. Trebellian. l. ait Prætor, §. si cum diem, D. quæ in fraudem cred.* ex alijs latè probat D. Larrea *de cis.* 15. *per tot. & allegat.* 85. *num.* 9. *tom.* 2. D. Lara *de anniuersar. lib.* 1. *c.* 9. *à num.* 49. Cencius *de censibus, quæst.* 84. *per totam*, Donel. *libr.* 16. *comment. cap.* 11. vbi Osuald. *lit. D.* tamē si soluere creditori paratus sit interesse, quod ex dilatione cōsequi posset, rectè soluet, Menesses *in l. post mortem, numer.* 11. *C. de fideicommiss.* Et in terminis, quòd possit solutio, & redemptio census fieri ante duos menses, soluto tamen interesse, expendebam Gratianum. 1. *tom. discept.* 8. *num.* 3. *& fin.* Cencium *de censibus, quæst.* 91. *à nu.* 43. *&* 54. quod verum puto, quia cùm duorum mensium dilatio à die denunciationis eo animo pacisca tur, ne pecuniæ otiosæ sint, dùm creditor aliū quærit debitorem; non est, cur redēptionē recuser, si medij illius tēporis vsuræ soluātur.

In illâ tamen lite (quæ ad aliam aulam fuit remissa) depositum illegitimum fuit reputatum; quia rumor †
61 iam aderat mutationis monetæ, & valor eius per Regiam pragmaticam fuit ante duos illos menses diminutus; cumque ex anticipatâ solutione magnum sequeretur damnum creditori, iustâ ratione redemptionē facere recusauit. Larrea *decis.* 25. qui loquitur in terminis mutationis monetæ.

Secundi verò casus principalis inspectio, scilicet quandò cessioni, vel solutioni certus locus destinatus non fuit, difficilior sanè est: in quo † 62
communiter recepta est notabilis illa distinctio Bartoli post *glos.* ibi *in l. item illa in princip. num.* 9. *D. de constit. pecun.* quòd si creditor, & debitor eiusdem fori sint, debitor teneatur soluere in domo creditoris; sin verò diuersi fori sint, non teneatur debitor ad domū creditoris accedere; imò creditor suis expēsis teneatur mittere ad domum debitoris. Quam distinctionem multis relatis laudat Bertazol. *clauf.* 41. *glos.* 4. *num.* 9. Tepatus *tit.* 161. *cap.* 21. vers. *Debitor tenetur*, Cencius *de censibus, quæst.* 86. *numer.* 12. Castillo *tom.* 4. *cont. cap.* 60. *num.* 68. *&* 69. alijs relatis Viscontē *conc. iur.* verb. *Debitor tenetur*, Pyrrus Maur. *de solut. cap.* 29. *à num.* 6. sequitur Hermosilla *in l.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. *glos.* 6. *num.* 130. *& in l.* 10. *tit.* 1. *glos.* 4. *numer.* 35. Hieron. de Leon *dict. decis.* 132. Felicianus, qui eādem probat distinctionem, 2. *tom. de censibus lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 6. vers. *Quibus addendum est*, Alexan. Trentacinq. *lib.* 1 *Variar. resolut. tit. de alimēt. resolut.* 1. *num.* 24. *in finē*, videndus omninò Auendaño *de censibus, cap.* 92. *per totum*, Fontanella *de pactis nuptialibus* 1. *tom. clauf.* 4. *glos.* 18. *part.* 4. *numer.* 124. *&* 125. Carpan. *ad statut. Mediol.* 2. *tom. cap.* 409. *à num.* 145. nouiter Christophor. Suelues *cons. decisiuo* 42. *n.* 19. *circa medium*, apud † quos 63
videre poteris, quandò quis eiusdem, vel diuersi fori dicatur.

Hanc tamen Bartoli distinctionem multipliciter limitant Doctores relati, & præter eos Dueñas *reg.* 161. qui 19. limitationes refert, Scaccia *d. §. 2. glos.* 5. *à num.* 236. Maurus *dict. c.* 29. qui *num.* 19. limitat † in eo, qui ali 64
quid præstare tenetur ratione obsequij, & reuerentiæ, qui indistinctè tenetur soluere in domo creditoris: vt in debitore tributi resoluit Parinus *de gauell.* 2. *part. patrocinij, num.* 157. Inde receptum arbitror, decimarum debi-

65 † debitorẽ ad horrea Ecclesiæ decimas deferre teneri, *Exodi 23. & Malach. 3. c. reuertimini 16. q. 1. c. 116. g. 7. c. Tholos, decis. 433.* vbi Add. Paris. *cons. 6. nu. 6. vol. 4.* Rebuff. *de decimis, quæstion. 1. à n. 6.* Scaccia *sup. numer. 224.* Padilla *in l. post mortem, C. de fideicommiss. à num. 17.* Azeuedo *in l. 4. tit. 5. lib. 1. Recop.* Gutierrez *libr. 2. canon, cap. 21. num. 43.* Suelues *dict. cons. 42. num. 9.* Quæ sententia verissima est: licèt alij parochianos ad id non teneri sentiant, nisi consuetudine aliud receptum sit: Barbosa *de vsu. iur. Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 2. num. 14.* Et in eo loco decimas soluendas esse, quo consuetudine receptum est, probat *dict. l. 4. tit. 5. lib. 1. Recop.*

66 Vbi † tamen quis promittit alicui, facere cessionem iurium, vt ab ipso cessionario liberationem consequatur, indistincte promissor ad domum cessionarij accedere tenetur: docet Scaccia *dict. glos. 5. numer. 227.* rationem reddit, quia quandò debitum est reciprocum, & quasi cõpensatiuum: is, qui eligit dare vnum, vt adquirat aliud, debet accedere ad domum alterius, *l. vltim. C. de condit. insertis,* vbi seruus, cui relicta est libertas, si hæredi quid præstet, tenetur soluere in domo hæredis, *l. quod nisi 20. D. de operis libertorum.*

67 Contra † verò, si quis donationis causâ, & gratuitò cessionem facere promisisset, cessionarius ire tenebitur ad domum cedentis: quia vbi debitũ gratiosum est, & ex merâ liberalitate procedit; is, cui debetur, tenetur accedere ad domum donantis, Scaccia *à num. 227. ad 233.*

68 An † autem vbi alimenta promissa sunt, debeant præstari in domo promittentis, vel extra eam, difficilis est quæstio, quam disputant Trentacinq. *dict. tit. de alimentis, resolut. 1. à num. 24.* Castillo *dict. cap. 60. à nu. 19.* Cancer. *1. part. variar. cap. 16. à num. 15.* Thoro *in compen. decis. tom. 1.* verb. *Alimenta filijs,* Borrell, *in sum. tom. 3. tit. 22. à num. 99. ad 111.* Hermosilla *sup. n. 129.* Et an † quandò inimicitiæ ortæ sunt inter socerum, qui domi suæ promisit alimenta, extra eam præstare teneatur? Cancer. & alij ex relatis Fontanella *claus. 5. glos. 8. part. 11. à n. 32.* qui affirmatiuè resoluit. 69

Illud verò non omittam, quia superioribus concinit, quòd † valet cessio, & si quis anteà non cessurũ actionem iure iurando promisisset, Chartar. *decis. 18. num. 10.* Mancin. *de iuramento 4. part. quæst. 14. effect. 22. numer. 6.* resoluit Hypol. Montan. ad Oliban. *de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 4. num. 35.* Quæ doctrina optimè fulciri potest, *ex l. si sterilis 21. §. sed si ita fuerit, D. de action. empt. l. qui fundum 75. D. de contrah. emption.* vbi † si fundum alicui vendidero, eo pacto, vt nulli alij vendat, quàm mihi; si contra faciat, actionem ex vendito mihi competere asseritur in id, quòd mea interest, notat Cuiatius, §. *sed si ita.* Et venditionem validam esse, & si quis anteà non alij, quàm mihi vendere promisisset, dixit Boerius *decis. 49.* Carrotius *decis. 32. per totam,* Suarez *cons. 7. à num. 28.* Anton. Gomez *in l. 50. Tauri, num. 58.* in add. quod ampliat Cancerius *2. part. var. cap. 8. à num. 110.* & si promissio iurata fuisset, prosequitur latè Carualho *de vna, & altera quarta, part. 2. à n. 205.* 70

Hæc † tamẽ limitabis dupliciter: primò, quandò is, in cuius fauorem promissio fit, rem possidet, Ant. Faber *in C. lib. 4. tit. 36. diffinit. 1.* Secundò, quandò pro obseruãtia dictæ promissionis, ipsa res esset obligata, Cancerius *sup. à num. 110. ad 123.* Et † de eo, qui ita promisit: *nulli alij nubam, nisi tibi,* quomodo teneatur, & an ex illis verbis inducatur matrimonium? Vide Gutierrez *lib. 1. canon. c. 21.* Carotium *decis. 46. n. 27.* Fachin. *lib. 3. cont. c. 42.* Sãchez *de matrim. lib. 1. disp. 19. per totam.* 71 72 73

TRA-

IHS

TRACTATVS DE CESSIONE IVRIVM, ET ACTIONVM.

TITVLVS SECVNDVS.

QVIS CEDERE POSSIT ACTIONES. ET IN QVEM RECTE TRANSFERANTVR?

EXORDIVM TITVLI.

LATISSIMVM disputationis campum præsens titulus nobis demonstrat; nam in eo de legitimatione omnium personarum circa contractus, disserere possem. Sed quia de hoc specialem tractatum edidit Virgilius *de legitimat. personæ.* Nos aliquas tantùm quæstiones subijciemus, quæ tractatus nostri peculiares sint; ex quibus ad alios casus, qui occurrere possunt, facilè sumi possit resolutio: varia namque dicta sunt obiter, & in tractatus nostri discursu dicentur, quæ ad præsentem titulum spectant. Illud verò aduertes, quoties de personâ cedentis, & eius legitimatione dubitatur, cessionem omnibus illis esse permissam, quibus à iure non reperitur prohibita, vt ex Oliban. aduertit Franc. Tondut. *resol. ciuil. cap. 32. num. 1.* cui addes Sfortiam Odd. *ad l. 3. C. de nouat. quæst. 1.* vers. *Quæro quinto,* & vers. *Quæro sexto,* vbi enumerat personas, qui cedere possunt, & quibus cessio fieri valet.

Similitèr, cessio iurium, & actionum fieri poterit quibuscumque personis, quibus non sit expressè prohibitum, Paul. Gallerat. *de renunc. lib. 1. cap. 4. à nume. 99.* vbi *num. 97.* asserit, omnibus his cedere licere, quibus alienare licet.

Si igitur dubitari contingat de legitimatione cedētis, aut cessionarij, inspiciendus erit titulus cessionis: veluti, an cessio ex causa venditionis, donationis, transactionis, vel alio titulo fiat? Nam hi cedere poterunt, hisque cessio fieri valebit, qui possint venditionem, donationem, transactionem, aut alios cōtractus ex quibus cessio fit celebrare, vt rectè aduertit Paul. Gallerat. *dict. c. 4. num. 96.* Ex quo *num. 100.* infert, cessionem iurium absenti fieri posse, si inter absentes perfici possit contractus, ex quo cessio fit: videndus Greg. Lopez *in l. 64. tit. 18. part. 3. glos. 1. & 5.* Ximenez *in cōcord. ad l. in causæ 27. D. de procuratorib. glos.* verb. *Transferri,* vbi non nisi interueniente nuncio, vel epistolâ cessionem absenti fieri posse asserit: alios inuenies infrà *tit. 4. quæst. 9. nu. 30.* quibus adde Pereiram *de iure emphyt. 3. part. de potest. eligend. & nomin. reuocat. cap. 6. num. 12.*

Nec omittam annotare (quia fortè alibi non dabitur ocasio) decoctum cedere non posse iura sua, Noguerol. *alleg. 16. numer. 102.* Costa *de ration. ratæ, 9. 70. n. 6.* Thoro *3. p. comp. decis.* verb. *Cessio facta, ab aliquo fol. 145.*

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 Minori, & eius tutori immobilia, & quæ seruãdo seruari possunt, alienare non licet sine decreto.

2 Solemnitates necessariæ in alienatione immobilium minoris. remissiuè.

3 Bona immobilia Ecclesiarum sine solemnitatibus non ritè alienantur.

4 Alienatio bonorum immobilium Ecclesiæ, quas solemnitates requirat?

5 Mandatum ad alienanda bona Ecclesiarum, eandem solemnitatem requirit, quàm alienatio ipsa.

6 Subhastationes, quæ necessariæ sint, & per quot dies ad alienationem rerum Ecclesiæ?

7 Si sine solemnitatibus alienentur res Ecclesiæ, alienatio est nulla; nec restitutio in integrum est necessaria.

8 Ex alienatione bonorum Ecclesiæ, vel minoris, sine solemnitatibus, non transfertur dominium: & minori, & Ecclesiæ, rei vindicatio competit.

9 Minor, vel Ecclesia: an pretiũ, quod acceperunt ex alienatione nulla, restituere teneantur? remissiuè.

10 A quo tempore incœperit prohibitio alienationis rerum Ecclesiæ? remissiuè.

11 Refertur opinio, quòd minor cedere non possit actionem sine curatore, & iudicis decreto.

12 Minor nouare non potest actionem.

13 Decretum iudicis desideratur ad alienationem iurium minoris.

14 Decretum iudicis, an necessarium sit, vt minor auctore tutore debitorem creditori suo deleget?

15 Proponitur quæstio, an iura, & actiones inter bona mobilia, vel immobilia computentur?

16 Iura, & actiones, mobilium appellatione comprehendi, qui sentiant?

17 Census, an rectè constituatur super iuribus, & actionibus?

18 Census redimibilis, an possit super alio censu redimibili constitui?

19 Iura, & actiones, nominaque debitorum, alij inter immobilia referunt.

20 Iura, & actiones, tertiam bonorũ speciem constituere, qui doceant?

21 Nomina debitorum, an circunscribantur loco, & in quo esse videantur?

22 Legatis, obligatis, vel donatis bonis mobilibus, & immobilibus, vel de eis facto maioratu, an comprehendantur iura, & actiones?

23 Executor ad distribuenda bona mobilia, & immobilia, an possit disponere de iuribus, & actionibus?

24 Confiscatis mobilibus, & immobilibus; iura, & actiones non confiscantur.

25 Census, & Iura Regalia, inter quæ bona numerentur? remissiuè.

26 Census in executione capti, præconizantur à nouem in nouem dies.

27 Actio si perse consideretur, quatenus ius est, nec mobilis, nec immobilis res est; & tertiam bonorum speciem constituit.

28 Actio si competat ad mobilia, mobilis reputatur; sin verò ad immobilia, immobilis censetur.

29 Exemplo ostenditur, aliquandò actionem mobilem, aliquandò immobilem reputari: & aliquandò tertiam constituere speciem.

30 Iura, & actiones in causa executionis per quod tempus præconizentur?

31 Actio minoris ad rem mobilem si cedatur, decretum, & solemnitates necessariæ non erunt; secus si actio ad res immobiles sit.

32 Census minoris, vel Ecclesiæ, si alienetur,

netur, interuenire debent solemnitates necessariæ in distractione bonorum immobilium.

33 *Actio ad rem immobilem, an reputetur vt immobilis ad hoc, vt succedere debeant consanguinei, vbi viget forum, quòd bona redeant ad trunc um.*

34 *Cedere non potest minor, vel Ecclesia actionem ad rem immobilem sine decreto.*

35 *Minor sine decreto cedere non potest ius petendæ restitutionis ad vindicandam rem immobilem.*

36 *Qui immobilia non potest alienare, nec poterit distrahere ius, quod habet ad ea.*

Reprobatur opinio Ant. de Amato.

37 *Minor sine decreto cedere non potest ius, quod habet retrahendi rem immobilem.*

38 *Actio ad rem mobilem pretiosam, quæ seruando seruari potest, sine decreto cedi non valet; secus si res ex his sit, quæ seruando seruari nequeunt.*

39 *Conciliatur, & interpretantur* l. si pecunia, §. si ius, D. de rebus eorum, l. si ad resoluendam, C. de prædijs minor. l. potest pupillus 18. D. de auctorit. tutor.

40 *In alternatiuis regulariter debitoris est electio; aliquando verò creditoris est.*

Laudatur D. D. Athanasius Oteyza & Olano.

41 *Actio alternatiua ad rem immobilem, aut mobilem per minorem sine decreto cedi non potest, si electio ad eum pertineat.*

42 *Tutor, in cuius electione est restituere fundum, vel eius æstimationem, non potest tradere fundum sine decreto iudicis.*

43 *Minor, vel tutor si sine decreto cedat actionem alternatiuam ad rem mobilem, aut immobilem: si electio debitoris sit, consistet cessio, si tradita sit res immobilis: aliàs secus.*

44 *Cessionem alternatiuæ obligationis nullam esse, siue res immobilis, siue mobilis tradatur, defendunt* Simoncell. *& alij.*

Expenditur pro prima sententia lex erit ergo 10. D. de fundo dot.

45 *Actus, qui geritur, & eius valor nonnunquam ex futuro euentu pendet.*

46 *Transactio per minorem, & Ecclesiam sine solemnitatibus subsistit; si res immobilis, super qua lis est, apud eos maneat: secus, si dimittatur.*

47 *Transactio super rebus maioratus, vel minoris consistit, si res apud maioratus possessorem, vel minorem maneat; non verò si dimittatur. Et quid si res apud maioratũ, vel minorem nunquàm fuit?*

48 *Transigere an possit minor, vel Ecclesia sine solemnitatibus super fidecommisso, vel hæreditate, eis nondum acquisita.*

49 *Prohibito vno actu, non censetur prohibitum id, ad quod nõ necessariò, sed contingenter potest deuenire.*

50 *Minor restituitur aduersus transactionem iuratam, stante læsione enormissima.*

51 *Transactio etiam iurata per maiorẽ 25. annis, propter læsionẽ enormissimam nulla est.*

Reprobatur contraria sententia.

52 *Læsio enormissima si interueniat, fructus percepti à die transactionis restituendi sunt.*

53 *Minor aduersus transactionem iuratam restituitur, etiam ex enormi læsione.*

Et quid si minor non contrauenire transactioni iure iurando promisisset?

54 *Læsio intra dimidiam, an locum faciat restitutioni aduersus transactionem iuratam per minorem; maximè si bona maiorum suorũ essent.*

55 *In transactione magis, quàm in*

alijs contractibus maturum iudicium requiritur.

QVÆSTIO I.

Minor, vel Ecclesia, quibus immobilia sine decreto alienare non licet, an actiones suas, sine decreto cedere valeant? Et quid si actio alternatiuè competat ad rem immobilẽ, vel quantitatem? Vtilis, & diligens disputatio.

MINORI † & eius tutori immobilia, & quæ seruando seruari possunt, distrahere non licere, expressa probant iura *in l. 1. l. magis puto, §. non passim, & per tot. D. de reb. eorum, l. 1. & per totum, C. de prædijs, & alijs rebus minorum, l. vltim. C. si maior fact. alienat. l. lex quæ tutores, C. de admin. tutor.* innumeris ex antiquioribus relatis Octauian. Simoncell. *de decretis, lib. 1. tit. 1. numer. 1.* vbi † latissimè prosequitur solemnitates necessarias ad alienationem bonorum immobilium minoris: videndi sunt nouitèr, & benè agẽtes Alex. Trentacinq. *lib. 2. var. tit. de minorib. resolut. 9.* Intrigliolus *cons. 27. à num. 33.* Thoro 1. *tom. comp. decis.* verbo, *alienatio rei pupilli*, Hermosilla, qui omnia requisita ad quattuor reducit *in l. 4. tit. 5. part. 5. glos. 6. à num. 1. & per tot.* D. Ioseph Vela 2. *tom. dissert. 38. num. 63. & 71.* remissiuè ex alijs Acosta *de priuileg. cred. regul. 1. ampl. 1. à num. 5.*

Idem † etiam obseruatur in bonis immobilibus Ecclesiæ, quorum alienatio sine solemnitatibus est prohibita, *cap. 1. & 2. cap. nulli 5. cap. si quis præsbyterorum, cap. ad nostram*, cum alijs *de rebus Eccles. alien. vel non, c. nõ liceat Papæ, c. sine exceptione, & ferè per totam, 12. quæst. 2. cap. 1. c. tua nuper de his, quæ fiunt à Prælatis, cap. 2. de donat. cap. 1. de reb. Eccles. alienand. vel non, lib. 6. Clem. 1. & 2. eod. tit. extrauag. ambitiosæ de rebus Ecclesiæ, l. iuuemus, authent. hoc ius porrectum, C. de Sacros. Eccles. js, l. 1. & 2. tit. 14. part. 1.* Trid. *sess. 22. de reformat. cap. 11.* post antiquiores recensent † solemnitates necessarias ad horum bonorum alienationem, D. Castillo *de vsufruct. cap. 54. à nu. 6.* Trẽtacinq. *lib. 3. var. tit. de rerum alienatione, resolut. vnica, per tot.* multis relatis Viscõte *conc. iuris*, verb. *Ecclesiæ bona*, latè Hermosilla *in l. 5. titul. 5. part. 5. glos. 1. per totam.* Intrigliol. *cons. 1. à num. 146.* & latiùs *decis. 44. per totam* (vbi disputat, an omnes hodie de consuetudine requirantur?) D. Ioseph Vela 1. *tom. dissert. 15. à numer. 56. & ferè per totam*, Barbosa *de iure vniuers. Ecclesiastico, libr. 3. cap. 30. per totum, & de potestat. Episcop. allegat. 95. per totam.* Lotterius *de re benef. lib. 3. quæstion. 25.* Seraphin. *decision. 1080.* vbi † quòd mandatum ad alienandas res Ecclesiæ, requirit easdem solemnitates, quæ necessariæ sunt ad earum alienationem. Et † quot subhastationes sint necessariæ, & per quot dies fieri debeant? D. Franc. Merlin *cent. 2. cont. forens. cap. 75.* qui † resoluunt alienationem esse nullam, si debitæ solemnitates non obseruentur; adeò, vt restitutione aliquâ opus non sit: & ex *l. 1. & 2. C. de fid. & iur. hastæ Fiscal.* resoluit Hermosilla *in l. 52. tit. 5. part. 5. glos. 7. num. 42.* Capitius Galeota *lib. 2. contr. 40. à numer. 15.* Et † quòd ex eâ non transferatur dominium; & Ecclesiæ, aut minori, rei vindicatio competat, Intrigliolus *cons. 28. à nu. 72.* An autem si † alienatio declaretur nulla, ob defectum

ctum solemnitatis, minor vel Ecclesia pretium, quòd acceperunt, restituere teneantur? videndus Acolta *de priuil. iur. cred. reg. 1. ampl. 1. à num. 6.* Intrigliol. vbi proximè *à n. 78.* Hermosilla & Galeota supra. A quo † verò tempore in Ecclesiâ Catholicâ alienatio bonorum Ecclesiæ cæperit prohiberi? videndus latè disputans Arias de Mesa *lib. 3. var. cap. 23. per totum.*

10

Quibus præiactis, deueniamus ad quæstione m. † In quâ Ripa *in l. 1. §. fuit quæsitum, D. ad Trebell. n. fin.* quẽ sequitur Paulus Galleratus *de renunciat. tom. 1. lib. 1. cap. 4. num. 97.* resoluit, actionem per minorem cedi non posse, nisi accedente curatoris auctoritate, & iudicis decreto; motus ex eo, quòd incessione actionis, nouatio persona fiat, quam † minor facere nõ potest, *l. patri, §. penult. l. minor cui fidei commissum, §. penul. D. de minorib.* Ripam sequitur Ceuallos, *cõmun. contra commun. q. 56.* qui testatur hanc opinionem verissimam, & ab ea in iudicando, & consulendo recedendũ nõ esse, siuè actio ad mobilia, siuè ad immobilia competat: facit Romanus *cons. 386. n. 4.* qui tradit in cessione iurium iudicis decretum accedere debere, licèt per eam minor ab alicuius solutionis onere liberetur: idem affirmat Speculator *tit. de cess. action. §. 1. sed nunquid*, cuius meminit, alios referens, Bertazolus *clauſ. 27. glos. 1. n. 8.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 7. n. 6.* Ioan. de Grass. *de cess. iur. §. 2. nu. 2. & 3.* Iacob de Aren. *rub. 3. à n. 26.* vbi quòd minor cedere non possit: et quandò aduersus cessionem ei restitutio competat? Similiter tutorem sine pupillo cedere non posse, ex Roman. Bart. & alijs probat Paulus Galleratus *de renunciat. lib. 1. c. 4. num. 97.*

11

12

Quæ † sententia vlterius confirmari videtur *ex l. sed si pecuniæ 3. §. si ius, D. de rebus eorum, l. si ad resoluendam, C. de prædijs minor.* in quibus ad alienationem iurium minoris, prætoris decretum expressè desideratur; alitèrque alienatio, vel cessio per minorem, aut curatorem facta nõ subsistit. His tamen grauitèr refragatur *text. in l. potest pupillus 18. D. de auctor. & cons. tutor.* vbi videtur † nullo interueniente decreto, posse pupillum tutore auctore, debitorem creditori suo delegare: & sic actionem cedere, vt ibi notat Accursius.

13

14

Sed quia horum iuriũ intellectus, & quæstionis nostræ resolutio ab aliâ pendet: scilicet, an actiones, † & iura, debitorúmque nomina inter mobilia, vel immobilia computentur? Cuius rei cognitio, quia vtilissima, & frequens est, sæpenumero que ad varios casus, de hoc accidit disputari: necessarium erit inquirere, quid in hoc arti culo senserint Interpretes, eorumque sententias, veramque resolutionem breuitèr referre.

15

Prima sententia est, actiones & † iura, mobilia esse, & mobilium appellatione comprehendi, *glos. in l. nouẽtium, D. de verb. significat.* facit *text. in l. vnica, §. exactio, C. de rei vxoriæ action. l. 2. §. sed vbi*, vers. *immobiles, C. quãdò, & quib. quart. pars, lib. 10.* ex alijs Tiraq. *de retract. lig. d. glos. 7. nu. 7.* vbi ad id etiam expendit *dict. l. potest pupillus*, Cur. Philipp. *tomo 1. p. 2. §. 15. num. 15.* Trentacinq. *lib. 3. variar. tit. de donationibus, resol. 3. n. 14. circa princip.* Franc. Tõdutus *resolut. ciuilium, cap. 33. n. 8.* Vndè † superiuribus, & actionibus censum constitui non posse, firmat Cencius *de censibus, quæst. 23. cum seq.* Duard. *de censib. §. 1. q. 32.* nouitèr Leotardus *de vsuris, quæst. 47. à num. 12.* vbi ampliat, licèt actiones ad res immobiles competerẽt. An † verò super censu redimibili, alter census creari possit? videndus latissimè disputans D. Ioseph Vela *2. tom. dissert. 28. & 29.*

16

17

18

Secunda sententia est, iura, † & actiones, debitorumque nomina immobilia esse, immobilibusque connumerari, *glos. in l. fin. C. in quibus causis in integ. rest. arg. l. ait Prætor, §. 1. D.*

19

de iure deliberandi, c.3. verb. *iura, de reb. eccles. non alien.* facit *text. in l. vltim. C. de long. temp. præsc.* quod enim incorporale est, moueri non potest, *l. seruus, §. incorporales, D. de adquir. rerum domin.* pro quâ sententiâ alios refert Tiraquel. & Trentacinq. vbi proximè, Duardus *de censibus, §. 1. quæstion. 32. n. 1.* Et mobiliũ appellatione iura, & actiones nõ venire, ex Bartol. Specul. & alijs probat addit ad Capell. Tholos *decis. 316. lit. A.*

Tertia sententia est, nec † appellatione mobilium, nec immobilium comprehendi, sed tertiam bonorum speciem constituere, *l. quam Tuberonis, §. in peculio, D. de peculio, l. à Diuo Pio, §. in venditione, D. de rei vindicat.* in quam sententiam innumeros referre possem, legendi tamen omninò Pinel. *in rub. C. de bonis maternis, 1. part. à nu. 24.* Gutierrez 3. *pract. q. 85. num. 5. & de gauell. quæst. 57. à n. 4. & quæst. 112. per totam,* Cyriacus *cont. forens. lib. 1. cont. 14. nu. 31.* multis relatis Petr. Surd. *cons. 26. num. 3.* Cencius *de censibus 2. tom. decis. 3. nu. 14.* Marius Cutell. statim referendus *num. 21.* Fontanell. *de pactis, claus. 7. glos. 2. part. 1. num. 15.* Acosta *de priuileg. cred. reg. 3. in præfat. à num. 60. & 62.* innumeris relatis Gaito *de credito, cap. 4. quæsito 7. à num. 341.* Anton. Faber, *de error. pragm. decad. 5. error. 10. in princ. & in rationali ad. l. si conuenerit, D. de pignor. action. lit. A. circa fin. & lit. C.* Griuell. *decis. Dolan. 82. à nu. 29.* vbi † quòd licèt debitorum nomina mobilia, nèc immobilia sint, in eo tamen loco esse videntur, vbi debitor exigi potest: quod etiam probauit Marelcot. *lib. 1. var. c. 9 à n. 14.* Et quo loco debitorum nomina esse videantur Cancer. 3. *par. var. cap. 20. à n. 339.* Mieres 1. *p. q. 58. nu. 163.* Cencius sup. Cyriac. *lib. 2. cont. 218. à nu. 8.* Leotard. sup. *num. 13.* Et quòd iura, & actiones loco non circunscribantur, Giurba *de success. feud. prælud. 2. n. 16.* licèt tamen loco non circunscribantur, ad illud tamen territorium pertinere, vbi facienda est solutio, ex innumeris probat Giurba *ad consuet. Mesan. 1. p. c. 1. glos. 2 à nu. 1. ad 12.* videndus *c. 12. glos. 5. nu. 6. & 16.* Cyriac. *dict. cont. 218. num. 9. & cont. 229. num. 12.*

Hanc tertiam sententiam veriorẽ dicunt innumeri, quos congerunt Osuald. ad Donel. *lib. 20. cõm. c. 1. lit. F.* Hermosilla, qui laudat Pinel. *in l. 55. glos. 2. num. 14. tit. 5. p. 5.* D. Ioseph Vela *2. tom. dissert. 29. n. 18.* ex quo † infert, an si maioratus de bonis mobilibus, & immobilibus constituatur, iura & actiones comprehendantur? Et an legatis, donatis, vel obligatis bonis mobilibus, & immobilibus, cõprehendantur actiones, & nomina debitorũ? omninò videndi Mieres *1. par. quæst. 59. per tot.* Castillo *de vsufr. c. 38. nu. 26.* Trentacinq. *d. resol. 3. n. 14.* Hier. de Leon *lib. 2. decis. 190.* Gaito *de credito, d. quæsit. 7. à nu. 337.* Acosta *reg. 3. à nu. 60. & 85.* An verò executor † ad distribuenda mobilia, & immobilia, possit disponere de iuribus, & actionibus? differit Carpio *de execut. testam. lib. 2. cap. 24.* qui negatiuè resolu it. Similitèr confiscatis † bonis mobilibus, & immobilibus, iura, & actiones non confiscantur, Barbos. *in l. si cõstãte 25. §. vlt. à n. 2. D. solut. matrim.* Osuald. vbi proximè Farinac. *1. tom. q. 25. n. 109.* Ceuallos *com. q. 634.* Carocius *de excussione, p. 1. q. 9. decimæ quæst. princip.* Ricciul. *de iure person. extra gremium ecclesiæ, lib. 5. c. 32. n. 14.* qui eâ ratione mouetur, quòd tertiam, & diuersam bonorum speciem constituant.

Eadem † opinionũ diuersitas circa census, & iura regalia, vulgò *juros*, inuenitur: alij enim, inter mobilia, alij inter immobilia referũt: alij verò tertiam speciem constituere docent, vt videre poteris vltra relatos suprà, per Gutierr. *de matrim. c. fin. & lib. 3. practic. quæst. 83. & de gauell. quæst. 57.* Mantica *de tacit. & ambig. libr. 3. tit. 14.*

14.n.4. Micres 1.part.g.40.à nu.37. Castillo de vsufruct.c.41.& de tertijs,c.40.à n.2. Intrigliol. cõs.13.n.59 & 84. Riccius in collect.6.p.collect. 2335. Frãch.decis.362.n.7. vbi Viscõte, & Amendola, Giurba in cons. Mesan.part.1.c.12.glos.5.nu.9.& de succes.feud.prælud.2.à nu.20. Guzman
26 de euictionib.q.30.à n.36. (vbi † quòd refertur census inter immobilia, & præconizatur in executione a nouẽ in nouem dies) Bellonus de his quæ fiunt incontinenti, lib.2.cap.100. per totum, latissimè Carocius de excussione part.2.quæst.44.per tot. latè Hodierna ad Sardum decis.204. Noguerol alleg.12.à n.92.& alleg.13.num. 34 Parexa de edit.instrum.tom.1.tit. 5.resol.9.num.89. D. Valençuela cõs. 53.nu.26. omnium latissimè Marius Cutell. de donat.contemp.matrim.tract.2.disc.1.special.1.à nu.20. vsque ad fin. Hermosilla d.glos.2.nu.14.& in l.4.tit.5.p.5.glos.2.à nu.20.& in l.15.tit.5.par.5.glos.1.nu.60. latè Vela dict.dissert.28.& 29. nouissimè Tondutus, quæst.ciuil.cap.52.à n.16. (qui nullum retulit præter Cẽciũ) vidẽdus Cyriacus latè agens (cuius nõ meminit Noguerol, licet hic Auctor soleat ei esse multùm familiaris) lib.1. contr.74.à n.13.ad fin: qui ad materiam retractus, bonorum truncaliũ, alienationis, hypothecæ, restitutionis dotis, disputant.

In quo opinionum conflictu difficile videtur, quid certum sit, statuere. Ego verò superiores tres sententias, veras esse iudico; iuraque, & actiones diuersis effectibus consideratis, mobiles esse, & immobiles; & tertiam etiã bonorum speciem constituere. Nam
27 † si actio per se cõsideretur, quatenus ius est, & respectu sui ipsius, nec mobilis, nec immobilis est: quia res est incorporalis, quæ tangi non potest, §. incorporales, Inst. de reb. corpor. & in corpor. et certo loco non circunscribitur, l.fin.C de præscript. long. temp. l. vxorem, §. legauerat, D. de leg. 3. Osual. dus dict.lib.20.d.1.lit.F. In quâ considerationerectè dicitur, actiones & nomina, tertiam & diuersam bonorũ speciem constituere: quo sensu intelligendi sunt; quos laudauimus pro tertiâ sententiâ.

Quando † verò necesse est, vt de 28
iuribus, actionibus, & nominibus iudicetur, tãquam de re mobili, vel immobili; et quòd vtri horum bonorum accedant, & applicentur; tunc iura, & actiones respectu eius, ad quod competunt, considerantur: ita vt si actio competat ad rem mobilem, actio mobilis iudicetur: sic accipias (velim) primam sententiam; si verò ad rẽ immobilem actio sit, immobilis reputetur, iuxta secundam sententiam. Quàm elegantissimam distinctionem tradit, & sequitur doctissimus Tiraquel. dict. glos.7.à n.1. Pinel. sup. à num.33. Cur. Philip.d.§.15.n.14. Gutierrez 3.practic.q.85. Cyriacus dict.contr. 229.à num.3. Trentacinq. dict.tit. de donat. resol.3.num.14. Hermosilla in d.l.55. nu.14. Osuald. sup. Duardus de censib. §.1.q.32. Capell. Tholos dict. decis. 316. vbi Addit. D. Didac. de Narbona annal.iur.anno 25.quæst.25. Giurba de succes.feud.prælud. 2.à nu.16. & ad consuet. Mesan.1.p.c.12.glos.§. num.7. notantèr. Capitius Galeota lib.2.cont.13.à num.19.

Quæ † aurea distinctio, melius ex- 29
plo aliquo proposito percipietur, in hunc modùm: si lego Titio bona mobilia, & immobilia, quia tunc necesse non est, quòd actiones vtri horum bonorum applicentur; cùm etsi nec vnã, nec alteram speciem constituant, sit persona, scilicet hæres, penes quẽ possint remanere; tunc in simili legato actiones, & iura non comprehendũtur: quia tertiam speciem constituere videntur. At verò si duos hæredes instituerem, vel duos facerẽ legatarios vniuersales: alium omnium bonorum mobilium: alterum omnium bonorum immobilium: cùm tunc necesse sit, quòd iura, & actiones vni

ex hæredibus, vel donatarijs applicentur, considerandum erit, ad quas res actiones pertineant: et quæ ad res mobiles pertinent, pertinebunt ad hæredem, vel donatarium bonorum mobilium; illæ verò, quæ ad immobiles, ad hæredem, vel donatarium bonorum immobilium spectabunt.

Vndè rectè infert Parlador. *lib. 2. rerum quot. cap. fin. 5. part.* §. 3. *nu.* 15. quòd † si accidat disputari, per quod tempus, iura, & actiones in causa executionis debeant proclamari, an vt mobilia de tertio in tertium diem, an verò vt immobilia à nono in nonum, iuxta *l.* 10. *titul.* 21. *lib.* 4. quòd cùm tunc temporis, actiones, & iura ad alterutram bonorum speciem necessariò sint reducenda, debent proclamari actiones ad res mobiles à tertio in tertium diem; actiones verò ad res immobiles, de nono in nonum diem: quia actio eius naturæ iudicatur, cuius res est, ad quam competit *l. qui actionem, D. de reg. iur. leg. si legatum,* §. *si quis bona, l. sciendum,* §. *diuersa, D. ad S. C. Trebell. l. id apud* 143. *de verbor. significat. l. rem in bonis* 52. *D. de adquir. rerum domin.* ex Ponte, & alijs Giurba *de success. feud. dict. prælud. 2. num.* 18. Anton. Faber *C. de in integr. restitution. diffinit. 4. in fine,* Iulius Cæsar Glusianus *in tract. de bonis in solutum dandis, lib. 1. c. 2. in.* 70. vers. *Actiones,* vbi quòd actio ad rem mobilem triennio præscribitur: ad rē verò immobilem decē, vel viginti annis.

Ex quibus iam patet nostræ quæstionis resolutio: nam cùm vbi de alienatione, & cessione actionum agitur, necessariò iura, & actiones ad vnam, vel alteram bonorum speciem
31 referenda sint: inde † est, vt si actio minori ad rem immobilem competens, alienetur, vel cedatur: non aliter cessio, vel alienatio valeat, quàm si iudicis decretum, & solemnitas in immobilium rerum alienatione necessaria intercesserit: vt in alienatione actionis minoris, Ecclesiæ, vel Ciuitatis ad rem immobilem, probat *text. in cap. 2. ibi: bona immobilia, seu iura ipsarum, de reb. Eccl. alien. lib. 6. Clem. 2. eodem tit. glos.* & Doctor *in l. 1. C. si aduersus transact.* ex antiquioribus Tiraquel. *dict. glos. 7. num. 2. &* 15. Anton. Gomez, Pinel. Guid. Pap. & alij, quos sequitur Alex. Trentacinq. *lib. 2. var. tit. de minorib. resolut. 9. à num.* 19. Intrigliol. *decis. 45. num.* 16. Molin. *de iust. & iure, tract. 2. disput.* 224. vers. *Decreto iudicis,* Mantica *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 6. nu.* 39. Franch *decis. 75. num. 2. &* 5. vbi Amendola *num.* 10. qui loquitur in alienatione actionis ad feudum, Cyriac. *lib. 1. cont.* 181. *numer.* 17. ex alijs Hermosilla *in l. 55. glos. 2. numer.* 14. *& in l. 4 glos. 2. num. 32. tit. 5. par.* 5. Et † quòd in alienatione, & cessione census, minoris, vel Ecclesiæ requirantur solemnitates bonorum immobilium, Hermosilla *in l. 15. tit. 5. part. 5. glos. 1. num. 60. & in dict. l. 4. glos. 2. num.* 20. vbi ex Castillo, & Surdo, tradit, censum inter immobilia computari, quandò necessariò annumerandus est inter bona mobilia, vel immobilia. An verò † actio competens ad 33
immobilia, reputetur immobilis, ita vt in eâ debeant succedere cōsanguinei de trunco, vbi viget forum, quòd bona redeant ad truncum? Videndus Gutierrez *dict. quæst.* 85. Giurba sup.

Et in indiuiduo † quòd minor, vel 34
Ecclesia actionem ad rem immobilem sine decreto, & solemnitatibus cedere non possit: ex innumeris concludit Simoncellus *de decretis, tit. 3. de alienat. action. casu 1. num. 2.* Roderic Suarez *alleg. 20. num. 7.* & relati à Ceuallos *commun. quæst. 56.* Bertazol. *claus. 10. glos. 2. num. 13. in fine,* Franch. *decis. 14. num. 22.* Iacob de Aren. *de cession. iur. num. 33. rub. 3.* alijs laudatis Ioan. Bapt. Thoro *3. tom. cōpen. decis.* verb. *Cessio iuris luendi,* doctissimus D. Didacus de Narbona in suo pereleganti tractatu, *annal. iuris anno 25. quæst. 25.* Ant. Faber *in suo*

C.

C. tit. de in integ. restit. minor. diffinit.
35 4. vbi † quòd quemadmodum minor alienare non potest immobilia sine decreto: ita nec sine eo cedere potest ius petendæ restitutionis in integrum ad vindicandam rem immobilem: cũ actio, quæ ad eam competit, immobi
36 lis censeatur. Regulare enim est, † vt qui immobilia alienare non potest; nec ius, quod ad ea habet, transferre valeat. Surdus *cons.* 451. *num.* 25. Mãtica *de tacit. lib.* 26. *tit.* 7. *nu.* 22. Thuscus *lit. A. conc.* 621. *num.* 12. Giurba *ad consuet. Mesan.* 1. *par. cap.* 14. *glos.* 4. *num.* 11. & licèt Anton. de Amato *lib.* 1. *var. resol.* 19. *numer.* 18. contrarium probet, eius sententia amplectenda non est. Ex quo principio re-
37 soluit Thoro vbi proximè † minorem sine decreto cedere non posse ius redimendi, & retrahendi rem immobilem pro eodem pretio.

38 Quandò † verò actio ad res mobiles competit, duo casus considerandi sunt: nam si ad rem mobilem pretiosam, & quæ seruando seruari potest, actio cõpeteret: idem de cessione, & alienatione eius dicẽdum erit, quàm si ad rem immobilem competeret, iuxta *leg. l. quæ tutores, C. de admin. tut.* si verò actio ad res mobiles, quæ seruando seruari non possunt, cõpeteret; rectè sine decreto cedi, & alienari posset: vt concludit Simõcell. sup. *casu* 2. Ceuallos, Bertazol. Trentacinq. & D. Narbona relati sup.

39 Ex his † iam facile percipies, & in pacem rediges aliàs pugnantia iura, *in dict. l. si pecunia, §. si ius, D. de rebus eorum, l. si ad resoluẽdam, C. de præd. ijs minorũ*, cũ *dict. l. potest pupillus* 18. *de auctor. tut.* Vt *dict. §. si ius, & l. si ad resoluendam*, procedant, quando agitur de cessione actionis ad rem immobilem: at verò *lex potest.*, quando tutor actionem minoris ad rem mobilem cedit: quam interpretationem sequitur Bart. *in dict. l. potest*, Simoncell. *dict. casu* 1. *in fine.*

Hæc, quæ circa primam nostræ quæstionis partem verissimè resoluimus, nimis difficilem reddunt alterũ articulum: scilicet quid dicendum sit, quando actio minori, vel Ecclesiæ alternatiuè competebat ad rem immobilem, vel mobilem? cùm respectu vnius rei ex alternatiuè debitis, decretum necessarium sit: alterius verò rei, id est mobilis, non requiratur.

In quo dubio, ego pro clariori, & verâ resolutione distinguendum censeo: an in illa obligatione alternatiuâ, electio pertineat ad minorem creditorem: an verò debitoris electio sit? licèt † enim in alternatiuis obligatio 40
nibus regulariter electio sit debitoris, *cap. in alternatiuis de reg. iur. in 6, l. plerumque* 10, *§. vlt. D. de iure dotium, l. qui ex pluribus* 106. *D. de verbor. oblig. l. penult. C. de condict. indebiti, §. huic autem, Instit. de actionibus*, Donel. *lib.* 15. *com. cap.* 2. D. D. Melchior de Valentia *illust. lib.* 2. *tract.* 4. *cap.* 6. *num.* 33. Anton. Faber *lib.* 2. *cõiect. cap.* 15. *in princ. & lib.* 7. *cap.* 5. *circa princip.* Gratian. *tom.* 2. *cap.* 338. latè Montera Cueba *decis.* 48. *à numer.* 1. *& per totam*, tamen aliquandò electio ad creditorẽ spectat, Donel. Valentia, Faber, & Monter sup. Velasco *in loc. com. lit. D. axiom.* 20. *ad* 29. Camill. Borrell. *in sum. decis.* 3. *tom. tit.* 14. *num.* 31. Carleual. *de iudicijs, tit.* 3. *disp.* 3. *num.* 19. & 25. Plurà de alternatiuis, & earum naturâ subtilissimè, & doctè refert noster D. Athanas. Oteyza & Olano *Paralip. iur. ciu. lib.* 1. *per totum*, elegantèr, & latè Caldas Pereira *de nominatione emphyteutica, quæst.* 10. *à num.* 51. *ad* 85. vbi de alternatiuis plurà tradit vtilia, tã practicis, quàm theoricis, Franc. Niger Cyriacus *cont. Forens. lib.* 2. *cont.* 237. *à num.* 18. vbi quomodo concipiendus sit libellus in alternatiuis, siuè electio debitoris sit, vel creditoris: et quo nam modo sententia sit cõcipienda?

In primo † casu, quando minori 41
vel Ecclesiæ electio competit: certum est,

est, obligationē illam alternatiuā sine solemnitatibus, & decreto cedi nō posse: quia in ea cessione, res illa immobilis alienatur, quam eligendo cō sequi posset pupillus: vt in terminis probat Simoncell. sup. *casu 3. num. 6.* quem sequi videtur Narbona *sup. nu. 5.* Capitius Galeota *lib. 2. contr. 40. num. 20.* vbi per totam probat, † tutorem pupilli, qui habet electionem restituendi fundum, vel illius pretium, non posse absque decreto fundum restituere. 42

In secundo † casu, quandò debitoris est electio, duas inuenio contrarias sententias: Prima, & communis est, ex euentu pendere, an cessio valida sit? Nam si debitor eligat soluere rem mobilem, cessio consistet; sin verò maluerit tradere rem immobilem, cessio nullius momenti erit, iuxta doctrinam originalem Bartoli *in l. si sic legatum, §. fin. D. de leg. 1.* quem sequuntur communiter DD. Tiraquel. *de retract. lignag. ad fin. tit. num. 22.* ex Gregor. Lopez, & alijs Molina Theolog. *tom. 1. tract. 2. disp. 224.* vers. *Decreto iudicis*, Gutierrez *de tutellis 2. part. cap. 5. num. 40. in fin.* Mantica *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 6. num. 39. in fine*, D. Salgado *de Reg. protect. 2. p. cap. 7. num. 142.* Capitius Galeota *d. cont. 40. à num. 20.* 43

Secunda † verò sententia, quam primus inuexit, Simoncell. *de decretis dict. tit. 3. casu 3. num. 7.* quamque cō tra omnes veriorem esse contendit; est, cessionem huiusmodi nullius esse momenti: quia sicut minor, vel Ecclesia actionem ad rem immobilem immediatè alienare non potest: ita nec potest facere actum alienationi proximum, ex quo distractio possit euenire, iuxta glossam notabilem *in l. itē quia, D. de pactis, & in l. Codicillis, §. matre*, vbi Bart. *D. de leg. 2.* pro qua sententiā expendit Decium, Cephalum, Rolādum à Valle, & alios: à quā non longè esse videtur D. Narbona *sup. num. 5.* pro quibus facit Fussarius *de substitutionib. quæst. 694.* qui ex Menoch. Surdo, Carpan. & alijs probat, prohibitum alienare, nō posse facere actum, per quem mediatè, vel immediatè deueniatur ad alienationem. 44

Sed à primā sententiā non recedas, quæ tot viris doctissimis placuit: pro quā doctissimus Tiraquel. adducit textum elegantem, & ferè in terminis *in l. erit ergo 10.* ibi: *Certè ex post facto videbitur rectè alienatus, D. de fundo dotali.* Nec enim † in iure nonum est, vt actus, qui geritur, & eius valor ex futuro euentu pendeat, *l. si Titius in princ.* ibi: *Ex euentu solutionis, D. de leg. 2.* cum alijs, quæ aptissimè congerit Tiraquellus: conducunt etiam verba textus *in l. qui ex pluribus 106. D. de verb. obligat.* 45

In huius sententiæ comprobationem mirè facit, quòd † licèt minor, vel Ecclesia immobilia, nec actionē ad ea, per transactionem cedere non possint sine decreto, vt vltra statim referendos, tenet Caputachens. *part. 1. decis. 106. per totam*, tamen sine decreto valida est transactio, quandò res immobiles remanent penes minorem, vel Ecclesiam: licèt transactionis causā aliquid detur aduersario, vt in terminis cessionis affirmat vltra Galeotam sup. Alex. Trentacinq. *lib. 3. var. tit. de rer. alienat. resol. 1. numer. 29.* ex varijs iuribus Hermosilla *in l. 4. tit. 5. part. 5. glos. 2. num. 15. & 16.* ante eos Simōcell. *tit. 6. insp. 10.* præ omnibus Tiraquel. (cuius nullus meminit) *de retract. lignag. §. 1. glos. 14. à num. 62.* omninò videndus Fontanella, qui loquitur in tutore, & marito trā figentibus, *de pact. nupt. clauſ. 7. glos. 3. part. 13. num. 16.* Idem † etiam procedit in rebus maioratus: nam licèt super eis transactio sit prohibita, Molina *de Hispan. primog. lib. 4. c. 9.* plures refert D. Solorzano *de iur. Indiar. tomo 2. lib. 2. cap. 14. num. 57.* tamen si res remaneat penes possessorem maioratus, transactio sustinetur, Molina 46 47

dict.

dict. cap. 9. à num. 22. Cyriacus *contr. forens. lib. 1. cont. 3. ferè per tot.* præcipuè *à num. 22.* Selle *decis. 384. tom. 4.* latissimè Fussarius *de subst. quæst. 708. 562. & 563. num. 8.* Oliuer. Beltramin. *decis. 418. à num. 16.* Carualho *de vna, & altera quarta, part. 2. à num. 364.* vbi etiam disputant, an trãsactio super rebus maioratus, vel ecclesiæ valeat, quandò res dimittitur, si ecclesia, vel minor nunquàm in illius possessione fuerunt? & vltra relatos, videndus est D. Valenzuela *cons. 175. num. 15. tom. 2.* Parexa (multùm post hæc visus) *de edit. instrum. tit. 7.*

48 *resol. 3. nu. 94. tom. 2.* Et quod † possint transigere sine solemnitatibus superiuribus fideicommissi, vel hæreditatis, ipsis nondum quæsitæ, Gratian. *decis. 27. num. 29.* Franch. *de is. 14. à num. 16. & 26.* Fontanell. *de pactis nupt. claus. 5. glos. 9. part. 5. nu. 127.*

Nec habenda est ratio Simoncelli: nam licèt † prohibito vno, censean

49 tur omnia prohibita, per quæ ad illud peruenitur; *l. ratio, D. de sponsalibus, l. pupillus, § sed etsi, D. de auctorit. tutor.* id tamen in his tantùm procedit, per quæ necessariò ad rem prohibitã deuenitur; non verò in illis, per quæ ad illam contingentèr, aut possibilitèr peruenire potest, vt ex Bart. Barbos. & alijs probat Velascus *in locis communib. lit. P. axiom. 209. & 210.* Ex quâ doctrinâ aptissimè respondetur Simoncello: quia per cessionem obligationis alternatiuæ ad rem mobilem, aut immobilem, non necessariò deuenitur ad alienationem rei immobilis: cùm possibilitèr contingere possit, quod debitor rem mobilẽ soluere eligat.

Sed quia, vbi minor per transactionem actiones suas cedit, interueniente decreto, vel sine eo, si placitis iure iurando stare promisit (quo casu trãsactio ab eo facta tenet, iuxta *authẽt. Sacramẽta puber. C. si aduers. vẽdit.* solet aduersus trãsactionẽ iuratã in integru restitutionis beneficio se iuuare, se intrãsigendo læsum affirmans enormitèr, vel enormissimè: videndum est, quæ læsio locum faciat beneficio restitutionis in integrũ aduersus iuratam transactionem? quod sæpè numero in practica accidit disputari. Et † stante læsione enormissimâ, aduersus transactionem iuratam minorem restituendum esse, apud omnes constat, Molina *lib. 2. cap. 3. num. 24.* & Addentes ibi, innumeris relatis Castillo *lib. 3. cont. cap. 2. à numer. 18.* Imò & † transactio iurata à maiore facta, stante enormissimâ læsione nulla est, Molina *lib. 4. cap. 9. à num. 34.* vbi Addentes plures referunt, Marius Cutell. *de donat. contemp. matrimon. tract. 2. disc. 2. spec. 23. num. 22.* alios dat D. Larrea *2. tom. decis. 68. à num. 1. ad 5.* in quâ licèt defendat, trãsactionem iuratam, etiam stante læsione enormissimâ, non rescindi: eius opinionem, in praxi nunquàm admissam vidi, & contrariam præualuisse testatur Bellonus *de his, quæ fiunt in continenti, lib. 2. cap. 135. num. 3. & cap. 108.* qui asserit, † fructus esse restituendos à die initæ transactionis.

50 51 52

Hæc sine dubio sunt, & crederem † restituendum fore minorem, etiam si tantùm enormis læsio interuenisset, vt resoluit Castillo *dict. cap. 2. à num. 23.* Molina *dict. cap. 3. num. 21.* & Add. Anton. Faber *in C. tit. de in integr. rest. minor. diffin. 1.* Fontanell. *de pactis nupt. claus. 4. glos. 18. part. 3. numer. 32.* quod ampliat Castillo *num. 25. circa finem*, etiamsi minor iurasset generaliter non contrauenire ratione minoris ætatis, vel aliâ quacũque ratione, vel causâ (licèt quoad hoc contrarium defendat Molina *d. cap. 3. d. n. 21.*) Adeòque verã existimant sententiam hanc, vt † amplient, etiãsi

53 54 læsio intra dimidiam esset, vt ex Hypol. Rim. Castillo, probat Fontanell. *dict. glos. 18. part. 3. num. 36. & claus. 10. glos. Vnica, part. 2. n. 8.* Quod quãdò maiorum suorum res alienatur, sine dubio esse dicit Anton. Faber *C. de*

in

in integrum rest. diffin. 10. in terminis trā factionis iuratæ per minorē, quòd interueniente læsione, etiam intra dimidiam, restitutio locum habeat, singulariter Ant. Faber *C. si aduers. transact. diffi.* 5. Marius Cutell. *dict. tract.* 2. *disc.* 1. *spec.* 23. *num.* 30. In trā factione hæc sententia fortiori ratione procedit, quia ad eam magis, quā ad alios contractus integrum iudiciū, & maior ætas desideratur, *arg. text. in l. cùm proponas*, ibi: *Et viginti quinque annis maior fuerit. l. si maior transegisti, l. si maiores 25. annis, l. si maior annis, l. si quis maior annis, C. de transactionibus.*

55

SVMMARIVM.

1 *Donatio si fiat minori, vel Ecclesiæ, possunt sine aliqua solemnitate in ipso adquisitionis actu retrodonare, vel pactum dominij resolutiuum adijcere.*

2 *Factum prælati, qui modum donationi, vel contractui appositum non implet, an noceat Ecclesiæ? remissiuè.*

3 *Minor, vel Ecclesia sine solemnitate ementes, possunt incontinenti apponere pactum de retrouendendo, vel additionis in diem.*

4 *Pactum si in continenti adijcitur, conuentio vnica censetur, & in totam approbanda, aut improbāda est.*

5 *Retrocessio iurium facta per minorem, necessaria est, & executio quædam contractus principalis, quæ solemnitates non exposcit.*

6 *Alienatio necessaria nō cōprehenditur sub prohibitione alienationis,* & num. 10.

7 *Solemnitates non requiruntur in alienatione necessaria,* & num. 6.

8 *Si testator prædium distrahi iubeat, necessaria non erit solemnitas, nec iudicis decretum.*

9 *Cessio iurium ex causa necessaria, nō requirit legis, vel statuti solemnitates.*

11 *In traditione rei suæ, potest quis ad libitum pactū adijcere, vel cōditionem, quam necessariò seruari oportet.*

12 *Cessio & donatio minori facta, sicut sine solemnitatibus consistit: ita & retrocessio, quæ in continēti fit, valere debet, quasi pars individualis cessionis, vel donationis.*

13 *Minor tenetur obseruare pacta, maximè si patrimonium suum nō diminuant.*

14 *Minor si emit prædiū, ita vt quo ad pretium soluat, sit pignori obligatum, hypotheca consistit,* & numer. 20.

15 *Expenduntur iura* in l. si ad resoluendam, C. de prædijs, & alijs reb. minor. l. 2. C. si aduersus donationem.

16 *Cessio iurium licèt fieri possit minori, sine tutoris, vel curatoris authoritate: id fallit, si ex cessione bona sua obligaret minori.*

17 *Agitur de interpretatione* dict. l. si ad resoluendam, & dict. l. 1. C. si aduersus donationem.

18 *Discrimen constituitur, an minor pactum adijciat incontinenti, vel ex interuallo.*

Expenditur l. cùm dos filiæ, D. de pactis conuent.

19 *Adducitur in contrarium* l. 1. §. vlt. D. de rebus eorum. *Ex qua videtur, minorem nec in continenti posse pignoris pactum, vel retrocessionis apponere.*

20 *Pactum pignoris in continenti per minorem in ipsa rei emptione interpositum, non consistit: pro qua sententia expenditur* dict. l. 1. §. fin. & num. sequent.

21 *Decisionem* dict. l. 1. §. fin. *nimis rigurosam, & iuris principijs contrariam esse asserit* Pinelus.

22 *Venditor, qui cauit sibi de speciali rei*

rei venditæ hypotheca, donec pretium soluitur, in ea alijs emptoris creditoribus præfertur.

23 *Fallit iuxta* Acostam *si minor sine solemnitate emisset.*

24 *Agitur de interpretatione* dict. l. 1. §. fin. *differentiaque assignatur inter pactum pignoris, & aliud resolutiuum dominij, vel retrocessionis.*

25 *Ponderatur* dict. l. 1. §. fin. D. de rebus eor.

26 *Verius esse ostenditur, posse minorē incontinenti rem emptam sine decreto, pignori subijcere, donec pretium soluatur.*

27 *Concursum creditorum si faciat minor, venditor rei, quæ incontinēti pignori fuit subiecta, donec pretium solueretur, alijs creditoribus in ipsa re præferendus erit.*

28 *Refertur sententia* D. Ioan. de Larrea ad text. in dict. l. 1. §. 1. D. de reb. eorum, & num. 30.

29 *Alia opinio* D. Iosephi Velæ, & Acostæ.

30 *Reprobatur opinio* D. Ioann. de Larrea.

31 *Pretium est pars potissima, & substantialis contractus, emptionis, & venditionis.*

32 *Refellitur etiam opinio* Velæ, & Acostæ, cùm num. seqq.

36 *Agitur de vero intellectu* dict. l. 1. §. fin. *& reijcitur interpretatio* Monterà Cueua.

37 *Noua* Dom. Gaiti *ad eum text. interpretatio refertur.*

38 *Reprobatur intellectus* D. Gaiti.

39 *Reijcitur etiam alius intellectus* Ant. Fabri.

40 *Proponitur difficultas* dict. §. vltim. *cuius decisionem Interpretes rigurosam, iniquam, & durissimam appellant: alij mendosam dicunt.*

41 *Nouissima interpretatio refertur ad* dict. l. 1. §. fin. cùm leg. seq. D. de rebus eorum, & num. sequentib.

QVÆSTIO II.

Minor, vel Ecclesia, qui sine solēnitatibus cedere nō possunt, an in ipso adquisitionis actu possint iura sibi donata retrocedere? Ad intellectum *l. 1. §. fin. cum leg. sequenti, D. de rebus eorum.*

QVÆSTIONEM nostram in terminis excitauit Mōter a Cueua *decis.* 47 ex cuius examine lucē accipiet textus summè difficilis *in l. 1. §. fin. cum leg. sequenti, D. de rebus eorum*; simùlque cognoscemus, quandò hi, quibus sine solemnitate alienare non licet, possint in ipso adquisitionis actu, pactū aliquod resolutiuum dominij adijcere, veluti rem sibi donatam retrodonare: vel si rem emant, pactum de retrouendē do; vel addictionis in diem apponere, vel aliud simile diminutiuum dominij.

Et huiusmodi pacta dominij resolutiua, vel diminutiua, subsistere; vàlidamque esse retrocessionem, quæ in ipso adquisitionis actu fit, etiam nullo interposito decreto, & sine solemnitatibus necessarijs, probatur ex eo, quòd licet Ecclesijs rerū suarum alienatio sit interdicta, nisi præcedentibus solemnitatibus, de quibus remissiuè egimus quæst. antec. edenti: tamen † si Ecclesiæ donatio fiat, potest in ipso adquisitionis actu, pactum resolutiuum dominij adijcere, vel retrodonare; nec ad id aliqua requiritur solemnitas, *cap. verum 4. de condit. appos. vbi glos.* verb. *conditionē donatur*, Pinel. *in l. 1. C. de bonis mater. 3. part. num. 52.* Gutierrez *de tutel.*

tel. 3. *part. cap.* 5. *nu.* 38. Gratian. 2. *tomo, cap.* 242. *nu.* 30. Et in minore, & Ecclesia D. Larrea 1. *tom. decis.* 40. *n.* 70. benè Cyriacus *controuers. forens. lib.* 2. *controu.* 239. *nu.* 15. *&* 240. *à nu.* 10. *ad* 26. *& ferè per tot.* D. Vela 2. *tom. dissert.* 37. *nu.* 43. vbi ex *dict. cap. verũ* notat, donationem Ecclesiæ factam, ob non seruatum modum, reuocari non posse; nisi id expressè actum sit: addendus Gratian. *discept.* 803. vbi etiam *à nu.* 37. differit: † an factum Prælati, vel Capituli modum donationi adiectum non adimplentis, Ecclesiæ nocere debeat?

2

Facit † etiam quòd minor, vel Ecclesia sine solemnitatibus ementes, possunt incontinenti pactũ de retrouendendo, sine decreto adijcere; vt post antiquiores *ex text. in l. si in emptionẽ* 35. *D. de minoribus.* probat Tiraquel. *de retract. conuent. ad fin. titul. à nu.* 2. Pinel. *dict.* 3. *par. nu.* 35. Barbosa *in l. si constante* 25. *in princ. nu.* 124. *ad fin.* vers. *ex qua consideratione, D. soluto matrim.* Caldas, Caualcan. Simoncell. Couarr. Surd. & alij, quos sequitur Gratian. *dict. cap.* 242. *n.* 19. & latiùs 1. *tom. cap.* 26. *per tot.* Valascus *de iur. emphyt. quæst.* 35. *post n.* 4. ex alijs Monter à Cueua *decis.* 1. *n.* 9. Et in pacto de retrouendendo, addictionis in diẽ incontinenti appositio, idem doctè resoluit, pluribus exornans D. Lara *de vita homin. cap.* 23. *n.* 20. Acosta *de priuileg. cred. reg.* 2. *ampliat.* 4. *nu.* 9.

3

Conducit vlteriùs, † quòd vbi incontinenti contrahens cum minore, adiicit pactum retrocessionis, vel aliud simile; conuentio vnica cẽsetur: & minor aut totum probare, aut à toto recedere debet, *arg. text. in l. cùm quæritur* 17. ibi: *adolescenti aut in totum, D. de adminis. tutor. l. nam absurdum, D. de bonis libertor. l. si ita stipulatio. D. de operis libert.* in specie Cyriac. *lib.* 1. *contr.* 90. *nu.* 16. Vndè † retrocessio nõ voluntaria, sed necessaria videtur; & facta in executionem principalis contractus: quarè decreto, & solemnitatibus non indigebit: quia licèt Ecclesia, vel minor sine solemnitatibus alienare non possint; tamen † illa prohibitio alienationem, quæ ex causa necessariâ fit, non comprehendit; quæ nullâ accedente solẽnitate subsistit, *l.* 1. *D. de fundo dotal.* ibi: *quia hæc alienatio non est voluntaria, l. alienationes* 13. *D. famil. ercis.* ibi: *duntaxat voluntariæ, non quæ causam necessariam habent.* Et in propria materiâ est *text. in l.* 3. *in princ.* vers. *pignori, cum* §§. *sequentib. D. de rebus eorum, l. si pupillorum,* §. 1. & per textum ibi communiter DD. *D. eodem tit. & ex l.* 1. *& 3. C. quãdo decreto opus non sit,* Castillo *tom.* 6. *cont. cap.* 113. *à num.* 15. Lara *lib.* 1. *de annuens. cap.* 20. *num.* 6. *&* 64. latè Surd. *cons.* 30. *per tot.* Guid. Pap. *decis.* 31. *nu. fin.* quem sequitur Ranchinus ibi: ex alijs probat D. Franc. Merlin. *cont. forens. cent.* 2. *cap.* 74. *num.* 35. Et † quòd ad actum necessarium solẽnitate legis, non requirantur solemnitates statuti, ex *l.* 1. §. *sed etsi, D. de rebus eorum, l. si tibi pecuniam, D. si cert. pet.* & ex Rota, Scaccia, Gratiano idem Merlin *contr. forens. cent.* 1. *c.* 39. *à nu.* 41. in contrarium tamen refert Farinatium *in nouiss. part.* 1. *decis.* 177. *num.* 8. *& decis.* 153. *&* 218. *part.* 2. Et † quòd si testator prædium distrahi iubeat, decretum Prætoris necessarium non sit; nec alia, quæ in alienatione bonorum minoris requiruntur, probat *l.* 1. *&* 3. *C. quandò decreto opus non sit, l. vlt. D. de reb. eor.* Retes *opusculor. lib.* 4. ad notas Claudij *in l. negationem, D. de administrat. tutor.* Cyriac. *dict. lib.* 2. *controu.* 308. *num.* 53. *& controu.* 309. *à nu.* 4. *ad* 9. Trentacinq. *lib.* 2. *var. tit. de minoribus, resolut.* 9. *num.* 21. Giurba *decis.* 69. *à nu.* 5. Ioan. Baptist. Thoro *voto* 24. *à nu.* 26. & in indiuiduo facit Horat. Carpan. *ad stat. Mediol.* 1. *tom. cap.* 445. *num.* 9. qui ex Romano *cons.* 386. probat † tutorem ex causa necessaria fi-

4

5

ne

sine solemnitate pupilli cedere posse. Et magis in terminis Virgilius *de legitim. personæ, cap. 1. numer. 40.* vbi quòd minor cedere non potest, nisi ex causa necessaria; velùti si cederet fideiussori, vel tertio possessori. Idem ex Alberto, Galeota, & Simoncello, doctè probat D. Narbona *annal. iuris anno 25. quæstion. 25. num. 3.* & *ex l. restituta, D. ad Trebellian.* prædixerat Iacob de Arena *de cess. iurium, rub. 3. numer. 27. &* 27. Alia † de differentijs inter alienationem voluntariam, & necessariam; et quòd hæc prohibita non censeatur, vbi lex prohibet alienationem, congerit Arias de Mela *lib. 3. variar. cap. 26. &* 27. *per totum.* Et cessionem ex causa necessariâ alienationem non esse, firmat Fussarius *de substitution. quæstion.* 97.

Fulcit & hanc sententiam, quòd † in traditione rei meæ possum liberè, & ad libitum adiicere pactum quodlibet, vel conditionem, quæ legem contractui det, *l. Gaius Seius 23. D. de manumiss. l. 1. §. si conuenit, D. depositi, l. contractus 23. D. de regulis iur. l. cum dos 7. D. de pactis dotalibus.* Et in traditione rei vasere pactum, quod alias non valeret, probat *text. in l. ci fundo 19. cum l. quoties 15. D. de seruitute legata, l. venditor 13. D. commun. prædior.* Anton. Faber *lib. 8. coniectur. cap. 12.* Et pactum quodlibet pretij pars censetur, *l. fundi partem 79. D. de contrahenda emptione, l. si sterilis, §. si tibi, D. de actionibus empti.* Anton. Faber in suo *C. titul. de pactis inter emptorē, & venditorem diffi. 1.* ne alioqui decipiatur, qui non aliter, quàm sub eo pacto esset contracturus, argumen. *text. in l. qui id quod 33. §. ea lege,* ibi: *Ea lege donationis causa pecunia Titio numerata, vt statim donatori mutuo detur, D. de donationibus, l. si quis aliam,* ibi: *Nam non accepisset rem integram creditor, nisi pro solido eius fieret, D. de solutionibus, l. cum eius-*

dem 34. §. interdum, ibi: *Non nisi omnes quem empturum, vel venditurum fuisse, D. de Aedilitio Edicto.* Decipitur enim, qui certæ rei contemplatione contraxit, si ea rès non præstetur, *l. cum te 6. C. de pactis inter emptorem, l. pure 5. §. si cum,* ibi: *Non ducturus vxorem, nisi dotem accepisset, D. de doli mali, & metus exceptione,* Gratianus *1. tom. cap. 26. num. 4.* Anton. Faber *respons. 4. ad Epistolam 4.* D. Valentiæ *post tom. 1. illustr. iuris,* & ex alijs iuribus in nostris terminis Gaito *de credito, cap. 4. quæsito 7. à nu. 456.* D. Ioseph. Vela *dict. dissertat. 37. numer. 35.* Fontanella *de pactis nuptialib. clausul. 7. glos. 2. part. 9. numer. 19.*

Probatur † etiam: quia quemadmodum sine solemnitate minori factâ donatio subsistit; quia sine tutore meliorem suam conditionem facere potest, *princip. Institut. de auctorit. tutorum,* vbi innumera iura congerit Pichardus, *num. 3.* & in sui fauorem cessio iurium facta sustinetur, vt ex Alciato *cons. 125. num. 14.* probat Horat. Carpan. *ad statut. Mediolan. 1. tom. cap. 44. num. 7.* ita & retrocessio, quæ incontinenti fit, & pars ipsius contractus est, & indiuiduum corpus constituit, valida esse debet: quia vt elegantèr notat D. Valentia *Epistol. 5. ad Anton. Fabrum exercit. 7. num.* ex immixtione pacti, & contractus indiuidua actio producitur; quæ tàm ex pacto, quàm ex contractu competit: non ex pacto vt pacto, aut separatâ aliqua re à contractu, sed vt ex parte indiuisâ eiusdem, & indiuidui corporis: igitur si cessio, vel donatio sine solemnitate minori facta subsistit, validum etiam esse debet retrocessionis pactum, nec decreto, solemnitate ve aliquâ indigebit: ne alias vna, indiuidua que res diuerso iure censeatur, *l. eum qui ædes, D. de vsucapionibus, cap. cognouimus 12. quæstion. 2.* cum alijs congestis à Velasco *in locis communi-*

lit. I. axiomat. 159.

Adiuuat etiam hanc sententiam:
13 nam † æquitati conuenit, minorem fidem implere, & pacta seruare; ex quibus nihil de patrimonio suo diminuit, *l.* 4. §. *nihil autem*, vers. *Nam etsi* ibi: *Nam etsi pupillus emat, æquũ est, cum fidem implere: cùm sine damno eius hoc sit futurum*, *D. de manumiss. l. causam* 20. *in princ. D. eodẽ tit. l. illud* 16. §. 1. *l. si rogatus* 20. §. *sed etsi*, *D. de manumiss. vindicta*, Pinel. *in dicta l.* 1. 3. *part. nu.* 52. Monter à Cueua *dict. decis.* 1. *n.* 10. Si ergo ex retrocessione damnum nõ patitur minor, vel Ecclesia: quia sine eo pacto alitèr domini fieri non possent, nec eis donatum esset: non est, cur promissam retrocessionem seruare recusent, D. Ioseph Vela *dict. dissert.* 37. *nu.* 34. Acosta *dict. amp.* 4. *nu.* 5.

Vlteriùs hæc sententia probatur
14 ex alià rèceptissimâ, quòd † si minor vel Ecclesia emerint rem aliquam, aut prædium; si in eodem venditionis contractu, incontinenti id pactum adijciant, vt quoad pretium soluant, sit pignori, aut hypothecæ obligatum: certum est, pignoris, vel hypothecæ obligationem consistere, licèt ad eius constitutionem iudicis decretum non interuenerit: vt indubitatum dicunt ex Cumano, Alciat. Afflictis, Negussant. Gozadino, & alijs Gratianus 2. *tom. cap.* 242. Gutierrez *de tutel.* 2. *part. cap.* 5. *à nu.* 35. Franch. *decision.* 369. Valascus *de iure emphyt. quæstion.* 35. *nu.* 5. Cæsar Manent. *decis.* 31. *à nu.* 5. Ponte *decis.* 4. *à nu.* 44. Monter *dict. decis.* 1. *à nu.* 46. *& decis.* 47. *ferè per totam*, Gaito *de credito*, *dict. quæst.* 7. *à nu.* 445. Anton. Faber *libr.* 8. *coniecturarum*, *cap.* 12.

15 Hanc † tamen sententiam, quam tot iuris rationibus, solidisque fundamentis adstruximus, quamque verissimam esse profitemur, conturbare videtur textus in *l. si ad resoluendam* 7. *C. de prædijs*, *& alijs rebus minor*, vbi cautio, & obligatio facta per minorem de re donata restituenda patri donatori, non valet; quasi facta contra auctoritatem Senatus Consulti. Idem etiam probari videtur *ex l.* 2. *C. si aduers. donation.* in qua minor 25. annis consentiendo patri alienanti rem immobilẽ, quam sibi prius donauerat, nihil agit: facit doctrina Ioan. à Grass. *de cession. iur.* §. 4. Iacob de Aren. *rubr.* 5. *nu.* 61. qui
16 asserit, quòd † licèt cessio fieri possit pupillo, vel minori sine tutoris, vel curatoris auctoritate, tamen nõ procedit vbi ex cessione bona sua obligarent.

Sed † his iuribus (omissis solu-
17 tionibus, de quibus Monter a Cueua *dict. de is.* 47. *à numer.* 1. *&* 21.) respondendum est; ideò ibi retrodonationem inualidam fuisse, quia non incontinenti, sed ex interuallo fuit facta: eo enim casu, cùm ius iam fuerit quæsitum minoribus, non potuerunt sine decreto retrodonare. Nos tamen agimus, quandò non ex interuallo; sed incontinenti retrocessionis pactum adijcitur: quod longè diuersum est, vt colligitur ex Pomponio *in l. cum dos filiæ*, *D. de pactis conuent.* ibi: *Quanquàm initio dotis dandæ, legem quàm vellit, etiam extra personam mulieris, is qui dat, dicere posit: si verò post datam paciscì velit, vtriusque persona in paciscendo necessaria est.* Ex quo textu communitèr receptum est, quòd † licèt minor e-
18 mens prædium, possit incontinenti pactum retrouendendi, vel additionis in diem, aliudvè resolutiuum dominij adijcere (vt ex multis probauimus suprà) non tamen id efficere poterit ex interuallo: ita Gratianus *disceptation.* 26. *à nu.* 1. Gutierrez *dict. cap.* 5. *nu.* 37. Monter *dict. decis.* 1. *&* 47. Acosta *dict. ampliat.* 4. *à nu.* 10. vers. *Quæ tamen*, qui omnes in retrodonatione ex interuallo facta intelligunt text. *in dict. l. si ad resoluendam*, Simoncel. *de decret. tit.* 2. *insp.*

insp. 1. *num.* 7. Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis mater.* 3. *part. num.* 58. sequitur Petrus Surdus *decis.* 244. *num.* 25. D. Larrea 1. *tom. decis.* 40. *num.* 70. omninò videndus, Cyriac. *dict. contr.* 240. *numer.* 10.

19 Superioribus † tamen, prædictæque distinctioni obicem facit summè difficilis textus *in l.* 1. §. *vltim. D. de rebus eorum*, vbi expressè decisum inuenimus, pignoris obligationem non consistere, si minor emerit prædium eo pacto, vt quoad pretium soluitur, sit pignori obligatum: licèt in ipsa vēditione expressè pignus exceptum sit: Ergo similitèr nec pactum retrocessionis, vel retrouendendi valebit, quantumuis incontinenti sit appositum: nisi decretum iudicis, & solemnitas requisita interueniat. Ex quo textu destrui etiam videtur sententia illa, quam receptissimam diximus, scilicet pactum pignoris, donec pretiū rei venditæ soluitur, subsistere; licèt per minorem sine decreto interpositū sit: quia † oppositum probare videtur Vlpianus: et eius auctoritate motus Pinelus *in dict. l.* 1. 3. *part. numer.* 52. licèt † riguosam dicat esse decisionem dicti §. vltim. & iuris principijs contrariam, cùm approbet emptionem, & irritet ipsius rei venditæ obligationem; tandem dandas esse manus Iuris-Consulti responso fatetur, simulque probat, pignoris datione non subsistere: in quam sententiam præter antiquiores, quos referunt, descendunt Fachineus *libr.* 2. *controu. cap.* 3. Alex. Trentacinq. *lib.* 2. *variar. tit. de minoribus, resol.* 9. *nu.* 7. D. Lara *de vita hominis, capit.* 23. *à num.* 1. Hermosilla *in l.* 4. *tit.* 5. *par.* 5. *glos.* 2. *num.* 25. (qui id limitat, quādò expressè dictum fuit, quòd alias emptio non valeret) nouitèr Acosta *dict. ampl.* 4. *à num.* 3. D. Vela *dissert.* 37. *à nu.* 32. & vltra eos Ant. Faber (sibi cōtrarius) *in Iurisp. Papin. tit.* 12. *de tutel. princip.* 8. *illat.* 55. *per totam*, D. Larrea *dict. decis.* 40. *nu.* 71. cui sententiæ (nullo ex his relato præter Fachineū) accedit nouitèr Mela *lib.* 3. *var. cap.* 25. *num.* 13.

Ex quo inferunt, quòd † licèt ven- 22
ditor, qui sibi cauit de speciali hypothecâ rei venditæ, donec pretium solueretur; in ipsa re vendita alijs creditoribus præferatur, iuxta *l. licèt, C. qui potiores*, latissimè prosequitur Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *var. tit. de empt. & vendit. resol.* 15. *per totam*, Anton. Amato 1. *tom. var. resol.* 3. *ferè per totā*, Fōtanella *de pact. nupt. claus.* 7. *glos.* 2. *part.* 9. *& p.* 8. *à nu.* 72. D. Castillo *tom.* 3. *cont. cap.* 8. *à nu.* 15. Gaito *de credito, cap.* 4. *quæsit.* 7. *à nu.* 439. *& quæsit.* 11. *nu.* 1950. D. Valençuela *cons.* 56. *à nu.* 32. *tom.* 1. Capitius Latro *decis.* 24. *nu.* 16. D. Franc. Merlin. *cent.* 1. *cont. forens. cap.* 26. Acosta *dict. amp.* 4. *per totam, & ampl.* 3. *à nu.* 50. qui innumeros referunt, & elegantèr disputant: tamen † hoc prælationis 23
priuilegium limitant, quandò minor emit: quia pactum pignoris, etiam in ipsâ vēditione appositum, nullius est momenti, nec ex eo in re vēdita prælatio competit venditori: vt in terminis defendit Acosta *dict. amp.* 4. *à nu.* 1. alijs relatis Ant. de Amato *dict. resol.* 3. *nu.* 47.

Sed licèt hæc nimis vrgeant, & suprà resoluta difficilia reddant, nihilominùs tamen verissima est nostra sententia, quam in terminis retrocessionis defendit Monter à Cueua *dict. decision.* 47. cui † non obstat *dict.* 24
l. 1. §. *fin.* nam eius decisio non procedit in pacto resolutiuo retrocessionis, vel retrodonandi, & similibus; sed tantùm in pacto pignoris, vt ex litera §. apparet, & agnoscūt omnes relati suprà, qui vno ore fatentur, pactum quodlibet dominij resolutiuum, vel diminutiuum, in continenti adiectum per minorem, vel Ecclesiam, validum esse: licèt speciali ratione contrarium procedere asserant in pignoris pacto: quòd etiā rei emptæ incontinenti per minorem, vel

Ecclesiam apponatur, tamen sine decreto non consistit: differentiæ rationem assignant, quam statim referemus.

25 Sed † licèt nostram sententiam nõ oppugnet Vlpian. *in dict. §. fin.* ex eo tamen subuerti videtur nõ solùm doctrina, quam ex multis firmauimus; nempè pignoris pactum incontinenti interpositum per minorem, etiam sine decreto subsistere; sed etiam superior distinctio inter pacta incontinẽti, vel ex interuallo adiecta, quam verisimã dixi: quapropter necesse erit, quid in hac re tenendum sit, statuere.

26 In quâ † controuersiâ semper mihi placuit, & placet, minorẽ, vel Ecclesiam ementes, posse in ipsâ emptione, & incontinenti rem emptam absque decreto pignori subiicere, donec pretium soluatur: vt verissimam profitentur Doctores, quos supra laudauimus. Cuius rei illud consectarium
27 erit, † venditorem in re illâ venditâ, & specialitèr hypothecæ subiectâ, aliis creditoribus anterioribus minoris præferendum esse, si minor concursum faciat creditorũ; vt rectiùs, quàm Acosta, sentit Gaito *de credito, dict. quæsit.* 7. *à num.* 435.

28 Sed † bellum iam nobis indicit Vlpianus *in dict. l.* 1. *§. fin.* vbi apertè decidit, pignus non valere, licèt pactũ eius in ipsâ vẽditione minor adijciat: quod iuris principijs conuenire testãtur Larrea, Vela, & Acosta supra; diuersis tamen moti rationibus: nam D. Larrea *num.* 71. sequutus Cumanum, asserit speciali ratione, hoc in pignore procedere; quia pactum pignoris, pars contractus non dicitur, cum solùm tendat ad securitatem: quarè licèt pactum, quod dominium respicit, illudque quodammodo diminuit, vel resoluit, validum sit; quia pars ipsius contractus est: diuersum tamen in pignoris pacto obseruari asserit, quia ex eo dominium non minuitur: quod cũ in minorem transeat, nullâ affectum diminutione; rectè procedit ratio *dicti §. fin.*

Aliter † sentiunt Acosta, & D. Ioseph Vela suprà, qui dicunt, pactum 29
pignoris rei emptæ à minore interpositũ, nullo modo posse sustineri; quia si ante venditionem interponatur, nullius momenti est; cùm res sua ipsi venditori obligari nequeat, *l. neque pignus, D. de reg. iur. l. si rem. D. de pignoribus*, si verò post venditionẽ apponatur, minùs subsistere poterit: quia cùm iam res in dominiũ minoris trãsierit, non potuit sine decreto hypothecæ subijci, *l. si pupillorum*, §. 1. *D. de rebus eorum*, Anton. Faber *dict. tit.* 12. *princ.* 8. *illat.* 55. sequitur, licèt nemine ex his relato, Mesa *dict. cap.* 25. *num.* 13.

Hæc difficultatis species est, et ratio difficultatis; quam vt diluant Interpretes, nostræ sentẽtiæ assertores, variè interpretantur Vlpianum. Sed quia nobis magis prædictæ rationes, quam Vlpiani verba opponũtur, breuitèr quid Larrea, Vela, Acosta, Mesa, & alij comminiscuntur, confutare oportebit. Et † ea opinio, quam 30
latè ex Cumano probauit Larrea, quòd pactum pignoris pars contractus non sit (saluâ tanti viri pace) inconcina est: quia sicut affirmat, quòd pactum de retrouendendo, pars cõtractus est, quia sine eo aliàs quis venditurus non erat. *dict. l. fundi partem, D. de contrahend. emption. l. cum te, C. de pactis inter emption. & vendit.* ita etiam pactum pignoris, pars contractus erit: tùm, quia sine eo venditor non contraheret: tùm etiam, quia tale pactum fit ex eâdem causâ, ex quâ principalis contractus geritur: et non solùm de appenditijs contractus est, sed pars substantialis
eius: cùm † pretium, potissima con- 31
tractus venditionis pars, & substantia sit, *§. pretium, Institut. de emption. & vendition. l.* 1. *l.* 2. *§. sine pretio, l. hæc venditio* 7. *§.* 1. *l. pacta conuenta* 72. *D. de contraben. emption.* cum

alijs

alijs congestis per Hermosillam *in l. 1. glos. 1. à num. 5. tit. 5. part. 5.* ex quibus prædictam Cumani rationem improbat Pinel. *in dict. l. 1. 3. part. num. 52.* vers. *Infertur tamen ex superioribus*, Monter à Cueua *decis. 1. numer. 31.* Nec in consideratione est alia ratio, quam subiungit doctissimus Larrea: nempè quod pactum dominij diminutiuum valeat, si incontinenti adijciatur, non verò pactum pignoris: quia vt rectè ex Gutierrez notat Gaito *supra num. 462.* ex pacto diminutiuo, vel resolutiuo dominij, magis læditur minor, quàm ex pignoris pacto: ergo si illud subsistit, à fortiori, & hoc debet sustineri; cùm minus damnosum sit.

32 Conuincitur † etiam secunda ratio (quâ post alios mouentur Vela, Acosta, & Mesa: et improbatur à Gutierrez *de tutel. 2. part. cap. 5. numer. 36.*) ex eo, quòd qui prædictam sequuntur rationem, tempus traditionis omisserunt: nam licèt ante venditionem nõ possit res hypothecæ subijci, cùm tunc temporis venditoris sit; nec postquã tradita iam fuit: quia minor effectus iam dominus, nõ potest sine decreto alienare: tamen medio illo tempore, nempè in actu traditionis, nihil est, quod impediat pignoris, vel hypothecæ pactum; cùm in traditione rei suæ possit quis ad libitum pacta quælibet, & conditiones adijcere, quæ bonis moribus non aduersentur, *l. pacta, l. legem, C. de pactis*, vbi notant Doctores.

33 Sed † licèt plausibilis videatur hæc ratio, & responsum Gutierrez, quod summis laudibus extollit Gaito vbi proximè *num. 446.* tamen id non magis verum puto, quàm ipsam sententiam, de cuius impugnatione agimus: quia apud me sine dubio est, minorem (de maiore enim 25. annis emente nunc non disputo, de quo videndi sunt relati per Amatum *d. resol. 3. n. 49. & 50.*) qui simpliciter rẽ emit, non posse ex interuallo in traditionis actu, in re emptâ pignus, hypothecam vè contrahere: vt pluribus exornans comprobat Mõter *decis. 1. n. 58.* nam cùm ex contractu semel iã perfecto ius quæsitũ habeat, pignoris obligatio ex postfacto sine Prætoris decreto nullius roboris erit: et quẽadmodum actionem ad rem emptam sibi ex cõtractu quæsitã, alienare, vel cedere non posset, vt latè diximus superiori quæstione; ita nec rem ipsam: præcipuè, quia accidere posset, minori tùnc temporis expediens longè, & vtile esse, pretium soluere, quàm pro eius securitate rem emptam obligare: ad cuius rei cognitionem necessaria esset auctoritas Prætoris, & decretum.

34 Quapropter † veriùs, & faciliùs satisfacies si dixeris, quòd licèt nec ante emptionem, nec post eam celebratam, pignus rectè per minorẽ contrahatur; tamen in ipso emptionis cõtractu, in ipsaque adquisitione dominij, pignoris, & hypothecæ nexus optimo iure consistet: quia cùm ab initio obligatio insit minori, qui ex contractu se iuuare intendit, partem ipsius, hoc est, pignoris pactum reijcere non potest, *dict. l. cum quæritur*, ibi: *Adolescenti, aut in totũ, d. l. causam 20.* cum alijs adductis suprà.

35 Vlteriùs † ego prædictum intellectum Velæ, Acostæ, & Mesæ, quẽ magis communiter receptum video, optimâ ni fallor ratione conuinco: quia si verus esset, inde etiã eueniret, quòd etsi quis maior 25. annis emisset prædium eâ lege, vt quoad pretium solueret, esset pignori obligatum: pignus nõ consisteret: vel saltim: eius virtute venditor in prædio illo, alijs emptoris creditoribus anterioribus potior non esset. Ratio est euidens, quia si pactũ pignoris vẽditionẽ præcesit, sustineri nõ posset: nã vt ipsi dicũt, res vẽditoris ipsimet nõ potuit obligari; si verò pòst venditionem: nec pignus quoad præiudiciũ creditorũ anteriorum valebit: quia postquàm dominiũ

quæsitum est emptori, & in re emptâ eius creditores ius habuerunt, nō potuit in eorum damnum obligari, neque pactum aliquod adijci, ex quo eorum iuribus præiudicium sequeretur. Si ergo in minore nullus casus cōsiderari potest, quo ante adquisitionem pignus subsistat, idem in maiori 25. annis debet obseruari: nam quæ ratio militat in minore, vt post dominium quæsitum non possit obligari, eadem etiam euincit, vt nec maior obligari possit in præiudicium creditorum anteriorum. Si igitur ad pignoris obligationem, & prælationem vēditoris, aptum tempus cōsideramus, id etiam respectu minoris agnoscere debemus.

36 His † iam reiectis, & confutatis rationibus, deueniamus ad Vlpiani sententiam *in dict. §. vlt.* qui inextricabilis est, nullumque congruum intellectum accipere videtur: nam relatus per Monterā Cueua *decis. 1. num. 46.* apertè diuinatorius est, nec diluit difficultatem legis sequentis: vltraquòd etsi contractus emptionis à traditione inciperet, si in ipsâ conuētione, quandò causa traditionis expletur (sine quâ dominium non transfertur, *l. nunquam nuda, D. de adquir. rer. domin. l. traditionibus, C. de pactis*) pactum pignoris esset initum, sine dubio valeret.

37 Quapropter † omissis alijs interpretationibus, eam referam, quam Dominic. Gaito nouissimam, & à se præ omnibus excogitatam asserit, *à num. 485.* quam vt percipias, necessariò præ oculis sunt habenda Vlpiani verba *in dict. §. fin.* & I. C. Pauli *in d. l. sequenti.* Series *§. fin.* hæc est: *Si minor 25. annis emerit prædia, vt quoad pretium solueret, essent pignori obligata venditori, non puto pignus valere: nā vbi dominium quæsitum est minori, cœpit non posse obligari.* Subsequitur Paulus *in l. sequenti*, his verbis: *Sed hic videtur illud mouere, quod cum dominio pignus quæsitum sit, & ab initio obligatio inhæsit: quodsi à Fisco emerit, nec dubitatio est, quin ius pignoris saluum sit. Si igitur talis species in priuato venditore inciderit, imperiali beneficio opus est, vt ex rescripto pignus confirmetur.* Sensus ergo Vlpiani, & Pauli, iuxta Gaitum est, Vlpianum *in dict. §. fin.* docere pignus non consistere, quandò non incontinenti, sed ex interuallo de eo actum est. Paulum verò in initio *legis secundæ*, vsque ad verbum *inhæsit*, superiorem regulam limitare, quandò pactum incontinēti adijcitur, & ab initio obligatio inhæsit: rursus verò *in vers. quodsi à Fisco* docere, Fiscum ius pignoris saluum habere, licet ex interuallo de pignore cautum sit: et versiculū *si talis species* asserit referendum *ad dict. §. fin.* vt sensus eius sit, quòd etsi priuatus ex interuallo curans de pignore, eius ius non habeat; tamen ius pignoris imperiali beneficio confirmari potest.

Hæc † tamen doctissimi Gaiti in- 38
terpretatio mihi displicet, & alienam puto à mente Pauli, & Vlpiani: nam iuxta omnium ferè scribentium sententiam, Vlpianus *in dict. §. fin.* non expressè loquitur de pignore ex interuallo adiecto, vt ostendit Pinel. *dict. num. 52.* vers. *Nec teneri potest*, vbi reprobat Cumanum contrariū tenentem, D. Larrea *dict. decis. 40. nu. 69.* prout ipse Gaito *num. 468.* reprobat Gutierrez, qui asserebat pignus *in dict. §. fin.* non subsistere, qua eius pactum post dominium iam translatum, interpositum fuit. Pauli etiam alia longè mens est, nam in initio legis seq. non limitat Vlpianum (vt eius verba apertè demonstrāt;) sed tantū rationem dubitandi proponit: quasi videatur, superiori casu (quem tractabat Vlpianus) ab initio inhæsisse obligationem. Etsi qui sunt, qui putent aliud statui *in l. 2.* quām *in §. fin.* communiter reprobantur, iuxta Velam *sup. num. 46.* Sed quod longius à veritate meo videri distat, est dicere, po-

steriora

steriora verba *dict. leg.* 2. referenda esse ad casum, de quo *in* §. *vltim.* nam si pignus in eo non cõsistit, postquam iam minori dominium quæsitũ fuit: quid mouere poterit Principem, vt suo imperiali rescripto, quod nullum est confirmet, fortè in creditorũ damnum, quibus per contractũ à minore gestum ius fuerat quæsitum?

39 Ex quibus † reprobandus est etiam alter intellectus Anton. Fabri *lib.* 8. *coniect. cap.* 12. asserentis, Paulũ *in dict. l.* 2. expresse resoluere, pignoris pactum validum esse, contra id, quod placuerat Vlpiano: et versiculum illum. *Si igitur talis species*, Triboniani esse, & delendum vt suspectum; cùm rescripto Principis opus non sit ad confirmandũ pignus, quod in ipsâ venditione specialiter est exceptum. Hæc enim interpretatio literam textus destruit: & vt diximus, certum est, Paulum non corrigere Vlpianum: prout testatur ipse Ant. Faber *in Iurisp. Papin. tit.* 12. *princ.* 8. *illat.* 55. vbi prædictum veri. *Si igitur talis species* alio modo interpretatur, quẽ non ineptè additũ, sed appositè Paulum in eo respondisse probat.

40 Quanta † sit horum iurium difficultas, ex prædictis satis iã apparet; cùm nemo ex tot sapientissimis viris, quos retulimus, aptam potuerit reddere interpretationem Paulo, & Vlpiano. Quarè merito hæc iura difficilima dicunt scribentes: alij durissimam: alij iniquam appellantes decisionem Vlpiani, & in eâ mendum aliquod irrepsisse. Et ad decisionẽ causarum allegari nõ posse aduertit Larrea *dict. num.* 69. *& decis.* 20. *num.* 5. Acosta *dict. ampl.* 4. *num.* 5. ex antiquis Pinel. *dict. num.* 52. vbi asserit se ingenuè fateri, si contra Iuris-Consultum loqui liceret, contrarium in specie illius §. æquius, & verius videri; idipsum scripsit Matienzus *in l.* 2. *tit.* 3. *lib.* 5 *Recop. glos.* 1. *num.* 17. vbi rigurosam appellat decisionem, & contra eam se iudicaturum.

Ego verò † ni necessarium iam esset, in hoc articulo quid sentiam proferre, iudicium meum interponere, libenter omitterem: magis enim in eo discere vellem, quàm docere: dùm tamen alius meliora excogitat, ita hæc difficilia iura intelligi posse existimo, vt in eis tam apud Vlpianum, quàm Paulum constans, & certum sit, pactũ pignoris per minorem in ipsâ emptione, & incontinenti appositum, validum esse; secùs vero, si ex intervallo adijciatur; seù postquam rei venditæ dominium in minorem trãsiit: quod apertè insinuant verba Vlpiani, ibi: *Nam vbi dominium quæsitum est minori cœpit non posse obligari*, quasi sentiat, pignoris obligationem sustineri, si in ipso adquisitionis actu, de pignore actum sit: idem etiam colligimus ex Paulo ibi: *Quod cum domino pignus quæsitum sit, & ab initio obligatio inhæsit.* Quibus verbis nos docet, validam esse obligationem, si in initio emptionis de pignore actum fuit. Nec aliud Vlpianum, & Paulum consultissimos viros docuisse credendum est, cùm hæc iuris principijs apprimè cõueniant; vt latè in huius quæstionis resolutione ostendimus. 41

Difficultas † ergo, quæ meo iudicio, anxium reddebat Vlpianum, & Paulum, erat: an pignoris pactum in casu, de quo agebatur, incontinenti adiectum dici posset: acciderat enim (vt non vanâ cogitatione existimo) minorem simpliciter, & absque vllo pignoris pacto emisse prædia; posteaque cùm pretium præmanibus nõ haberet, venditorem in ipsa prædiorum traditione, sibi cauisse, vt quoad minor pretium solueret, essent pignori obligata: dubitatur apud Vlpianum de pignoris validitate, & respondet putare pignus non valere, quia post dominium quæsitum cœpit non posse obligari. 42

Sed licèt † hoc Vlpiani responsum iuri consonum sit: quia vt resolui mus, pactum pignoris vt effectum habeat, 43

beat, in ipso contractu, nō verò postquàm iam perfectus est, debet apponi; præcipuè in minore, cui longè vtile esse posset, pretium statim soluere, quàm ad eius securitatem rem pignori subijcere; *l. si pupillorum, §. etsi Prætor; D. de rebus corū*, iūctâ eius *§.* decidendi ratione; quam singulariter, & ad rem nostram aptissimè expendit D. Molin. *de primog. lib. 4. cap. 5. num. 23.* Tamen Paulus *in l. 2.* sequenti, statim dubitationem mouet, huic intellectui satis aptam: assent enim (tacitæque simul obiectioni, quæ sibi fieri posset, satisfaciit) quòd licèt incontinenti pignus non fuisset adiectum, tamen cùm simul cum dominio pignus quæsitum fuisset, & quasi admixtio obligatio inhæsit: videbatur pignus subsistere debere. Quæ verba apertissimè demonstrant, in superiori casu pignoris pactum, non incontinēti; sed traditionis tempore fuisse interpositum: vndè rectè Paulus asserit, videri ab initio inhæsisse obligationē: quasi diceret, quòd etsi pactum non initio venditionis, arg. *text. in l. cum dos 7. D. de pactis conuent.* ibi: *Quanquàm initio dotis dandæ*, sed tempore traditionis sit adiectum, tamen videtur ab initio pactum illud inhæsisse. Idēque suadent verba illa ibi: *Cum dominio, pignus quæsitum fuisset*: quorum sensus est, iniquum videri, cùm per pactū illud pignoris (ex quo ficta traditio inducitur, vt ex hoc *§. fin.* comprobat D. Pichard. *in §. vtique tamen, num. 6. Instit. de empt. & vendit.*) dominium adquisierit pupillus, pignoris nexum negare; approbando pactū quoad adquisitionem, & fictam traditionem; & improbando quoad obligationem. Licèt igitur Paulus dubius extiterit de Vlpiano, non tamen ab eo discedere audet, imò eius probat sententiam: asserit tāmen in vers. *Si igitur talis species*, superiorem casum, si in priuato venditore acciderit (nā Fisci fauore pignus ita contractum subsistit, *dict. l. 2.* ibi: *Quodsi à Fisco emerit; nec dubitatio est, quòdius pignoris saluum sit.*) licèt pignoris obligatio mero iure non valeat, quasi ex interuallo adiecta; pignus tamen Imperiali beneficio, & rescripto confirmandum, iuxta *l. 2. C. quando decreto opus non sit*, cùm tempore traditionis de eo cautum appareat, & minor circunscriptus dici nequeat, qui pactum pignoris donec pretium solueret, apposuit: quod frequens, iurique communi consonum est *l. Iulianus, §. offeri, D. de action. empti*, notat Ant. Faber *dict. illat. 55.*

Hunc intellectum verissimum esse iudico, si fortè tamen lectori displiceat, illud moneo, ne amplectatur, alium, qui pignoris pactum incontinēti per minorem adiectum non valere, suadeat: nam id nec Vlpianus asserit, nec Paulus: et potius mendosam dicerem, horum iurium literā, quàm ab hac, quam defendimus, verissimâ sententiâ in consulendo, vel iudicando recederem. Posthæc diù scripta, reperi iterùm de horum iurium interpretatione priorem suum intellectum, contra Barbatum defendere Gaitum *de credito in appendice part. 4. & vlt. à num. 293. ad 376.*

SVMMARIVM.

1 *Debitor nihil potest moliri in fraudem creditorum.*

2 *Debitor in fraudem creditorum alienare non potest.*

3 *Debitor legatum, vel hæreditatem iam agnitam non potest renunciare in creditorum damnum.*

4 *Debitori cedere non licet nomen debitoris sui in creditorum præiudicium.*

5 *Debitor licèt non possit alienare, quæsita; in quærendis benè potest præiudicare creditoribus, repudiādo legatum, vel hæreditatem sibi delatam.*

6 *Creditoribus ius succurrit, vt reuocent ea, quæ debitores ex suo patrimonio diminuunt; non verò ea, quæ debitor omisit acquirere.*

7 *Ius adeundæ hæreditatis in bonis debitoris non est.*

8 *Ius adeundi hæreditatem in donatione omnium bonorum non comprehenditur.*

9 *Ius adeundi hæreditatem cedi non potest.*

10 *In confiscatione bonorum non comprehenditur ius adeundi hæreditatem.*

11 *Confiscatis bonis, quæ bona comprehendantur? remissiuè.*

12 *Ius adeundi, ad creditores non trãsit, quia ius non est, sed mera facultas.*

13 *Ius adeundi non comprehenditur in tacita bonorum hypotheca.*

14 *Debitor potest repudiare legatum, fideicommissum, vel hæreditatẽ.*

15 *Renunciatio iuris nondum quæsiti valet, etiam in præiudiciũ creditorum, qui bona debitoris obligata habent: alij tenent contrarium.*

16 *Renunciatio valida est, etiã in præiudicium Fisci: alij contrà tàm in Fisco, quàm in dote tenent.*

17 Legis in fraudem 45. D. de iure fisci cum l. cum quidam, D. eodem, *conciliatio. remissiuè.*

18 *Renunciare potest quis melioration em, vel maioratum delatum in sequentem in gradu, in præiudicium creditorum.*

Intelligitur decisio Senatus Granatensis.

19 *Fideicommissum, an possit quis præmaturè, & ante tempus restituere in præiudicium creditorum, vxoris, vel filiorum?*

20 *Filius non solùm hæreditatem patris, sed & legitimam rectè repudiare potest in creditorum damnum: alij contra tenent,* num. 21.

21 *Idem in supplemẽto legitimæ procedit, etiam in creditoris hypothecarij præiudicium.*

22 *Coniux potest renunciare lucris, cõstante matrimonio quæsitis, in necem creditorum.*

23 *Renunciatio lucrorũ valet, si quæsita nondùm sint: quæsita nãque renunciari non possunt in præiudicium creditorum, aut legitimæ debitæ ascendentibus, vel descendentibus.*

24 *Coniux, an constante matrimonio possit renunciare lucris, in alterius coniugis fauorem?*

25 *Maritus potest renunciare lecto quotidiano, licèt creditores habeat.*

26 *Falcidiam an possit remittere hæres in fraudem creditorum?*

27 *Pater, an possit remittere, vel renũciare vsumfructum legalem, quẽ habet in bonis filij, in præiudiciũ aliorum filiorum, vel creditorum? affirmatiuè resoluitur, si quæsitus nondùm sit.*

28 *Vsusfructus, quem pater filio remisit, an debeat in eius legitimã imputari? remissiuè.*

29 *Pater, qui alios filios habet, potest concedere filio facultatem liberè testandi, licèt ex eo desinat adquirere legitimam sibi in bonis filij competentem.*

30 *Mater potest approbare testamentum filij, licèt ex approbatione alijs filijs damnum inferatur.*

31 *Dos si ex pacto præcedenti restituẽda est patri, soluto matrimonio, non poterit in præiudicium creditorum consentire donationi causa mortis, quam filia de dote fecit.*

32 *Licentia ad testandum, quam pater filio concedit, an iurata esse debeat?*

33 *Resoluitur debitorem, qui omisit adquirere, neutiquàm fraudare creditores.*

34 *Refertur, & reijcitur* opinio Carleualij.

35 *Debitor in foro interiori, an possit renun-*

renunciare ius nondùm quæsitum, si ex eo fraudentur creditores.

36 Proponitur, an debitor ius sibi delatum in alium transferre possit in necem creditorum?

37 Casus duplex pro vera resolutione consideratur.

38 Debitor non potest hæreditatẽ, vel ius sibi delatum in alium trãsferre, qui sine cessione succedere non posset.

Qui cedit hæreditatẽ, vel de ea disponit, eam prius adijsse intelligitur. ibid. & num. 40.

39 Mulier nupta, licèt disponat de hæreditate; non ex eo inducitur aditio, cùm sine licentia viri hæreditatem adire non possit.

40 Cùm ex cessione hæreditatis in extraneum, eius aditio inducatur: cõsequens est, nullatenus cessionem consistere in damnum creditorum.

41 Ex cessione hæreditatis facta extraneo, inducitur aditio, licèt hæres in actu cessionis obtestaretur, se non animo adeundi cedere.

42 Socini, & Fachinei *opiniones referuntur*.

43 *Expenditur* Vlpian. in fragment. tit. 19. *vers.* Si antequàm adeatur.

44 *Interpretatur* Vlpianus, *& quæ fragmentorum eius sit auctoritas.*

45 Cessio hæreditatis, si fiat in substitutum, vel cohæredem valebit, etiã in præiudicium creditorum.

Cessio, quæ fit in cohæredem, vel substitutum, solùm importat unda, & simplicem privationẽ; vt locus fiat ei, ad quẽ hæreditas pertinet. Et quid si cessio accepto pretio fiat?

46 Aditio hæreditatis inducitur ex cessione eius in cohæredem, substitutum, vel legitimum hæredem abintestato, si prius adita esset hæreditas, deinde cessa, faciendo duos actus separatos.

47 Cessio hæreditatis si fiat in vnũ ex pluribus cohæredibus, non valebit quasi in fraudem creditorum: quia ex tali cessione, adquisita cẽsetur hæreditas.

QVÆSTIO III.

Debitor, an in creditorum præiudicium cedere possit, vel renunciare legatũ, vel hæreditatem sibi delatam, aliudvè ius? Et an ex ipsa cessione, hæreditatis inducatur aditio? Vtilis, nec iniucunda disceptatio.

DVIVS quæstionis inspectio duplex est. Vna, an debitor possit in præiudicium creditorum simplicitèr cedere, vel renunciare ius sibi delatum per modum repudiationis? Altera, an possit cedere ius, vel hæreditatem sibi delatam, ius suũ in alium tranferendo? Vtraque inspectio non parùm vtilis, & frequens est; & non modicæ dissensionis apud Interpretes.

Circa primam partem, extra dubium est, debitorem † nihil facere 1
posse in præiudicium creditorum, *l. debitorem, C. de pignoribus*, ibi: *Debitorem, nec vendentem, nec donantẽ, nec legantem, nec fideicommissum relinquẽtem, posse deteriorem facere conditionẽ creditoris certum est, l. debitorem, C. de pactis, l. filius familias, §. Diui.* el segũdo, ibi: *Nec Fisco, nec creditoribus fraudi esse, D. de leg.* 1. Acosta *de priuileg. credit. in præfat. reg.* 1. *nu.* 19. *&* 94. *& reg.* 3. *amp.* 4. *nu.* 8. *&* 37. D. Ioseph Vela 2. *tom. dissert.* 38. *n.* 7. Quare † in fraudem creditoris debitori 2
alienare

alienare non licet, *l.* 1. *& per tot. D. quæ in fraud. credit. l.* 1. *& per tot. C. de reuocand. his, quæ in fraudem, §. si quis in fraudem, Instit. de actionibus, l.* 1. *&* 8. *tit.* 15. *part.* 5. latè explicat Alexan. Trentacinq. *lib.* 2. *var. tit. de exceptionibus, resol.* 4. *per totam*, Acosta *sup. reg.* 5. *in præfat. à num.* 4. Osuald. *lib.* 23. *com. cap.* 18. Schifordeg. *lib.* 1. *tract.* 8. Similitèr † legatum, vel hæreditatem iam agnitam debitor renunciare non potest, Gratianus *decis.* 17. *nu.* 14. Capitius Latro *decis.* 8. *per totam*, Fontanella *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 9. *part.* 5. *nu.* 77. Nec † cedere ei licet nomen debitoris sui, in creditoris anteriores damnum, D. Castillo *lib.* 5. *cont. c.* 77. vers. *Quintus casus*, Ant. Amat. *tom.* 1. *var. resol.* 51. *nu.* 9. Noguerol *allegat.* 35. *nu.* 8. de quo infrà suo loco agemus.

1 2 3 4

5 Hæc † tamen in iure iam quæsito procedunt, nam inquærendis potest debitor præiudicare creditoribus, & hæreditatem, legatum, vèl aliud ius sibi delatum repudiare; neque ex eo, quòd non adquirat, alienare dicitur, nec fraudare creditores: vt in indiuiduo probant, *l. quod* 6. *in princ. & §. proinde, §. sed & illud, l. patrem* 19. *l. debitorē* 20. cum alijs, *D. quæ in fraudem creditorum, l. alienationis* 28. *D. de verbor. signif. l. non fraudantur* 184. *D. de reg. iuris, l.* 1. *§. vtrùm, D. si quid in fraudem patroni, l.* 1. *§. confertur. D. de collat. bonorum, l. nemo* 68. *§. vlt. D. pro socio, l. cum quidam* 26. *D. de iure Fisci, l. si sponsus* 5. *§. si maritus, l. quod etsi vir, §. quod legaturus, D. de donat. inter, l. profectitia, §. sed etsi legatum, D. de iure dotium, l. si postulante* 67. *D. ad Trebell. l. Proculus*, vbi *glos. in* vers. *faciat, D. de dãno infecto, l. fin. §. licentia, C. de iure deliber.* alia iura expendit Gratian. *dict. decis.* 17. *nu.* 4. Scipion Theodor. Bargalius, & D. Narbona infrà referendi.

6 Ratio † est, quia Prætor creditoribus tantùm sucurrit ad reuocanda ea, quæ in eorum fraudem alienauerunt debitores, diminuendo patrimonium: donando scilicèt, vel renunciãdo ius eis iam quæsitũ, & quod in eorum bonis iam erat; non verò ad ea, quæ debitor adquirere nolùit: quia ex eo, quòd desierit debitor adquirere legatum, vel hæreditatem; alienare non dicitur, vt eleganter probat *d. l. quòd* 6. ibi: *Pertinet enim edictum ad diminuentes patrimonium suum, non ad eos, qui id agunt, ne locupletentur, dict. l. non fraudantur*, ibi: *Non fraudantur creditores, cùm quid non adquiritur à debitore, sed cùm quid de bonis diminuitur*, exornat pluribus D. Castillo 5. *tom. cont. cap.* 112. *à nu.* 20. Scipion Theodor. *alleg.* 15. *à nu.* 17. Cellus Bargalius *de dolo lib.* 6. *reg.* 22. *à nu.* 1. elegantèr Annæus Robertus, & Scobar a Corro statim referẽdi.

Nec † enim ius illud adeundi, quod habet debitor, in bonis eius est, *l. vitia rerũ, D. ad leg. Falcid.* ex innumeris probat Castillo vbi proximè *à n.* 22. *ad* 35. *& nu.* 48. Amendola ad Franch. *decis.* 101. *à nu.* 1. *& nu.* 25. qui † asserit in donatione omnium bonorũ non comprehendi. Et † ita ius adeundi cedi non potest, vltra Amendolã, & Castillum Monter à Cueua *decis.* 35. *nu.* 1. *& 2. & ex leg. si mulier, §. ex asse, D. de iure dotiũ*, Bald. *in l.* 1. *C. de iure Fisci, lib.* 10. Nec † in confiscatione bonorum comprehenditur, latè Marius Muta *decis.* 49. *à nu.* 17. 23. *&* 42. videndus Gratian. *cap.* 271. Intrigliolus *cons.* 22. *n.* 12. Carocius *de excussione part.* 1. *quæst.* 9. *decimæ quæstionis principalis*, Ant. de Vallis *tract. var. lib.* 4. *quæst.* 8. *à nu.* 46. multis relatis Marius Cutell. *de donat. contemp. matrim.* 1. *tom. tract.* 1. *disc.* 2. *part.* 2. *à nu.* 26. Ricciull. *de iure personarum, lib.* 5. *cap.* 32. *nu.* 48. vbi † per totum disputat, quæ iura veniant in confiscatione bonorum: nullo ex his relato multùm posthæc scripta visus Arias de Mesa *lib.* 3. *var. cap.* 42. *nu.* 17. *& per tot.* Et † ius adeundi ad creditores non transire, quia non est ius, sed

7 8 9 10 11 12

mera

mera facultas, dixit Iacob Cãcer *lib. 3. cap. 21. à nu. 160.* Capitius Latro *de cis. 8. per totam, & num. 12.* Ita intelliges textum *in l. si mater 3. C. de institut. & substitut.* ibi: *Ius adeundi hæreditatem cum sua causa quæsistis*, id est, adeundæ hæreditatis facultatem. Simili-
13 tèr † ius adeundi in tacitâ bonorum hypothecâ non comprehendi, docet Bald. *in dict. l. 1. C. de iure Fisci, num. 9.* ex Cancerio, & alijs Marius Cutell. *sup. num. 27.*

14 Ex his † descendit, debitorem, legatum, hæreditatem, fideicõmissum, aliud ve ius sibi delatum rectè repudiare posse, *d. l. 1. §. Vtrùm, D. si quid in fraud. patron.* ibi: *Si hæreditatem libertus non adierit fraudandi patroni causa, vel legatum repulerit, Faviana cessare*, Franch. & Addit. *dict. decis. 101. per totam*, P. Sanchez *de matrim. lib. 6. disp. 4. à nu. 8. & in summa lib. 2. cap. 14. à num. 50.* Gratianus *decis. 17. num. 6.* Fontanell. *dict. glos. 9. par. 5. nu. 75.* Castillo *sup. à nu. 35.* Mieres
2 *de maiorat. part. 4. quæst. 23. à n. 117.* Paul. Galleratus *de renunciat. 1. tom. lib. 1. cap. 2. à nu. 51. & tom. 2. cent. 1. renunc. 17. à nu. 40.* ex alijs Larrea *2. tom. decis. 55. nu. 3.* Schiffordeg. *dict. lib. 1. tract. 9. per totum*, Cyriacus *lib. 1. cont. 47. à nu. 1. & 10*, vbi quòd licèt debitor in præiudicium creditorum possit repudiare legatum: id tamen hæredi debitoris non licebit.

15 Et † non solùm iuris delati nondùm quæsiti renũciatio valet in præiudicium creditorum personalium, sed etiam in damnum eorum, qui hypothecarij dicuntur: vt contra alios verissimè resoluunt Tello Fernandez *in l. 4. Tauri, nu. 55.* Gratianus *dict. decis. 17.* Franch. *dict. decis. 101.* Sãchez vbi proximè *nu. 8.* Fontanella *n. 76.* Castillo *nu. 7. 31. & 47.* Cancerius *lib. 1. var. cap. 3. nu. 69.* videndus Acosta *de privileg. credit. in præfat. ad reg. 1. à nu. 94.* quod ampliat Castillo *n.*
16 *43.* etsi † Fiscus creditor esset: quod verissimum puto: licèt contrà existiment in Fisco, & dote Cancerius *sup. nu. 71. & 72.* quem reprobat Giurba *ad consuet. Mesan. 1. part. cap. 5. glos. 8. num. 9.* Gratianus *num. 20.* Larrea *dict. decis. 55. nu. 12.* apud † quos latè 17
de interpretatione, & cõcordia text. *in l. in fraudem 45. D. de iure Fisci cũ. l. cum quidam. D. eodem tit.* D. Narbona *annal. iuris anno 7. quæst. 34. à n. 13.* Carleuall. & Arias de Mesa infrà referendi, remisit è Scobar a Corro *de purit. sang. 1. part. quæst. 7. nu. 20.*

Quod † etiam in renunciatione 18
maioratus, & melioration is factâ in sequentem in gradu, defendit latissimè Castillo *dict. cap. 112. per tot.* Pereira *decis. 55. num. 5.* Marius Cutell. *dict. tract. 2. disc. 2 part. 9. n. 10. vers. licet.* Et quàmuis contrarium decisum referat D. Larrea *d. decis. 55.* vt ex eius decisionis facto colligitur, eâ ratione motus fuit Senatus, quòd successor iã agnouerat maioratũ, & suo nomine tres bonorũ locationes factæ fuerãt; ex quibus eius agnitio probatur *§. pro hærede, Instit. de hær. qualit. & different.* ibi: *Vel prædia colendo, locando ue, l. pro hærede, D. de adquirend. hær.* An †, verò præmaturè fi- 19
deicommissum possit restitui in creditorum, vxoris, vel filiorum damnum? videndus Flores ad Gammam *decis. 92.* Castillo *à num. 42. & libr. 3. cap. 12, num. 115.* Anton. Bellonus *cõs. 33 per totum*, Padilla *in l. post mortem, C. de fideicommiss. num. 22.* Larrea *num. 26.* latissimè agens Fontanella *de pactis nupt. dict. glos. 9. part. 5. à nu. 78. ad 129.* qui resoluit negatiuè contra communem; & variè interpretatur *dict. l. quod autem 6. D. quæ in fraudẽ creditorum*, videndus Carualho *de Vna, & alter quart. 4. part. cap. 1. a nu. 165.* vbi latè de interpretatione text. *in l. patrem 19. D. quæ in fraudem creditorum.*

Ex superioribus etiam fluit, filiũ † non solùm patris hæreditatem, sed 20
& legitimam rectè repudiare posse: neque ex eo creditores suos fraudasse dice-

dicetur, P. Sanchez *sup. num.* 8. versic. *Tandem*, Cancerius *dict. cap.* 3. *à nu.* 69. articulo ad partes discussio Marius Cutell. *dict.* 2. *part. à nu.* 30. & *dict. disc.* 2. *part.* 9. *à nu.* 5. videndus omninò Costa *in tract. re integra distinct.* 62. *per totam*, qui loquitur etiam de repudiatione Falcidiæ, & Trebellianicæ. In † supplemento legitimæ idē agnoscit Castillo *nu.* 16. Et in hæreditate, & legitimâ Riccius ad Franch. *dict. decis.* 101. vers. *Hinc limita*, innumeris relatis vtrumque probat, etiam in creditoris hypothecarij præiudicium Marius Giurba *in consuet. Mesan. part.* 1. *cap.* 5. *glos.* 7. *à num.* 9. & *glos.* 8. *à num.* 5. vbi verior em dicit cōtra Menoch. *cons.* 77. cuius non meminit Fontanella *sup. nu.* 122. licèt sentiat legitimam in damnum creditorū renūciari non posse: quibus se subscribit Merlinus *de legitima titul.* 2. *q.* 29. *per tot.* omnino videndus, ita decisū referens Annæus Robertus *lib.* 3. *rer. iudicat. cap.* 12. *per tot.*

21

22 Quibus † proximum est, quòd potest alter ex coniugibus, renunciare lucrorū medietati sibi competenti, in bonis constante matrimonio super lucratis, in creditorū præiudicium, Mieres 4. *p. q.* 23. *n.* 125. & 152. Gutierr. *lib.* 2. *pract. q.* 127. Nouar. *in addit. ad* Franch. *d. decis.* 101. Ioan. Garcia *de coniugali quæstu*, *n.* 148. Scobar a Corro *sup. à n.* 22. Quod tamē intelligas,

23 velim, in lucris quærendis: nā quæsita in fraudē creditorū, vel legitimæ ascendentiū, vel descendentium renunciari non possunt, vt concludit P. Sāchez *de matrim. lib.* 6. *disp.* 5. *n.* 10. innumeros referens ita distinguit Giurba *in cons. Mesan. c.* 1. *glos.* 8. *à num.* 8. & 13. & *cap.* 10. *glos.* 8. *à nu.* 1. & 5. Et de quæstione, an † constante matri-

24 monio possit coniux renunciare lucris in alterius fauorem? vltra relatos Vander. *sing.* 80. Giurba *decis.* 111. *n.* 12. remissiuè Cancerius 3. *p. c.* 15. *nu.* 225. Sesse *tom.* 4. *decis.* 404. *à nu.* 35. Fontanell. *claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 12. *nu.* 51. Hermosilla *in l.* 55. *glos.* 2. *à nu.* 34. *tit.* 5. *p.* 5. D. Ioseph Vela 2. *tom. differ.* 47. *nu.* 22. Et † quod possit marītus in 24
præiudicium creditorum lecto rentiu
ciare, Giurba *cap.* 13. *glos.* 8. *nu.* 11. An
† verò Falcidiam in damnum credito 25
rum debitor remittere possit: Castillo *dict. cap.* 112. *num.* 42. & de Trebel
lianica, Padilla *sup. nu.* 42.

Similiter † & pater vsumfructū bo 26
norum aduenticiorum in præiudiciū creditorum, & aliorum filiorum, remittere potest, & cedere filio; dummodo quæstus, & acceptatus non sit: vt firmat Per. Burdus *cons.* 116. *à nu.* 14. & 78. Robertus *dict. lib.* 3. *cap.* 12 Fontanell. *dict. glos.* 9. *part.* 5. *à num.* 70. Nouarius sup. Costa *rem.* 4. *nu.* 7. videndus latè agens Cyriacus *contr. forens. lib.* 2. *cont.* 319. *à n.* 1. *ad* 41. Arias de Mesa *lib.* 3. *var. cap.* 37. *nu.* 14. & 15. Giurba *cap.* 7. *glos.* 11. *nu.* 6. & *d. c.* 1. *n.* 15. Virgilius *de legitim. personæ. c.* 4. *n.* 77. Latro *decis.* 8. *n.* 17. Carualho *d.* 4 *p. cap.* 1. *à nu.* 156. vbi latè, an † vsusfructus remissus filio, debeat 28
ei in legitimā imputari? Cutell. *dict. disc.* 2. *part.* 9. *per tot.* omnino videndus

His † concinit quod tradit Azeued. 29
in l. 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop. n.* 76. posse parentē filio suo cōcedere facultatē ad testandū, vt liberè de bonis suis disponat: licèt ex ea licētia aliis filiis præiudicium inferatur ex eo, quòd pater desinat acquirere: cùm suo facto priuetur legitimâ sibi in bonis filij cōpetenti. Quam sententiā aliis relatis sequitur P. Sanchez *d. disp.* 4. *nu.* 19. Gomec. Baio *lib.* 2. *var. q.* 127. *per tot.* quibus accedere videtur Hermosilla *in l.* 11. *glos.* 8. *n.* 6. *tit.* 4. *p.* 5. Et † quòd ma 30
ter possit approbare testamentū filij, in præiudiciū aliorū filiorum, ex Baldo tenet Mieres 4. *p. d. q.* 23. *nu.* 151. mirè facit Capitius Latro *decis.* 34. vbi refert decisum, quòd † vbi dos ex 31
pacto præcedenti restituenda est patri, nō potest in præiudiciū creditorū cōsentire donationi causâ mortis factæ per filiā: quia dos ex illo pacto af-

fecta remãsit creditoribus: quasi aliud esset, si ius ad dotẽ virtute pacti parenti quæsitum non fuisset. In cuius rei comprobationem elegans est, & nunquam obliuioni tradenda assertio Marij Cutelli *dict. part. 9. & 10.* qui docet, ea quæ absque nostro facto nobis acquiruntur, quæ que nostram declarationem requirunt, posse in præiudicium creditorum repudiari, & non acquiri: ea verò, quæ ex facto nostro, & propriâ cõuẽtione nobis debentur, in creditorum præiudicium remitti; & refutari non posse. 32 Huiusmodi † autẽ licentia ad testandum vt valeat, iurata esse debet, iuxta Sanchez, & Baium sup. licet alij, quos referunt, contrà teneant: quibus addendi Couarr. *in cap. quamuis pactum 3. part. §. 4. num. 100.* Sed primam opinionem veram existimo, nisi licentia in ipso actu testandi concederetur: quã sequũtur etiam Addẽtes ad Molin. *de primog. lib. 2. c. 3. n. 49.*

33 Quæ † omnia expressè comprobãt, debitorem, qui omittit acquirere, neutiquam alienare: et per consequẽs eius creditores remissionem iuris delati, non tamen agniti, reuocare non posse; cùm fraudati non censeantur. Et licèt in cõtrarium aliqua iura expendi soleant, quæ cõgerit D. Larrea *dict. decis. 55. per totam.*, facit vltrà elegans *text. in l. si quis 4. D. si quis omissa causa testam.* tamen omnibus rectè & latè satisfaciũt omnino videndi D. Castillo *sup. à n. 45.* Arias de Mesa *lib. 2. var. c. 41. per tot.* Aliter † hæc iura cõ

34 traria, cõtrariaque sent ẽtias cõciliare nititur Carleual. *de iudicijs lib. 1. tit. 3. disp. 25.* asserens distinguendũ inter creditores ex causâ onerosâ; & creditores ex causâ lucratiuâ: ita, vt in illorũ præiudicium renunciatio, siuè repudiatio nõ valeat: in horum tamen dãnum sustineatur. Sed prædictam distinctionem Neapolitanus Senatus non probauit, nec ego probo.

35 Hæc † tamen, quæ de repudiatione iuris non quæsiti diximus, in foro exteriori procedunt: nam in interiori, & conscientiæ, si debitor soluendo non sit, in fraudem creditoris repudiare non poterit: quod si efficiat, lethali culpâ irretietur, vt articulo discusso verissimè concludit P. Sanchez *dict. disp. 4. n. 9.* Riccius & Nouarius sup. Fontanell. *d. glos. 9. part. 5. n. 70.* ex P. Molinâ Gratiano, & alijs. Latro *decis. 8. num. 13.* Cutell. *dict. 2. part. num. 29. infine*, vbi aduertunt, Aduocatos consulentes debitoribus, vt jura delata repudient, mortaliter peccare: sequitur nouitèr Scobar à Corro *de purit. sang. 1. part. quæst. 7. num. 25. & de vtroque foro in prætermissis ad art. 5. n. 31.* nouissimè Trancredus *de matrim. lib. 6. q. 4.* Quam sententiã admittere videtur Mesa sup. *num. fin.* quãdò repudiatio fit in fraudẽ creditorũ, qui ex causa onerosa ius habẽt.

Diximus † de renunciatione extinctiuâ, & repudiatione iuris: videamus nùnc de renunciatione translatiuâ, quæ verè cessio est: et an debitores in præiudicium creditorum iura sibi delata in alios transferre valeant? quæ est quæstionis nostræ inspectio, seù pars secunda: Simul que apparebit, quandò ex cessione hæreditatis, vel alterius iuris, eius aditio, agnitio que inducatur; taliter vt cedens post cessionem teneatur creditoribus hæreditarijs, & ab eis conueniri possit. In quo articulo si originaliter perlegas Auctores, reperies nimis obscurè fuisse loquutos, vt videre erit ex infra referendis. 36

Ego † verò vt distinctè procedã, duos casus considero. Primus; quãdò cessio hæreditatis, vel legati, alterius vè iuris in eum fit, qui aliàs sine cessione succedere non poterat, vt potè quia erat extraneus. Secundus, quandò cessio fit in eum, qui sine cessione succedere poterat, vel quia erat cohæres, substitutus, vel legitimus hæres abintestato. 37

Primò † casu, quandò quis extraneo hæreditatem cedit, seu in eum, qui 38

qui absque cessione succedere non poterat, cessio in præiudicium creditorum non subsistet, Paulus Galleratus *de renunciat. cent. 1. renunc. 17. numer. 42.* vers. *Secundo casu*, P. Sanchez *in summa* statim referendus, quia non iuris quærendi abstentio, vel simplex repudiatio est, sed cessio, & alienatio iuris iam quæsiti: eo enim ipso, quòd quis in alium transfert hæreditatem, ipsam tacitè adire censetur, *l. si auia, C. de iure deliberandi*, ex qua colligitur eum, qui disponit de hæreditate, eo ipso eam adire videri, Mascard. *1. tom. concl. 44.* Menoch. *præsumpt. 101. lib. 4. nu. 98.* Mieres *1. part. quæstion. 36. num. 29.* Franc. Tondutus *quæstion. ciuil. cap. 57. num. 15.* Azeued. *in l. 2. titul. 3. lib. 5. Recopil. num. 59.* Casanate *cons. 10. à num. 79.* Aluarado *de coniectur. mente lib. 2. cap. 1.*

39 *num. 29.* versic. *Si vero* (qui † singulariter limitant in muliere nuptâ, quæ licèt disponat, vel testetur de rebus hæreditarijs, ex eo aditio hæreditatis non inducitur, cùm ipsa tacitè, aut expressè hæreditatem sine consensu viri adire non possit) Vt enim quis in alium transferat hæreditatem, necessarium est, quòd prius eã adierit: aliàs ius, quòd ipse non habet, in aliũ trãsferre non poterit, *l. nemo plus iuris, D. de regul. iuris*, cum alijs congestis à Gothofredo ibi.

40 † Cùm † enim debitor, qui extraneo cedit hæreditatem, prius eam adire videatur, Paulus Galleratus *de renunciat. tom. 1. lib. 1. c. 4. n. 2.* vers. *Cæterùm*, Molina Theolog. *disp. 676. nu. 11.* Lasarte, licèt obscurè loquens, *de gauellis cap. 4. num. 39.* elegantèr Marius Cutell. *de donation. contemp. matrim. 1. tom. tract. 1. disc. 2. part. 6. numer. 95.* ibi: *Nec facit, quòd hæreditas futura, nec re, nec spe cõpetat; quia hoc non obstante, venit inter futura: & ex die delatæ hæreditatis, ex nunc pro tũc, censentur donata bona hæreditaria; ac si renuncians, vel donãs adiisset, & donatario restituisset, occultãdo vnum actum.* Consequens est, vt eam debitor cedere non possit in præiudicium creditorum, Flores de Mena *in addit. ad Gammam decis. 92. num. 2.* ibi: *Etsi habeat creditores, maioratum quæ vendum potest renunciare in præiudicium eorum; non tamen quæsitum, nisi renunciet in non successorem: nam tunc cùm renunciando adire videatur, non eis oberit renunciatio*, quia ex ea cessione non tàm dicitur omittere, quàm patrimonium diminuere, vt elegantissimè probat Vlpian. *in l. 3. §. fin. cum l. sequent. D. de donat. inter.* ibi: *Perinde habendum, ac si ego acceptam, & rem meam factam vxori meæ dedissem*, de cuius textus verò intellectu, & cõcordiâ cum *l. si sponsus 5. §. si maritus, D. eodem tit.* videndi relati a Larrea *decis. 55. nu. 5. & 33.* Ex eo enim quòd debitor acquisiuit hæreditatem, cœpit non posse alienare, argum. *text. in l. 1. §. fin. D. de rebus eorum*, ibi: *Nam vbi dominium quæsitum est minori, cœpit nõ posse obligari.* Et hanc sententiã tuentur P. Sanchez *dict. disp. 4 num. 17.* elegantèr *in summa lib. 2. cap. 14. nu. 51.* Franch. *dict. decis. 101. n. 3.* ibi: *Vt simpliciter renunciaret opulentæ hæreditati, non vt eam alij cederet.* & melius *decis. 14. à nu. 16.* Marius Giurba *in cons. Mesan. cap. 5. glos. 8. n. 17.* ibi: *Vel si repudiatio fieret ad fauorem eius, qui cohæres non est, vel successurus non est post repudiantem; tunc enim inducitur aditio.* Et in hoc casu intelligẽdos esse existimo Doctores, qui ex cessione hæreditatis eius aditionem inducere docuerunt; quos congerit Mieres *de maioratib. 1. part. quæst. 36. à nu. 29.* 38. *& 66. ad 74.* Franch. *decis. 32. à nu. 10.* Paschalis *de viribus patriæ potestatis 4. part. cap. 1. num. 37.* Surdus *decis. 14. n. 2.* vbi Hodierna *n. 20. & decis. 70. nu. 11.* vbi latè idem Hodierna *num. 13.* multis suo more relatis Giurba *de succes. fœudor. §. 2. glos. 12. numer. 78.* Nec curandum est de Scip. Theodoro *alleg. 14. nu. 28.* Iacob Cãcer. *lib. 2. par. cap. 1. à nu. 13.* Marta *in*

compil. deciſ. 3. tom. verb. *Inſinuatio, cap.* 14. & alijs, quos refert Hodierna vbi proximè, qui ab hac doctrina diſcedere videntur.

41 Quæ † adeò procedunt, vt licèt hæres obteſtaretur, ſe non animo adeundi, hæreditatem, cedere, proteſtatio nihil releuaret; quia facto contraria eſſet: vt in fortionibus terminis reſoluit Socin. Iun. *cõſ.* 107. *lib.* 2. ſci-

42 licèt † quandò hæres iura hæreditaria cedit, vel in ſolutum dat creditoribus, obteſtans ſe ex eo hæreditatem adire nolle. Sed in caſu, quo Socinus loquitur, contrarium verius videtur: prout rectè Socinum improbans reſoluit Fachineus *lib.* 6. *cont. iuris, cap.* 55. *per totum*, cuius ſententiam veram iudico, ſi ceſsio hæreditatis, vel in ſolutum datio fieret creditoribus hæreditarijs, non verò ſi facta eſſet in fauorem creditorum ipſius hæredis.

43 Hæc † tamen doctrina, & reſolutio, quam credo apud omnes ſine dubio eſſe futuram; turbari, imò potiùs deſtrui videtur ex Vlpiano *infragmẽtis tit.* 19. *de dominijs, & adquiſ. rerum*, verſ. *Si antequam adeatur*, cuius verba ſunt: *Si antequam adeatur hæreditas in iure ceſſa ſit, perinde hæres fit, cui ceſſa eſt, ac ſi ipſe hæres legitimus eſſet; quòd ſi poſteaquàm adita fuerit, in iure ceſſa ſit: is, cui ceſſa eſt* (velut Cuiatius rectè legit, is à quo ceſſa eſt) *permanet hæres: & ob id creditoribus defuncti manet obligatus; debita verò pereunt, ideſt, debitores defuncti liberantur.* Ecce vbi Vlpianus docet, extraneum, cui legitimus hæres ceſsit in iure hæreditatem ante aditionem eius, perinde hæredem fieri, ac ſi ipſe legitimus hæres eſſet: quodſi poſt aditã hæreditatem ceſsio in iure fiat, aſſerit cedẽtẽ permanere hæredẽ, & obſtrictum creditoribus hæreditarijs. Ex quo inter primum, & ſecundum caſum hæc differentia eſt, quòd quandò ceditur in iure hæreditas, antequam adeatur, cedens hæres non manet: quod pro conſtanti ex hoc Vlpiani teſtimonio affirmat Anton. Faber *de error pragm. decad.* 70. *error* 9. & 10. ſi enim cedendo extraneo per ipſum actum ceſsionis, cedens hæres heret (vt nos pro conſtãti defendimus) creditoribus hæreditarijs obſtrictus maneret, vt in ſecundo caſu Vlpiani adſtrictus manet: ergo euincitur non ex eo aditam dici hæreditatem, quòd quis eam ceſſerit ei, qui ſine ceſsione hæres eſſe non poterat.

Hæc † difficultas meo videri 44
inſuperabilis eſt, & licèt differentiam conſtituere poſſem inter ceſsionem in iure, quæ per tres perſonas olim in iure cedentes fiebat, ideſt dominum cedentem: eum, cui cedebatur vindicantem: & Prætorem adijcientem: Vlpian. *dict. titul.* 19. verſ. *In iure ceſſio*, vbi Cuiatius, & alij congeſti à Feliciano *de ceſsibus lib.* 2. *cap.* 4. *numer.* 4. *tom.* 1. Morla *in emporio iuris, tit.* 6. *de ſeruitutibus, quæſtion.* 1. *num.* 15. his non relatis nouitèr Retes *opuſc. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 7. Et inter ceſsionẽ iurium, de qua nos agimus: tamen ratio vna eſt, nec video, quo modo quis per ceſsionem iurium transferre poſsit hæreditatem in extraneum, quam ipſe priùs non acquiſiuit, & adiuit: curve ceſsio hæc in præiudicium creditorũm cedentis procedere poſsit. Quare licèt fragmenta Vlpiani ſummè habenda ſint, & ad multarum legum, & antiquitatis cognitionem ſint neceſſaria; tamen fragmentum hoc non ſine ratione, riſu ſolùm elidere poſſemus: quidquid increpet Anton. Faber *dict. error* 9. niſi mauis dicere, ſpeciali ratione Vlpiani ſententiam in ceſsione in iure procedere: quia lex, quæ legitimo hæredi defert hæreditatem, potuit efficere, vt nondùm agnita poſset ad alium transferri: vt præter Anton. Fabrum docet Cuiatius *lib.* 18. *obſeruat. cap.* 9.

In † ſecundo verò caſu, quãdò ceſ- 45
ſio fit in eum, qui abſque ceſsione ſucce-

ſuccedere poterat, veluti in cohæredem, vel ſubſtitutum, vel legitimum hæredem abinteſtato: ceſsio in præiudicium creditorum valebit, nec ex eâ adita cenſebitur hæreditas: quia ſolùm importat nudam abſtenſionem, ac ſimplicem priuationem, vt locus fiat ſubſtituto, vel legitimo hæredi abinteſtato, vel cohæredi, argumen. text. *in l. ſi ſponſus* 5. §. *ſi maritus*, *D. de donat. inter*, ibi: *Repudiatio autem mariti mulieri prodeſt, ſi vel ſubſtituta mulier ſit, vel etiam abinteſtato hæres futura*, Paul. Galleratus *dict. nu.* 42. verſ. *Primo caſu.* Nec enim hæres eſt, qui ad alium tranferre voluit hæreditatem, *l. non vult hæres eſſe*, *D. de reg. iur.* quam ad rem noſtram rectè intelligit Rævardus (aliter tamen interpretatur Anton. Faber *dict. error* 9.) licèt enim per modum ceſsionis repudietur hæreditas, ceſsio in conſideratione non eſt, cùm non ad adquirendum, ſed ad renunciandum fiat: vt ex alijs rectè probat Gratianus *deciſion.* 17. *nu.* 27. P. Sanchez vbi proximè, Mieres ſup. *nu.* 65. Franch. *deciſ.* 14. *numer.* 26. Fōtanella *clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *par.* 5. *à num.* 125. Fabius de Anna. *conſ.* 45. *num.* 14. alios refert Giurba *dict. cap.* 5. *gloſ.* 8 *num.* 6. Marius Cutell. *de donat. contemplat. matrim.* 2. *tom. in allegat. fol.* 595. *nu.* 16. Ioann. Baptiſt. Thoro 1. *tom. comp. deciſ.* verb. *Adire hæreditatem*, *pag.* 18. *in ſecunda editione*, D. Franc. Merlin. *tom.* 1. *controuer. cap.* 6. *nu.* 12. præ omnibus Iacob Cancerius 3. *part. var. cap.* 15. *à num.* 160, *& dict. cap.* 1. *à num.* 130. *& dicto lib.* 3. *cap.* 22. *à nu.* 209. vbi *n.* 160. id verùm aſſerit, tametſi pecuniâ aceptâ hæres repudiaſſet hæreditatem, *l. fuit quæſtionis*, *D. de adquir. hæred. l.* 2. *cum ſeq. D. ſi quis omiſſa cau. teſtam.* Franch. *dict. deciſ.* 101. *nu.* 3. vbi quòd creditores ſolùm habent ius in id, quod ex cauſa renunciationis debitor accepit.

46 Sed † licét hic ſecundus caſus veriſsimus ſit, limitandus tamen eſt, vbi eſſent duo actus ſeparati: ſcilicet ſi primum adiiſſet, deinde ceſsiſſet; vel ſi vnicus tantùm eſſet actus: ita tamen factus, vt ex eo induceretur præambula hæreditatis adquiſitio, Franch. *dict. deciſ.* 14. *à nu.* 24. ex Phanut. & Gratiano, Giurba *dict. cap.* 5. *num.* 8. de qua limitatione, & quandò procedat conſule Fontanell. ſupra *numer.* 128.

47 Secundo † limitatur, quandò cohæres hæreditatis ſuæ partem in fauorem vnius ex pluribus cohæredibus ceſsiſſet: ita vt ad eum ſolùm pars integra hæreditatis ceſſæ perueniret: tùnc enim ceſsio, cùm ſimplex repudiatio non ſit, ſed iuris translatio, & donatio, creditoribus non præiudicabit, quia ex ea priùs adquiſita cenſetur hæreditas, Giurba vbi proximè *num.* 17. ibi: *Declara ſecundo non procedere, ſi repudiatio fiat etiam cohæredi, aliquo recepto, vel ex cauſa reciproca, vel cohæredi proſe tantum, quandò eſſent plures*, Cancerius *dict.* 3. *part. cap.* 22. *nu.* 210. In eo tamen à Cancerio diſſentio, quatenus aſſerit ex ceſsione hæreditatis, quæ in extraneum fit, aditam non videri hæreditatē in id, vt cedens obligetur creditoribus, & oneribus hæreditarijs; ſed tantùm in eum finem, vt ceſsio effectum operetur: verius enim iudico ex tali ceſsione indiſtinctè hæreditatis aditionem induci, & cedentem oneribus hæreditarijs obſtrictum manere, iuxta *dict. l. ſi auia*, *C. de iure delib erandi*, ceſsionemque in creditorum fraudem factam cenſeri, & reuocari poſſe: facit Ripa *in l. ſi vnquàm*, *quæſtion.* 11. *nu.* 22. *C. de reuocand. donat.* vbi affirmat, renunciationem factam in fauorē alicuius, cui per ius accreſcendi non adquirebatur, eſſe propriè donationem: ſequitur Sanchez *dict. num.* 17. conducit Caſaſanate *conſ.* 10. *n.* 105. verſ. *Prout.*

SVMMARIVM.

1 *Lites suo marte, & sine aliorum auxilio decurrere expedit.*
2 *Iudiciorũ exitus oppositio duriore aduersario, durior efficitur.*
3 *Cessiones in potentiores personas factæ, legibus improbantur.*
4 *Cessio in potentiorem dupliciter fieri dicitur.*
5 *Cessio, si in potentiorem fiat alicuius iuris, super quo litem mouendam esse speratur, an nulla sit?*
6 *Titulus* de alienatione iudicij, *non solũ ad rerum alienationẽ pertinet, sed etiam ad translationẽ actionum. Reiicitur contraria sententia* Iacobi Cuiat. & Anton. Fabri, & num. 10.
7 *Actor, qui actionẽ suã potentiori ratione diuitiarũ, aut priuilegij cedit, incidit in edictum* de alienatione iudicij, *non verò in pœnam* legis 2. C. nè liceat potẽtiorib.
8 *Titulus* de alienatione iudicij, *non solùm de reo alienante loquitur, sed etiã de actore: quidquid contrarium sentiat* Iacob. Cuiat. *Expenditur in id* l. non solum, §. si quis autem, D. de alienat. iudic. mut. caus. facta.
9 Litis *verbũ actionẽ sæpè significat.*
10 *Cedens actionem potentiori, super qua litẽ speratur, vt duriorem debitori suo inferat aduersarium, incidit in edictũ Prætoris* de alienat. iudicij.
11 *Initium legis si generale est, generaliter est intelligenda, quamuis in sequentibus specificè disponat.*
12 *Cessio actionis alienatio dicitur.*
13 *Edicti verba de quo* in l. 1. de alienat. iudicij. *restituit* ex Barone Vvesembec. *vt non solùm de rebus, sed de actionibus loquatur.*
14 *Cessio actionis si fiat in potentiorẽ ratione officij, locũ habebit pœna, de qua* in l. 1. & 2. C. ne liceat potentiorib.

Sin verò cedatur actio potentiori ratione diuitiarũ, aut priuilegij, locã habet edictũ de alien. iudic.
15 *Refellitur alia opinio* Iacob. Cuiatij *existimantis, in his titulis* potentiorem *eodem modo accipi.*
16 *Ostenditur, titulũ* ne liceat potentioribus, *locũ tantũ habere, vbi simulatè actio trãsfertur in potentiorẽ ratione officij, non verò si vera, & realis cessio sit,* & num. 22.
17 *Pacta inire solebant potentiores, in quos actiones transferebantur, vt earũ tertia, vel quarta pars in casu victoriæ ad eos pertineret: quas pactiones certis pœnis primus prohibuit* Claudius, & nu. 18.
19 *Põderatur* l. 1. C. ne liceat potentiorib.
20 *Expenditur etiã, & nouissimè interpretatur* l. 2. C. ne liceat potẽtiorib.
21 *Ponderãtur etiã* verba l. 16. tit. 7. part. 3.
22 *In praxi & de iure nostro Regio pœna* l. 2. C. ne liceat potentiorib. *locũ habebit, licèt vera, & nõ simulata sit cessio.*
23 *Potentior quis dicatur, vt locũ sibi vindicent pœnæ, de quibus* in d. tit. ne liceat potentiorib. *Et an Senatores potentiores dicantur?*
24 *Pœnæ* d. l. 2. *non procedũt, si cessio in potentiorẽ sine dolo, & fraude fiat.*
25 *Fraudis, & doli suspitio cessat, si cessio fiat in potentiorem sanguine coniunctam.*
26 *Cessio facta in potẽtiorẽ ratione officij sustinetur, si fiat ex causa necessaria.*
27 *Cessio, seù trãslatio actionis in potentiorẽ ratione officij subsistit, si in vltima voluntate fiat.*
28 *Pœnæ* d. l. 1. & 2. *solũ procedẽt in actore cedente, non verò in reo.*
29 *Dispositio pœnalis loquens in actore, an in reo procedat?*
30 *Minor, vel Ecclesia si cedãt actiones*

nes suas in potentiorē ratione offici, an restitutione in integrū indigeant aduersus pœnam iacturæ actionis? & num. 30.

Restitutio datur minoribus in delictis, quæ iure ciuili tantùm prohibentur. ibidèm.

31 *Cedens potētiori ratione officij, vbi pœna iacturæ causæ plectitur, actio illa Fisco applicatur.*

Pœnam vbi simpliciter lex imponit, nec exprimit, cui applicanda sit, ad Fiscum pertinet. ibidèm.

32 *Titulus* C. de litigiosis *ad actiones iā deductas in iudicio pertinet: titulus verò de alienatione iudicij ad futuras tantū lites spectat.*

33 *Edicto* de alienatione iudicij *vt sit locus, tria requirūtur: scilicet dolus, alienatio iudicij mutandi causa, & interesse aduersarij.*

34 *Dolus præcipua causa est, quæ aperit viā edicto* de alienatione iudicij, *quo cessante edictum cèssat.*

35 *Dolus ex vtraque parte non requiritur, sed sufficit eius, qui alienauit.*

36 *Cedens animo alienandi iudicij, licèt nō amittat actionē, tamē Prætor calliditati, & fraudi diuersis remedijs obiam ire curat.*

37 *Alienata re, vel actione in fraudē iudicij, poterit cedens, aut cessionarius conueniri.*

38 *Cedēs alienādi iudicij animo, ad interesse tenetur.*

39 *Debitor cessus potest desiderare, vt cedens cōpareat & agat, si cessionarius rixosus sit, vel priuilegiatus.*

40 *Remedia huius Prætorij edicti, an cumulari possint?*

41 *Edictum* de alienatione iudicij, *& pœna* l. 1. & 2. C. nè liceat potētioribus. *an detur cōtra hæredes?*

42 *Cessio facta, vt alienetur iudicium, quo sensu nulla dici soleat?*

43 *Alienatio quandò præsumatur facta, iudicij mutandi causa.*

44 *Clericus, & Ecclesia, an potentiores dicantur, vt habeat locū pœna* d. l. 1. & 2? *duæ referuntur sententiæ, & negatiua defenditur; nisi iurisdictionē habeant in eū, aduersus quē ceditur actio,* & num. 45.

46 *Clericus, & Ecclesia, an potentiores dicantur quoad edictum* de alienatione iudicij?

47 *Minor, & Ecclesia inter potētiores ratione priuilegij referēdi sunt* & num. 48.

48 *Cessionem minorem, vel Ecclesiam quandò sustineatur, licèt appareret mutandi iudicij animo, abinitio factam fuisse.*

49 *Examinatur quædam opinio* Hieronymi à Ceuallos.

50 *Ecclesia cessionaria debitorem cessum in suo foro conuenire tenetur, nisi aliud consuetudine, aut lege cautum sit.*

51 *Iudex Ecclesiasticus, an possit vti censuris contra laicos?*

52 *De cessionibus factis in scholares, tàm per parentes, quàm per extraneos. remissiuè.*

53 *Cessio in scholarem, vt ipse debitorē. cessum ad suum iudicem trahere possit, quæ requiratur iuxta ius nostrum Regium?*

54 *Contractus, qui ius iurandum requirunt, an diebus feriatis celebrari possint?*

55 *Cessio in scholares, si ex causa onerosa fiat, solemnitates legis Regiæ nō requirit.*

56 *Miserabilis persona, vel alter, qui priuilegium habet trahendi ad suū forum, vel ad Regiam Curiam aduersariam, an eo priuilegio vtatur, si ex cesso sibi iure agat?*

Variæ distinctiones referuntur.

57 *Resoluitur affirmatiuè, nisi cessio in fraudem facta esset.*

58 *Traditur ratio, cur scholari ex iure cesso in suo foro agere nō liceat, nisi interueniāt requisita.* d. l. Regiæ

59 *Pater, & extraneus, si simùl cedāt iura scholari, an valida sit cessio, vel in totum vitietur quoad fori priuilegium?*

60 Offi-

60 *Officiales, & ministri Sancti Officij Inquisitionis, an potentiores dicantur: & an cessio in eos facta sit nulla?*

61 *Pensio sicut cedi non potest potentiori, an idem procedat in fructibus, & commoditate ipsius?*

62 *Fiscus à priuato cessionem accipere non potest.*

QVÆSTIO IV.

Cessio potentiori facta non valet: et quis potentior dicatur? Et de cessionibus scholaribus factis. Illustrātur nouitèr *l.* 1. & 2. *C. ne liceat potentiorib. & Edictum Prætoris*, de quo *in l.* 1. *D. de alienat. iudicij mutan. causa fact.*

1 CVM † causas, & lites iudiciarias suo potiùs marte decurrere expediat, quàm quòd alienis opibus, & copiis nitantur, aut corrumpantur, vt *ex l.* 1. *C. nè liceat potentiorib.* notat Vvesembec. *ad rubric. huius tituli*. Et †

2 quia iudiciorum exitus opposito alio aduersario interdùm durior constituitur, *l.* 1. D. *de alienat. iudicij mutand. causa fact.* ideò †

3 iustâ ratione receptum, & statutū est, vt cessiones iurium in potentiorem fieri nō valeant: & factæ nullius sint momenti: ita, vt earum virtute agi nō possit, *l.* 1. *l.* 2. *C. ne liceat potentiorib. l.* 1. *& per totum*, D. *de alienat. iudicij*, *l.* 30. *tit.* 2. *part.* 3. *l.* 15. *&* 16. *tit.* 7. *part.* 3. Rodriguez *de executione, cap.* 3. *à nn.* 25. Menoch. *lib.* 3. *præsumption.* 129. *a num.* 36. cùm innumeris aliis in discursu referendis.

Sed quia horum iurium materia elegās est, & difficilis propter varias scribentium sententias; vt in eâ distinctè procedam, considero † duplicitèr in potentiorem cessionē fieri posse. Primo modo, quandò quis existēs in quasi possessione iuris exigendi à Titio quotannis certam quantitatē, metu impendentis litis, quam timet sibi super illo iure moueri, actionem suam cedit, & transfert in aliū. Secūdo, quandò quis actionem, quam habet contra Titium, Sempronio potentiori cedit, vt eâ experiatur in iudicio. 4

In primo † casu existimo, & sine dubio habeo, cessionem illam, & iuris alienationem, etsi in potentiorem fiat, aut alterius prouinciæ hominē, aliumvè, qui vexaturus esset aduersarium, validàm fore: licèt cedens incidat in edictum Prætoris *de alienatione iudicij mutandi causa facta*, de quo *in dict. l.* 1. Licèt † enim doctiss. Iacob Cuiat, *lib.* 8. *obseru. cap.* 31. *& tom.* 3. *C. nè liceat potētiorib.* in eâ sit sententiâ, titulum *de alienatione iudicii mutandi caus.* solùm pertinere ad res in potentiores translatas, futuræ litis euitandæ causâ; titulum verò *C. ne liceat potētiorib.* pertinere ad actiones trāslatas in potentiores. Cuius etiam sententiæ fuit Anton. Faber *in C. ad tit. de alienat. iudic. diffi. vnica*. Saluâ tamen tantorum virorum pace, verius iudico titulum *de alienatione iudicij*, non solùm ad rerum, sed & ad actionum alienationem, & cessionem spectare: quod & ipsemet Cuiatius docet *lib.* 10. *obseru. cap.* 3. Duarenus *ad tit. de alienat. iudicij in princ.* Bellonus *de his, quæ fiunt incontinenti, libr.* 2. *cap.* 81. *nu.* 5. & profitentur omnes, dùm † probant, actorem, qui actionem suā potentiori ratione diuitiarum, vel priuilegij cedit, in edictum incidere *de alienatione iudicij*, non verò in pœnā, *dict. l.* 2. *C. nè liceat potentiorib.* vt *ex l. penult. D. de alienatione iudicij, cap. final, eodem tit.* placuit Bart. ibi. Speculator 5 6 7

culator *tit. de cess. action.* §. 1. *num.* 3. vbi Ioan. Andreas, Iacob de Arena *de cess. iur. rub.* 2. *num.* 7. Barbosa *in l.* 1. *D. soluto matrim.* 7. *part. numer.* 47. Cancer. *lib.* 2. *var. cap.* 12. *num.* 68.

8 Quæ † verissima doctrina suadet, rursus cauendum à doctissimo Cuiacio *dict. obseru.* 31. dùm etiam resolut, titulum *de alienatione iudicij* loqui tantùm de reo alienante; non verò de actore: quia verius est, eum titulum non solum in reo, sed in actore procedere: vt sentit Anton. Faber vbi proximè. In quod expendi potest text. *in l. non solum, §. si quis autem, D. de alienat. iudicij*, ibi: *Item in alium transtulerit.* Quæ verba † ita accipien

9 da existimo, *actionem in alium transtulerit*: nam lis actionem significat, *l. litis* 36. *D. de verb. signific.* Caluinus *in lexicon iuris*, verb. *Lis*, tenent Odofred. Bald. Aluericus Fulgos. *in dict. l. penult. & fin.* Abbas *in dict. cap. fin. num.* 6. Capitius Galeota *lib.* 1. *cons.* 2. *à num.* 13. Marius Muta *decis.* 6. *nu.* 1. *& 16.* quam sententiam vt certissimam supponunt Scobar *de iurisd. Pōt. & Reg. cap.* 51. *num.* 5. Farinacius *in fragm.* verb. *Litigiosa res, nu.* 312.

Quemadmodum † igitur actor ce-

10 dens actionem potentiori, non vt futuram litem effugiat, sed vt debitori suo durioremin terat, & difficiliorem aduersarium, in edictum Prætoris incidit: similiter eius pœnam patietur, qui actionem suam in alium trāsfert, mouendæ sibi litis timore; vt eam alter, qui potentior sit, suscipiat (verbi gratia, si cum essem in quasi possessione iuris exigendi centum quotannis à Titio, super quo iure timerem mihi litem esse mouendam, ius illud cederem Sempronio eo animo, vt cum eo lis ageretur.) Nec video discriminis rationem aliquam, inter alienationē rei, super quâ controuersia speratur, & inter cessionem, seu alienationem iuris: imò rubrica, & inscriptio tituli generalis est, quæ tàm rei, quàm iuris translationem comprehendere videtur, argum. text. *in l. regula, §. si quis circa finem, D. de iur. & fact. ignorat.* ibi: *Nam initium legis generale est.* Ex quo textu aptissimè ad rem colligit Bartolus, quòd vbi initiū legis generale est, lex ipsa generaliter est intelligenda, quamuis in sequentibus specificè disponat: sequitur Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 3. Garcia *de nobil. in diuis. operis, nu.* 2. multis relatis Castillo *tom.* 4. *cont. cap.* 47. *num.* 29. Vndè licèt leges huius tituli de alienatione rerum tantùm loquantur; tamen cùm edictum generale sit, & alienationem omnem includat; cessio † 12

que actionis alienatio sit; Rebuff. *ad* 11

leg. Gall. tract. de cess. action. artic. 1. *glos.* 3. vers. *Nota*, Berta zolus *claus.* 27 *glos.* 4. *num.* 3. Fusarius *de substit. quæstion.* 697. eam ex identitate rationis comprehendere debet.

Quod † licèt nullus, quem vsque 13

viderim, disputauerit, apud me sine dubio est: quia etsi edicti verba in Pādectis, cessionis mentionem non faciant, sed tantùm alienationis, quæ rerum alienationem concernere videtur: tamen huius edicti verba ex Barone ita restituit Vvesembeccius, *in paratitla ad titulum de alienatione iudicij, numer.* 8. vt alienationem, & cessionem comprehendat, ibi: *Neque alienatio iudicij mutandi causa fiat, siue quæ dolo malo cessio, &c.* Et post hæc diù scripta ita sensisse inueni Duarenum *ad titulum de alienatione iudicij, infra principium*, ibi: *Quod autem de cessione actionis diximus, id mirum videri non debet, quia edictū pertinet tàm ad rem, quàm ad actionem: exempla frequentiora sunt de reo, sed tamen sunt etiam exempla de actore.* Et quandò edicto suo Prætor expressè non succurreret actori contra alienātem actionem suam propter imminētis litis suspitionem; vtilem tamen ei ex hoc edicto actionem præstaret, quæ competit, vbi verba legis deficiunt, casus tamen sub eius mente, & ratione includitur: vt *ex l.* 1. *D. de æstimat.*

mat. action. §. fin. Instit. de lege Aquilia, dicemus infrà *tit.* 16. *quæst.* 1.

Ad alterum & secundum casum accedamus, in quo simul quæ ad primi explicationem conueniunt, referam; cestque, quando creditor actionem, & nomen debitoris sui, potētiori cedit? In quo duplex prohibitio inuenitur, seù duplex remedium, quo debitori cesso succurritur. Primum est de quo *in tit. C. nè liceat potentiorib.* Secundum de quo *in l.* 1. *& per totū, D. & C. de alienatione iudicij, & in cap. fin. eodem tit.* quibus remedijs vti potest debitor iuxta casuum varietatem. Nam † si cessio potentiori fiat ratione officij, locum habebit decisio *l.* 1. *& 2. C. nè liceat potentiorib.* si verò cedatur actio potentiori nō ratione officij, sed diuitiarum, aut priuilegij, locum sibi vindicabit *l.* 1. *& edictum Prætoris de alienatione iudicij.* Hoc enim inter hos titulos discrimen est, vt primus de potentiore, ratione officij loquatur, alter verò de potentiore, diuitiarum, aut priuilegij ratione: vt notant Doctores *in dict. l.* 1. *C. nè liceat potentiorib.* Iacob de Arena *dict. rubr.* 2. *numer.* 6. Afflictis *de iure protom. §. prohibemus in primo notab.* Rebuff. *in l. vnica, C. de sentent. quæ pro eo, glos.* 1. *numer.* 158. *& de cess. action. art.* 1. *glos.* 8. Burgos de Paz *cons.* 35. *num.* 5. Farinac. *in frag.* verb. *Litigiosa res, à nu.* 297. Osascus *decis.* 144. *num.* 12. Menoch. *cons.* 38. *nu.* 47. Barbosa *in dict. l.* 1. *part.* 7. *num.* 47. Marta *de iurisd.* 4 *part. cent.* 1. *casu* 91. *nu.* 4. Alex. Trentacinq. *libr.* 2. *var. tit. de postulando, resol.* 2. *à num.* 6. Iacob Cācer. *dict. cap.* 12. *à num.* 65. Golinus *de procuratoribus, part.* 1. *cap.* 5. *nu.* 150. Capitius Galeota *lib.* 1. *cont.* 2. *num.* 13. Ioann. Baptist. Thoro 3. *tom. cōp. decis.* verb. *Cessio actionis hypothecariæ*, nullo ex his relato Paulus Galleratus *de renūciation. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *à num.* 109. *&* 111. vers. *Nam ratione*, et de iure nostro Regio expressè decisum est *in l.* 15. *&* 16. *titul.* 7. *p.* 3. vbi Gregor. Lopez *glos.* 2. *&* 3.

Ex quo † rursus discedas, velim, à sapientissimo Cuiatio *dict. lib.* 8. *obseruat. cap.* 31. qui inhis titulis *potentiorem* eodem modo accipi existimauit: quod est contra omnium mentem, & receptum inter hos titulos discrimē: quod apertè colligitur *ex dict. l.* 1. *C. nè liceat potentiorib.* in quâ prohibitio clarissimos viros tantum afficit, Iacob de Arena *de cess. iur. rubr.* 3. *nu.* 50. idest officiales, & ministros Principis, vt ex *tit. C. vbi Senatores, vel clarissimi*, colligit Calunus *Lexicon iuris*, verb. *Clarissimorum*, & verb. *Clarissimos*, D. D. Franc. de Amaya *in l.* 2. *C. de excus. muner. num.* 36.

Illud † potius de iure communi contenderem ego, titulum *C. nè liceat potentiorib.* eiusque pœnam solùm procedere, quandò quis potentiori ratione officij in fraudem transfert actionem debitoris que sui nomen: vt potentior non ad suum commodum, sed ad vtilitatem cedentis litem suscipiat. Solebant † enim potētiores hæc pacta inire eâ conditione, vt tertia, vel quarta litis pars sua esset: quod prohibitū extat *in l. litem, C. de procuratoribus, l. si contra* 20. *C. mandati, l. sumptus, D. de pactis, l.* 1. *§. sicui cautum, D. de variis, & extraordin. cognit.* Iacob Cuiatius *dict. obseru.* 31.

Has † igitur conuentiones, vt iniquas primus prohibuit Claudius *in dicta l.* 1. siuè per viam patrocinij, siuè simulatæ cessionis potētiores, actiones alienas in se transferrent; alienas que lites, quasi suas susciperent agendas: impositâ in id pœnâ, vt iacturâ causæ, & actionis afficerentur hi, qui ad potētiores personas actiones suas deferrent, *dict. l.* 1. *&* 2. *dict. l.* 16. *tit.* 7. *part.* 3. Anton. Gomez 2. *tom. var. cap.* 12. *num.* 6. *in fine*, Galleratus vbi proximè *dict. num.* 109. *circa finem*, Cyriacus *lib.* 2. *controu.* 113. *num.* 33. Et potentiores licèt aliàs exempti, arbitrio iudicis illius loci puniuntur, *dicta l.* 1. *in fine*, Gregor. Lopez *in dicta*

ctal. 16. *glos.* 4. Trentacinq. *dict. resolut.* 2. *num* 1.

19 Et † ne vanâ cogitatione hanc sententiam inuehere videar, & probem, quòd si non simulatè, sed vero donationis, venditionis, aliovè titulo, potentiori cedatur actio, non sit locus pœnæ amissionis causæ, & actionis: sed tantũ debitori posse esse cõsultum per edictum Prætoris *de alienatione iudicij*, moueor ex eo, quòd ipsa *l.* 1. *C. nè liceat potentiorib.* & titulus sequens loquuntur tantùm, quãdo quis vt terreat aduersarium, patrocinium potentioris implorat: vel actionẽ, vel rem suam potentioris personæ esse, aliquo modo fingit: vel eam fictè transferendo, vel rebus suis potentiorum titulos, & nomen affigendo, iuxta *l. vnic. C.* de his, qui potentiorum nomina titulos prædiis affigunt, vel eorum nomina in litem prætendunt.

Sed † fortius mihi argumentum
20 in id suppeditat *l.* 2. *C. nè liceat potentiorib.* vbi cùm debitri iacturã, mulctẽtur, qui ad potentiores deferũt actiones: eâ ratione mouentur Imperatores Arcadius, & Honorius, ibi: *Aperta enim credentium videtur esse voracitas, qui alios actionum suarum redimunt exactores.* Vbi notandum verbum illud *credentium*, non enim dicitur *credentiũ*, sed *credentium*: quasi pœna non verè cedẽtibus, sed solùm credentibus actiones suas imponatur, eisque, qui potentiorum fidem sequuti, in eos actiones, & nomina debitorũ transferunt; vt quod ab his exegerint, ipsis restituatur: qui enim, cuicumque rei assentitur, alienam fidem sequutus, mox aliquid recepturus, credere dicitur: vt *ex l.* 1. *C. de rebus creditis*, probat Caluinus *Lexic. iur.* verb. *Credendi appellatio.*

Idquè † suadetur etiam ex illis
21 verbis: *Qui alios actionum suarum redimunt exactores.* Quæ demonstrant, pœnæ locum esse, quando quis potẽtiori defert actionem; vt simplici eius exactori; non vt actionis vero cessionario, & procuratori in rem suam. Facit vlteriùs *lex* 16. *tit.* 7. *part.* 3. vbi cũ legislator in initio proposuisset iacturæ actionis pœnâ mulctari, qui actionem suam potentiori ratione officij cedit; postea hæc verba subiungit: *Mas si por ventura el demandador ena genasse su derecho à otro ome, que non fuesse mas poderoso que el, è esto hiziesse desamparando de todo el derecho que auia, è otorgandolo verdaderamente al otro.* Ex quibus verbis non sine ratione conijci potest, legislatoris mentẽ fuisse, quod vbi non realitèr, & verè ceditur actio, prædicta pœna locum tantùm habeat.

Sed †. licèt in puncto iuris hæc 22
sententia defendi possit, & iuri communi conueniens videatur; tamen in praxi, & de iure nostro Regio verius iudico, quòd licet realitèr cedatur actio potentiori ratione officij; pœna *dict. l.* 2. *C. nè liceat potentiorib.* & *dicta l.* 16. *tit.* 7. *part.* 3. locum habeat.

Potentior † verò, quis dicatur, vt 23
pœnæ locus sit, & simul cedens iacturam actionis cessæ patiatur; non modicæ dubitationis est. Dicitur vero in hoc casu potentior is, qui ratione officij potest metum, & terrorem inferre aduersario: vt ex Bald. Salicet. Angelo, Abb. & alijs probat Osascus *decis.* 144. *num.* 12. vbi etiam quòd debet habere potestatem, & iurisdictionem de iure, & de facto in aduersarium: addendus Alex. Trentacinq. *dict. resolut.* 2. *num.* 7. & 16. Farinacius *sup. num.* 300. Ex quo resoluit, Senatorẽ potentiorem non dici, & in eo nõ militare decisionem *dict. l.* 2. Sed cùm hoc ex variis circunstantiis pendeat, iudicis arbitrio relinquitur, quis potẽtior dicatur, iuxtã Bald. *in l. per diuersas, num.* 23. *C. mandati*, & *cons.* 151. *lib.* 1. *circa finem*, Menoch. *de præsumption. lib.* 3. *præs.* 129. *à num.* 37. Paulus Gallerat. *de renunc. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 114. Cancerius *lib.* 1. *variar. cap.* 13. *num.* 79. Golinus *de procuratoribus* 1. *part. cap.* 5. *num.* 42.

Quoties

24 Quoties † verò cessio in potentiorem ratione officij absque dolo fit, locum non habet pœna (quidquid dicat Capit. Galeota *dict. cont. 2. nu. 14.*) quæ vt incurratur, necesse est, vt malitiosè, & causâ opprimendi aduersarium, alienatio fiat *glos.* verb. *Specialiter, in dict. l. 1.* Bart. Aretinus, & alij, quos refert Olascus *dict. num. 12. in princ.* Trentacinq. vbi proximè *num. 15.* vbi ex coniecturis de bona fide constare posse asserit, sequitur Burgos de Paz *dict. cons. 35. numer. 5.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 129. num. 39.* Barbosa *in dict. l. 1. part. 7.* Thoro *dict. tom. 3.* verb. *Cessio actionis*, qui dat alios, videndus Cancerius *2. par. cap. 12. num. 9. & 70.* Golinus statim
25 referendus *num. 50.* Et ferè † omnes resoluunt fraudis, & vexationis suspitionem cessare, vbi cessio fieret in potentiorem sanguine coniunctum, *glos. in l. si quis ita, §. si ea lege, D. de verbor. oblig.* Tiraquel. *in l. si vnquam in præfat. num. 18. C. de reuoc. donat. & de retract. in præfat. num. 53.* Hypolit. Montan. *in addit. ad Oliban. de action. part. 2. lib. 1. cap. 4. num. 38.* Golinus *de procuratoribus 1. part. cap. 5. num. 48.* Farinac. *sup. nu. 299.* Trentacinq. *sup. num. 10.* Gallerat. *nu. 114.* Quod verum puto (licèt Barbosa vbi proximè contrarium teneat) etiamsi cessio fieret in filium, nisi constaret clarissimè animo vexandi factam fuisse.

26 Similitèr † & cessio sustinebitur, si ex causâ necessariâ fiat, Farinac. *supra num. 323.* veluti si fieret Fisco, vt quis se liberaret à carceribus: vt ex Caputachens. refert decisum Trentacinq. *sup. num. 15. in fine*, Menoch. *dicta præsumpt. 129. num. 41.* Gallerat.
27 *dict. num. 114.* Cessat † etiam pœna, quandò Magistratus in ius alterius ex testamento succederet, Martà *de iurisd. 4. part. cent. 1. casu 91. num. 11.* facit lex *ex hoc edicto, §. ait Prætor, D. de alien. iudicij*, quia licèt eis in prouincia acquirere interdictum esset, vt ex Cicerone probat Tiraquel. *de retract. tit. 1. §. 1. glos. 9. num. 166. l. vnica. C. de contractib. iudicum*, de cuius intellectu benè Olascus *d. decis. 114. à num. 13.* Matienzo *in dialog. relat. 3. part. cap. 27.* cum quatuor sequentibus D. Larrea *alleg. 104.* tamen poterant ex testameto capere, vt ex aliis exornat idem Tiraquel. *de nobilit. c. 37. nu. 106.* & apud nos expressè decisum extat *in l. 17. tit. 1. part. 3.* vbi Greg. Lopez *glos. 1.* Et qui cessionem accipere prohibetur, ei ex testamento capere licet, vt eleganter probatur *ex auth. vt hi qui obligatas, §. sed etsi quis, iuncto, §. quòd si quis, l. ex hoc edicto, §. sed hæredem, D. de alienat. iudicij*, Rodriguez *de execut. cap. 3. à numer. 15.* In quod notanda est singularis decisio textus *in l. Imperatorē 91. D. de hæred. instituend. §. fin. Institut. quibus modis testamenta infirmentur, l. 3. C. de litigiosis*: Quæ iura prohibent Imperatorem litis causâ hæredem instituì, Capitius Galeota *dict. cõtr. 2. per totam*, videndus Portoles ad Molinum *in §. cessio à num. 1. & in §. actio à n. 22.* vbi, quòd actio ciuilis, aut criminalis in Regis fauorem cedi nõ potest sub amissionis pœna, licèt ex testamẽto rectè succedere possit, nisi actio litigiosa iam esset.

28 Sed † hic illud adiiciendum est, pœnam *dict. l. 1. & 2.* solùm procedere in actore cedente; non verò in reo: vt rectè defendit *glos. in l. 1. D. de alienat. iudicij*, quam licet reprobet Cinus, Bart. & alij, quos sequitur Trentacinq. *dict. resol. 2. num. 2.* Capitius *sup. num. 15.* Muta *decis. 6. num. 1.* dicentes tàm in actore, quàm in reo locum habere; quia actor, & reus correlatiua sunt: et dispositio pœnalis de actore loquens, in reo etiam locum habet. Tamen licèt in puncto iuris vtraque sententia defendi possit, hodie glossæ opinio indubitabilis est, & approbata ex *d. l. 16.* vbi Greg. Lop. *glos. 1.* verbo: *Que si algun demandador*, Burgos de Paz, *cons. 35. nu. 5.* Ex qua verissimè concludes, quod vbi

quis

quis in alium officij ratione potẽtiorem trãsfert actionẽ, super quâ litem sibi mouendã timet, non incurrit pœnã, *dict. l. 2. C. nè liceat potentiorib.*

29 Nec omittam, † quod intactũ noluit relinquere Cancer. *d. c. 12. nu. 74.* an Ecclesia, vel minor, qui ex cessione in potentiorẽ, causæ iacturam passi fuerunt, possint in integrum restitutionis beneficiũ postulare? Inquo dubio contra Speculatorem resoluit, in integrum fore restituendos, quia licèt in delictis restitutio minoribus non cõpetat, *l. Vnica, C. si aduersus delictum, l. auxilium, D. de minorib.* tamen id non procedit in delictis, quæ tantùm ius ciuile prohibuit. Et licèt neminẽ pro suâ sententia referat Cãcerius, tuetur eam in terminis Rebuff. *2. tom. ad l. Gall. tract. de cess. action. art. 1. glos. 11.* vers. *quæro nunquid*, cũ sequenti.

30 Ego † tamen verius putarẽ, minorem, vel Ecclesiam cedentes, restitutionis in integrum beneficio non indigere: quia excessione, licèt solemniter factâ, actionis iacturam non patiuntur; cùm in eis dolus, & fraus non præsumatur, sed ignorantia. Quo fundamento motus Bald. *cons. 51. in fin. vol. 1.* defendit locum nõ habere decisionem *d. l. 2.* quoad iacturam causæ, & actionis, quando mulier, vel miserabilis persona patrocinii aduocat potentioris, vel ei cedit actionem: quem sequitur Trentacinq. *d. resol. 2. n. 12.* Golinus *d. c. 5. n. 52.* Et quod Ecclesia licèt potentiori cedat, iacturam causæ non patiatur, ex Genuensi, & Ludou. Romano, resoluit Velasc. *de priuileg. paup. 3. p. q. 8. n. 402.* conducunt tradita infra quæst. sequent.

31 Illud † tamen, antequàm hinc abeam, aduerto, quòd quoties cedens actionem suam potẽtiori ratione officij, eius iacturam patitur: pœna, & amissa actio ad Fiscũ pertinẽt, vt affirmat Rebuff. *d. art. 1. glos. 11. in princ.* Quoties enim lex simplicitèr propter crimen imponit pœnam; nec exprimit, cui applicãda sit, ad Fiscum pertinet, *l. 3. iuncta leg. sequent. C. de sepulchro violato, l. multarum, C. de modo multarũ*, Bart. *in l. agraria, D. de termino moto*, Tepat. *var. titul. 51. cap. 3.* vers. *quando lex*, & ex aliis latè Trentacinq. *lib. 1. var. tit. de iure Fisci, resol. 1. per tot.* Matienzo *in l. 1. tit. 1. lib. 5. Recop. glos. 5. n. 1.* Maldonado *in syl. ua responsorũ, lib. 1. resp. 15. q. 5. n. 36.* videndus Baeza *de non meliorand. dotis ration. filiab. c. 36. à n. 7. & 10.*

Iam typis data erat præsens quæstio, præter hanc & sequentem paginã; cũ peruenerunt ad me *Variæ resolutiones Georgij Frantz Kij:* necnon & *Encyclopedia iuris, Vlrici Hunnij*, qui differunt de cessionibus, quæ in potentiores fiunt; & de ampliationibus; & limitationibus, *l. 1. & 2. C. nè liceat potentiorib.* Frantz Kius *lib. 1. resol. 10. per tot.* Hunnius *2. p. tit. 5. c. 7. à n. 21.* Eiusdẽ Hunnij (quam Catholicum, & in nostra vera Fide decessisse ex eius vita apparet, quæ refertur in principio Encyclopediæ) paucis ante diebus perlegeram *Var. resolutiones iuris ciuilis*, à quo cauẽdũ esse aduerto in aliquibus resolutionibus matrimonialibus; & propositionibus absonis quas temerè tradit *lib. 1. tract. 3. q. 3. 5. 18. 20. 22. 23. 24. 25 26. & lib. 3. tract. 1. q. 18.*

Diximus de cessione, quæ potentiori ratione officij fit; succedit, vt agamus de eâ, quæ potentiori ratione diuitiarum, nobilitatis, vel priuilegij fieri solet, vexandi aduersarij causâ: quod (vt dixi) dupliciter potest accidere, vel quando quis in potentiorẽ transfert actionem, super quâ timet litem sibi fore mouendam; vel quando creditor cedit actionem, quã habet contra debitorẽ suum: vtroque casu militare diximus edictum Prætoris, de quo *in d. l. 1. & per tot. D. & C. de alienatione iudic.* Circa † quod 32 omnes aduertunt, inter hunc titulum, & *tit. C. de litigiosis* eam versari differẽtiam, quòd titulus *de alienatione iu-*

dicij, nõ ad præsentes, sed ad futuras, & imminentes lites pertinet, *l. ex hoc edicto, §. ait Prætor, D. de alienat. iudicij*: nã si inchoato semel iudicio, cessa sit actio, edictũ hoc locũ nõ habebit; et obtinebit litigiosi pœnã, de qua *in l. fi. C. de litigios. l. 13. tit. 7. p. 3. glos. in c. 1. de alienat. iudicij*, verb. *Vertitur*, & verb. *cõmutationẽ*, Greg. Lop. *in d. l. 13. & in l. 16. seq.* verb. *engañar*, Menoch. *cons. 2. & 79. vol. 1.* Gallerat. *d. c. 4. n. 1 1 5.* Vvelemb. *ad tit. de alienat. iudicij, n. 5.* Et quandò post acceptũ iudicium actio litigiosa cedi possit? agemus infrà titulo sequenti.

33 Vt tamen edicto † *de alienatione iudicij* locus sit, plura sunt necessaria, quæ ad tria requisita reduxit, *glos. d.* verb. *cõmutationẽ*, Farin. *d.* verb. *litigiosa res, n. 320.* Bald. *in l. item si res, §. itẽ fieri, D. de alienat. iudic.* vbi tria substãtialia requiri docet: scilicet dolũ, alienationẽ mutandi iudicij, & interesse aduersarij. Quæ latius explicat Rebuff. *d. art. 1. glos. 1. à n. 8.* Saagun *in relect. ad c. 1. de alienat. iudicij*, videndus Vvesemb. & Cuiat. *in paratitla ad hunc tit.* ex aliis Gallerat. *sup.*

34 Dolus † igitur præcipua causa est, quæ edicto locũ aperit, Paz *sup. nu. 7.* Galeota *d. cont. 2. n. 14.* Faber *in C. ad tit. de alienat. iudicij, diff.* Vnica, dolo nãque cessante (veluti cessare præsumitur, si actio cessa indubitabilis sit, Trẽ tacinq. *lib. 2. var. tit. de iudicijs, resol. 17. n. 47.* Faber *lib. 12. coniect. c. 12.*) cessat edicti prohibitio, Duaren, *ad d. tit. de alienat. iudicij.*

35 Si † verò dolus ex parte cedentis adsit, necessarium non est, dolum cõcurrere eius, inquẽ res alienatur, vel ceditur: vt non rectè existimauit Innocen. *in d. c. 1.* dum taxat enim cedentis dolus sufficit, *l. si seruus cõmunis, §. fin. D. cõmun. diuid. l. 1. cum seq. D. hoc tit. l. Vnica, C. eod.* vbi possessor, etsi fraudis particeps nõ sit, actione ex hoc edicto conuenitur, *l. 30. tit. 2. p. 3. l. 15. tit. 7. p. 3.* tuetur latè Saagun *in d. c. 1. in solut. ad 3. argumentum.*

Et † licèt is, qui dolo in potentiorem alienandi iudicij causa cedit actionẽ, eius non sentiat iacturam, imò cessio valida sit; vt *ex l. qui stipendia, C. de procurat.* docet Alneric. *in l. 2. C. nè liceat potent.* Golin. *d. c. 5. n. 56.* Cãcer. *d. c. 12. n. 67.* probat integer titulus, *D. de alienat. iudicij*, tamen iustâ ratione, & æquitate, quâ afflolet motus Prætor, cùm videat iniquum esse, alicuius deteriorem causam fieri ex alieno facto, & fraude, *l. 1. D. de alienatione iudicij, l non debet 74. D. de reg. iuris, c. non debet, eod. tit. in 6. c. denique 14. q. 5.* aliis exornat Velascus *in loc. commun. lit. F. axiom. 41. &* 43. variis remediis fraudi obiamit, vt ex eâ nullum aduersario, eique, contraquem actio ceditur, sequatur damnum. Nam † vbi quis rem dolo aliena 37 uit, vel cessit actionem in potentiorem, vel rixosum, aut alterius fori, vel Prouinciæ hominem, vt alienaret iudicium; potest is, qui litem insti tuere agebat, vel possessorem, eumque, inquem res, vel actio translata est, conuenire, *l. Vnica, C. de alienat. iudicij, c. 1. eod. tit. cap. examinata de iudiciis, l. 15. tit. 7. p. 3.* vel si malit, poterit aduersus eum, qui alienauit, vel cessit, vtili actione agere: quasi dolo possidere desierit, *d. l. Vnica, d. l. 15. l. 30. tit. 2. p. 3.* Faber *d. diff. Vnica, n. 8.* facit tex tus *in l. sin autẽ 27. §. 1. l. qui petitorio 36. l. is qui dolo 69.* cum aliis, *D. de rei vindicat.*

Habet † etiã is, in cuius fraudẽ ces- 38 sio fit, alia remedia: nã ex illo edicto in factũ habet actionem ad damna, & omne id, quod eius interst, *l. 1. l. 3. §. exquibus, l. nõ solũ, §. hæc actio, D. hoc tit. d. l. 15. & 30.* Rebuff. *in d. l. Vnica, n. 158.* Paul. Gallerat. *d. c. 4. n. 109. circa medium*, Faber *in C. lib. 2. tit. 37. n. 4. diff. 1.* vel † poterit agentẽ cessionariũ huius edicti exceptione repellere, 39 petẽdo, quòd cõpareat cedẽs, quia legalior, & non rixosus est, vel nõ priuilegiatus, *l. cum miles 11. l. fin. D. hoc titul.* videndus Maranta *in l.*

si

si actor, D. de procurat. à n. 31, *& 76.* Vbi etiam, an semel admisso cessionario, possit peti, quòd cedens compareat? Et † an hæc remedia concurrere possint, vel vnũ, aliud impediat? disputat Saagun *d. c.* 1. *in solutione ad* 3. 4. *& 5. argumentũ.* An † verò edictũ *de alienatione iudicij*, vel titulus *ne liceat potentiorib.* detur contra hæredẽ alienantis, vel contra tertium? Farinacius *d.* verb. *Litigiosa res, n.* 322. Duarenus sup. vers. *sequenti loco.*

42 Cessionem † his casibus validam esse diximus: & licèt contrarium sæpenumerò notare possis resolutum apud interpretes, qui communiter asserunt, cessionem nullam esse, quoties potentiori ratione fori, vel ex aliâ causâ, veluti diuitiarum fit; tamen eos ita intelligas, velim, vt nulla sit cessio, ad effectum vt cessionarius agere possit; nam exceptione repelli poterit: at verò cessio effectum operabitur quoad alia: et re verâ in cessionariũ transferentur actiones; sita tamen, vt suo priuilegio speciali non vtatur, Bellonus *dict. cap.* 81. *numer.* 5. (vbi *numer.* 6. ex Surdo
43 *decis.* 326. *numer.* 87. probat † tũc dici alienationem fieri iudicij mutandi causâ, quandò paulò ante litem motam secuta fuit:) Exemplum eiit in cessione scholari factâ: nam si ipse debitorem cessum coram Rectore Vniuersitatis conuenire intendat, cessio quoad hunc effectum nullius momenti erit; quoad alia tamẽ valebit: et scholaris, vt verus cessionarius poterit debitorem cessum coram suo iudice conuenire, Scobar *de Ponit. & Reg. iurisd. cap.* 52. *num.* 4.

44 Sed † restat nobis inquirere, quis quoad hoc edictum potentior dicatur? Et primò de Ecclesia; & clericis agamus: quos potẽtiores esse affirmãt multi. Et quòd Ecclesia potentior dicatur, Corbulus *de iure emph.* quem refert Gollinus *dict. cap.* 5. *num.* 43. Calcan. *cons.* 7. *col.* 4. Ancarr. *cõs.* 85. *quæstio talis est.* Aymon *cons.* 105. *ad finẽ.* Muta *decis.* 10. *n.* 16. & facit *c.* 1. *§. et si clientulus de alienat. feudi.* Clericũ etiã potẽtiorẽ esse resoluunt *glos. in c. fin. de alienation. iudicij*, Suarez *allegat.* 19. *n.* 1. Gabriel *lib.* 2. *comm. tit. de actionib. concluſ.* 5. *num.* 52. Mascard. *volum.* 1. *conclus.* 558. *num.* 26. Nata *cons.* 530. *numer.* 11. *volum.* 3. alios congerit Velascus de *priuileg. paup.* 3. *p. q.* 9. *nu.* 28. & facit *textus in cap. fin. de alienation. iudicij.* 45

Contrarium † tamen, scilicèt Ecclesiam, & clericos potentiores non esse, & quòd cessione in eorum fauorem factâ, pœna *dict. l.* 2. *C. nè liceat potentiorib.* locum non habeat, nisi Ecclesia, vel clericus iurisdictionem haberent in laicum, contra quem cessio fit; verissimè resoluũt multi, quos refert, & sequitur Saagũ *dict. cap. fin. in solut. ad* 7. *argumentum*, Rebuff. *d. titul. de cess. actionis, art.* 1. *glos.* 2. Menoch. *dict. præsumpt.* 129. *n.* 37. Montaner *in addit. ad Olibanum p.* 2. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 37. Farin. *d.* verb. *Litigiosa res, n.* 307. Trentacinq. *lib.* 2. *var. titul. de postulãdo, resol.* 2. *n.* 5. Marta *de iurisd. dict. part.* 4. *cent.* 1. *caſ.* 91. *per tot.* Grasis *de effectib. clericatus, effectu* 34. Gollinus *d. cap.* 5. *n.* 44. & nullo ex his relato Gallerat. *de renunciat. d. c.* 4. *nu.* 111. Cochier. *de iurisd. in exẽpt.* 1. *p. g.* 49. quæ sententia verissima est; & qui cõtrariã tuẽtur, sine iure, & ratione loquũtur. Neq; enim simplex clericus, vel Ecclesia, si iurisdictione careant, potẽtiores vllo modo dici possunt, vt pœnæ *dict. l.* 2. locus sit.

Difficile † tamen est: an Ecclesia, 46
vel clericus potentiores dicantur quoad edictum *de alienatione iudicij?* Et quoties quis in clericum, vel Ecclesiam alienat rem, vel actionem, super quâ sibi litem moueri dam fore timet; cùm ex ea cessione alienatio iudicij sequatur, & varietur forus; si id dolo factũ sit, sine dubio habeo Prætoris edicto, & Pontificiæ prohibitioni locum fieri; de qua *in d. c.* 1. *&* 2. Vbi verò laicus creditor cedit actio-

nem suam contra laicum clericò, vel Ecclesiæ; distinguendum censeo: nam si clericus debitorem cessum ad forũ Ecclesiæ trahere non posset, cessio consisteret; sin verò ex priuilegio, vel cõsuetudine ad suum iudicem trahere liceret reum; cessio in fraudem facta non valebit. Ita distinguit doctus Barbosa *in l. 1. part. 7. D. soluto matrimon. n.* 47. qui, vt diximus, intelligẽdus est, vt cessio nulla sit, quoad effectum, vt laicus respondere teneatur coram Ecclesiastico iudice; non verò quoad alios effectus. Et iuxta prædictæ distinctionis secundũ casum, procedit decisio textus *in dict. c. final, de alienation. iudicij*, ibi: *Vt aduersarios ad Ecclesiasticum forum trahant*, insinuat Barbosa, & tradit Saagũ, Arena *de cess. iur. rubr. 3. num.* 50.

47 In clericis † hæc sine dubio procedunt; sed in Ecclesiis aliud ex aliâ causâ resoluendum fore videtur: quia Ecclesia semper potentior dicitur propter diuersa priuilegia, quæ ei competunt (de quibus latissimè Velascus *de priuileg. paup. 3. p. q. 8. per totã.*) Vndè grauari videtur aduersarius, eiusque ex tali cessione deteriorem fieri conditionem; præsertim cùm Ecclesia iure minoris vtatur, & restitutionis habeat beneficium, *cap. 1. cap. auditis de in integrum restit. l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles.* De minore enim ad Ecclesiam procedit argumẽtum, Velasc. *in loc. cõmun. lit. A. axiom.* 510. Minorem autem potentiorem esse, & cessionem in eius fauorem non cõsistere, ex Georg. & Pereira probat D. Narbona *anno* 25. *quæst.* 25. *num.* 6. vbi concludit, quòd quemadmodũ minor cedere nõ potest; ita in eius fauorẽ cedere actionẽ omninò interdictum est: quia minoribus plura competunt priuilegia, ex quibus potentiorès iudicantur. In minore idem resoluit Cochier. *de iurisd. in exemptos, 1. part. quæst. 49. num. 6.*

48 Quâ † ratione motus, verius iudico, minorem, & Ecclesiam inter potentiores ratione priuilegij esse referendos (quidquid dicat Thoro 3. *tom. compend. decision.* verbo. *Donatio facta ab actrice*) ideòque si de fraude appareat, exceptione ex edicto Prætoris posse repelli: vt in indiuiduo in minore, & Vniuersitate, ex aliis defendit Farinacius supra *numer.* 308. & 311. nisi parati sint non alio iure vti, quàm quo vteretur is, a quo causam habuerunt, & cessionem: vt elegãtissimè docuit Cuiacius *dict. obseruation.* 31. ibi: *Vel si non denegaretur actio, denegari debet priuilegium fori, vel si quod aliud proprium ius habet, quod non habuisset is, qui cessit actionem: vt perinde sit, ac si res esset cum eo, qui iudicij mutandi causa actionem cessit.* Resoluendum enim est, cessionem minoris fieri rectè posse etiam sine tutore, Iacob. de Arena *rubrica* 5. *numer.* 61. Ioannes de Grassis *de cession. iur. §. 4. numer.* 3. Carpan. *ad Statut. Mediolan. 1. tom. cap.* 44. *numer.* 7. validamque esse, etsi in fraudem iudicij fiat, non tamen valere quoad ea, ex quibus debitoris cessi deterior fieri posset conditio: in id enim proditum est edictum *de alienatione iudicij mutandi causa facta.*

Sed † hîc obiter incidit doctrina 49
Hieronymi à Ceuallos 1. *tom. comm. cont. commun. quæst.* 36. *à num.* 20. vbi dubium excitat, an laicus possit censum, vel ius, quod contra alium laicũ habet, cedere Ecclesiæ: et an debitor cessus in foro Ecclesiastico, & per cẽsuras cõpelli possit ad solutionẽ ei, in quo indubitatũ asserit, cessionẽ & alienationẽ census in Ecclesiã, validã esse; Ecclesiã verò procedere nõ posse per censuras Ecclesiasticas, sed tãtùm laicum coram Ecclesiastico iudice conuenire valere, procedendo per requisitoriã. Auctoris verba sunt: *Et sic mihi tutius videtur, quòd Ecclesia non possit procedere contra laicam censualistã virtute cessionis, seu donationis, aut venditionis factæ à laico, per censuras; poterit tamen coram iudice*

Eccle-

Ecclesiastico procedendo per viam executiuam in foro laici per requisitoriam. Quam doctrinam posteà sequitur idē Ceuallos 2. *part. de cognit. per viā violentiæ, quæstion.* 140. *à num.* 23. Ex quibus verbis apparet obscurè, & confusè Ceuallos resoluisse quæstionem. In eâ † tamen pro constanti habeo, Ecclesiam cessionariam indistinctè forum laici sequi debere, nisi consuetudine, vel priuilegio aliquò posset suos debitores trahere ad forum Ecclesiasticum: quod si virtute cessionis intenderet Ecclesia, & cessio in fraudem facta fuisset, posset exceptione repelli, vt dictum est. Casu tamen, quo reus coram Ecclesiastico respondere non recusaret, an † eum censuris compellere posset? videndus Ceuallos dictis locis *& lib. 2. commun. quæstion.* 701. *num.* 10. *& tom.* 4. *quæst.* 897. *numer.* 13. latiùs 2. *part. de cognit. per viam violent. quæst.* 57. *&* 93. *à num.* 12. Scobar *de iurisd. Pontif. & Reg. cap.* 21. §. 8. *à nu.* 168. Narbona *in l.* 20. *glos.* 22. *à numer.* 55. *tit.* 1. *lib.* 4. Cochier *de iurisdiction. in exempt.* 1. *tom.* 2. *part. quæstion.* 80. Marius Cutell. *ad l. Martini, cap.* 4. *à numer.* 21. *fol.* 387. apud quos latè inuenies, quandò Ecclesiastici iudices, Cōseruatores, Inquisitores, & Rectores Vniuersitatum possint contra laicos per censuras procedere?

52 Restat † nunc agere de scholaribus, quibus frequentèr fieri solent iurium cessiones, tàm per consanguineos, quàm per extraneos: quæ quādò subsistāt, latè agit Rebuff. *d. tract. de cess. action. ferè per totum, & in l. vnica, C. de sententiis, quæ pro eo, quod interest, dict. num.* 159. *& de priuileg. scholar. priuileg.* 177. Barbosa vbi sup. Franc. Raguell. *in l. ab Anastasio, C. mandati,* & alij relati per Scobar *dict. quæst.* 51. *&* 52. Duarenus *ad titul. de alienatione iudicij in fine.*

53 Apud † nos tamen quid in hac re obseruandum sit, decisum extat *in l.* 18. *tit.* 7. *lib.* 1. *Recop.* vbi non aliter scholaribus ex cessionibus in suo foro agere licet, quàm si cessio à patre in filiū facta fuerit, sacramento à parente interposito, quod debitum cessum verum est, & quod cessionem in fraudem non facit, sed in filij alimenta, & studia esse cōuertēdā, nō verò in alios vsus, vel aliorum fratrū vtilitatē esse cessuram: quod ita esse, & scholaris iure iurando firmare tenetur. Cuius legis meminit Barbosa, & Rebuff. vbi proximè Curia Philip. *lib.* 2. *cap.* 6. *numer.* 26. post hæc visus Carleual. *de iudiciis lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *nu.* 499. Quoties † autem in cessione requiritur iuramentum, an die feriato præstari possit? Carpan. *in stat. Mediol.* 1. *tom. c.* 445. *num.* 42. *& cap.* 446. *num.* 1. qui resoluit præstari non posse. Sed huius rei veritas ex ea quæstione pēdet, an vbi contractus ad sui validitatem requirit iuramentum, possit diebus festiuis celebrari? de qua videndi Petrus Surdus *cons.* 87. *à nu.* 15. *& cons.* 122. *num.* 4. *&* 5. Paschalis *de viribus patriæ potestatis,* 2. *part. cap.* 1. *à nu.* 103. Gaito *de credito cap.* 2. *tit.* 7. *à n.* 2177. Fontanella *de pactis nuptialib. clauss.* 1. *num.* 29. *& clauss.* 4. *glos.* 10. *part.* 1. *à num.* 103. Camill. Borrell. *in sum. de cis. tit.* 44. *de citatione à num.* 551. Farinacius nouitèr nouiss. *decis.* 777. *numer.* 3.

Quæ † Regia decisio in cessione, 55
& donatione gratuitâ procedit; in qua dolus, & fraus præsumitur, nisi à parentibus in filios fiat: in aliis verò cessionibus, vel alienationibus, quæ ex causâ onerosâ, vel necessaria fiūt, locum non habebit *dict. l.* 18. vndè ex ijs scholaris coram suo Rectore agere poterit, & trahere debitorem, Scobar *dict. cap.* 51.

Ex qua † doctrina, et pro eius vera 56
resolutione inquirēdum est: an is, qui priuilegiū habet trahendi ad suum iorum debitorem, vel conueniendi in Regia Curia, veluti pupillus, vidua, Ecclesia, Respublica, & alij (de quibus latissimè Gabriel Velas-

cus *de priuileg. paup. 3. part. quæstion. 3. per totam*, Carleu. *de iudiciis, lib. 1. disp. 2. quæst. 6. sect. 7. per totam*, cū aliis infrà *tit. 6. quæst. 3.* referēdis) ſi ex iure ſibi ceſſo agant, eo iure, & priuilegio vti poſsint? In quâ quæſtione Erasmus Cochier. *de iuriſdict. in exēptos 1. part. quæst. 25.* exiſtimauit, exēptum; qui ius ceſſum habet, fori ſui priuilegio vti non poſſe, motus ex Trid. *ſeſs. 14. cap. 5. de reform.* Et in miſerabili perſona ex Afflict. *in conſt. Reg. rubric. 37. tit. de offic. Magiſtrat. quæſt. 6. nu. 26. & 27.* Horat. Carpan. *in ſtatut. Mediol. 1. tom. cap. 47. num. 133.* Contrariam tamen ſententiam amplectitur Alex. Trentacinq. *lib. 1. variar. tit. de reſcriptis, reſol. 2. nu. 8.* vbi indiſtinctè aſſerit ſucceſſorem in ius alterius proprio priuilegio quoad forum vti poſſe. Sed vna, & altera ſententia, ſi abſolutè, & ſimplicitèr accipiatur, vera non eſt. Quapropter veritati magis accedere videtur, qui diſtinguunt inter ceſsionem ex causâ onerosâ, vel lucratiua: vt ſi ceſsionarius ex cauſa lucratiua ceſsionem habeat, fori ſui priuilegio non vtatur: ſecus vero ſi ex causâ onerosâ ceſsa ſibi fuerit actio. Quam diſtinctionem ſequitur Ant. Faber *in C. lib. 3. tit. 12. diffi. 22.* Scobar *dict. cap. 51.* & alij ex relatis à Velaſco ſtatim referendo: pro quibus non leuitèr facit *dict. l. 18. tit. 7. lib. 1. Recop.*

57 His† tamen reiectis ſententiis, cōmunis, & vera eſt, miſerabilem perſonam, quæ ius habet trahendi debitorem ad Curiam Regiam, eo iure gaudere; ſiuè ex cauſa onerosâ, ſiuè ex lucratiua meruerit ceſsionem: dummodò bonâ fide, & ſine fraude facta ſit: vt ſecurè reſoluūt innumeri, quos ſequuntur Franch. & Add. *deciſ. 195.* quem ſequitur Schiſordeg. *lib. 2. tractat. 24. quæſt. 2. circa finem*, Intriglio ius *conſ. 18. à num. 42.* D. Caſtillo 3. *tom. cont. cap. 25. num. 32.* Curia Philip. *lib. 2. cap. 6. num. 26.* Trentacinq. *lib. 2. var. tit. de citationibus reſol. 2. n. 12.* Rodriguez *de redditibus lib. 3. q. 4. nu. 43.* (qui id fortiori ratione procedere aſſerit in ſucceſſore ex teſtamento) ſequitur Gironda *de priuileg. à nu 1202.* Velaſcus *de priuileg. paup. dict. quæſt. 3. à num. 16.* Cancerius 2. *part. var. cap. 2. num. 29.* Camill. Borrell. *in ſum. deciſ. tom. 1. tit. 56. nu. 39. & 40.* multis relatis Capitius Latro *deciſ. 54. per tot.* Ioan. Baptiſta Thoro 1. *part. comp. deciſ.* verb. *Ceſsio facta, & 5. tom* verb. *Remiſsio cauſæ intentatæ*, vidēdus Iacob de Aren. *de ceſs. iurium, rubr. 3. à nu. 42. ad 50.* nullo ex his relato ſequitur poſthæc ſcripta viſus Carleual. *de iudiciis lib. 1. tit. 1. diſp. 2. nu. 615. & 661.* his etiam accedit (licèt ex relatis nullius meminerit præter Rodriguez, & Carpan.) Arias de Meſa *lib. 1. var. cap. 21. à numer. 25.*

Ex quibus† riguroſa nimis videtur *dict. l. Regia*, quæ virtute ceſsionis ex cauſa lucratiua, ſcholaribus in ſuo foro tantùm agere permittit, quandò à parentibus ceſsionem obtinuerunt; cùm alij fraude ceſſante, fori ſui priuilegio vtantur, licèt ceſsionem ex cauſa lucratiua ab extraneo, vel conſanguineo meruerint. Eâ tamen ratione nititur prædicta lex Regia, vt repetitis, & ſolitis fraudibus obiā iret: quia plerumque ceſsiones, quæ in ſcholares fiunt, doloſæ ſunt, in maximumque debitorum damnum, vt teſtatur *dict. l. 18.* ibi: *Por quanto muchas perſonas legas por fatigar à los que algo les deuian, y à vn por cobrar lo que no ſe les debe, &c.* & rurſus ibi: *De lo qual nueſtros ſubditos, eran muy fatigados, y ſacados fuera de ſus caſas para litigar en juriſdiciones extrañas, &c.* 58

De aliis hic agere omitto, quæ plenè diſputata inuenies per Rebuff. & Scobar locis relatis. Illud† verò, quia ſingulare eſt, attingere libet, an ſi duobus cenſus, vel res aliqua debeatur, poſsint ſimùl ius illud cedere filio alterius ſcholari, vel Doctori: & poſ- 59

ſit

sit ipse coram Rectore debitorē cessum conuenire? Difficultas consistit in eo, quòd licèt attentâ personâ patris, cessio consistat; respectu tamen extranei non valet, vt ex ea debitor ad forum studij trahatur inuitus. Hāc quæstionem in terminis excitauit Erasmus Cochier. *de conseruatoribus, part. 2. quæst. 118. num. 20.* vers. *Succedit & alia exceptio.* Et resoluit, ex simili cessione scholarem agere non posse, quia cum hìc concurrant duæ cessiones, quarum vna permissa, alia prohibita est: illa, quæ prohibita est prævalet: & aliam, quæ permissa est afficit, & prohibitam efficit: rationē reddit, quia vbi concurrit priuilegiū permissiuum cum prohibitorio priuilegio, prævalere debet quod prohibitorium est, *l. si Rufinus*, vbi Decius *numer. 5.* & DD. *C. de testamen. milit.* Similiter quandò in aliqua dispositione concurrit fauor, & odium: dispositio simpliciter odiosa censetur, vt eleganter probat D. Salgado *de Reg. protect. 2. part. cap. 7. num. 2.* à quo multa petere poteris in huius doctrinæ comprobationem *à num. 1. ad 27.* Sed in hoc puncto ego distinguerem, an ius cessum diuiduum, vel indiuiduum sit? nam si diuiduum esset, cessio pro ea parte, quæ ad patrem spectabat, consisteret: & eius respectu scholaris coram Rectore agere posset: quoad aliam tamen extranei partem reus, & debitor cessus iurisdictionē Rectoris declinare valebit: si verò ius indiuiduū esset, in totum cessio consisteret, etiam quoad forum. Quæ distinctio verissima est, quam comprobare poteris ex traditis à D. Salgado *dict. cap. 7. à num. 28. per totum*, magis in terminis Rebuff. *de priuileg. Scholar. priuileg. 106.* idem Cochier. *de iurisd. in exempt. 1. part. quæst. 76. per totam* Marta *de iurisd. 4. part. cēt. 2. cas. 118 & 119.* D. Valenzuela *cons. 151. à num. 6.* Oſuald. ad Doncl. *lib. 17. com. cap. 20. lit. K.* Scobar *de iurisd. Pontif. & Reg. cap. 54. per totum.*

Officiales † Sancti Officij Inquisitionis potentiores etiam iudicātur, & cessiones factæ in eorum fauorem nullæ sunt, vt decidit in concordia tertia Regni Siciliæ *anno 1635. cap. 10.* quam refert Marius Cutell. *in notis politicis ad l. Martini, fol. 506.* Dubium tamen est: an potentiores dicātur ratione officij, ita vt cessio in eos facta nulla sit, & cedēs amittat actionem: an vero ratione tantùm fori potentiores dicantur? Et eos inter potētiores ratione officij recenset Marius Muta *decis. 6. num. 1.* expressius Marius Cutell. *ad l. Martini controu. 7. num. 6. & in glos. ad dict. cap. 10.* ibi: *Quod non valeant huiusmodi cessiones tanquam factæ in potentiores: quo fit, vt cedens, ac is, cui cessio fit, credito careant.* In quo standum censeo verbis concordiæ: Sed iuxta decisa *in d. cap. 10.* verius iudico, quòd licèt cessio in officiales, qui actiuè, & passiuè fori Sanctæ Inquisitionis gaudēt: (iuxta tradita per Cutell. *dict. controu. 7.* Narbon. *in l. 20. tit. 4. lib. 1. Recopilat. glos. 6. num. 4.*) nulla sit: hoc tamē intelligendum est quoad hoc, ne pro iure cessо, fori priuilegio vtantur; non tamen quoad alia: nam poterit officialis cessionarius debitorem cessum coram suo iudice conuenire: iuxta ea, quæ in scholaribus, & Doctoribus proximè resolui. Hæc licèt iuxta concordiam Regni Siciliæ procedant, idem seruandum fore iudico in alis Regnis, nisi aliter statutum appareat: nam tenor concordiæ attendendus erit, vt tradit Narbona *dict. glos. 6. numer. 6.* Pro qua sententia, quòd officiales Sancti Officij pro iuribus cessis, fori priuilegio non gaudeant, optimè facit Carleual. *de iudiciis, dict. disp. 2. num. 591.* vbi asserit Curiales, qui debitores suos ad Curiam trahere possunt, eo priuilegio pro iuribus cessis non gaudere. 60

Alia dē cessionibus in potentiores, si scire cupis, consule Rebuff. sup. Farinacium *dict.* verb. *Litigiosa res, à num.*

num. 297. Ioan. Baptist. Thoro 3. *tom. comp. decis.* verb. *Donatio facta, fol.* 325. Arism. Tepat. *tit.* 146. Duaren. *ad tit. de alienatione iudicij, pag. final.*

61 † Vnum hìc pro choronide aduerto, non sine difficultate procedere doctrinam, de qua *in decis. D. Alex. Ludouis.* 440. *num.* 7. (quem laudat Fontanella *decis.* 167. *num.* 6.) vbi asseritur, quòd licèt pensio cedi non possit potentioris ei tamen commoditas, & fructus pensionis rectè cedūtur, quod sic summatur in summario *nu.* 7. Sed quomodo accipi debeat, vide infrà

62 *tit.* 3. *quæst.* 1. † Fiscus† etiam à priuatis cessiones accipere non potest, *l. res quæ, §. liter, D. de iure Fisci, l.* 1. *& per totum, ne Fiscus, vel Respub.* cum aliis congestis à Gothofredo *in dict. §. liter.* Alfaro *de officio Fiscal. glos.* 16. *pri. vulg.* 30. *num.* 144.

SVMMARIVM.

1 *Species quæstionis proponitur.*
2 *Vsumfructum amittit vsusfructuarius, qui illum extraneo cedit.*
3 *Patronus amittit ius patronatus Ecclesiæ, si illud cedit sine licentia Episcopi.*
4 *Falsi pœnam incurrit Notarius, qui falsitatem committit, etiam in instrumento nullo.*
5 *Testis, vel tabellio falsitatem committentes in iudicio nullo, saltim extraordinaria pœna puniuntur.*
6 *Mulier transiens ad secundas nuptias amittit tutelam filiorum, licèt matrimonium sit nullum.*
7 *Mulier adulterium committens nō excusatur, licèt matrimonium sit nullum.*
8 *Contrahens scientèr matrimonium cum consanguinea, in pœnam incidit, licèt matrimonium nullum sit.*
9 *Clericus in minoribus ordinibus contrahens matrimonium, amittit beneficia Ecclesiastica, etiamsi matrimonium nullum sit.*
10 *Clericus in sacris, amittit beneficia, si matrimonium de facto contrahat.*
11 *Pœnæ clandestini matrimonij, an locum habeant post* Conc. Trid. *per quod irritantur huiusmodi matrimonia.*
12 *Bigamia, an cōtrahatur, si quis bis contrahat matrimonium, sed inualidè? remissiuè.*
13 *Conditio, & præceptum, ne quis contrahat matrimonium cum ignobili, aut descendente à Iudæis, iustum & honestum est.*
14 *Grauatus, ne contrahat matrimonium cum ignobili, vel descendente à Iudæis sub pœna priuationis maioratus, eam incurrit, licèt nulliter cōtraxerit matrimoniū.*
15 *Ex contrauentione nulla, fideicommissarius incurrit pœnam priuationis, si sequuta sit realis traditio*
16 *Melioris conditionis esse no debet, qui nulliter contra præceptū testator is contraxit matrimonium, quàm qui legitimè, & validè cōtraxit.*
17 *Mulier grauata sub certa pœna, ne contrahat matrimonium cum ignobili, eam incurrit, si ei sine nuptiis copuletur.*
18 *Filius susceptus ex matrimonio putatiuo, propter bonam fidē vnius parentis, legitimus est, & succedit in maioratu.*
19 *Actus contra legis dispositionem, licèt nullus sit, valet in odium facientis.*
20 *Renūciatio officij, vel beneficij Ecclesiastici, quæ fieri debet in manibus superioris, si aliter fiat, an renuncianti noceat, & possit pœnitere?*
21 *Volūtas declaratur ex actu nullo.*
22 *Fideicommissum, an reuocetur ex actu nullo?*
23 *Debitum probatur ex confessione eius, facta in contractu nullo.*

24 Le-

24 *Legatum, an ademptum, vel translatum censeatur ex alienatione, vel translatione nulla?*

25 *Nominatio ad emphyteusim revocata censetur per secundam nominationem etiam nullam.*

26 *Ex cessione nulla, incurritur pœna,* intellige vt num. 36.

27 *Cedens nullitèr actionem suam potenciari, pœnam non incurrere probatur,* & num. 35.

28 *Vasallus, vel emphyteuta alienantes emphyteusim irrequisito domino, non cadũt à iure suo, si alienatio fuit nulla.*

29 *Alienans contra prohibitionem testatoris, pœnam non incurrit, si nullitèr alienauit; & quandò secùs.*

30 *Varia expenduntur iura, in quibus ex actu nullo pœna non incurritur.*

31 *Monetam falsam non expendibilem cedens, non incurrit pœnas fabricantium falsam monetam.*

32 *Stellionatus pœnæ locus non est, si contractus, in quo committitur, sit nullus.*

33 *Ex pacto de quota litis nullo, non punitur Aduocatus, vel Procurator.*

34 *Ius cessum si ex aliqua causa trãsferri non potest in cessionarium, remanet apud cedentem,* intellige vt num. 39.

35 *Pœnæ cedentium in potentiores locum non habent, si cessio ex alia causa sit nulla.*

36 *Ex actu, vel cessione nulla, quandò incurratur pœna, vel non? distinguendo resolutur,* & numer 37.

38 *Ex contractu nullo, in corporalibus secuta traditione, transfertur possessio; in incorporalibus verò quasi possessio ex cessione nulla, non transit.*

QVÆSTIO V.

Pœnæ cedentium in potentiores, an locum habeãt, si cessio ex aliqua causa sit nulla? Variis agitur, quandò ex actu nullo incurrat quis pœnam?

PRÆCEDENTI quæstione actum est de cessionibus, quæ fiunt in potentiores, & earum pœnis: oportet nũc inquirere, an prædictæ pœnæ locum habeãt, si cessio, quæ in potentiorem fit, ex aliquâ causâ sit nulla? cuius disceptationis veritas in promptu non est; cũ vnam & alteram sententiam, nec leuia, haud contemnenda fundamenta suadeant.

1 Et † pro ea opinione, quod cessio facta in potentiorẽ ratione officij, legũ pœnis subiaceat, facit quòd licèt cessio vsusfructus extraneo (hoc est alij, quàm proprietatis domino) facta, nulla sit, *l. si vsusfructus 69. D. de iure dotium,* ibi: *Vsumfructum à fructuario cedi non posse, nisi domino proprietatis, §. fin. instit. de vsufructu,* ibi: *Nam cedendo extraneo nihil agitur.* Tamen si fructuarius extraneo vsumfructum cedat, pœnam amissionis patitur, & vsusfructus cõfestim ad dominum proprietatis reuertitur; vt satis apertè probatur *ex dict. l. si vsusfructus,* ibi: *Et si extraneo ceditur, ideò est, quipropritatẽ non habeat, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reuersurũ vsumfructum, glos. ibi,* verb. *Vsumfructum, & in dict. §. fin.* verb. *Cedendo.* Greg. Lopez *in l. 24.* verb. *El derecho, tit. 31. part. 3.* Conatr. *lib. 1. var. cap. 8. num. 7.* nullo ex his relato D. Solorzano

2 de

de iur. Indiar. tom. 2. cap. 14. à nu. 32. qui loquitur in cessione vsusfructus, aut commendæ, alij quàm domino proprietatis factâ, Anton. Gomez, Cuiacius, Matienzus, Peregrin. Hondedeus, Morla, & alij, quos refert P. Sanchez *de stat. religios. lib. 7. cap.* 13. *à num.* 20. quam sententiam de iure nostro Regio indubitabilem esse dicit *ex d. l.* 24. *tit.* 31. *p.* 3. ibi: *Otrosi decimos, que si aquel a quien fuere otorgado el vsufructo, ó vso en la cosa, otorgasse despues à otro alguno el derecho que auia en ella, que se desata por ende el vsufructo, ó el vso, y torna se por ende al señor de la propiedad, è de alli adelante no le deue auer, ni el otro, a quien el lo otorgo:* de iure etiam communi hanc sententiam veriorem esse fatetur Donel. *lib.* 10. *com. cap.* 19. quam strenuè defendit Monter a Cueba *decis.* 46. *à num.* 28. vbi post alia argumenta in id expendit optimum, & singularem text. *in cap.* 1. §. *calidis, de prohib. feud. alien. per Federic.* ibi: *Vt venditor & emptor, qui tàm illicitas alienationes repertifuerunt contraxisse, feudum amittant, & ad dominum liberè reuertatur,* quibus ferè verbis vtitur Consultus *in dict. l. si vsusfructus.* Prodierunt nuperè opuscula (quin dicã opera) D. Iosephi Retes in Salmanticensi Academia Vespertinæ legum Cathedræ meritissimi Antecessoris, qui *lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 8. pro hac sententia refert Threutlerum; licèt ei contraria placeat, secutus Barbos. Osuald. Pinel. & Vvesembec.

3 Facit † vltrà, quòd licèt cessio iuris patronatus, sine licentia Episcopi laici fauore facta, sit nulla, *c. vnico de iure patronat. lib. 6. c. præterea, eodem tit.* ex Lambertino, & aliis Burgos de Paz *cons.* 15. *à n.* 5. Henricus Boic *de iure patronatus, c.* 6. tamen ex ea cessione patronus ius patronatus amittit: quia licèt cessio quoad trãslationem iuris patronatus sit inefficax: quoad cedentis præiudicium firma, & efficax est, vt ex Rota *in antiq. de cis.* 83. probat Burgos de Paz *dict. cons.* 31. *num.* 18. qui in confirmationẽ adducit *l. per fundum, D. de seruit. rust. prædior. l. Statius Florus,* §. *Cornelio Felici. D. de iure Fisci.*

Eandem etiam opinionem adiuuat, notarium qui instrumentum falsum confecit, pœnam falsi incurrere; licèt instrumentum, in quo commissa fuit falsitas, nullum esset, Bart. *in l. si quis legatum, num.* 2. *D. ad legem Corneliam de falsis,* Felinus *in cap. ex tenore, sub nu.* 9. *de rescriptis,* Hieronym. Gonçalez *ad regul.* 8. *Cancel. glos.* 57. *nu.* 50. *& num.* 45. De falsificante literas nullas idem resoluit Monter *d. decis.* 46. *num.* 40. Gratianus *cap.* 36. *num.* 58. Intrigliol. *cons.* 2. *num.* 123. & in notario, & teste Ricciullus statim referendus *cap.* 2. *num.* 28. *& 29.* Anguiano *de legibus lib.* 3. *cont.* 8. *numer.* 43. *& 45.* qui asserit notarium, & testem † committentes falsitatem in instrumento, vel iudicio nullo, extraordinariâ pœnâ puniendos esse: idem probat *ex l.* 1. *in fine, C. de sepulchro violato,* Sanchez *de matrimonio, lib.* 3. *disput.* 2. *num.* 5. sequitur Farinacius *de falsitate, quæst.* 155. *numer.* 24. vbi *à num.* 17. *ad* 32. latè agit de pœna notarij, qui commisit falsum in instrumento nullo, videndus Riccius *decis. Neap.* 1. *part. decis.* 135. Ioan Baptista Thoro 1. *part. compend. decision.* verb. *Actuarius scienter,* qui decisum refert, actuarium, qui scientèr examinauit falsos testes, nulliter tamẽ, quia non fuerunt examinati parte citatâ, ex quo fidem non faciebant, condemnatum fuisse ad remigandum vitâ durante. 4

In idem † etiam facit, quòd matrimonium nullitèr contrahentes, incidunt in pœnas, ac si matrimonium validum, & solemne contraxissent. Vndè mater transiens ad secundas nuptias, etiam de facto, amittit filiorum tutelam, ac si validè contraxisset matrimonium; Gonçalez sup. *num.* 53. & Gratianus *num.* 60. Cancerius statum 5 6

tim referendus. Et† adulterij pœna
7 locum habet, etiamsi matrimonium putatiuum, & nullũ fuisset, *l.* 81. *Tauri, quæ est l.* 4. *tit.* 20. *lib.* 8. *Recop.* ex Craueta, & aliis Griuell. *decis.* 19. *à num.* 1. Gutierrez *lib.* 2. *canonic. cap.* 12. *num.* 6. *&* 22. qui etiam disputat, an vxor amittat dotem propter adulterium in matrimonio putatiuo, &
8 nullo commissum? Similiter† contrahens scientèr matrimonium putatiuũ cum consanguinea, licèt nullum sit, tamen pœnæ locus erit, vt ex Card. Felino, Paris. Ripa & aliis firmat Gratianus *dict. cap.* 36. *num.* 61. Necnon† etiam
9 sicut per verum matrimonium à clerico in minoribus ordinibus contractum, inducitur vacatio beneficiorum, *cap.* 1. *&* 3. *de clerico coniugato*, Sanchez *de matrimonio lib.* 7. *disput.* 42. Anguiano *sup. nu.* 8. ex innumeris probant Ricciullus *de iure personarum lib.* 7. *cap.* 1. *per tot.* Barbosa, & Tondutus statim referendi: ita etiam eorum inducitur vacatio, quamuis matrimonium nullitèr† contraxerint; præterquam si nullitas proueniat ex defectu consensus, latissimè explicant. post alios, quos plenâ manu cõgerit Sanchez *sup. disput.* 43. Ricciullus *dict. lib.* 7. *cap.* 2. *per tot.* Franc. Tõdutus *part.* 2. *quæst. benef. cap.* 5. *à numer.* 15. *ad finem*, §. qui refert Patrem Sanchez, & alios. Augustin. Barbosa *de iure vniuers. Ecclesiastico lib.* 2. *cap.* 14. *à num.* 7. Marius Giurba *ad cõsuet. Mesan. cap.* 1. *glos.* 1. *à num.* 44. Caldas Pereira *de iure emph.* 3. *part. de potest. eligendi, cap.* 5. *num.* 14. Cancerius 3. *part. var. cap.* 11. *num.* 9. vers. *cõtrarium*, videas Scobar à Corro statim referendum *à num.* 70. *&* 57. Simili-
10 ter† clericus in sacris, per matrimonium nullitèr, & de facto cõtractum, pœnam patitur amissionis beneficiorum Ricciullus *dict. cap.* 2. *à num.* 11. Barbosa *dict. cap.* 14. *à num.* 16. apud quos videas, an priuatio ipso iure inducatur: an verò necessaria sit sentẽ-
11 tia declaratoria? An autem† si matrimoniũ clandestinè cõtrahatur (quod hodie nullum est) locum habeant pœnæ impositæ contrahentibus clandestina matrimonia? videndi Pater Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 2. *per totã.* Gutierrez *lib.* 2. *pract. quæst.* 4. *per totam*, Anguiano *de legibus lib.* 3. *contr.* 8. Matienzo *in l.* 1. *tit.* 1. *libr.* 5. *Recop. glos.* 6. *num.* 5. Cancerius *dict. cap.* 11. *num.* 9. Molina *de primogeniis libr.* 2. *cap.* 16. *à num.* 16. vbi Addentes, qui verissimè resoluunt, de stricto iuris rigore pœnis locum esse: licèt in praxi contrarium seruetur. Et† an irregularitas bigamiæ, & aliæ pœnæ incurrãtur a laico, qui contrahit bis matrimonium, sed inualidè? videndus Diana *part.* 4. *tom.* 2. *resolut.* 38. Anguiano *num.* 10. doctè prosequitur D. Didacus de Trasmiera (insignis, & maximi Sanctæ Crucis Collegij, fausta proles) in suo singulari *tract. de polygamia lib.* 2. *quæst.* 9. *per tot.* omninò videndus.

Quibus† etiam conuenit, quòd
13 possessor maioratus grauatus sub pœna priuationis, nè contrahat matrimonium cum ignobili, vel descendẽte à Iudæis, vel Sarracenis (quæ conditio & grauamen validum est, honestumque, & licitum reputatur, Molina *lib.* 2. *de Hisp. primog. cap.* 13. vbi Addentes *à num.* 28. *cum sequẽtibus*, latè D. Castillo *tom.* 4. *controu. cap.* 25. *à num.* 20. *&* *tom.* 6. *cap.* 126. *&* 127. *in princip. &* *cap.* 128. Mieres *de maioratib.* 1. *part. quæst.* 50. *à num.* 1. *&* *quæst.* 51. *à num.* 1. *ad* 56. Scobar *cap.* 19. *num.* 46. latè & doctè in suo pereleganti *tract. de purit. sanguinis* Scobar à Corro 1. *part. quæst.* 4. §. 7. *ferè per totum*,) priuationis pœnã incurrat, etiamsi matrimonium contra præceptum testatoris nullitèr contrahat? videndus Mieres *dict. quæst.* 51. *à num.* 379. qui circa resolutionẽ dubius est, & in contrariam sententiam deflectere videtur. Ego tamen† verius existimo ex matrimonio cum ig-
14 nobili, vel impuro etiam nullitèr cõtracto,

tracto, si copula sit secuta (alias enim non secutâ copulâ pœna locum non haberet, Mieres *dict. quæst.* 51. *à num.* 368. Scobar *dict.* §. 7. *num.* 58.) priuationis pœnam committi. Moueor primò † ex eo, quòd ex actu, & contrauentione nullâ si secuta sit realis traditio, fideicommissarius priuationis pœnam incurrit: vt ex Fusario, & Sesse proximè diximus. Secundò † quia non debet esse melioris conditionis, qui cum ignobili, vel impuro nulliter, quàm qui legitimè matrimonium cõtraxit: cum ille siue sciens, siue ignorans illicitè contraxerit: hic verò licitè, & secundum Ecclesiæ præcepta: vt in terminis arguit Anton. Faber *in C. lib. 9. titul. 29. de dignit. & nobilit. diff.* 28. *à nu.* 29. qui elegantèr loquitur. Tertiò facit † quod in longè fortioribus terminis, consultus respondit Hieron. Gonçalez *dict. glos.* 57. *à num.* 55. mulierem grauatam sub certa pœna, nè contrahat matrimonium cum ignobili, eam incurrere, si cum plebeio pudicitiam amiserit, ei se carnaliter commiscendo: igitur si sola commixtio, & copula sine matrimonio, viam aperit pœnæ: similiter ex matrimonio nullo incurretur. Quartò, † quia si aliud diceremus, eueniret vt filius susceptus ex matrimonio illo contracto cum ignobili, aut impuro, succederet in maioratu propter bonam fidem alterius coniugis, qui ignarus fuit nullitatis, & impedimenti, vt alibi diximus, & sic frustaretur volũtas testatoris, qui nõ aliũ succedere voluit in maioratu, quàm qui ex nobilibus, & puri sanguinis parentibus descenderet: à qua sententia non discedo, licèt posthæc diù scripta viderim Scobar à Corro *d.* §. 7. *præcipuè à num.* 62. contrariam defendere.

Vlteriùs † in confirmationem facit doctrina Bartoli *in l. non dubium* 5. *C. de legibus, numer.* 20. qui docet, quòd ea, quæ contra legem fiunt, licèt nulla sint, & pro infectis habeantur, intelligendum est, vt non valeãt in faciẽtiũ tauorem; secus autẽ quoad ipsorum odium, seù ad hoc, vt ipsi incidãt in pœnam: vt ex Tiraquel. probat Molina *dict. cap.* 16. *num.* 20. addo eũdem Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 9. Gutierrez *d. quæst.* 4. *num.* 6. Ex quo infert Tiraquelus beneficij † Ecclesiastici renunciationem, sine superioris auctoritate factam, licèt valida non sit respectu superioris, in cuius potestate est, prædictam renunciationem non admittere; valere tamen, respectu ipsius renunciantis; & beneficium impetrari posse; nisi antea renuncians mutasset voluntatem, Riccius 5. *part. collect.* 1479. optimè Barbosa *de iure vniu. Ecclesiastico lib.* 2. *cap.* 15. *à num.* 14. *ad* 19. Idem quoad renunciationem officiorum, quæ requirunt superioris auctoritatem, resoluit Cabedo *lib.* 2. *decis.* 23. Farin. *lib.* 1. *cons.* 5. *num.* 69. Et quod renunciatio officij, quæ facienda est in manibus Principis, si aliter fiat, non valeat; & possit renuncians officium continuare, latè Mastrillus *de Magistratib. lib.* 1. *cap.* 24. *à num.* 11. notanter doctissimus Valençuela Velazquez *cons.* 32. vbi quòd renunciatio officij, vel beneficij, quæ requirit superioris assensum, vsque quo interueniat, nullius momenti est: et ex simili renunciatione officium non dicitur vacare, nec renuncians illud amittit, vsque dũ superior admittat renunciationem: varia expendit in comprobationem, necnon *l.* 5. *tit.* 4. *lib.* 7. *Recop.* & ibi Azeuedũ, exornat latè D. Solorçano *de iure Indiar.* 2. *tom. lib.* 3. *cap.* 26. *à num.* 66. Scobar *dict.* §. 2. *num.* 55. Singulare etiam ad propositum est consilium Iacobi Galli 87. *per tot.* vbi resoluit, virtute renũciationis calore iracũdiæ factæ, sine auctoritate superioris, nõ potuisse conferri beneficium, si ante prouisionem, & collationem eius renuncians declarauit, se non habuisse animum renunciandi.

In

21 In † id similitèr cõsidero, quòd licèt actus, vel alienatio sit nulla; tamen suos effectus solet operari: nam ex actu nullo, & inualido declaratur voluntas, *l. fin. D. de rebus eorum*, Marescotus *lib. 2. var. cap. 33. num. 7.* multis relatis Parexa *de edition. instrum. tit. 5. resol. 1. nu. 20.* latè Castillo *lib. 5. cont. ou. cap. 108. per totum*, D. Ioseph Vela *2. tom. dissert. 47. num. 20.* apud quos latè, quòd ex testamento nullo, & imperfecto declaratur volũ-
22 tas. Et † an ex actu nullo reuocetur fideicommissum? latè Decherius *differ-*
23 *tat: 1. à nu. 39.* Et † ex cõfessione debiti factâ in contractu nullo, debitũ probari dixit Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 2. tit. 3. de confess. num. 282.*
24 Ex † alienatione etiam nulla, vel inutili translatione, vel ademptione legati, illius reuocatio inducitur, *l. plane 34. D. de legat. 1. l. etsi transferam 20. D. de adimendis legatis, l. legatum, §. 1. D. eodem titul.* videas *glos.* verb. *simul, in capit. si duo procuratores de procuratorib. lib. 6.* post Peraltam & alios elegantèr prosequitur Caldas Pereira *de iur. emphyteut. 3. part. de potestat. eligendi, cap. 3. à num. 39.* vbi latè probat, per secun-
25 dam † nominationem ad emphyteusim etiam inutilitèr factam, priorem reuocari, videndus *à num. 39. ad finem capitis.*

Stringunt † non leuitèr pro hac
26 sententiâ iura in *l. quid ergo, §. cum autem ad finem, D. de his qui notantur infamia, l. si quis legatum, D. ad Legem Corneliam de falsis*, ex quibus id in terminis docet Bald. *in dict. l. quid ergo. §. cum autem*, facit text. *in l. 3. §. item si uetur, D. ad Senatus Consult. Silanian.* optimus *text. in cap. 4. de bigamis*, ibi: *Sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto, cap. fin. in fine, eod tit.* ibi: *Non propter Sacramenti defectum, sed affectum intentionis cum opere subsecuto*: & magis in terminis expendi potest text. *in authen. minoris, C. qui dare tutores*, vbi si tutor cessionem actionis contra pupillum suscipit, licèt non valeat cessio, tamen cedens, quia commisit in legem, agere non potest, vt apertè probatur ex illis verbis, ibi: *Nec is, qui cesserit agere debet, cùm in legem commisserit; licèt cessio pro iustis causis facta sit, sed minor lucrabitur*, videndus Tiraquellus, qui alia iura expendit *de retract. lignag. §. 26. glos. 2.* vbi latè differit, si consanguineus ius retractus gentilitij extraneo cedat, vtrùm ipse non obstante cessione, quæ nulla est, ad suum commodum retrahere possit?

Contrariam † tamen sententiam, 27
quòd pœnæ cedentium in potentiores locum non habeant, si cessio ex aliqua causa, vel defectu solemnitatis nulla sit; proindeque actionem, & ius cessum apud cedentem remanere, eoque nullatenus priuari, fortissima fundamenta eyincunt: et facit primò, quòd † licèt vassallus, vel emphy- 28
teuta alienãtes emphyteusim irrequisito domino à iure suo cadant, *l. fin. C. de iure emphyt.* vbi Bart. Bald. & alij, *cap. potuit de locato*, ex Corbul. Peregrin. Anton. Fabr. Camill. Borrell. Ouidio de Amic. Carocio, & aliis Gabriel Velascus *de priuileg. paup. 1. part. quæst. 22. à num. 64.* Mantica *de tacitis lib. 22. tit. 28. num. 38.* Farinacius infra referendus *num. 31.* Giurba *decis. 80. à num. 2. & fere per totam.* Intriglolus *cons. 21. à num. 35.* tamen emphyteusim non amittet, si alienatio esset nulla, post antiquiores Petrus Surdus *de alimentis, titul. 9. quæstion. 16. à numer. 68.* Gutierrez *lib. 2. practicar. quæstion. 4. numer. 42.* Horatius Carpan. *ad stat. Mediol. 1. tom. cap. 429. numer. 29.* Quemadmodùm † ex alienatione contra prohibitio- 29
nem testatoris non incurrit quis priuationis pœnã, si alienatio nulla sit, Sfortia Odd. *de prob. alienat. fideicom. quæstion. 21. art. 1.* ex multis Fusarius *de substitutionib. quæst. 687. nu. 4. & quæst. 718. à num. 20.* qui limitat, nisi

alienatio etiam nulla fieret in contẽptum præcepti testatoris; vel nisi sequuta fuisset traditio, videndus Sesse 3. *tom. decis.* 234. *à num.* 5. Sfortia vbi proximè *dict. art.* 1.

30 Pro † eadem sententia expendi possunt varia iura, quæ probant ex actu nullo pœnæ locum non esse, prout est text. *in l. sicut*, §. 1. *D. de operis libert. l. ea quidem, C. si mancipium ita fuerit alienatum*, (de cuius intellectu videas omnino Anguian. *supra à numer.* 18.) *l. non putauit*, § *non quæris*, *D. de bonorum possession. contra tabul. l. filium*, §. *seguis contra*, *D. de leg. præstãd.* Ratio est, quia quod nullũ est, nullum effectum producit, *l. non præstat*, *D. de regul. iuris. lib.* 6. Et non entis nullæ sunt qualitates, *l. eius qui in prouincia, ante finem*, *D. de rebus creditis.* Et non entia non habent materiam, neque formã, Gonzalez *sup. à numer.* 29, Cancerius 3. *tom. variar. cap.* 21. *numer.* 238. Pater Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *disputat.* 2. *à num.* 5. exornat latissimè Scobar à Corro *dicto tract. de puritat. sanguin.* 2. *part. quæstion.* 4. *artic.* 4. §. 2. *à num.* 36. *ad* 66. Plura in huius rei comprobationem, varioque casus, in quibus ex actu nullo pœna locum non habet, inuenies apud D. Valenzuelam Velazquez *cons.* 37. *à numer.* 32. Anguianũ *de legib. dict. lib.* 3. *contr.* 8. Et † monetam falsam non expendibilem cudẽs,
31 pœnas impositas falsam monetam fabricantibus non incurrit iuxta Carocium *decis.* 106. *nu.* 13. conducit Parexa *de edit. instrum. tom.* 2. *tit.* 8. *resolut.* 3. *à num.* 9. qui asserit, quòd vbi tertius ex occultatione instrumenti, pœnã falsi, aut aliâ tenetur, ea non incurritur, si instrumentum nullum, aut inualidum esset, & tale, vt etiam si produceretur, nullam faceret probationem. Et † Stellionatus pœna
32 locum non habet, si contractus sit nullus Menoch. *de arbitrariis libr.* 2. *centur.* 4. *casu* 381. *numer.* 19. Ioan. Baptist. Thoro *voto* 97. *à num.* 124. Scobar *dict.* §. 2. *num.* 57. Similiter † ex pacto de quota lius, non punitur 33
Aduocatus, vel Procurator, si nullum sit, vt ex Bart. Aretino Alciato probat Farinacius *lib.* 1. *cons.* 70. *à num.* 28. *&* 32. *&* 3. *tom. praxis criminal. quæstion.* 106. *num.* 60. Carpan. *ad stat. Mediol.* 1. *tom. cap.* 429. *numer.* 28. *& capit.* 430. *num.* 10. quemadmodum iudex propter sententiam nullam litem suam non facit, Scobar à Corro *supra num.* 630. Et notarium, vel testem committentes falsitatem in instrumento, vel iudicio nullo, pœnas falsi non incurrere, ex aliis Trasmiera *sup. à nu.* 1. Denique † pro 34
hac sententia magis in terminis facit, quòd vbi ius cessum non transfertur in cessionarium, quia cessio fuit nulla, vel quia cessum fuit ius, quod cedi non potuit, remanet apud cedentem, vt ex Bartol. Bald. Felino, & Mexia, probat D. Valenzuela Velazquez *dict. cons.* 32. *numer.* 45. *tom.* 1. Monter à Cueba *dict. decis.* 46. *numer.* 7. *&* 28. Mieres 3. *part. quæstion.* 17. *à numer.* 35. Giurba *decis.* 63. *numer.* 4. quem retulit Cyriac. *lib.* 2. *controuer.* 254. *numer.* 23. Castillo *de vsufructu, cap.* 69. *numer.* 24. nullo ex his laudato Paulus Gallerat. *de renunciat. tom.* 1. *libr.* 1. *cap.* 10. *num.* 20. *& lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 31. vers. *eo quoque*, facit *l. neque vtilem*, *D. ex quibus caus. maior*, singularis textus (quem nemo ex relatis præuidit) *in l. si mulier*, §. *ex esse*, *D. de iure dotium.* Igitur cùm ex cessione nullâ, quæ in potentiorem fit, ius in eum transferri non possit, necesse erit, vt remaneat apud cedentem.

Et † in terminis, quòd ex cessione, quæ in potentiorem fit, si ex alia causa sit nulla, pœnæ cedentium in potentiores locum non habeant, tenent post classicos Tiraquellus *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 2. *numer.* 8. *&* §. 26. *glos.* 2. *à nu.* 5. *& de nobilit. cap.* 37. *numer.* 104. Carpan. *d.* 1. *tom. cap.* 445. *num.* 24. Hypolit. Montaner 35

in

in addit. ad Oliban. de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 4. numer. 37. Gonzalez *dict. glos. 57. num. 41.* Gratianus *dict. cap. 36. num. 51.* Sforcia *dict. art. 1. numer. 8.* Farinacius *dict. cons. 70. numer. 30.*

36 In quâ † controuersiâ, & pro eius resolutione, simul atque verâ cognitione illius dubij, an ex actu nullo incurrat quis pœnam? distinguendum erit, an nullitas cessionis, vel alterius actus solùm resultet, & descendat à lege, quæ actum, aut cessionem prohibet, & inficit; an verò nullitas aliundè etiam, quàm ex lege, quæ actum prohibet, resultet? Nam vbi nullitas solùm à lege dependet, quia aliundè cessio, vel actus inutilis non est; certum est, ex cessione, vel actu nullo pœnam incurri: quia alias lex, vel statutum superuacuum, & mefficax esset, cùm in cessione, & actu valido non posset verificari: vt ex variis casibus in primæ sententiæ confirmationem adductis manifestè colligitur. Si verò actus, vel cessio ex alio etiam capite sit inutilis, vel nulla: quia vltra legis prohibitionem, & resistentiam alterius defectus, & nullitas concurrit: veluti quia cedens in potentiorem fuit minor, vel quia cessio fuit in solemnis: eo casu ex actu, seù cessione nullâ cedens iure suo non priuabitur: imò actio apud eũ remanebit, vt elegãtèr in terminis distinguit Tiraquelus *de retract. lignag. dict. §. 26. glos. 2. n. 11.* Gratianus *dict. c. 36. n. 61.* Farinacius *dict. cons. 70. num. 29.* Monter *decis. 46. num. 48.* Gonzalez *d. reg. 57. à num. 36.* Ex quorum, omniumque interpretum mẽte, quos supra retulimus, intelligendum id est, quãdò lex, vel statutum prohibens, non respexit nudum factum de iure inualidum; sed potius vt pœnam imponeret, considerauit effectum validum: nã si lex, vel statutum prohibens actum sub certa pœna, potius factum, quàm effectum considerauerit: ex actu etiam nullo pœna committeretur, *vt in dict. c. 4. & fin. de bigamis non ordinand.* cùm aliis iuribus relatis. Trasmiera *sup. d. n. 16.* qui refert Scobarem, & Castrum Palaũ, nisi nullitas ex defectu consensus proueniret, Sforcia, Molin. & alij relati supra, videndus Anguiano *dict. lib. 3. cont. 8. per totam.*

Ad quam † verissimam distinctionem facile reducescasus omnes supra relatos; & ex eâ resolues ex cessione factâ in potentiorẽ, si vltra legis prohibitionem aliam nullitatem patiatur, pœnam non committi: quia lex prohibens similem cessionem, nõ respexit nudum factum, imò effectum validum, & actum solemnem cõsiderauit: vt inferunt, & probant relati à nobis supra. 37

Nec † turbat hanc verissimam resolutionem doctrina illa Sforciæ, & Fusarij, qui docent ex actu etiam nullo pœnam incurri, quoties virtute contractus nulli, traditio rei intercenit: quia licèt per traditionem ex titulo nullo, dominium non transferatur, possessio tamen transfertur; ex cuius translatione alienatio sequitur. Iuxta quod videtur, ex cessione nulla pœnam committendam fore, quia per cessionem iurium incorporalium, quasi possessio in cessionarium transfertur; cùm cessio in incorporalibus idem quod traditio in corporalibus operetur, vt ex multis dicemus infrà *titul. 6. quæst. 5. numer. 4.* Respondendum enim est, quòd licèt superior Sforciæ, & Fusarij assertio vltra speciem, & casum in quo loquuntur, esset protrahenda: tamen nobis non obstat: quia licèt certum sit ex contractu nullo secutâ reali traditione rerum corporalium possessionem transferri: tamen incorporalium iurium quasi possessio per cessionem nullam non transit: quia longè differunt quoad acquirendam possessionem ex contractu nullo, vera, & realis traditio; quàm ficta, vel quæ legis ministerio ex cessione iurũ incorporaliũ cessionario cõpetit: vt 38

hitè dicemus infrà *dict. quæst. 5. per totam.*

39 Minus † obstat aliud fundamentum, quo diximus ius cessum apud cedentem remanere, vbi in cessionarium tranferri non potuit: quia cessio nulla fuit, vel quia ius cessum cessibile non erat: nam vt suo loco dicemus, regula illa non procedit, vbi lex vltra progreditur; & cedentem amissionis pœnâ afficit.

SVMMARIVM.

1 *Tutori ideò cedi non posse actionem contra pupillum existimarunt aliqui, quia tutor pupilli respectu potentior iudicatur*, & numer. 4.

2 *Tutoribus, & curatoribus Digestorum tempore prohibitum non fuit, cessionem iurium contra pupillos, vel minores suos suscipere.*

3 *Cessionem iurium contra pupillos, vel minores accipere authenticorum iure, tutoribus, & curatoribus fuit interdictum, declara vt* numer. 13.

4 *Reiicitur prohibitionis ratio illa, quòd tutor curator potentiores existimantur.*

5 *Tutori, vel curatori, non solùm prohibetur, actiones comparare contra minorem, vel pupillum durante tutela, vel cura, sed etiam ea finita*, & num. 7.

6 *Prohibitionis vera ratio traditur scilicèt, nè tutores cessionis quæsito colore in bona minorum fraudes machinarentur.*

8 *Creditor, aut debitor pupilli, eius tutor, vel curator esse non potest: et quid si modicæ quantitatis debitor sit: et quid de tutore testamentario, matre, aut auia?*

9 *Debitor Reipublicæ ad officia eius eligi non potest.*

10 *Similiter nec creditor Reipublicæ ad eius officia admittitur declara vt* num. 14. *admissus tamen non amittit creditum. In tutore, qui cum esset creditor tacuit, aliud obseruatur.*

31 *Cessam sibi quantitatem non potest tutor, aut curator imputare in rationibus.*

12 *Prælatus Ecclesiæ, non potest accipere cessionem iurium contra Ecclesiam.*

13 *Tutori, vel curatori non prohibetur accipere cessionem actionis liquidæ, & indubitatæ contra minorem.*

14 *Tutor potest ex testamento acquirere actionem contra minorem.*

15 *Creditor liquidus Reipublicæ potest eligi ad officia.*

16 *Filius familias an possit cedere actiones suas? distinguitur inter castrensia, & quasi castrensia bona; & inter bona aduentitia.*

Filius familias non potest alienare bona, vel actiones, in quibus pater habet vsumfructũ, nec quoad proprietatem.

17 *Filius an super proprietate aduentitiorum possit constituere censum, resolue* vt num. 30.

18 *Filius nec delinquendo potest præiudicare patri in aduentitiis: nec eorum proprietas viuente patre, propter delictum filij confiscatur.*

19 *Pater an cogi possit alere, vel dotare virginem, quam filius stupravit, vel rapuit.*

20 *Filius nec testando de tertio bonorum aduentitiorum in quibus habet vsumfructum, præiudicare potest patri.*

21 *Cessio actionis aduentitiæ facta per filium, conualidatur ex consensu, & ratificatione patris.*

22 Pa-

22 *Pater legitimus administrator bonorum filij, an eius actiones aduẽtitias cedere possit? distingue vt* num. 23. & seq.

24 *Parenti, aut cuilibet procuratori, vel administratori donare non licet, quamuis liberam habeant administrationem.*

25 *Procurator cum libera, cedere non potest actionem, nec liti cedere, nisi speciale mandatum habeat.*

26 *Parenti quandò licet donare ex bonis filij, ei ex ea causa actionem cedere licebit.*

27 *Pater actiones aduentitias filij si competant ad rem mobilem, alienare potest, & cedere sine decreto: si tamen ad rem immobilem actio sit; cessio, aut alienatio non consistet, si iusta alienationis causa non interuenit,* & numer. 28.

29 *Pater an possit transigere super aduentitiis filij? resoluitur ex iusta causa posse.*

30 *Censum super bonis filij pater ex iusta causa imponere potest.*

31 *Alienare an possit pater bona filij, pro dotanda eius sorore?*

32 *Alienare non potest pater, sine iusta causa bona filij immobilia, nec cedere actiones ad ea.*

33 *Alienata per patrem sine iusta causa, potest filius reuocare. & an ipsi patri id liceat? Filius si iurauerit alienationem, vel hæres sit patris, an possit contrauenire alienationi? Et quo temporis cursu excludatur? ibidem.*

34 *Latè agitur, an & quando pater, vel filius legitimam personam habeant circa exercitium actionum super aduentitiis,* cum num. seqq. ad num. 50.

50 *Consensus filij, vel parentis vbi requiritur ad exercitium actionum super aduentitiis, an debeat præcedere, vel sufficiat tacitus? Et an iudicium altero absente, sine consensu subsistat? remissiuè.*

QVÆSTIO VI.

Tutori, & curatori, an actio cedi possit contra minorem? Et an filius familiàs, vel pater actiones aduentitias cedere valeant? Et de legitimatione personæ filij, vel parentis circa exercitium actionum in iudicio. Illustrantur *text. in authent. minoris debitor, C. qui dare tutores, vel curatores. l. cùm nõ solùm, in fine, §. sin autem, & §. vbi autem, C. de bonis, quæ liberis.*

TVTORI, vel curatoribus, an actio cedi possit contra pupillum, vel minorem, videamus: et exordium quæstionis à tutore sumimus: quia existimarunt nonnulli, ideò † in eius fauorem prohibitam esse cessionem, quia ratione potestatis, quam habet in pupillum, potentior indicatur: quarè iuxta aliquorum iudiciũ disputatio hæc proxima est superioribus. Et † iuxta 2 Digestorum tempora, tutoribus, & curatoribus licebat contra minores suos cessiones accipere; eorumque debita soluere, eâ pactione vt in dimissi creditoris iura succederent: probat id Marcianus *in l. non fit* 12. *D. de rebus eorum, qui sub tutel, vel cura sunt*, Arisn. Tepatus *titul.* 161.

deſolutionibus, cap. 6. verſ. *Tutor poteſt.* Poſtea † tamē aliud placuit, expreſsimque huiuſmodi ceſsiones fuerunt interdictæ; & prohibitum tutoribus, ſiuè ex donatione, vel actio titulo ceſsiones comparare contra minores; quod ſi fecerint, ius & actio ceſſa ipſo iure minoribus acquiritur, & à debito liberantur, *auth. vt hi qui obligatas ſe habere, §. quod ſi quis coll. 6. nouell. 72. auth. minoris debitor, C. qui dare tutor. vel curator.* Parladorius *lib. 3. diff. 50. num. 6. & lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 3. part. §. 4. num. 12. in fine,* Franc. Milanenſ. *lib. 2. deciſ. 9. nu. 93.* Gutierrez *de tutel. 1. part. cap. 20. num. 2.* Galleratus, Molina, Scobar, Acoſta, Virgilius, & Tiraquelus infrà referendi Ant. Faber *iuriſp. Papin. tit. 12. de tutel. princip. 7. illat. 88. per totam.* Quod in omni curatore veluti furioſi, prodigi, procedit *d. §. Quod ſi quis,* videas Rebuff. *ad l. Gall. 2. tom. tract. de ceſsion. action. art. 2. gloſ. vlt. in fine.*

3

4 Prohibitionis † eam eſſe rationem dixit Accurſius, quòd tutor, vel curator potentior dicitur: quam ratione ſequitur etiam ex Innocent. Butrius *in cap. fin. de alienatione iudicij,* Farinacius *in frag. 2. part.* verb. *Litigioſa res, num. 309.* Paulus Galieratus *de re nunc. lib. 1. cap. 4. num. 112. in fin.* Sed verius eſt, aliâ ratione motos fuiſſe Imperatores; ſi enim † hæc vera eſſet, liceret curatori, ceſsionem accipere cõtra minorem finitâ iam curâ; cum tunc temporis ceſſet ratio poteſtatis, & officij: quod non licere certum eſt; quia prohibitio ceſsionis accipiendæ, non ſolùm afficit tutorem, vel curatorem in actu; ſed etiam eum, qui tutor vel curator eſſe iam deſiit, *dict. §. etſi quis,* verſ. *Et non ſolum,* Gutierrez *d. cap. 20. num. 2.* Frantz Kius *var. reſol. lib. 1. reſol. 9. num. 24.* Quod ſi aduerterent Parladorius, Farinacius, & Galleratus, prædictam rationem veram eſſe non affirmarent.

5

1

6 Ratio † ergo, quæ impulit Imperatores, fuit nè ceſsionis quæſito colore, tutores in bona minorum fraudes machinarẽtur; quibus facilis poſſet eſſe aditus, ſi ſimiles ceſsiones permitterentur: nam tutor paruo, aut nullo pretio poſſet actionis inutilis, vel iam ſolutæ ceſsionem comparare; poſteàque cautionem ſolutionis, vel alias probationes minoris, quas apud ſe habet, furari, occultare, & corrumpere: quo facto actionem, & creditum inutile, vel iam exactum repeteret à minore, in maximum ſuarum facultatum interitum: vt referunt Imperatores *in dict. §. quod ſi quis,* Gregor. Lopez *in l. 14. tit. 16. part. 6. gloſ. 5.* verb. *Debdores.*

Ex quo † principio deſcendit, & quaſi in neceſſariam conſequentiam 7
deciditur *in dict.* verſ. *Non ſolum,* prohibitionem etiam ſe extendere ad tẽpus, quo finita eſt cura, Tiraquel. *de re tract. lignag. §. 26. gloſ. 2. numer. 7.* nè animo ceſsionis in poſterum accipiẽdæ, curator abſcondat rationes minorum, vt rurſus facilitèr exigere poſsit, quod minor re vera non debet. Ex quo etiam ſubtrahendæ rationis, & inſtrumentorum timore, & vitandæ fraudis causâ, ſtatuerunt Imperatores, nè † creditor, aut debitor pupilli, 8
vel minoris, eius tutor, vel curator eſſet, *dict. auth. minoris debitor, dict. authen. vt hi qui obligatas, §. hæc omnia, cum ſeq.* Bellonus *de his quæ fiunt in continenti, lib. 2. cap. 39. num. 8. & 9.* videas omninò Iacobum Cuiatium *lib. 1. reſp.* Ceruit. Scæuolæ *ad l. pater filio, D. de procuratoribus,* & in debitore minoris de iure Regio *dict. l. 14. tit. 16. part. 6.* vbi Gregor. Lopez, Molina Theolog. *de iuſt. & iure tract. 2. diſp. 221.* verſ. *Qui minori,* Gutierrez *de tutel. dict. c. 20. à n. 1.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cent. 2. caſu 196.* Iacob Cancer. *1. part. var. cap. 7. numer. 49.* apud quos videre poteris, an prohibitio in debitore modicæ quantitatis procedat. Et an in tutore, teſtamentario; matre, vel auia idem dicendũ ſit?

Eâdem

9 Eâdem † fraudis vitandæ ratione, nec Reipublicæ debitor ad officia eligi potest, *l. rescripto, §. debitores, vbi glos. D. de munerib. & honorib. l. 1. & 2. C. de debitoribus Ciuitat.* Auendaño *de exeq. mandat. cap. 19. part. 1. num. 25.* Baio *lib. 2. prax. quæst. 154. num. 68.* Hieron. de Leon *decis. 113. à num. 2.* multis relatis Ioan. Baptist. Thoro *in votis decisiuis, voto 8. à num. 1.*

Et quòd nec creditor pupilli, eius tutor, vel curator esse possit, affirmãt omnes relati supra, latè Cyriac. *lib. 1. controu. 93. per tot.* Eâdemque ratione † nec creditor Vniuersitatis potest 10
esse officialis illius, & electio de eo facta nulla est; licèt creditum non amittat, Thoro *dict. voto 8. num. 12.* Tutor tamen, vel curator, qui cum esset creditor pupilli, id tacuit, amittit creditum, *dict. auth. vt hi qui obligatas, §. si vero tacuerit.*

11 Ex eadem † etiam ratione prouenit, quòd quemadmodũ tutori, vel curatori cessionem accipere aduersus minorem prohibetur, vt vltra relatos probat Virgilius *de legitim. personæ, cap. 6. nu. 18.* Acosta *de priuileg. crèd. reg. 3. ampl. 2. à num. 28.* Scobar *de ratiociniis, cap. 22. num. 19.* qui ex Damauderio affert, debitam quantitatem sibi cessam nõ posse tutorem re-
12 putare in rationibus. Ita † etiam nec Prælatus ius per cessionem contrà Ecclesiam suam quærere potest: vt in terminis concludit Hypol. Montan. *cr in add. ad Oliban. part. 2. libr. 1. cap. 4. num. 34. in fine*: procedit enim argumentum de pupillo ad Ecclesiam, Euerard. *in topic. legal. loc. 31.* ex aliis Gabriel Velascus *in locis commun. lit. A. axiom. §10.*

13 Hæc tamen † limitarem ego, quando debitum, quod curatori creditur contrà minorem, dùm curam eius gerit, vel post eam finitam; clarum & liquidum esset; ita vt nulla tergiuersatione posset inficiari: veluti si cederetur census, quem parens pupilli, vel tutor ipse cum iudicis decreto, & aliis solẽnitatibus cõstituit; & quẽ liquido cõstat nõ esse redẽptũ, facit Capicius Galeota *lib. 1. cont. 2. n. 21.* ibi: *Titulus prædictus, qui vt supra dixi, loquitur de lite mouenda, posset eo casu tantùm limitari, quando omnino appareret de bona fide cedentis; puta quia actio, quæ competeret cedẽti, esset omnino indubitabilis,* Trẽtacinq. *lib. 2. var. tit. de iudiciis, resol. 17. nu. 47.* Anton. Faber *lib. 12. coniect. c. 12.* Hoc enim casu iniquũ esset, tutorẽ, cui donatus fuit census, vel alia ratione cessus, eius iacturam pati; & minorem, vel fortè maiorem iam effectum, cum alterius iacturâ locupletari, & lucri facere, quod re vera debebat, contra *l. nã hoc natura cum aliis vulg. D. de condict. indebiti.* Fraude nãque cessante, non prohibetur tutori, ius creditoris pupilli in se tranferre: veluti si eo animo dimitteret creditorem pupilli, vt in eius locum succederet: & ius pignoris, quod contra pupillum ex posteriori causa habebat, conseruaret: vt in indiuiduo docet Anton. Faber *dict. il lat. 89.* Vel si † tutor hæres fuisset insti 14
tutus, vel ei legatum esset nomen, vel actio aliqua contra pupillum, *dict. authen. vt hi qui, §. sed etsi quis,* Molin. *sup.* Ita etiã † creditor liquidus Rei- 15
publicæ, de cuius credito dubitari nõ potest, in officialem eligi non prohibetur, vt decisum refert Thoro *dict. voto 8. à num. 13.*

Hæc quæ diximus de tutore, & Prælato, vt in eorum fauorem cessio sit nulla, extendere poteris ad alios similes administratores. Et an hæc prohibitio locum habeat in administratoribus bonorum alicuius concursus, vt hi cessiones accipere non possint aduersus eum, cuius bona administrant? dubitatum iam fuisse audiui ab eximio nostræ ætatis I. C. non solùm apud Hispanos nostros, sed & exteros summè habito D. D. Franc. Salgado & Somoza. Et eo tempore dixi, me in indiuiduo nullum vidisse interpretem: conducere tamen ea, quæ in

præ-

præsenti scripseram: vidit hanc quæstionem doctissimus vir, & omnes alias huius tractatus, vsquè ad quæstionem 10. tit. 5, & q. 10. tit. 7. et gratulatus est mihi, dicens varia me in eis, nō solùm obitèr, sed ex professo agere, quæ ipse in suo elegantissimo Creditorum Labyrintho (eo tēpore Lugduni prælo dari cepto, & nunc in Hispaniâ enixè exoptato) prosequebatur, & disputabat. Nec voluit grauissimus Senator, vt hoc in me collatum beneficium delitesceret, sed notum fecit alijs huius Cancellariæ Regijs, & integerrimis Consilianis.

16 Sed nunquid † filius familias possit donationis, vel venditionis titulo cedere actionem, scire oportet. Etsi ex castrensibus, vel quasi castrensibus actio sit, eam cedere poterit, concludunt latè tradita per Duardum *de censib. §. 1. quæst. 18. à num. 12. ad 35.* vbi quòd filius super castrensibus, vel quasi, liberè potest censum cōstituere. Si tamen actio ex aduētitiis esset, in quibus patri competit vsusfructus, cèssio non valebit, Ioan. de Gras. *de cess. iur. §. 2. num. 7.* Iacob de Aren. *de cess. rub. 3. à num. 32.* ex Bertazol. idem probat Gallerat. *de renunciatione lib. 1. cap. 4. num. 97.* Virgilius *de legitimat. personæ, cap. 4. numer. 23.* vbi subdit eam esse rationem, quia hodiè exercitium actionum competit patri, *l. 1. C. de bonis maternis, l. fin. §. vbi autem, C. de bonis, quæ liberis.* Aptior tamen ratio est, quòd cùm in aduentitiis parens vsumfructum habeat à lege, *l. 1. & per tot. C. de bonis maternis, l. 1. & per tot. C. de bonis quæ liberis, §. igitur, Inst. per quas personas nobis acquiritur, l. 15. tit. 17. p. 4.* de cuius materiâ latissimè Castillo de vsufructu *c. 3.* Trētacinq. *lib. 1. var. tit. de peculio, resol. 5. à num. 2.* Giurba *in consuet. Mesanen. 1. part. cap. 7. glos. 2.* Virgilius vbi proximè *à num. 35. ad* 82. latè D. Solorçano *de iur. Indiar. 2. to. lib. 2. c. 15 à n. 1.* & ferè per tot. nō potest filius in præiudiciū patris, ius, vel actionem aliquam cedere, aut alienare; non solùm respectu vsusfructus, sed nec quoad proprietatem sibi competentem (licèt aliâs proprietarius inuito vsufructuario proprietatem alienare possit, *l. 2. C. de vsufructu, l. locum 21. vers. proprietarius, D. eodem*) *l. fin. § filiis autem, C. de bonis quæ liberis,* Gratianus *decis. 76. num. 2.* (vbi quòd alienatio iuramento nō confirmatur) Anton. Faber *in C. tit. de bonis quæ liberis, diff. 4.* ex aliis Addentes ad Molinam *lib. 2. cap. 9. num. 19. & 20.* vbi etiam an iuramento alienatio confirmetur? Et † an filius super proprietate aduentitiorū, in quibus patri competit vsusfructus, censum imponere possit? Giurba *in cons. Mesan. 1. part. cap. 7. glos. 18. num. 9.* qui resoluit posse *ex l. 2. D. de vsufructu,* motus ex eo, quòd proprietarius potest constituere censum super bonis, quorum alter vsusfructuarius est, Felician. *de censibus lib. 2. cap. 4. nu. 9.* quæ resolutio ex superioribus nimis difficilis redditur, & cōtra Giurbam tenet Duardus *sup. à num. 49. & 59.* 17

Et non † solùm prohibitio alienationis respectu proprietatis in alienatione ex contractu procedit; sed nec propter delictum filij, vsusfructus, nec proprietas aduentitiorū in vita patris confiscari possunt: latè Farinacius *quæst. 24. à num. 5.* Osascus *decis. 94.* multis relatis Mieres *1. part. quæst. 1. num. 193.* Capell. Tholos *decis. 120.* Gutierrez *lib. 3. pract. quæst. 78. num. 3.* Addentes ad Molinam *d. num. 19.* latè Carocius *de excussione 1. part. quæst. 10. princip. quæst. 43. per totam, & num. 18.* Hunnius statim referendus *cap. 9. à num. 18.* Camil. Borell. *in sum. decis. tom. 2. tit. 32. à num. 134.* Virgilius *dict. cap. 4. nu. 49.* Carleual. *de iudiciis lib. 1. tit. 3. disput. 20 num. 6.* Ant. Faber *dict. diff. 4. & C. nè filius pro patre diff. 5. & diff. 3.* vbi refert † decisum, patrem teneri dotare virginem, quam filius stuprauit, & 18 19

eius

eius partum alere. Et in patre raptoris, idem resoluit Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 5. *part.* 6. *numer.* 13. An autem quemadmodum nec contrahendo, nec delinquendo potest filius præiudicare patri in aduentitiis
20 nec quoad proprietatem; ita etiam † nec testando de tertio bonorum? Videndi Addentes ad Molin. sup. Sanchez *de stat. relig. lib.* 7. *cap.* 13. *à num.* 41. Castillo *de vsufructu cap.* 63. *à numer.* 28. Mieres *dict.* 1. *part. quæst.* 1. *num.* 190. Hermosilla *in l.* 11. *glos.* 8. *à*
21 *num.* 9. *tit.* 4. *part.* 5. Sed licèt † cessio facta per filium familias nulla sit, tamen per ratificationem patris conualidari, ex Baldo *in l. per diuersas, quæstion.* 8. tenet Bertachinus verb. *cessio, fol. mihi* 173. *circa finem.*

22 Proximum † est superioribus, an solus pater, & legitimus administrator bonorum filij, eius iura, & actiones cedere possit? Et non posse nisi filius infans, vel absens sit, resoluunt Grass. Aren. & Virgilius supra; mouetur omnes ex *dict. l fin. §. vbi autem in vsum, C. de bonis quæ liberis, l.* 2. *§. volunt. D. soluto matrimonio*, qui sumendum fore argumentum sentiunt à potestate exercendi actiones in iudicio, ad cedendi facultatem: vt quē admodū solus pater, nisi filius infans, furiosus, vel absens sit, non potest actiones suscipere, nec mouere, *dict. §. vbi autem*; ita nec eas cedere valeat. Sed vt dixi numero superiori, hæc ratio vera non est, & conuincitur ex eo, quòd licèt solus parens, dum filius infans, vel absens est, possit actiones aduentitias exercere; tamen non indistinctè eas cedere potest, vel alienare. Similiter licèt solus tutor nomine pupilli agere, & excipere possit in iudicio; non tamen potest in alium transferre iura, & actiones ad immobilia, vt diximus *quæst.* 1.

23 Quarè † pro resolutione articuli (ex cuius cognitione simùl patebit, quæ, & quanta sit parentum potestas circa alienationem aduentitiorum) ego distinguerem: an gratuitò pater actiones filij in alium transferre intēderet: an verò ex causa aliqua onerosa, veluti ex venditione, transactione, & similibus? Primo casu, quandò donationis titulo cedere velet actionē, id ei non licebit: quia † parenti ex ad- 24
uentitiis donare non permittitur, *l.* 1. *& 2. C. de bonis quæ liberis*, Pinel. ibi 3. *part. num.* 56. Marescotus *lib.* 2. *var. cap.* 93. *numer.* 7. Gabriel Velascus *de priuileg. pauperum in specialibus post quæstion.* 55. *part.* 1. *numer.* 11. Nullus enim administrator, vel procurator, licèt liberam habeāt potestatem, donare possunt, *l. cōtra iuris* 29. *§. fin. D. de pactis, l. filius familias* 7. *D. de donationibus, l. creditor* 60. *§. Lucius, D. mandati, l.* 3. *§. planè, D. quod vi, aut clam, l.* 1. *vers. Denique, D. de offic. procurat. Cæsaris.* Quod in procuratore tàm ab homine, quam à lege ex his iuribus probant Pinel *dict. numer.* 56. Marescotus, & Velascus supr. Scobar *de ratiociniis, cap.* 24. *à nu.* 4. *& cap.* 19. *à num.* 33. Gutierrez *de tutel.* 2. *p. cap.* 6. Paulus Galleratus *de renūciat. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. Camill. Borrell. 1. *tom. decis. tit.* 66. *num.* 241. aliis relatis Auendaño *de metu lib.* 2. *cap.* 26. *à num.* 20. apud quos videre poteris, qualis donandi sit potestas administratoribus, & tutoribus.

Et magis in terminis in confirma- 25
tionem huius sententiæ facit, quòd † procurator, etli liberam habeat administrationem, cedere non potest, Iacobus de Aren. *de cess. iur. rub.* 3. *à num.* 34. Bertazolus *claus.* 27. *glos.* 1. *num.* 6. Golinus *de procuratoribus* 2. *part. c.* 4. *nu.* 25. Nec liti cedere valet, multis relatis Camill. Borrell. *in sum. dicto titul.* 66. *de procuratoribus, numer.* 196. sequitur Virgilius *de legitim. personæ, cap.* 16. *num.* 30. Poterit tamen procurator actionem cedere, si ad id speciale mandatū habeat, Sforcia Odd. *ad l.* 3. *C. de nouationib. quæst.* 1. Paulus Galleratus *de renunciatione tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 97.

Quan-

26 Quandò verò † parenti nobili donare liceat, vel in remunerationē? videdus omninò Pinelus *sup. à n.* 56. *&* 59. Ego tamen in casibus, quibus licet tutoribus, & administratoribus donare, fortiori ratione id parēti permittere rem: cùm potestas eius longè superet aliorum administratorum potestatē, Castillo *de vsufructu cap.* 3. *numer.* 12. facit *text. in dict. l. cum oportet, §. non autem*, Tiraquel. *in l. si vnquam, C. de reuocand. donationib. in princip. à num.* 29. multos congerit Giurba *ad consuet. Messan. dict. cap.* 7. *glos.* 3. *num.* 14. Vbi autem parēti donare permittitur, poterit & eo titulo cedere actiones.

27 In secundo † casu, scilicet an pater actiones aduentitias filij, eiusque iura ex venditionis, translationis, vel dationis in solutum titulo cedere possit? distinguendum est, inter actiones ad mobilia; & actiones ad immobilia: nam actiones ad mobilia (quæ vt diximus supra hoc titulo quæst. 1. mobilibus æquiparantur) sine decreto cedere, & alienare poterit, vt ex Iasone, Mysing. & aliis indubitabile dicit D. Ioan del Castillo *dict. cap.* 3. *num.* 68. Actiones verò ad immobilia, (quæ inter immobilia referuntur, vt dixi *dict. quæst.* 1.) si filius emancipatus, & extra potestatē sit, cedere non poterit; nisi causæ cognitio, & iudicis decretū interueniat, *l. si pupillorum, §. si pater, D. de rebus eorum, l. cum emancipatis, C. de prædiis minor.* Menoch. & alij, quos congerit Simoncell. *de decretis lib.* 3. *tit.* 6. *insp.* 6. *num.* 1. Caldas Pereira *in l. si curatorem*, verb. *læsis, num.* 139. Castillo *dict. cap.* 3. *num.* 72. Paschalis *de viribus patriæ potestatis, cap.* 2. *à num.* 5.

28 Si verò † filius in potestate sit, subdistinguendum est, an cessio ex iusta causâ, an verò sine causâ fiat: si enim iusta, & legitima causa adsit; magis recepta, & vera sententia est, posse parentem immobilia alienare sine decreto, *l. fin. §. sin autem, & §. ipsum C. de bonis quæ liberis*, ex Pinel. Mascar. Gail, Mysing. Couarr. & aliis Castillo *sup. num.* 70. Arilm. Tepat. *tit.* 435 *cap.* 11. verſ. *Pater in bonis*, & verſ. *Pater non simpliciter*, Paschalis *dict. cap.* 2. *num.* 5. Seraphin. *decis.* 940. *num.* 7. Marius Muta *dict. decis.* 26. *num.* 13. latè Costa *de facti scientia, & ignor. cētur.* 1. *distinct.* 35. Hunnius *in Encyclop. iur.* 1. *part. tit.* 10. *cap.* 6. *à num.* 1 *& cap.* 9. *à num.* 1. Ant. Faber *C. de bonis quæ liberis. def.* 3. vbi asserit venditione ex causâ æris alieni factâ, debere de ære alieno constare, aliter quā ex ipsius parentis assertione. Et transactionem † à patre factam super aduentitiis, sine decreto validam esse, probat Iacob Gallus *cons.* 84. *per tot.* Hunnius vbi proximè 2. *part. tit.* 5. *c.* 15. *à num.* 15. *ad* 23. quos intelligas velim, si pater iustam habuit trāsigēdi causam, iuxta Pinelum *in l.* 1. *C. de bonis maternis* 3. *part. num.* 44. *&* 45. videndus Menoch. *cons.* 279 *lib.* 3. *nu.* 35. *& per tot.* remissiuè Castillo *dict. cap.* 3. *num.* 22. Tepatus *dict. cap.* 11. verſ. *Pater vt legitimus*, omninò vidēdus Augustin. Morla *in empor. iuris, tit.* 4. *de transact. ad rubric. à num.* 38. Et iustâ † existente causâ poterit parens super bonis aduentitiis filij imponere censum, Giurba *dict. cap.* 7. *glos.* 18. *num.* 9. Duardus *sup. num.* 53. An verò ei † alienatio sit permissa, vt dotet filiam suam, ipsiusque filij sororem? Pinelus *dict.* 3. *part. num.* 101.

Necessariâ † verò, & legitima causâ non stante, non posset pater actionem ad immobilia cedere, nec immobilia alienare; & cessio, siue alienatio sine decreto nō subsisteret, *l.* 1. *&* 2. *C. de bonis maternis, dict. l. fin. §. sin autem, cum seq. C. de bonis quæ liberis.* Quo casu procedit doctrina, quā indistinctè tradidit Virgilius *dict. cap.* 4. *num.* 23. adeò vt † alienata à parēte sine causâ, filius vindicare possit, Osuald. ad Donell. *lib.* 22. *cap.* 2. *lit. K.* Imò, quod magis est, ipsemet parens ius reuocandæ alienationis habet,

28 29 30 31 32 33

bet Costa vbi proximè, *num.* 9. Anton. Faber *C. de bonis quæ liberis, def.* 1. vbi *def.* 2. Quid si non contrauenire iurauerit? An verò si filius hæres sit patris, vel alienationi præstiterit cõsensum, cum reuocare possit? Anton. Faber *dict. def.* 2. omninò videndus Acosta *de priuileg. credit. regul.* 1. *ampliat.* 10. *per totam*, vbi latè quandò filius alienata reuocare possit: et quo temporis cursu hæc actio præscribatur: et à quo tempore præscriptio incipiat?

34 Sed † quia de potestate filij, & patris circa actionum cessionem in aduentitiis egimus; non abs re erit videre de eorum potestate circa exercitium actionum in iudicio: et an vnus sine altero possit agere, vel respondere? Quæ inspectio vtilis est, & nostræ quæstionis nõ extranea; maximè iuxta eorum sententiam, qui existimant, ius, & facultatem cedendi actionem, à potestate experiundi in iudicio esse metiendam. ita, vt qui mouere non potest actionem in iudicio; nec cedere valeat: vt vltra relatos supra Grivellus *decision.* 111. *numer.* 6. *ex l. ait Prætor, §. quid sit autem, D. de iure deliberandi*, Gamma *decision.* 40. *num.* 2. facit etiam *text. in l. fin. in princip. C. de bonis quæ liberis*, quo argumento vtitur Donell. *lib.* 17. *comm. cap.* 4. qui asserit, filio sine consensu patris super aduentitiis agere licere, vbi aduentitia liberè potest alienare.

Quem † articulum praxi ad mo-
35 dum frequentem, & apud theoricos satis controuersum, vt exponam, simulque omnia, quæ accidere possunt in exercitio actionis circa aduentitia bona, comprehendam; constituo differentiam; an filius emancipatus sit, vel sub patria potestate: et si emancipatus est filius, distinguendum est; an minor, vel maior 25. annis sit: quia si filius minor est, & intra pubertatem; cùm emancipando filium, pater eius tutor legitimus sit. *§. 1. Institut. de legitim. parent. tutel. l.* 1. *§.* 1. *& 2. D. si quis aparente fuerit manumiss.* eo casu patri vt legitimo tutori competet exercitium actionum, tàm in agendo, quàm in respondendo: vt ex Bursat. *cons.* 133. *num.* 25. Mastrillo *decision.* 82. *num.* 12. & aliis probat Virgilius *de legitim. personæ, cap.* 4. *numer.* 83. verl. *Si filius familias.* In eo tamen ab eo dissentio, quatenus affirmat hoc procedere, quandò filius, qui infantiam excessit, emancipatur: nam si infans sit, vel infantia minor (qui rescripto Principis accedente emancipari potest, *l. iubemus* 5. *C. de emancip. liberor. l.* 18. *titul.* 16. *part.* 4. D. Narbona *annal. iuris anno* 7. *quæstion.* 34.) pater eius legitimus administrator, non tutor erit. Vtroque enim casu verius resoluendum iudico, patrem legitimum fieri tutorem; cùm nulla congrua differentiæ ratio possit inter hos casus considerari.

Quandò † verò filius emancipa- 36
tus pubertatem excessit, si ad iudicium prouocare velit, vel prouocetur; curator ei ad litem datur, vt asserit Virgilius *numer.* 87. Dubium tamen esse potest, an pater ei dandus sit curator, vel possit ipse filius, quem voluerit, curatorem nominare: ad exemplum aliorum minorum, qui curatorem ad litem ad placitum eligũt; quem iudex confirmat: vt ex innumeris probat Giurba *decision.* 109. *numer.* 4. Et puto, parentem, si curator esse velit, & idoneus sit, licèt filius renuat, à iudice debere confirmari: quod insinuat Virgilius ibi. Et in comprobationem mirè facit, quòd si pater in testamento nominauerit filio curatorem ad litem, non alius per iudicem dandus est, etiam adulto id petente; sed is, qui à patre fuit nominatus, ex Speculat. *titul. de curatore, §. cum autem* singulare, & notandum dicit Virgil. *de legitim. personæ, cap.* 6. *numer.* 19. Ergo fortius id procedet, si pater ipse curator filij esse voluerit.

At † verò si filius emancipatus ma- 37
ior

ior 25. annis sit, extra dubium est, ei competere exercitium actionum, & ipsum solum sine consensu patris in iudicio comparere posse, agêdo, & defendendo Afflictis *decis.* 180. Vantius *de nullit. ex defect. mandat. numer.* 41. Ancharr. *cons.* 63. Guid. Pap. *decis.* 64. quos refert Virgilius *dict. cap.* 4. *num.* 82. adeò vt petitâ veniâ, contra parêtem agere possit, *l.* 4. vers. *Prætor, l. adoptivum*, §. 1. *D. de in ius vocando, l. fin. eodem tit. l.* 3. *titul.* 2. *part.* 3. Paz in *praxi tom.* 1. *part.* 1. *tempor.* 2. *numer.* 6.

38 Vbi† verò filius in patris potestate est. Primò inspiciêdum erit, an pater habeat vsumfructum in aduêtitiis filij; vel non: et vbi vsumfructum habet pater, distinguendum est etiam, an filius minor, vel maior sit: nam si minor sit filius, & in infantia, vel intra eam (id est in ætate 7. annorum, *l. infanti* 18. *C. de iure deliberand.* Osual dus ad Donell. *lib.* 7. *cap.* 9. *lit. D.*) certum est, solum patrê actiones suscipere, & mouere posse: si verò filius infantiam excesserit, vt iudicium subsistat, & pater legitimè compareat, consensus filij necessarius erit: vtrumque casum probat Imperator *in dict. l. fin.* §. *vbi autem, C. de bonis quæ liber.* Innocent. *in cap. accedens de procuratoribus*, Donell. *lib.* 17. *com. c.* 4. Gratian. *discept.* 365. *à num.* 52. Aluarus Valascus *de partitionibus, cap.* 7 *à numer.* 37. Fontanella *de pactis nuptial. claus.* 4. *glos.* 8. *numer.* 68. alios refert Giurba *dict. cap.* 7. *glos.* 3. *à numer.* 57. vbi quòd nisi vterque citetur, processus est nullus; adeò vt ex ratificatione filij sententia non conualidetur.

Sed† licèt hæc propositio lege, &
39 auctoritate nitatur: tamen eam in vtraque sui parte impugnant Doctores: nam Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis mater.* 2. *part. num.* 66. circa finem, in ea fuit sententia, consensum filij, dùm in pubertate est, licèt infantiam excesserit, non esse necessarium: quia præterquàm quòd impuberis consensus nullius esset momenti, *l. pupillus, cum vulg. D. de reg. iuris*, deterioris conditionis esset pater, quam tutor quilibet, qui ad agendum, vel defendendum consensum pupilli requirere necesse non habet. Quarè verba illa *d.* §. *vbi autem*, ibi: *Nisi adhuc in prima ætate*, ita accipit Pinelus, vt prima ætas non solùm de infantia, & septenio, sed vsque in pubertatem intelligatur: aduertit Gothofred. *in dict. l. fin.* §. *sin autem in secunda ætate*, Pinelum, sequitur Valascus *d. cap.* 7. *numer.* 40. *&* 41.

Alij† verò indistinctè asserunt, siue filius minor, vel maior sit, eius cõ- 40
sensum necessarium non esse: et solum patrem agere posse, & conueniri. Cuius sententiæ fuit Bart. *in l.* 1. *C. de bonis maternis*; & ibi Bald. *num.* 8. Paulus de Castro *num.* 2. Gamma *decisio.* 77. vbi Flores de Mena, Scipion Gentil *de bonis maternis, cap.* 20. cuius fundamenta refert Osuald. ad Donell. *d. lib.* 17. *com. cap.* 4. *lit. I.* præcipuũ autem colligunt, *ex l.* 1. *C. de bonis maternis*, vbi agêdi, & defendendi facultas in aduentitiis conceditur patri; nulla consensus filij factâ mentione: sequitur Cabedus *decis.* 197. *num.* 13. *part.* 1. Azeuedo *in l.* 10. *tit.* 17. *lib.* 4. *Recopil. num.* 13.

In quo† articulo, qui, vt vides, sa- 41
tis dubius est, & controuersus: distinguendum erit: an lis, de qua agitur, tãtùm respiciat vsumfructum: an verò proprietatem? Nam si super vsufructu tantùm sit, pater, adquem vsusfructus pertinet, agere, & conueniri poterit; nec necessarius erit filij consensus, siue is minor, vel maior fuerit. Omnes enim lites, quas alij vsufructuarij suscipere possunt absq; proprietarij citatione; eas pater, qui legitimus vsufructuarius est, prosequi poterit: vt ex Paulo probat Virgilius *de legitim. dicto cap.* 4. *num.* 103. Giurba *dict. cap.* 7. *glos.* 3. *num.* 62.

Si verò† lis, & actio proprietatem 42
respiciat, Innocẽtij doctrina securior est,

est, & ad vitandam omnem nullitatem expediens erit, vt filius si maior septenio sit, præstet consensum. Tamen iuris rigore, & ratione attentâ verius iudicarem; dùm filius impubes est, & 14. annos non impleuit, solum patrem actiones suscipere, & mouere posse, quin necessarius sit filij consensus. Ridiculum enim esset spectare pueri cõsensum, qui octauũ aut nonũ annũ ageret; cũ tutor, dùm pupillus in ea ætate est, eius consensum non requirat. Nec his obstat textus *in dict. §. vbi autem*, nam licèt prima ætas de infantiâ, & vsque ad septennium accipi soleat; (Caluinus statim referendus, & ita hunc §. intelligat D. Narbona *annal. iuris anno 7. quæstion. 1. num. 1.* Oldald. ad Donell. *dict. lib. 9. cap. 4. lit. D.*) tamen cum Pinelo, Gothofredo, & Velasco existimo, primam ætatem in eo §. vsque ad pubertatẽ accipi; vt & alias solet, iuxta congesta à Caluino *Lexicon iuris*, verb. *ætas*; nè alias eius, qui cõsentire non potest, voluntatem, & animum perquiramus: vt solidis fundamentis probat Pinelus vbi supra.

43 Quandò † verò filius quatuordecim annos impleuit, sine dubio eius consensus erit necessarius, ideòque requiritur; quia dùm in ea ætate est, potest iã deliberare, an pater liti gerendæ aptus sit, & idoneus, vel non: & liti assistere, nè fortè ex negligentia, & omissione patris, damnum aliquod patiatur. Quod tamẽ procedit si filius præsens sit, nã si absit, eius cõsensus, aut citatio necessaria non erit iuxta *dict. §. vbi autẽ*, Castillo *de vsufructu, dict. c. 3. nu. 19.* vbi an cauere debeat de rato? Quæ sententia (quidquid dicant Gamma Scip. Gentil. & alij) verissima est, & communiter recepta iuxta Donell. Pinel. & alios, quos refert Virgilius sup. Nec video contrarium probari in *l. Regia 7. tit. 2. part. 3.* vt non rectè existimauit Azeuedo sup.

Cùm † igitur patri in aduentitiis exercitium actionis competat, inde est, vt si filius agat, vel conueniatur, nisi pater consentiat; iudicium cùm eo agitatum nullum sit, *l. fin. §. necessitate, C. de bonis quæ liberis, dict. l. 7. tit. 2. part. 3.* vbi Gregorius Lopez, Azeuedo *in dict. l. 10. num. 14.* Donell. Pinel. Giurba, Castillo, & Virgilius *d. c. 4.* qui *à num. 106.* refert septem casus, in quibus filius etiam non consentiẽte patre agere potest, & respondere: quos etiam petere poteris à Pinelo, Castillo, Paz, Azeuedo, & Greg. Lopez *in l. 2. 3. & 7. tit. 2. p. 3.* qui plura cumulant circa materiam. 44

In alio † verò, & secundo casu, quãdo pater in aduentitiis vsumfructum non habet, si filius maior 25. annis sit, cõtrouersum est apud vtriusque scholæ interpretes, an filius in cõsilio patre, in iudicio stare possit? duas refert contrarias sententias D. Castillo *d. c. 3. à nu. 14.* qui sequitur distinctionem Bartoli: scilicèt vt si de his rebus agatur, in quibus vsusfructus patri, si velet, acquiri potuisset, veluti de hæreditate delata filio, quam ipse, patre recusante adiuit, eius consensus sit necessarius in signũ repudiationis à patre factæ, *l. fin.* verl. *& filius, C. de bonis quæ liberis*: At vero in aliis rebus, in quibus à principio patri vsusfructus quæsitus non fuit, nec quæri potuit, veluti quia res donata, vel legata fuit filio eâ lege, vt in ea vsumfructum pater nõ haberet, iuxta *authen. excipitur, C. de bonis maternis*, filius sine consensu patris agere potest. Quam distinctionem probat Donell. *dict. cap. 4.* vbi multis confirmat, filium non indigere neque ad agendum, neque ad respondendum patris consensu, vbi ei vsusfructus bonorum, super quibus lis est, quari non potuit: sequitur Scip. Gentil. *dict. cap. 26.* 45

Sed † contrariam sententiam defendit Anton. Faber *lib. 13. coniectur. cap. 6.* quem sequitur Oldald. *dict. cap.* 46

4. *lit. L.* qui resoluit, vtroque casu patris consensum requiri: quia filius familias persona legitima non est, vt sine patris consensu stare possit in iudicio, præterquam in castrensibus, vel quasi, *l. 1. §. miles. D. de castrens. pecul.*, *l. filius familias, D. de procuratoribus, cap. fin. §. in huiusmodi de iudiciis, lib. 6.* etiamsi lis contra patrem esset, *l. lis nulla 4. C. de iudiciis, l. 11. tit. 17. part. 4.* Gregor. Lopez *in dict. l. 7.* verb. *demanda*, Osuald. *sup. lit. H.* Mouentur ex generalitate textus *in dict. l. fin.* ibi: *Ne iudicium sine patris voluntate videatur cōsistere.* Quæ sententiâ de iure nostro Regio verior videtur *ex dict. l. 7.* in qua indistinctè patris consensus requiritur, vbi lis super aduentitiis esset agitanda, Greg. Lopez *dict.* verb. *demanda*, ibi: *Restat ergo quòd debeat intelligi in aliis casibus, scilicèt quando patri nō acquiritur vsusfructus, quia non potest acquiri, vt in authen. excipitur, aut quia pater repudiauit vsumfructum, quo casu requiritur consensus patris ad integrandam personam filij ratione patriæ potestatis, iuxta glos. in dict. l. cum nō solùm, §. necessitate,* & facit *l. 11. tit. 17. part. 4.* ex qua, & aliis in hanc sententiam descendit Azeuedo *in dict. l. 10. num. 15.* Paz *dict. 2. temp. num. 15. & seq. fol. 19.* Quare in praxi ab hac sententia non discederem, licèt in puncto iuris veriorem existimem opinionem Bart. Castilli, & Donelli.

47 Hæc † tamen sententia, quã in praxi tenẽdam asserui, meo iudicio procedet, quando parenti solùm prohibita fuit vsusfructus acquisitio; non verò quando simul interdicta ei fuit bonorum administratio: fortè quia suspectus, vel dissipator erat. Quæ, vt melius percipiantur, aduerto, patrem in aduentitiis aliquandò habere vsumfructum bonorum, & administrationem; aliquando verò solum vsumfructum sine administratione; aliquãdo autẽ administrationem sine vsufructu. Vsumfructum, & administrationẽ regulariter habet pater in aduentitiis. Vsumfructũ sine administratione habet, quandò aliquid filio donatur eâ cõditione, nè pater bona donata administret. Tunc enim etsi apud interpretes non satis constet, an prohibitâ administratione, vsusfructus perceptio videatur prohibita: quia vni affirmant, alij negant: In fauorem patris resoluit Fontanella *de pactis nuptial. clauſ. 4. glos. 7. p. 3. nu. 24.* Contra eum Mastrillus *decis. 59.* Ego tamen veram iudico distinctionem Giurbæ *d. glos. 3. à n. 30.* vt si patri prohibeatur administratio, quia prodigus erat, tunc nec vsumfructum habeat: sin verò nullâ causâ expressâ prohibita ei esset administratio, vsumfructum habere debeat.

Administrationem etiam sine vsufructu pater habere solet, vel quando ipse sponte renũciauit vsufructui: quo casu legitimus administrator manet, *d. l. fin. §. sin autem in secunda ætate*, vel quandò lex, aut homo vsumfructum prohibet patri; non quia suspectus sit, sed vt consultum magis esset filio, quòd latius explicant Castillo, Fontanell. sup. Capycius Galeota *lib. 2. controu. cap. 41. per totum.* Giurba *dict. glos. 3. à nu. 35. vbi à num. 48.* quærit, an pater dimittere possit administrationem bonorum filij? Et *à. n. 25.* an prohibitâ vsusfructus acquisitione, habeat pater commoditatem? Addendus Alexan. Trentacinq. *lib. 1. var. tit. de peculio resolut. 5. à numer. 14.*

Quibus † præiactis resoluo, quòd licèt prohibito vsufructu, vel renũciato à parente; filius sine eius cõsensu agere non possit; tamen si vltra progrediatur testator, vel donator, simulque prohibeat administrationem tacitè, vel expressè, quia patrem suspectum habet, vel ex alia simili causa; existimo posse filium maiorem 25. annis agere, & respondere, nullo adhibito, vel requisito parentis consensu; cùm etiam vbi vsumfructũ haberet, si prodigus 48

digus esset, vel dissipator, posset filius absque eius consensu in iudicio comparere, Virgilius *dict. cap. 4. numer. 111.*

49 Ex † superioribus apparet, quid dicendum sit in altero, & secundo casu, quando pater vsumfructū nō habet & filius minor est. Nā si pater ſpōtē renūciauit, & dimisit vsumfructū: nō verò administrationē legitimus administrator manet: si verò vsumfructum, & administrationem dimisit, curator filio minori dandus est; siue pubes, siue impubes sit: quia tutor ei dari nō potest, cùm sub patris potestate sit. Sin autem prohibita fuit parenti vsusfructus acquisitio, si simul ei fuit interdicta administratio: quia prodigus erat, vel aliâ ex causâ; curator etiam filio nominādus est, neque patris cōsensus, aut citatio erit necessaria. At verò quando lex, vel homo prohibuit vsusfructus acquisitionem; non tamen ex eo, quòd pater suspectus sit, in his bonis (si velit pater) datiuus, non legitimus administrator erit. Quæ licet inuolutè, & obscurè, resoluunt Virgilius *num. 82.* Castillo *num. 60.* Giurba *num. 39. & 49. infine.*

Alia hîc, † nec inutilia prosequi 50
possem: scilicet, an vbi consensus requiritur filii, vel parentis, debeat in initio præstari, vel ratificatio sufficiat? Et an tacitus, vel expressus debeat esse consensus? Et an absente patre iudicium cū filio prosecutum validum sit? Et qualis absentia esse debeat, & à quo probanda? de quibus, & aliis videndi omnino Pinel. Azeuedo, Castillo, Scipion Gentil Virgilius Giurba, & alij laudati sup. Camill. Borrell. *in summ. decis. titul. 43. de iudicijs à numer. 33. ad 46. tomo 1.*

(?)

IHS

TRACTATVS
DE CESSIONE IVRIVM, ET ACTIONVM.

TITVLVS TERTIVS.

QVÆ ACTIONES, ET IVRA CEDI POSSINT, VEL NON?

EXORDIVM TITVLI.

DIXIMVS superiori titulo de personis, qui cedere possunt actiones. Et quibus cessio iurium fieri valet: disputationis ordo exigit, vt a personis ad actiones, & iura transitum faciamus; qua licèt regulariter cedi possint, vt statim probabitur: tamen quia non nullæ actiones sunt, quæ per cessionem in alium transferri non possunt; & de alijs controuertitur, an rectè cedantur: hæc præsenti titulo explanare necesse erit, in quo multa vtilia theoricis, & practicis vsu frequentia comprehendemus.

SVMMARIVM.

1 *Omnis actio regulariter cedi potest.*
2 *Actio etiam in rem, & rei vindicatio rectè ceditur.*
3 *Iura personalia cedi non possunt.*
4 *Quæ personæ cohærent, per alium explicari non possunt.*
5 *Directa actio ossibus inhæret, ac proinde cedi nō potest. sed eius tātùm exercitium transfertur.*
6 *Cessionarius an vtilem actionem, quam ipse habet, alij rursus cedere possit? affirmatiuè resoluitur contra Schiffordegerum, & n.u.7.*
8 *Vsufructuarius an possit cedere, aut alienare vsumfructum? duæ sententiæ referūtur, quæ distinctionis fœdere conciliantur, cum numer. sequent.*
12 *Maioratus licèt cedi non possit in extraneum, tamen eius commoditas pro tempore possessoris cessibilis est.*
Pensio Ecclesiastica cedi non potest, possunt tamen cedi pro vita fructus pensionis, ibidem.
Decimæ licèt laico cedi non possint, tamen earum commoditas rectè reuenditur, & ceditur, sub numer. 10.
13 *Actio, quam quis habet pro constituendo vsufructu, an alij cedi possit? duæ sententiæ referuntur, negatiua amplectitur, intelligitur* text. in l. si vsusfructus, D. de nouationib. *& num. 14.*
15 *Vsufructuarius si vendat fructus, an proprietario ius retrahendi cōpetat?*
16 *Vsus cedi, aut alienari non potest, & quid de vsu alicuius syluæ, vel montis.*
17 *Habitationis ius an cedi, aut locari*

locari posſit, tribus distinctis casibus explicatur, ad plurium legũ intellectum, cum n. sequentib.

21 *Titulus Comitis, Marchionis, vel Ducis, an sit cessibilis, vel transmissibilis in hæredes?* & numer. sequentib.

Priuilegia quæ dicantur personalia vel realia, ibid.

Laudatur D.D. Antonius de Feloaga, *Regius Consiliarius.*

25 *Facultas eligẽdi, & nominãdi, an cedi posſit? distinguitur, vtrũ electio ad propriam vtilitatem, vel ad alienũ commodum competat.*

26 *Eligendi facultas, quæ ad propriũ commodum est, an cedi posſit?* cũ num. seqq. vsque ad 41. *Interpretantur iura in* l. si sic legatum 75. §. si quis ita, D. de legat. 1. L. si ita stipulatus fuerim 76. l. fin. D. de verbor. obligat.

Variæ interpretum sententiæ, & intellectus refelluntur.

Laudatur D.D. Martinus de Larreatigui, *supremi Castellæ Senatus Consiliarius grauissimus.*

Nouus, & verus intellectus ad dictã l. si sic legatum, §. si quis ita, dict. l. si ita stipulatus, dict. l. fin.

41 *Optionis legatum, an cedi posſit?*

42 *Ius eligendi, aut nominandi si competat ad alterius vtilitatem; veluti si data sit facultas eligẽdi ad maioratum, vel capellaniam, alij cedi non potest.*

43 *Executor testamenti, non potest cedere, aut committere officium suũ alteri.*

44 *Facultatem Regiam si quis habeat ad instituendum maioratum, an ius illud transferre posſit in executorẽ testamẽti, vel cõmissariũ?*

45 *Fundator maioratus si primo vocato concedat facultatem eligendi successorem, an electio realis sit, an personalis?*

46 *Iurandi facultas, seu declarandæ caducitatis ius, an trãseat ad hæredes?*

QVÆSTIO I.

Iura personalia cessibilia nõ esse ostenditur. Vbi de actione directa, vsufructu, vsu, habitatione, priuilegio, facultate eligendi, & nominandi: & aliis concernentibus personã. Vbi varia, & difficilia iura expenduntur, & explicantur.

LICET † regulariter omnis actio cedi posſit, *l. vlt. & per tot. D. de hæred. vel action. vendit.* Iacob de Arena *de cession. iur. rub. 4. n. 54.* Ioan. de Grass. §. 3. *num. 1.* Tiraq. *de retract. lig. §. 26. glos. 3. num. 2.* Rebuff. *in cap. extirpandæ, §. quia verò de præb. & dign. n. 18.* Roland. à Valle *cons. 18. num. 17. vol. 2.* Portoles ad Molinum *in §. actio, n. 29.* Marta *in comp. decis. 3. tom.* verb. *cessio, cap. 13.* Bertazol. *clauſ. 27. glos. 6. num. 1.* Hypolit. Montan. *in addit. ad Oliban. part. 2. lib. 1. cap. 4. nu. 35.* Sfortia Odd. *ad l. 3. C. de nouationib. quæst. 1.* vers. *quæro septimo*, Surdus *de aliment. tit. 8. priuileg. 55. num. 16. & tit. 9. quæst. 22. n. 2. & cõs. 444. n. 13.* Fachineus *lib. 2. cont. c. 11.* vers. *probatur*, Nicol. Noalis *de trãsmiss. c. 24. n. 14.* Carualho *de vna, & altera quart. p. 3. n. 150.* Ioan. Baptist. Thor. 3. *tom. comp. decis.* verb. *cessio iuris luendi circa princip. fol. mihi 147.* Cencius *de cessibus, q. 72. n. 12.* vers. *quibus*, Cyriacus *lib. 2. cont. 298. n. 18. & cont. 321. num. 28.* Donell. *libr. 15. com. cap. 43.* Ant. Faber *lib. 5. coniect. c. 7. circa princip. & in Iurisp. Pap. tit. 12. princ. 7. il lat. 89.* Et † non solùm actio in personã, sed in rem actio cedi potest, Ber-

1

2

tazol. & Oliban. sup. Parlad. *lib. 3. diff. 17. n. 4.* Hunnius *in Encyclop. iur. 2. p. tit. 5. cap. 7. à nu. 39.* Et quod rei vindicatio, & in rem actio rectè cedatur, probatur *ex l. si culpa, l. fi. D. de rei vindicat. l. 2. & ibi glos.* & Bald. *C. de litigiosis, l. vt tantum* 14. *§. interdum, D. de seruo corrupto*, ibi: *Cedere autem solicitatori periculo eius de dominio serui actionibus, l. plane*, verb. *debeat, D. famil. ercisc.* Tiraq. *dict. glos. 3. nu. 2.* multis relatis Hypolit. Mõtaner *dict. 2. p. lib. 1. c. 1. num. 54.* Lassarte *de gauell. cap. 4. nu. 40.* Gutierrez *de gauell. q. 112. num. 12.* Molin. *de iustit. & iure, disp. 676. nu. 11.* vers. *iuxta*, Marta *in cõpil. decis. 3. tom.* verb. *cessio, cap. 2.* (vbi quid petere debeat cessionarius in actione reali,) Mãcius *de patroc. debitor. decad. 2. q. 2. à n. 68.* Larrea *alleg. Fisc. 2. tom. alleg. 120. n. 9.* Hæc omnia probat, licèt nullo ex his, quos laudauimus, relato Galleratius infrà referẽdus *num. 116.*

Tamen aliqua iura, & actiones speciali ratione cedi non possunt: ex his
3 sunt † iura personalia, personis ipsis annexa, quæ cessibilia nõ esse probatur *ex l. si mulier, §. si exasse, D. de iure dotiũ*, Bart. *in l. etiã, D. de iure iurãdo, pen. text. in l. si ex pluribus, D. administrat. tut. l. non solũ, §. si puellæ, D. de ritu nuptiar.* Dynus. Archidiacon. *in c. priuilegia de reg. iuris, lib. 6.* Tiraq. *d. §. 26. glos. 1. n. 46.* Matiez *in l. 9. glo. 2. n. 23. & 25. tit. 11. lib. 5. Recop.* Castillo *de vsufructu, c. 69. nu. 19.* Larrea *d. alleg. 20. na. 4. & 14.* Sfortia Odd. sup. Paul. Galleratus infrà referendus *n. 122.* Quæ enim † personalia sunt, nõ
4 possunt per alium explicari: vt in eleganti casu doctissimè probat D. Frãc. Salgado *de retent. bullar. 2. part. cap. 6. à num. 25.*

Inter iura verò, & actiones, quæ quia personę cohærẽt, cessionẽ nõ admittũt, princeps est † directa actio; quę
5 quia ossibus nostris veluti affixa est, in separabilis à nobis manet, vt diximus *sup. tit. 1. g. 2.* Ideòque cessâ actione, licèt vtilis trãsferatur in cessionariũ: directa tamẽ apud cedentẽ remanet, quia in separabilis est; eiusque exercitium tantùm transfertur, *l. quis ergo in fin. & ibi glos. D. de peculio*, multis relatis Tiraq *d. glos. 1. nu. 58.* Acosta *de priuileg. cred. prælud. 2. n. 11.* alios retulimus *d. g. 2.* quibus addendus Ant. Faber *C. de hæred. vel action. vend. def. 2. & 3. & in iurisp. Pap. tit. 12. prin. 3 fol. 758.* & in rationali *ad l. cũ fundus, §. seruum tuti, lit. F. D. si cert. pet.* Guzman *g. 31. n. 80.* Matiẽzo vbi proximè *n. 25.* Noalis *de transmiss. c. 24. nu. 14. & c. 36. n. 10.* Menchaca *de succes. resol. lib. 2. §. 20. n. 43.* Plaza *de delictis, c. 47. n. 3.* vers. *ex quo*, Larrea *d. alleg. 120. n. 14.* Schisordeg. *lib. 3. tract. 23. q. 5.* Donell. *d. c. 43.* Griuell. *decis. 111. n. 8. & 9.* Scaccia *de cõmert. §. 2. glos. 5. n. 89.* vers. *declara quinto*, D. Franc. Merlin *cent. 2. cõtrouer. c. 31. à num. 3.* Carleual: *de iudicijs lib. 2. tit. 3. disp. 26. à n. 1.* Sfort. Odd. *d. g. 1.* vers. *quæro igitur nono*, & vers. *quæro decimo*, Paul. Gallerat. *de rem. cõc. to. 1. c. 4. n. 80. & 121.* & post hæc visus, qui ex relatis nullum refert, Arias de Mesa *lib. 1. var. c. 1. n. 5. in fin. & c. 19. n. 13.*

Opportunè † tamen hic videndum 6
est, an sicut directa actio, quã ex primo contractu quis quæsiuit, cedi non potest; ita nec cedi valeat vtilis actio, quæ in cessionarium ex cessione trãsfertur? Quod idem est, ac si quæremus an vtilis actio cessa, vlterius per cessionarium cedi possit? In quo dubio Schisordeg. vbi proximè existimauit, cessionarium vtilem actionem in alium transferre non posse: licèt enim fateatur eum, qui nomen emit, & sic consequutus fuit vtilem actionem; si rursus idẽ met nomẽ alij vendat, secũdum emptorem vtilem etiam actionem habere: asserit tamen id ita esse, non quia per secundam venditionẽ, & cessionem vtilis trãsferatur actio; sed quia æquum est, vt eam cessionarius secundus habeat; quam alioquin ex persona cedentis habere non pos-

set.

set. Schifordeg. enim in eâ fuit sentẽtiâ, per cessionem vtilem non transferri actionem; sed tantùm solâ iuris potestate, ob æquitatem vtilẽ actionem induci: perindeque minus ex secunda cessione posse transferri; sed tantùm ex eadem æquitatis ratione, quæ in prima cessione vtilem induxit. Et vt vno verbo dicam, quæ, ipse multis, & obscuris profert; eius sentẽtia est; vtilem actionem, nec ex primâ, nec ex secunda cessione transferri; eandem tamen æquitatem, ex qua ius admisit, vt primo cessionario vtilis actio cõpeteret, eãdẽ efficere, vt secũdo cessionario similitèr cõpetat.

7 Hæc † tamen Schifordegeri opinio sine fundamento est; nam vt diximus *tit. 1. g. 2.* & dicemus *tit. al. 7. g. 1.* certum est, ex cessione vtilem actionem transferri, Carleual. *de iudiciis tom. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 26. nu. 1.* quam cum habeat cessionarius, consequens est, vt eam alij cedere possit: quod (quidquid fabuletur Schifordegerus) expresse probatur *ex l. 1. §. de illo, D. ad S. C. Trebell.* notat Larrea *d. alleg. 120. n. 9. circa medium*, in cuius sentẽtiæ confirmationem licèt nullũ referat, probarunt Ripa *in d. §. de illo, n. 6.* Speculat. *tit. de cess. action. §. 1. col. 8. vers. sed quid si is*, ex aliis Tiraq. *d. glos. 3. num. 3.* Roland. à Valle *d. cons. 28. n. 19.* Bertazol. *d. clauſ. 27. glos. 9. num. 3.* Surdus *cons. 22. n. 37.* Hypol. Montan, *d. c. 4. n. 35.* Osascus *decis. 63. in fin.* Hunnius sup. Paul. Gallerat. *d. c. 4. n. 98.* Noalis *d. casu 24. n. 14.* Donell. *lib. 15. com. c. 43. vers. etiã nè quis*, Tondut. *resol. ciuil. c. 23. n. 6.* qui asserit, cessionarium iuris retrahendi, seu prælationis, ius illud alij concedere posse. Quæ procedũt, tametsi pluriès cessio de vno in alterũ fieret; nã semper vtilis transfertur: faciunt verba *ex. in l. sed vbi, D. de minorib.* ibi: *Per plures quoq; personas si emptio ambulauerit, idem iuris erit*, in terminis notat Ioan. de Graf. *de cess. iur. §. 4. nu. 8.* & ex Iacob de Aren. Sfort. Odd. *ad l. 3. C. de nouation. g. 1. vers. quæro quinto, & q. 3. art. 3.* Carleual. *sup. num. 2.* Guzman *de euict. q. 35. n. 131. vers. prima, cit.* Bertazol. *clauſ. 29. glos. 4. n. 6.* Trentacinq. *lib. 3. var. tit. de solutionib. resol. 14. n. 1.* Acosta *de privileg. credit. reg. 3. ampl. 4. nu. 35.* An autem cessionarius, qui sibi cessam actionẽ in alium trãstulit, agere possit aduersus debitorem cessum; vel in eo procedat decisio *text. in l. 3. C. de nouationibus*, suo loco agemus.

Vsumfructum, † an cedere possit 8
vsufructuarius, vel in alium transferre, donatione, vẽditione, aliovè cõtractu? non leuiter controuertitur apud interpretes. Et cedi, & alienari posse probari videtur *ex l. arboribus 12. §. Vsufructuarius, D. de vsufructu*, ibi: *Vsufructuarius, vel ipse frui ea re, vel alij fruendam concedere, vel locare, vel vendere potest, l. cui vsusfructus 73. D. eod. tit.* ibi: *Cui vsusfructus legatus est, etiam inuito hærede, eum extraneo vendere potest, l. non vtitur, D. eodem, l. is qui bona, §. Vsusfructus, D. de pignoribus, l. in venditione 8. in princip. D. de bonis auctor. iudic. possid. l. necessariò 8. §. fin. D. de peric. & com. rei vẽditæ, §. 1. de vsu, & habitatione*, cum aliis congestis à D. Ioseph Vela *tom. 2. dissert. 31. n. 16.* Quibus iuris testimoniis motus Schifordeg. *lib. 1. tract. 12. per tot. præcipuè q. 9.* cõtra pragmaticos defendit, vsufructuariũ vsumfructum, iusque vtendi, & fruendi vẽdere, locare, aut gratis cõcedere posse. Quã sentẽtiã ex practicis innumeris sequũtur, quos recẽset Felician. *de cẽsib. lib. 2. c. 4. d. n. 1.* Castillo *de vsufructu, cap. 69.* Duard. *de cẽsib. §. 1. q. 24. n. 5.* Surdus, Lara, Morla, Molina, Matiẽzus, & alij relati à Sanchez *de stat. relig. lib. 7. c. 13. d. n. 13.* vbi pro hac sẽtẽtiã ex theoricis refert Donell. Horom. & Cuiat.

Sed † vsusfructus cessionem, & a- 9
lienationem prohibitam esse, probat textus *in §. fin. Instit. de interdictis, l. si vsusfructus 67. D. de iure dotium, l. vnica, §. sin autem, C. comm. de manumiss.*

numis. l. Vsufructu 9. C. de Vsufructu. Ex quibus iuribus receptum est, vsufructuarium cedere non posse, nec alienare vsumfructum, alias eum amittere, & cum proprietate consolidari. Quæ sententia iure Regio approbata est *ex l. 24. tit. 31. part. 3.* & sequuntur relati à Feliciano, Castillo, & Sachez supra. Surdus *de alimēt. tit. 5. priuileg. 55. num. 4. & tit. 22. nu. 9.* Lara *de vita homin. cap. 23. à num. 32.* Matienzo *in l. 7. tit. 11. lib. 5. glos. 2. nu. 25.* Montan. *dict. cap. 4. nu. 36.* D. Valenzuela Velazquez *cons. 56. num. 20. tom. 1.* strenuè tuetur Monter à Cueba *decis. 46. per tot. & decis. 35. nu. 8.* Cancer. *lib. 3. var. cap. 7. nu. 47.* Fontanell. *de pactis claus. 7. glos. 3. part. 8. à nu. 28.* Cencius *de censibus, quæst. 21. nu. 10. & q. 25. à num. 7.* qui refert Auendañum, & alios, Noalis *de transmissione casu 65. nu. 15.* Larrea *alleg. 120. nu. 4.* Donell. *lib. 10. com. cap. 19. & cap. 8.* vbi Osuald. *lit. G.* Acosta *de priuileg. credit. reg. 3. amp. 51. num. 106.*

In cuius articuli resolutione, licèt 10 vt vides, varient interpretes; tamen omniū vnam esse mentem, & sententiā iudico: nam qui sequuntur, cessionē, & alienationem vsusfructus nō valere, intelligendi sunt, & loquuntur, quandò ipse vsusfructus formalis, qui apud vsufructuarium est, transfertur in extraneū. Nā si ius percipiēdi fructus, & eorū commoditas tantùm cederetur; agnoscunt, cessionē & alienationem valere. Quas contrarias sententias ita in cōcordiā redigit Fōranell. *d. p. 8. à n. 27.* Carleual. *de indiciis lib. 1. tit. 3. disp. 20. n. 6.* Cācer. *sup. n. 48.* Gallerat. *de renunciat. tom. 1. lib. 1. c. 4. n. 120.* D. Solorzano *de iur. Indiar. 2. to. lib. 2. c. 14. à n. 35.* Diuersa enim sunt, vsusfructus, & cōmoditas: nam vsusfructus, est ius vtendi, & fruendi; cōmoditas verò, est vtilitas fructuū illius vsusfructus: vt ex Garcia, & aliis P. Sāchez *d. c. 13. à n. 11.* Mantica *de tacit. lib. 13. tit. 32. n. 4. 10. & 13.* Azeuedo *in l. 9. n. 29. tit. 1. lib. 5. Recop.* Giurba *in consuet. Messan. c. 1. glos. 2. à n. 107. & 109. & c. 7. glos. 2. à n. 17.* Et inter hæc magnā differentiam versari dixit Barbos. *in l. Vsufructu 58. D. Soluto matrimon* Ant. Fab. *lib. 8. coniect. c. 16.* Valenzuela *d. cons. 56. n. 10.* vbi quòd potest esse penes vnum vsusfructus; & penes alium ius percipiendi fructus, & fructuum commoditas, Solorzano vbi proximè qui dat alios, Parlad. *diff. 71. §. 2. n. 14.* Inde est; vt licèt laicus incapax sit decimarū, & ei cedi nō possint; tamen earū cōmoditas rectè ei cedatur, Larrea, & Sanchez sup.

Qui verò † tuentur vsusfructus cessionē, & alienationē consistere, vt ex 11 ipsis videre est; sentiunt procedere, dūmodò vsusfructus ipse in aliū non transferatur: ita vt cedens vsufructuarius esse desinat, ita Felician. Castill. Noalis, & Schiford, qui ex eo probāt, cessionem vsusfructus, quæ in iure fiebat, inefficacē esse: quia per cessionē illā, quæ in iure olim apud Magistratū fieri solebat, totum ius à se abdicabat cedēs: & addicebatur ei, cui res in iure cedebatur: quod omnium meliùs explicat Felician. sup. Morla *in empor. iur. tit. 6. de seruitutib. q. 1. nu. 15.* cum aliis relatis *sup. tit. 2. q. 3.* Caluin. *Lex.* verb. *cessio*, & verb. *in iure cedi*, ex Cicer. & Isidor. Retes *opusc. lib. 1. c. 19. n. 7.* Si ergo, vt vsusfructus alienatio cōsistat, debet ab alienante retineri; sequitur, non vsumfructū ipsum, sed cōmoditatem tantùm cedi, & alienari. Quare vna, & altera sententia in idē recidit, & in substantiā idē docet: sequitur doctissimus Solorzano *de iure Indiar. tom. 2. lib. 2. c. 3. n. 14. & lib. 2. c. 14. à n. 32.* Ex quo infert † possessorem maioratus, qui ius ipsius maioratus cedere non potest; tamen pro tēpore vitæ suæ rectè cedere, & vendere posse cōmoditatē ipsius, & fructuū perceptionē, idem ex multis probat Castillo *3. tom. cont. c. 12. num. 109.* Addent. ad Molinam *de primog. lib. 1. cap. 21. nu. 25.* Similiter licèt pēsionem Ecclesiasticā nō possit quis cedere, 12

dere,

dere, vel in alium transferre, eius tamen fructus pro vita sua potest alienare, Barbosa *de iure vniuers. Eccles. lib. 3. cap. 11. à num. 20.* D. Larrea *allegat. 25. num. 4. & 5.* In dubio tamē, si vsusfructus simplicitèr cessus appareat; vt actus valeat, ius tantùm percipiendi fructus cessum, & translatū censebitur: prout optimè resoluunt ferè omnes, quos pro secundâ sententiâ retulimus, apud quos alia inueniès quæ hic consultò omitto.

13 Sed an † idem, quòd in cessione vsusfructus resoluimus, in cessione actionis ad ius vsusfructus nōdùm cōstituti procedat, dubiū est, in quo doctus Balduinus *in §. finitur, Institut. de vsufructu, num. 20.* eius fuit sentētiæ, quòd licèt ius vsusfructus in alium transferri non possit; actio tamen ad vsumfructum constituendum possit in alium transferri; afferitque eum, cui cedit actio, verum vsufructuarium esse; in confirmationem suæ sententiæ expendit *l. si vsusfructus, D. de nouationibus.* Sed contrariam sententiam cum Bart. Fabro, & Angelo sequitur Sanchez *dict. cap. 13. num. 14. in fine*, quam verissimā existimo: quia actio ad rem, eius est naturæ, cuius est res, *l. qui actionem, D. de reg. iuris; l. si legatum, §. si quis bona, l. sciendum, §. diuersa, D. ad S. C. Trebell.* Si ergo vsusfructus cedi non potest: ergo neque actio ad illum *l. corruptionem, C. de vsufructu*, Bart. *in dict. l. si vsusfructus, num. 2.*

14 Nec † in contrarium facit *dicta lex si vsusfructus*, nam licèt in eā eū, qui mihi vsumfructum constituere tenebatur, delegauerim creditori meo; & delegatio valida fuerit, id ea ratione accidit: quia debitoris mei, qui dominus proprietatis erat, cōsensus, & voluntas interuenit; in cuius potestate fuit, vsumfructum, qui in mea persona constitutus iam vel constituendus erat, in personam creditoris mei trāsferre, vel constituere: quia tamē alius est vsusfructus in personâ delegantis, alius in persona delegatarij, *l. stipulatio ista 38. §. si quis ita stipulatus, D. de verbor. oblig.* facit *text. in l. quia aliæ 12. D. de operis libert.* ibi: *Quia aliæ operæ erant, quæ Lucio Titio dantur*; ideò ipso iure non nouatur actio, nec liberatur debitor, sed tantùm ope exceptionis, vt doctissimè explicat Bartol. *in dict. l. vsufructu*, Pinel. *in l. 1. C. de bonis maternis. part. 3. num. 40.* Pater Sanchez *dict. cap. 13. num. 19.*

His consequens erat agere, an vbi vsusfructus ceditur de consensu proprietarij, vel sine consensu eius; vsusfructus, siue fructuum commoditas, duret per vitam cedentis, vel cessionarij? Et an quādo cessio vsusfructus formalis fit, cessio sit tantùm inutilis: an verò vsusfructus consolidetur cum proprietate? Sed de primo dicam infrà hoc *tit. quæst. 5.* de secūdo egimus *tit. 2. quæst. 5.* Et † an vbi vsufructuarius cedit extraneo ius percipiendi fructus, proprietarius ius retrahendi habeat? videndus Anton. Amato *2. tomo var. resolut. 54. à num. 6.* 15

Vsus † etiam ex eodem principio, quia personæ cohæret, & in vtendo ad strictam necessitatem consistit, cedi, vendi, aut locari non potest, *princ. Instit. de vsu, & habitation. l. si negue 8. l. si habitatio 10. l. plenum §. vltim. D. de vsu & habitatione*, Paul. Gallerat. *dict. cap. 4. numer. 120.* Noalis *de transmiss. casu 66. num. 1.* Donell. *lib. 10. com. cap. 24.* vbi Osuald. *dict. lit. C.* qui aduertit, quòd si vsum cedere liceret; ex mutatione personarū conditio domini grauaretur; cùm nō omnibus idem vtendi modus sit, eademque temperantia, vel necessitas. Vndè vsus non dicitur, si alia persona vtatur, vt ex Bald. elegantèr notat Castillo *de vsufructu cap. 73. in fin.* Ex quo rectè notauit Rebuff. *in repetit. ad text. in cap. quia extirpandæ, §. quia vero, num. 20. de præbend. & dignit.* ius consistens in mero facto, veluti quòd quis possit colligere poma in horto meo, alij cedi non posse. Cui 16

proxi-

proximum est, quod ex Romano tradit Larrea *dict. allegat.* 120. *num.* 12, ius ex humanitate, vel æquitate alicui cõcessum, ad ipsius commoditatẽ in re alij obnoxiâ, in alterius commodum cedi non posse: Et vsum cessibilem non esse, testatur multis exornans Giurba *decis.* 59. *num.* 12. Duardus *dict.* §. 1. *quæst.* 24. *à num.* 14. vbi limitat in vsuario alicuius syluæ, vel montis, quia æquiparatur vsufructuario, ex Donell. & Castillo Robaldus Parinus *de gauellis* 3. *part. patrocinij, num.* 185. vers. *vnum tamen.* Hieron. de Leon *decis.* 59. *num.* 6. quod limitat Donellus, nisi alias vsus inutilis foret; vel nisi ex coniecturis aliud appareret, vt in *l. plenum* 12. §. *æquitij, D. de vsu & habitatione.*

17 Habitatio † si alicui fuerit relicta, an cedi possit, vel alij locari controuersum est, non solùm apud interpretes, sed etiam apud ipsos Consultos: nam cedi non posse probat Vlpianus *in l. si habitatio* 10. *D. de vsu, & habitat.* vbi vsũ, & habitationẽ æquiparat, vt fecit Pomponius *in l. si quis vnas* 32. *D. de vsufructu,* si ergo vsus cedi nõ potest; igitur nec habitatio Galleratus *sup. dict. num.* 120. Contrariũ tamen resoluit Imperat. *in dict. l. cum antiquitas, C. de vsufructu,* §. *sed si cui habitatio, Instit. de vsu, & habitatione,* vbi asseritur habitationem, nec vsum esse; neque vsumfructum; sed proprium quodam ius, quod potest in alium transferri, vt ex Hotoman. aduertit Osuald. ad Donell. *lib.* 10. *com. cap.* 21. *lit. A.* ex multis obseruat Castillo *de vsufructu, cap.* 28. *à nu.* 18. vbi differentiam constituit inter vsumfructum, vsum, & habitationẽ. Duardus *sup. à num.* 12. qui asserit habitationem vendi, locari, & alij concedi, & super eâ censum constitui posse.

18 Pro cuius † dubij verâ resolutione constituo, triplici modo legari, vel donari posse habitationem. Primò, quando donatur, vel legatur domus ad habitandum. Secundò, quando donatur, vel legatur habitatio alicuius domus. Tertiò, quando cõmoditas, seu facultas habitandi relinquitur. Primo casu quando domus ad habitandum donatur, vel legatur, plena proprietas legata intelligitur, *l.* 4. *D. de alimẽt. legat.* innumeris relatis Castillo *de vsufructu, cap.* 30. *à nu.* 4. *&* 14. *& tom.* 4. *cap.* 54. *num.* 11. *& fin. &* 5. *tom. cap.* 62. *nu.* 112. alios plenâ manu, & nouissimè cõgerit D. Ioseph Vela 2. *tom. dissert.* 47. *à num.* 1. *præcipuè num.* 17. qui loquitur in terminis quando legatur domus ad habitandum, vel vtendũ, conducit Frãc. Tondutus *resol. ciuil. cap.* 87. *a num.* 1. vbi quòd si testator legauerit fundũ, vel rem aliquam ad vtendum, vel fruendum, proprietatem legasse censetur: appellatione namque habitationis, dominium aliquandò cõtinetur, *l. Seiæ, §. Caio, D. de fundo instructo,* facit text. *in l. cum antiquitas, C. de vsufructu,* Balduinus *in §. sed etsi cui habitatio, Instit. de vsu, & habitatione.*

In secundo † vero casu, quando 19
legatur, vel donatur habitatio, nedũ poterit legatarius, vel donatarius vti habitatione; sed etiam eam alteri cedere, vel locare, *d. l. cum antiquitas,* ita intelligenda, ibi: *Etsi habitationem quis reliquerit, ad humaniorem declinare sentẽtiam, nobis visum est, & dare legatario etiam locationis licentiam, quid enim distat, si ipse legatarius maneat, vel aliis cedat, vel mercedem accipiat?* Idem probat Iustinian. *in dict. §. sed etsi cui,* de iure nostro Regio *l.* 27. *tit.* 31. *part.* 3. Quemadmodum conductor habitationis, ius eius alij cedere potest, *l. nemo prohibetur, C. de locato, l. si tibi la segunda, D. eodem titulo,* ex aliis Gutierrez *de gauell. quæst.* 43. *num.* 2.

In † tertiò autem casu cùm com- 20
moditas, seu facultas habitãdi relinquitur, per verba, quæ non in ius sonant, sed in factum; veluti quòd quis possit habitare; talis facultas alteri,

nec

nec locari, nec cedi poterit: quia in facto, non in iure consistit, *argum. text. in l. apud Iulianum*, aliàs *l. cum seruus* 39. §. *si quis alicui*, *D. de legat.* 1. ibi: *Si quis alicui legauerit, licere lapidem cædere, quæsitum est, an etiam ad hæredē hoc legatum transeat: & Marcellus negat ad hæredem transmitti, nisi nomē heredis adiectum legato fuerit*, *l. pater filiæ*, *D. de seruit. legat.* ibi: *Pater filiæ per domos hereditarias ius transeundi præstari voluit*, & rursus ibi: *Ne quod affectu filiæ datum est, ad exteros eius heredes transire videatur*, optimè facit *l.* 13. *tit.* 15. *lib.* 5. *Recop.*, quâ prohibētur cessiones habitationum, vulgo *casas de aposento* cuius meminit Saagun. *in cap. fin. de alienat. iudicij, in solut. ad* 1. *arg.* vers. *qua ratione*. Iuxta quā tertij casus speciem existimo locutum fuisse Vlpianum *in dict. l. si habitatio* 10. dùm habitationem, & vsumæ quiparat, & neutrum donari, seu in aliū transferri posse docet: quam differētiam inter hos casus non percalluit Noalis *de transmiss. casu* 66. *num.* 3. eā tamen agnouerunt Afflictis *decis.* 401. *num.* 1. Simon de Prætis *de interpret. vlt. voluntat. lib.* 4. *interpret.* 1. *dub.* 8. *num.* 75. Mantica *de coniecturis lib.* 9. *tit.* 4. *à num.* 8. Castillo *de vsufruct. cap.* 28. *à num.* 26. *& cap.* 73. *à num.* 21. *ad finem*, Acacius Ripol. *var. resol. cap.* 12. *à num.* 257. iuxta quam distinctionem iudicatum refert Hieron. de Leon *tom.* 1. *decis.* 59. *per totam.*

21 Priuilegium tan cessibile sit, succedit inquirere? circa quod solùm agendum nobis est, de priuilegiis Principis, seu beneficiis vulgò *mercedes* & ea quæstio disputāda, an quādo Princeps aliquem erigit, & creat Ducem, Marchionem, vel Comitem, dignitas illa cessibilis sit, vel transmissibilis ad heredes, vel singulares successores? In quo dubio duo casus considerandi sunt: Primus quando dignitas Comitatus, Ducatus, vel Marchionatus cōcessa est personæ: et tunc priuilegium personale erit: titulusque, & dignitas in alium non transibit, sed extinguetur cum personâ, *l. forma*, §. *quamquā*, *D. de censibus*, *l. cum patronus* 28. *D. de legat.* 2. ibi: *Quoniam quod illius personæ præstatur, numquam ad aliū pertinere debet*, *l. Neratius*, *l. priuilegia*, *D. de reg. iur. cap. priuilegium de reg. iuris in* 6. Noalis *de transmiss. cas.* 23. *num.* 21. *& cas.* 27. *nu.* 14. Giurba *dec.* 51. *num.* 8. Hypol. Montan. *in addit. ad Oliban. de actionib. part.* 2. *libr.* 1. *cap.* 4. *num.* 21. vers. *producit infine*. latè omninò videndus Capycius Galeota *lib.* 2. *cons.* 51. *à num.* 1. *cum multis sequentib.* Surdus *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 22. *num.* 15. *& titul.* 8. *priuileg.* 55. *num.* 5. in terminis Camill. de Curte *diuers. feud. part.* 1. §. 4. *sed vnde*, *nu.* 17. Cancerius 3. *part. cap.* 3. *num.* 324. Barbosa *in l. quia tale*, *D. soluto matrimon. num.* 39. Ponte & alij quos refert Marius Giurba *de succes. feudor. ad c.* 118. §. 1. *glos.* 3. *num.* 30. *&* §. 2. *glos.* 13. *num.* 90. vers. *Secundus casus*, vbi quod si Rex faciat aliquem Comitē talis loci, dirigendo verba in personam, dignitas illa dicitur personalis; ita vt licèt locus ille in alium trāsferatur, non ex eo émptor, vel successor fiat Comes, notanter Larrea 1. *tomo decis.* 31. *num.* 22. ibi: *Adeo quidē vt licet ad rem videatur referri concessio, si tamen eam non afficiat, & si rem designet, non realis, sed personalis censebitur*, faciunt verba *text. in cap. mandata de præsumpt.* ibi: *Non loco tribuimus, sed personæ*. Et ex eo, quòd dignitas ita concessa personalis sit, resoluit post Surdum Giurba, cedi minimè posse, nec de vna in aliam personam transire, conducit Mastrill. *de magistrat. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 73. In terminis cessionis iterum repetit Giurba ex Barbosa Menoch. & Moneta *dict. glos.* 13. *num.* 105. vers. *declara primo*, vbi etiam quòd talis dignitas ad heredes non transit: faciunt tradita à Larrea *dict. decis.* 31. *à num.* 20. vbi varia iura expendit in superioris doctrinæ comprobationem, & exornationem.

28

Secun-

22 Secundus † casus est, quando dignitas Comitatus, vel Marchionatus adscribitur oppido, villæ, vel castro; & Rex dirigit verba in rem; veluti si locum, vel terram erigeret in Comitatum; locumque illũ, vel villam concederet alicui: tunc enim dignitas illa realis censeretur, & is qui locũ possideret, Comes, vel Marchio appellari rectè posset; quia locus ipse hanc præfert dignitatem, quæ ad quemcumque transit, qui illius dominus sit, *l. ætatem 3. §. rebus, l. 4. §. quamquã, D. de censibus*, Surdus *cons.* 525. *num.* 25, *& 26.* in terminis Barbosa, Cancerius, Gisurba, & alij sup. Noguerol. *alleg.* 38. *num.* 9. *in fine.*

23 In primi † & secundi casus cõprobationem singulariter facit text. *in l.* 1. *§. permittitur, D. de aqua quot. & æstiu.* ibi: *Et datur interdùm prædus; interdùm personis; quod prædiis datur, extincta persona non extinguitur; quod datur personis, cum personis amittitur, ideòque neque ad alium dominũ prædiorum, neque ad hæredẽ, vel qualemcumque successorem transit.* Elegãter ad rem D. Molina *de primog. libr.* 1. *cap.* 11. *num.* 19. vbi quòd dignitas Ducatus, vel Marchionatus concessa ratione solius administrationis, sine territorio, non transit ad successores; secus si simùl cum proprietate oppidi, ac territorij concessa sit; quia ad hæredes transibit, sicut ipsum oppidũ ac territorium. Ex quo *num.* 21. infert primo casu, filiũ Ducis, vel Marchionis non posse mortuo patre, eo titulo appellari, nec in subscriptionibus vti, nisi Princeps eum talem appellet, vel vt tali rescribat. In secundo vero casu, filium natu maiorem noua Principis declaratione, & voluntate nõ indigere asserit, vt Dux, vel Marchio appelletur; conducit Paul. Gallerat. *de renunciat. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 112. vbi quòd priuilegia personalia non transeunt in successores, vel cessionarios, nisi competant ratione rei, Hunnius *in encyclop. iur. part.* 1. *tit.* 6. *cap.* 9. Et quòd priuilegia personalia parẽtibus concessa in eorum filios non transferantur, *ex l. penult. & vltima, C. de decurionib. lib.* 10. eleganter admonet D. D. Antonius Feloaga, in sua, erudita satis, & docta declamatione *de immani læsæ Maiestatis facinore, disc. 2. num.* 19.

24 Et quandò † titulus ad heredes, vel successores transeat? & quid si cõcessum sit in remunerationem seruitiorum, & de aliis latissimè agit Giurba in dictis locis, omnino videndus Tiraquell. *de iure primog. quæst.* 59. *& de retract. lignag. §.* 26. *glos.* 1. *num.* 60. *&* 61. D. Valenzuela 1. *tom. cons.* 38. *per totum, & cons.* 79. *à num.* 21. Acosta *de priuileg. credit. prælud.* 1. Velasc. *in loc. comman. lit. P. axiomate* 179. *ad* 184. Noalis *de transmission. cas.* 23. *ferè per totum*, Bellon. *de his quæ fiunt in continenti, lib.* 2. *c.* 120. *per totum*, Galeota vbi proximè, qui latè etiam prosequuntur, ex quibus priuilegia, & concessiones personales, vel reales dicantur: annectit alia notabilia Larrea vbi proximè Arias de Mesa *lib.* 2. *var. cap.* 27. *à num.* 1. Ant. Bellonus *cons.* 27. *à num.* 43. cum multis sequentib. Noalis *dict. casu* 23. *per totũ*, Cyriacus *cont. forens. lib.* 2. *cont.* 297. *à num.* 1. post eos nouissimè Franc. Tõdutus *quæst. ciuil. cap.* 44. vbi per totum contendit, priuilegium immunitatis à collectis, alicui personæ pro se, & successoribus ob seruitia, & merita concessum, reale esse, & in singulares eius successores, vel emptores bonorum per cessionem transferri, videndus in summario *numer.* 11. de quibus nos infrà *tit.* 6. *quæst.* 2. *&* 3. agemus.

Succedanea est † disputatio, an facultas eligendi, & nominandi cedi possit? In quo difficili admodũ articulo, vt relictis ambagibus rem aggrediamur, constituo, ius seu facultatem eligendi duobus modis competere posse. Primò quandò facultas eligendi competit iure proprio, & ad proprium commodum, & vtilitatem; veluti 25

luti quandò ex legato, vel stipulatione mihi competit electio: quia ex pluribus rebus legata, vel promissa fuit mihi, quam maluero, vel elegero. Secundo quandò ius eligendi concessũ est ad alterius vtilitatem, veluti si testator commisserit alicui, vt ex certis personis aliquem eligeret, vel nominaret ad successionem alicuius maioratus, vel capellaniæ.

26 Primo † casu quandò ex stipulatione, & cõtractu, ad vtilitatem meã mihi competit electio, veluti quandò ita stipulatus sum, *stichum, aut decem vtrum ego velim*, obligatio illa in aliũ transferri potest, inquem simul transit eligendi potestas, *l. si sic legatum* 75. *§. si quis ita, D. de legat.* 1. ibi: *Si quis ita stipulatus Stichum, aut decem vtrùm ego velim, legauerit quod ei debetur; tenebitur hæres eius vt præstet legatario actionem, electionem habituro, vtrùm Stichum an decem persequi malit*, ecce vbi stipulatio alternatiua ceditur per heredem legatario, qui eligendi ius habet, sicut haberet cedens. Ex quo textu notat ibi Gothofred. stipulationem, & actionem alternatiuam cedi posse; iusque eligendi competens ex contractu cessibile esse, ex eodem textu idem probat Alex. Ludouis. *decis.* 456. *num.* 5.

27 Sed † in contrarium fortiter vrget *text. in l. si ita stipulatus fuerim illud, aut illud* 76. *D. de verb. oblig.* vbi Paulus docet, stillud, aut illud, quod ego voluero, stipulatus fuerim, electionẽ personalẽ esse: & filiofamilias, vel seruo ita stipulanti ius eligẽdi cohærere: quod apertius testatur Gaius *in l. fin. D. de verbor. obligat.* ibi: *Si seruus aut filius familiàs ita stipulatus sit, illam rem, aut illam, vtrum ego velim; non pater, dominus vè, sed filius seruus vè destinare debet: vtrum ego velim*; si ergo in alternatiuis stipulationibus eligendi ius personale est, & cohæret personæ stipulantis, videtur in cessionarium, vel legatarium non posse transire.

Cui † difficultati satisfacere cõ- 28
natur Bartolus *in dict. §. si quis ita, nu.* 1. qui docet, viuo creditore non transire potestatem eligendi in cessionarium, & ita procedere *dict. l. si ita stipulatus* eo tamen mortuo transire ad heredem, qui præsumitur scire defuncti voluntatem: postquam verò in eũ transibit, asserit, potestatem illam eligendi cessibilem fieri, ideòque in cessionarium recte transferri *in dict. §. si quis ita*: quam interpretationem sequitur Iason ibi. Noalis *de transiss. cas. 36. à nu.* 6. accedere videtur (multũ post hæc visus) Arias de Mesa *lib. 2. variar. cap. 28. num.* 11. & 12. Sed displicet distinctio Bartoli ex eo, quod si creditori actionis alternatiuæ; ideò per cessionem ius eligendi trãsferre prohibetur, quia electio personæ cohæret, hæc ratio etiã euincit; nec in eius heredẽ hoc ius posse trãsire, ac proindè nec ab eo cedi, cùm nec cedere potuisset defunctus.

Quare † Iason *in dict. §. si quis ita*, 29
ex Baldo aliam refert solutionẽ. Ideò *in dict. §. si quis ita*, translatam fuisse eligendi facultatem in legatarium, 30
quia electio stipulatori competens cohærebat nõ personæ eius, sed obligationi, quæ cum transeat in legatarium, transire debet, cum sua formã, causã & qualitate; adeò proinde cum eligendi iure, & facultate. Add. ad Alex. Ludouis. *decis.* 456. *num.* 7. conducunt quæ nos infrà trademus *tit. 6. quæst.* 2. *cum 2. sequentibus*. Quod secus esset, si electio competeret alicui, tanquam nũdo ministro, *vt in l. si quis arbitratu. D. de verbor. obligation. l. fin. C. de contrahend. empt.* Eiusdem sententiæ est Anton. Gomez 2. *tom. var. cap.* 11. *num.* 41. Iacob. Cuiacius *lib.* 18. *Paul. ad edictum in dict. l. si ita stipulatus*, vbi ex eo asserit, obligationẽ alternatiuam simul cum eligendi iure ad heredem creditoris transire, nõ directè, sed in consequentiã obligationis, cui ius hoc eligendi ineest, quasi quid accessorium; & appendix:

ſequitur D. Franc. de Amaya *in l. nullus 60. C. de decurionibus lib. 10. à nu.* 19. Arias de Meſſa *dict. c. 28. à nu.* 12.

30 Difficilis † tamen redditur hęc interpretatio ex eo, quia ſi ius eligendi appendix eſſet, & ſequela ipſius obligationis, neceſſarióque tranſiret in eum, in quem ipſa tranſlata fuit obligatio: tranſiret etiam ius eligendi in patrem, vel dominum, quando filius, vel ſeruus illud, aut illud quod ipſi voluerint, ſtipulantur: cum quidquid acquirant filij, vel ſerui, conſtitum parentibus & dominis acquiratur, *l. placet, D. de acquir. hered. cum vulgat.* At indubitati iuris eſt, electionem ita perſonis ſerui, vel filij cohærere, vt pater vel dominus eligere non valeant, *dict. l. ſi ita ſtipulatus, dict. l. fin.* Igitur, dicendum videtur, ius eligendi non eſſe ſequelam, & acceſſorium ipſius obligationis, vt Cuiacius, & Amaya exiſtimarunt; aliter enim electio non perſonalis, ſed realis diceretur; & nō perſonæ, ſed obligationi cohæreret, vt ex Donell. & Oſualdo docet Larrea *deciſ.* 31. *num.* 58. *& 59.*

31 Alij † & doctiſſimi ſanè viri, alium longè diuerſum eſſe exiſtimant horum iurium verum intellectum, dicentes factâ eâ formâ ſtipulatione, *illud, aut illud quod malucro*, electionem perſonæ cohærere, & in patrem, vel dominum non tranſire, neque etiam in heredem; quia ea, quæ in animo, & voluntatis declaratione conſiſtunt in ſeparabilia ſunt, & in alios non tranſeunt, ſed vnà cum voluntate extinguūtur, *l. ſi iſta 68. D. de condition. & demonſtr. l. 4. D. locati*, Gothofred. *in dict. fin.* doctiſſimus Domin. D. Martinus de Larreatigui Supremi Conſilij Senator dignisſimus, *lib. 5. ſelect. cap. 4. num.* 1. Nec his obſtare aſſerunt *textum in dict. l. ſi ita ſtipulatus*, in qua expreſſe aſſeritur, in heredem tranſire obligationem, ibi: *In heredem tamen tranſit obligatio, & ante electionem mortuo ſtipulatore.* Quia in ſtipulatione alternatiua duo inſunt, obligatio ipſa; & ius electionis: illa pura ad petitionem; hæc verò conditionalis, & perſonalis quoad electionē: Mortuo igitur ſtipulatore eius heres, pater, vel dominus electionem non habebunt; ius tamen obligationis, etiam ante electionem mortuo ſtipulatore, in eos tranſibit: ita tamen vt non ipſi eligant; ſed promiſſor adquem ius eligēdi deuoluitur, qui præſtando quod maluerit liberatur, vt interpretatur Donell. *in dict. l. ſi ita ſtipulatus per text.* ibi: *In heredes tamē trāſit obligatio*, quaſi de obligatione, non de electione loquatur Conſultus, ſequitur D. Larrea *dict. deciſ.* 31. *nu.* 61. ex Ant. Fabro, D. Larreatigui *d. cap. 4. num.* 7. qui iuxta hanc interpretationem intelligit *textum in l. illud, aut illud, D. de optione legata*, vt in eâ non electio; ſed legatum tranferatur in heredē, & reprobat Benedictū aliter ſentientem; eum tamen ſequitur D. Larrea *ſup. num.* 69.

32 Cui † interpretationi non obſtare contendunt *dict. l. ſi ſic legatum 75. §. ſi quis ita, D. de leg.* 1. in qua eligendi ius ex ſtipulatione alternatiua competens, in alium etiam ſingularē ſucceſſorem transfertur: quia reſpondet cum Donello *lib. 15. com. cap. 2.* quem ſequitur Oſuald. *ibi lit. D.* in ea legē electionem competere legatario, ſpeciali ratione, ſcilicet quia teſtator legando actionē; videtur eligere quod voluerit, & elegerit legatarius; itaque electio ab eo poſtea facta, non tam electio eius eſt, quàm declaratio electionis iam factæ à teſtatore, eo tempore quo legauit: quia actus non tribuitur facienti, ſed ei de cuius cōmiſſione, & ordine fit, *l. item eorū, §. Decuriones, D. quod cuiuſque vniu. nomine, l. vnum ex familia, §. 1. D. de leg. 2.* exornat multis laudatis Velaſcus *in loc. com. lit. A. axiom.* 136. quē intellectū tradit Larrea *ſup. n.* 55. & prędocuerat D. D. Martin de Larreatigui *d. c. 4. n. 8.* & poſt eos nouiter Vincus Hunnius *reſol. iur. ciuil. lib. 3. tract. 4. quæſt.*

quæst. 15. vbi per tot. quòd ius eligẽdi ex obligatione, & stipulatione alternatiua nõ transit ad heredes licèt ipsa obligatio in eos tranferatur.

33 † Quæ interpretatio mirè conuenit nostræ resolutioni, in qua diximus, in cessionarium stipulationis alternatiuæ ius eligendi transire, quod non à se habet; sed à cedente, qui in ipso cessionis actu eligere videtur id quod cessionario placuerit, prout in legatario nuper diximus. Sed si Iacobi Cuiacii sententiam amplecti velis (quæ primò fuit Baldi) hæc etiam admittit, in cessionarium obligationis alternatiuæ, ius eligendi cum ipsâ obligatione transire. Ex quo colliges, non rectè locutos fuisse Tiraquell. *de retract. lignag. §. 26. glos. 1. nu. 76.* Carpium *de executoribus testam. lib. 2. cap. 19. nu. 15.* Hypolit. Montan. *in addit. ad Oldran. de actionib. lib. 2. p. 1. c. 4. n. 36.* & Matienzum relatum ibi, dum indistinctè asserunt, ius eligendi in cessionarium non transire, moti *ex l. si ita stipulatus*, cùm id ex ea nõ probetur, & contrarium decidatur *in d. l. si sic legatum, §. si quis ita, D. de leg. 2.*

34 † Sed licèt qualiber ex superioribus Iacobi Cuacij, vel Donelli, & Osualdi, sententia in id, quod dubij nostri decisionem respicit, amplecti possit; tamẽ in id, quod attinet ad verum prædictorum iurium intellectũ, periculosæ mihi videtur, & facilè cõuinci posse. Nam Cuacius, qui adeò cohærere electionem obligationi asserit, vt transeat in eum inquem ipsa obligatio transfertur, conuincitur ex eo, quòd in patrem, vel dominum nõ transit ius eligendi, licèt obligatio à filiis, vel seruis acquisita eis protinùs acquiratur.

35 † Donellus tamen, & Osualdus qui opinantur in heredem stipulatoris obligationem tantùm, non vero electionem transmitti, quia hæc personæ cohæret, ex eo conuinci, & reuinci possunt, quòd eorum intellectus diuinatorius est: nam licèt fatear sæpè nunc-

ro accidere, actionem, quæ personali aliquo nititur priuilegio, aliquandò sine eo transire in vniuersalem, siue singularem successorem, *l. ex pluribus. D. de administr. tutor.* cum aliis, quæ suo loco referam, tamen verosimilè non est. I. C. *in dict. l. si ita stipulatus, & in dict. l. illud, aut illud, D. de option. legat.* qui docent obligationẽ, & legatũ in heredẽ trãsire, omissuros fore, eo casu electionem heredis nõ esse, sed promissoris. Sed quod magis vrget id est, quòd *in dict. §. si quis ita*, heres creditoris, qui legauerat actionem alternatiuam, cogitur eam præstare, & cedere legatario, in quem ex cessione ius eligendi transfertur: ergo prius in heredem translatum fuisse fatendũ est, aliàs cederet ius, quod ipse non haberet. Et diuinatorium esset, & futile dicere, heredem actionẽ solùm, non verò eligendi ius legatario præstare: quia aut vtrumque debet habere ab harede, aut nullum. Vtra quòd si in specie *dict. §. si quis ita*, legatarius repudiasset legatum, nemo (vt existimo) inficiaretur electionẽ, quàm ipse legatarius haberet, heredi etiam pertinere: cùm ius vniuersalis successoris longè fortius sit, successoris singularis iure. Stringit etiam, quòd si electio adeò personalis est, & cohæret stipulanti, vt nec in patrem, vel dominum, neque in heredem trãseat, cur in legatarium transire poterit? Etsi cum Donello dicas, id procedere, quia in ipso actu legãdi, videtur testatorem eligere: cur rogo & illud non admittes, quandò testator actionem illam reliquit heredi? nam si legando videtur eligere, quod legatarius: eodem modo eligere censebitur, quod elegerit heres.

† Ex quibus vna & altera sententia nimis dubia redditur. In quo 36
arduo iuris articulo, quem tot doctissimi interpretes lucubrationibus suis illustrarunt, si liceret meum interponere iudicium, dicerem & vt certissimum statuerem, in heredem le-

gararij, vel creditoris, non solùm obligationis alternatiuæ ius, sed facultatem etiam eligendi transire, prout contendit Cuiacius *in dict. l. si ita stipulatus*. Nec enim credo, electionem hanc adeò personalem esse, vt in hæredem non transeat; aliter enim neq; in legatarium, neq; in cessionarium transiret: cuius contrarium docet Consult. *in dict. §. si quis ita*; si ergo in alium transit, & cedi potest. à fortiori in heredem transmittetur cum omnia quæ cessibilia sunt, ad heredes transmittantur, vt dicemus infrà *hoc titulo quæst.* 8. Et ex eo, quòd in legatarium, vel cessionarium ius eligendi transferatur, satis euincitur ius eligendi ex his iuribus non esse, quæ mere personalia dicuntur, & quæ creditoris personam egredi non possunt. Cõstituo etiam electionem quæ creditori, vel legatario ex stipulatione alternatiuâ competit, nõ esse quid accessorium ipsius obligationis, vt rectè probat contra Cuiacium, & alios D. Larrea sup.

137 His suppositis † veritati magis accedere existimo, ius eligendi ex obligatione alternatiua, simùl cum ipsâ obligatione transire, quoties ex voluntate creditoris obligatio alternatiua in alterum transfertur; siue is cessionarius, legatarius, hæres ex testamento, vel abintestato esset, eâ ratione quam D. D. Martinus de Larrea tigui probauit, quòd vbi legat creditor, in ipso disponendi actu videtur eligere, quod elegerit legatarius, *argum. l. item eorum, §. si decuriones, D. quod cuiusque vniuersitatis*, ibi: *Parui enim refert, ipse ordo elegerit, an is cui ordo negotiũ dedit.* Quod in quolibet cessionario, vel herede procedet, cũ ij ex creditoris, vel defuncti voluntate, rem habere videantur, etsi abintestato heredes sint *l. conficiuntur 8. §. sed ideò, D. de iure codicill.* ibi: *Sed ideò fideicommissa dari possunt abintestato succedentibus, quoniam creditur patrem familiàs spote sua his relinquere legitimam hereditatem*, ex aliis Castillo *tom. 4. cap. 61. nu. 10. & cap. 113. à nu. 34.* Fontanell. *de pactis nuptialib. claus. 5. glos. 10. à nu. 68.* Giurba *in Consuet. Messan. part. 1. cap. 5. glos. 4. à num. 6.* Hermosilla *in l. 9. tit. 4. part. 5. glos. 1. à n. 10.* innumeris suo more relatis Amato *2. tom. var. resolut. 76. à n. 18.* qui latè comprobant, eum, qui reseruabit sibi facultatem disponendi de aliqua re, etsi specificè non disponat, videri disposuisse in fauorem heredis ex testamento, vel abintestato. Ex quâ doctrinâ D. Larrea aliud agens *tom. 1. decis. 40. n. 30. & 33.* in indiuiduo resoluit, ius eligendi ex stipulatione alternatiua creditori cõpetens, non solùm in legatarium, sed in heredem transire, ibi: *Si verò ei quod relinquitur, inest electio, competit non tantũ heredi, verũ etiã legatario, l. si sic legatũ, §. si quis ita, D. de leg. 1.* idemque tenent Gironda *de priuileg. quæst. 123. à n. 681.* Castillo qui plures cumulat *d. cap. 183. nu. 8. vers. è contrario autem.* Ex quibus mire fulcitur nostra sententia, iuxta quam rectè intelliges, & accipies text. *in dict. §. si quis ita, d. l. illud, aut illud, D. de option. legat.*

Ex quo † iam colligere poteris, & in aperto est verus, & nouus intellectus ad *dict. l. si ita stipulatus, D. de verbor. obligation. l. fin. D. eodem titul.* in quibus profitentur Consulti, filium, vel seruum si stipulentur illud, aut illud, quod maluerint; electionem eorum personis ita cohærere, vt pater, vel dominus eligere non valeant: id enim ex eo prouenit, quòd licèt quicquid acquirit filius, vel seruus acquirant patri, vel domino; tamen acquisitio illa legis ministerio confestim fit, etiam eis inuitis, & ignorantibus, *l. placet, D. de acquirend. her. ed.* ibi: *Confestim acquiri ei, cuius est in potestate, §. item vobis, Instit. per quas personas*, ibi: *Hoc enim vobis ignorantibus, & inuitis obuenit, l. seruus vetante domino 62. D. de*

D. de verbor. obligation. l. etiam inuitis nobis 32. *D. de acquir. rerum domnio*, Donell. *lib. 9. com. cap.* 6. & cõtra Anton. Fabrum acerrimè, & elegantèr D. D. Melchior de Valècia *illust. iur. ad titul. de acquirend. hered. tractat.* 3. *part.* 1. *num.* 7. *&* 8. Cum igitur non ex voluntate filij, vel serui obligatio patri, vel domino acquiratur, sed legis ministerio; cùm in filio, vel seruo non reperiatur, nec necessaria sit voluntas transferendi obligationem, & electionem in patrem, vel dominum: inde est, vt licèt eis obligatio acquiratur, non tamen habeant electionẽ. Quod tamen in hærede, legatario, vel cessionario diuersum est, cùm ex voluntate, & dispositione creditoris obligationem, & actionem alternatiuam habeant, eamque transferendo, videatur creditorem ipsum eligere tum, quam ipsi postea elegerint.

39 † Similitèr si creditor ipsius stipulatoris alteri annui, caperet in solutum nomen & obligationem alternatiuam, transiret in eum potestas eligendi, simul cum obligatione ipsâ, *vt ex l. pro herede, §. quæ si tamen, D. de acquirend. hered.* notant Bart. Paul. & Iason *in dict. l. si ita stipulatus*, quos sequitur Noalis *de tract. finis. casu* 36. *num.* 12. quod verum iudico; non tamen ea ratione qua mouetur Bart. sci licèt quòd alienatio necessariâ sit; sed quia in illâ translatione actionis, quodãmodò interuenire videtur voluntas debitoris: cùm factum iudicis ad iudicantis nomen, ipsius partis factũ censeatur *l. si ob causam*, vbi *Doctores, C. de euictionibus*, cùm alijs relatis infrà *tit.* 5. *quæst.* 13.

40 Quòd in † cessione actionis alternatiuæ ex contractu quæsitæ resoluimus, idem in actione ex testamento procedit, vtraque enim cedi valet: Quod fortiori ratione in legato generis (veluti cum homo generalitèr legatur, *§. si generaliter, Inst. de legat. l.* 2. *l. si Pamphilo, l. seruo generaliter, l. homine, D. de option. legat.*) locum habet, quo casu in cessionarium transibit eligendi ius, *arg. text. in dict. l. si Pamphilo* 10.

41 Illud † verò in difficili est, an legatum optionis cedi possit (quod à legato generis, & alternatiuo differt Larrea *dict. decision.* 31. *num.* 47.) & iure communi attento, cessibile non esse constat: nam Digestorum tempore, optionis legatum non transmittebatur ad heredes, *§. optionis, Instit. de legat.* quod igitur transmitti non potest, nec per cessionem transferri valet, Bald. *in l. per diuersas, numer.* 20. *C. mandati*, Tiraquell. *dict. glos.* 1. *numer.* 81. Amatis *decision.* 6. *numer.* 12. ex Surdo & alijs Monter à Cueua *decision.* 35. *numer.* 21. Intrigliolus *cons.* 29. *à num.* 59. Ioan. Baptista Thoro 3. *part. compen. decis.* verbo. *cessio medietatis*. Et licèt Imperator Iustinianus speciali sua constitutione optionis legatum ad heredem transmitti statuerit; tamen de cessione nihil locutus fuit, vndè quoad eam ius antiquum abrogatum non censetur, argument. *text. in l. proximè, D. de his quæ in testament. delentur*, ibi: *Vt ea duntaxat existimemus irrita esse voluisse, quæ induxit, l. sancimus, C. de testament.* ibi: *Quod enim non mutatur quare stare prohibetur*, melior *text. in l. præcipimus, in fin. C. de appellation.* ibi: *Quidquid autem hac lege specialiter non videtur expressum, id veterum legum constitutio: umquc regulis omnes relictum intelligãt*, Larrea *allegation. Fiscal.* 94. *num.* 35. D. Valenzuela Velazquez *cons.* 71. *à numer.* 91. *tom.* 1. Gutirba *de succession. feud. §.* 2. *gl.* 2. *à n.* 4 Nec ex eo, quòd legatum optionis transmissibile fecerit Iustinianus, id cessibile esse dicere possumus: cùm multa, quæ transmissibilia sunt, cedi non valeant. Mõterà Cueua vbi proximè, latius infrà *hoc titul. quæstion.* 8. *dicemus*. De iure tamen Regio iuxta quod iuris communis solemnitates, & formulæ non attenduntur, existimarem

legatum optionis cedi posse, & optandi ius in cessionarium transire; cum ad hæredem legatarij transmittatur, *l.26.titul.9.part.6.* vbi Greg. Lopez.

42 In secundo † verò casu principali, quando eligendi, nominandi, arbitrandi, vel declarandi ius concessum est ad alterius vtilitatem, veluti quãdo alicui committitur facultas nominandi, vel eligendi ad maioratũ, vel capellaniam. Certum est, prædictam facultatem alij cedi, vel committi nõ posse; neque ad hæredes transire: quia electio illa personalis est, & limitata censetur ad industriam, & dispositionem eius, cui commissa fuit, *l. si quis arbitratu 43. D. de verb. oblig.* ibi: *Quid ergo si ipse qui arbitrari debuit, moram fecerit, magis probandum est, à persona non esse recedendum eius, cuius arbitrium insertum est, l. cùm quidam 24. l. Vnum ex familia. §. sed etsi, D. de legat. 2.* Tiraquell. *dict. glos. 1. num. 76.* Molina *de primog. lib. 2. cap. 4. numer. 62. & 63.* vbi Addent. Galdas Pereira *de nominat. emph. quæst. 6. num. 22.* (qui asserit quod licèt cedi non possit, potest tamen constitui procurator specialis ad eligendum) Mieres *1. part. quæst. 44. à num. 96. & quæst. 48. à nu. 187.* Iemisiuè Hermosilla *in l. 4. titul. 4. part. 5. glos. 6. num. 8.* Alexan. Ludouis. *decis. 456. num. 4.* Acacius Ripol. *var. resol. cap. 13. num. 523.* Carpio *de execut. testam. lib. 2. cap. 9. à num. 13.* Castillo *5. tom. controu. cap. 87. à numer. 17. & tom. 6. cap. 183. à num. 8.* Cancer. *3. part. cap. 21. nu. 254.* Noalis *de transmiss. casu 16. num. 7. & casu 35. num. 26. & cas. 36. num. 18. & 26.* qui loquitur in facultate arbitrãdi Larrea *2. tom. allegat. 120. num. 15.* D. D. Franc. de Amaya *sup. num. 21.* Giurba *in Consuet. Messan. 1. part. c. 2. glos. 10. num. 16.* Eadem † ratio admittit executorẽ testamenti non posse cedere, neque committere officiũ suum alteri, neq; regulariter transire in hæredes, *l. nulla, C. de Episc. & Cler. ric. glos. in cap. fin.* verb. *mortuo de testam. in 6.* facit Trident. *Sess. 25. de reform. cap. 4.* ibi: *Cùm fides atque industria eorum, cap. tua nobis de testamen.* ibi: *Vt bona ipsa fideliter,* Azeuedo *in l. 6. num. 11. tit. 4. lib. 5. Recop.* Mieres *dict. num. 187.* Giurba *dict. glos. 10. n. 16. & 45.* Carpio *de executorib. l. b. 1. cap. 19 per tot.* D. Franc. Merlin *cent. 1. controu. 84.* Noalis *de transmiss. cas. 51.* qui latè prosequuntur, & limitãt: multa ad rem congerit Arias de Mesa *lib. 2. var. cap. 26. 27. & 28.* quibus capitibus latè † probat, ius instituendi maioratum Regia facultate concessum, morte finiri, & in executorem testamenti, vel commissarium transferri non posse. 43 44

An autem † quandò quis instituit maioratum, & primo successori concessit facultatem eligendi successorẽ post eius mortem: eligendi ius cẽsetur reale, vel personale, ita vt primò vocatus eligere tãtùm possit; vel quilibet alius successor eligendi ius habeat, videndi Castillo *5 tom. cap. 87. à num. 17.* Larrea *decis. 31. per totam,* Amaya vbi proximè *à nu. 17.* D. Ioseph Vela *2. tom. dissert. 49. numer. 34.* 45

Iurandi † facultas an cedi possit dicemus infrà. Ius declarandi caducitatem an cessibile sit, vel transeat in heredes videndus Monter. a Cueba *decis. 35.* Giurba *decis. 84.* Cancer. *3. part. variar. cap. 21. nu. 256.* Virgilius *de legitim. personæ in prælud. nu. 162.* Noalis *de transmission. casu 47. & 48.* conducit Parexa *de edit. instrum. tit. 5. resol. 10. num. 43.* De aliis iuribus quæ quia personalia sunt cedi non possunt, videndus latissimè agens Tiraquell. *dict. glos. 1. per totam,* Paulus Galleratus *de renunciat. tom. 1. lib. 1. cap. 4. à num. 120.* 46

SVMMARIVM.

1 *Retractus seu prælationis ius, multiplex*

plex est.

2 *Retractus sanguinis cedi non potest,* & num. 10.

3 *Sanguinis retractus fuit admissus, nè bona immobilia extra familiã exirent.*

4 *Maiorum bonis carere, triste semper visum fuit.*

5 *Minor distrahens res maiorum, ex sola hac affectione restituitur.*

6 *Retractus sanguinis ideò cedi non potest extraneo, quia neque qualitas sanguinis cessibilis est.*

7 *Retractus odiosus est, nec extendi debet ad personas quibus retrahere non est permissum.*

8 *Repræsentatio in retractu non admittitur.*

9 *Retractus sanguinis non transmittitur in heredem, si in eo qualitas sanguinis deficiat.*

Limitatur si lis per defunctum super retractu contestata iam fuisset. cõtra sentit Tiraquell.

10 *Retractus sanguinis cessibilis non est, & pro alio ad retrahendum quis non admittitur.*

11 *Pauper si retrahere intendat rem magni valoris, quandò fraus præsumatur.*

12 *Fraus præsumitur si quis rem, quã retraxit, extraneo cesserit.*

13 *Reprobantur* Boerius, & Rolãd. *qui consanguineum ad alterius vtilitatem retrahere posse sentiũt.*

14 *Retractus sanguinis cedi non potest in extraneum, licèt ex familia nullus supersit.*

15 *Retractus sanguinis, in in consanguineum remotiorem rectè cedatur, in præiudicium emptoris, vel proximioris consanguinei?*

16 *Consanguineus an possit administrationem bonorum consanguinei absentis, quam ipse habebat, alij cedere?*

17 *Administratio bonorum absentis, quandò & quibus sit concedenda. remissiuè.*

18 *Dominus emphyteusis potest inuito, & ignorante emphyteuta, emphyteusim alienare: & ei ius retrahendi non competit.*

19 *Emphyteuta vtile dominium irrequisito domino alienare non potest.*

Vendita re emphyteutica, vel feudali, dominus pro eodem pretio ad retractum admittitur. ibid.

20 *Dominus directi dominij an ius retrahendi sibi cõpetens cedere possit? duæ referuntur sententiæ, negatiua eligitur, & comprobatur* num. sequentib. & num. 30.

22 *Dominus fundi, qui pro eodem pretio retrahere potest fructus venditos per colonum, emphyteutã, vel feudatariũ, non potest cedere alij ius prælationis sibi competens.*

23 *Dominus potest ad vsum propriũ conductorem expellere; & quãdo secus, & quid si scholaris conduxerit.*

24 *Dominus ius sibi competens ad expellendum conductorem pro vsu proprio, alij cedere non valet.*

25 *In singularem, vel vniuersalẽ successorem an transeat hoc ius expellendi conductorẽ pro vsu proprio?*

26 *Dominus qui ad propriũ vsum expulit conductorem, quando id in fraudẽ fecisse intelligatur: & quatenus conductori teneatur.*

27 *Retractus competens ratione communionis cedi non potest, nisi simul transferatur portio illa, cuius ratione prælationis ius conceditur,* cum num. sequent.

30 *Retractus cõpetens ratione directi dominij, tranferri potest, simul cũ dominio ipso.*

31 *Ius retractus cõpetens domino census, transit in emptorẽ, & successorem census.*

32 *Res si cõmodã diuisionem non patiatur, quonam modo inter socios, vel coheredes diuidenda sit.*

33 *Res cõmunis, vel hereditaria, si distrahatur ex eo; quia inidiuisibilis est, socius vel coheres aliis extra-*

traneis licitantibus pro eodē pretio præfertur.

34 *Ius hoc prælationis quod habet socius, vel coheres alij cedi non potest,* & num. 35.

36 *Retractus quilibet, alicuius qualitatis ratione competens, cessibilis non est.*

37 *Ius retractus conuentionalis, cessibile, & transmissibile est,* & numer. 39. *limita* vt num. 41.

38 *Ius retractus ex pacto, & conuentione descendens legari potest: & an heres teneatur præstare pretiū ad retrahendum, an verò satisfaciat cedendo actionem?*

40 *Qui donauit omnia bona sua, an possit in præiudicium donatarij, ius redimendi alij cedere?*

41 *Cedi non potest pactum de retrouendo, si in personam tantùm venditoris conceptum sit.*

42 *Debitori census licet quandocumque censum extinguere, nec valet pactio, quæ redimendi facultatem tolleret, aut restringeret.*

43 *Ius redimendi censum alij cedi potest.*

44 *Pactum in fundatione census, nè liceat debitori ius redimendi censū alij cedere, an subsistat?*

45 *Redimens censum, virtute cessionis, an succedat in omne ius creditoris census?*

46 *Redimens virtute cessionis factæ per debitorem, rem distractam in publica subhastatione pro satisfaciendo creditore, an possit conuenire per alios debitoris creditores anteriores, vel posteriores,* & numer. 47.

Refertur & intelligitur decisio quædam Senatus Valentiæ.

Bona capta in causam iudicati per creditorem, quandocumque restitui iubentur cum fructibus, soluto debito principali cum interesse, ibid.

48 *Elegans proponitur, & resoluitur casus,* & num. 49. & 50.

51 *Ius retractus vbi cedi potest, cessionarius ius sibi cessū in alium transferre poterit.*

QVÆSTIO II.

Retractus sanguinis an cedi possit? Et quid de prælationis iure cōpetenti domino directi dominij, socio vel coheredi, & de retractu cōuentionali. Vtilis & practicabilis disceptatio.

RETRACTVS † seu prælationis ius multiplex est: alius enim est retractus sanguinis, alius conuentionis; alter verò prouenit ex directo dominio; vel ex eo, quòd quis socius, vel coheres sit; alias retractus species refert Matienzus *in l. 13. glos. fin. à num.* 2. Hermosilla *in l. 55. glos. 8. à num. 60. tit. 5. part. 5.* videndus *à glos. 1. cum seq.* An autem retractus ij cedi possint, præsentis quæstionis dubitatio, & inspectio est. 1

Retractus † sanguinis (qui tunc competit quandò res patrimonialis immobilis alienatur iuxta *dict. l. 55. tit. 5. part. 5. l. 7. cum seq. tit. 11. libr. 5. Recop.*) cedi non potest, vt ita numeris ex antiquioribus relatis probat Tiraquell. *de retract. lignag. §. 26. glos. 1. à num. 1.* Rebuff. *in cap. extirpandæ, §. quia verò de præbend. & dign. nu. 20.* Hypol. Montan. *in addit. ad Olibam de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 4. nu. 27. in fine.* Carpan. *in stat. Mediol. c. 417. à nu. 364. tom. 1.* Giurba *decis. 51. per tot.* Cap. Latro *decis. 47. à nu. 52.* Hermosilla *dict. l. 55. glos. 8. nu. 20.* qui refert Matienzum Azeued. & alios Regnicolas, Larrea *2. tom. allegation. 120.* 2

num.

num. 11. 19. 25. *in fin, & num.* 26. & 27. Hunnius *in Encyclop. iuris 3. part. tit.* 15. *cap.* 1. *n.* 29.

3 Ratio est, † quia retractus sanguinis eâ potissimùm ratione fuit admissus, i. è immobilia bona ex genere, & familiâ exirent, *argum. l. pater, §. fundum Titianum*, ibi: *De nomine vestro nunquam exeat, D. de legat. 2. l. qui solidum, §. prædium, l. cùm pater. 3. §. libertis, l. peto. §. fratre, l. filius familias, §. cum pater, D. eodem tit. l. pater* 38. §. *Iulius Agrippa, D. de legat.* 3. iuxta Bart. & communem sententiâ ibi: *Maiorem domum*, Alueric. *libr.* 1. *de stat. quæst.* 89. Et nè maiorum insignia in extraneos transirẽt, nè vè misceantur familiaria Numer. *cap. fin.* Leuitic. *cap.* 25. Quare † apud Lacedemonios turpitudo erat, prædium vẽdere maiorum Heraclides *lib.* 1. *de polit. in Repub. Laced.* & Menander. dicebat iuxta traductionem ex Gracis, *res est plena doloris, ei qui vixit beatus successore desertam domum relinquere*, Grivell. *decis.* 40. *num.* 32. & 35. elegantèr Salzedo *de repræsent. libr.* 3. *c.* 15. *n.* 6. & 13. ex Cicerone Leotardus *de usuris, q.* 77. *nu.* 49. Et propter affectionem quã quis habet ad res maiorum ius retractus cõceditur, *c. constitutus* 8. *de in integr. rest. vbi DD.* cum aliis iuribus relatis per Annæam Robertum *lib.* 3. *rer. iud. cap.* 17. Ioan. Igneus *in l. dudum, C. de contrah. empt.* Carpan. *vbi proximè num.* 357. facit *text. in l. lex quæ tutores, C. de administrat. tutor.* ibi: *Nec verò domum vẽdere licebit in qua defecit pater, minor creuit, in qua maiorum imagines, aut non videre, aut videre reuulsas satis est lugubre, l. fin. emptionem* 34. *D. de minoribus.* Quæ affectionis † ratio ad res maiorum, efficit vt ex eâ solum minor læsus dicatur, & ei restitutionis competat beneficium Antor. Fab. *C. de in integr. restitut. minor. defin.* 10. Capycius Latro *dict. decis.* 57. *à nu.* 52. Hermosilla *in l.* 4. *titul.* 5. *part.* 5. *glos.* 12. *nu.* 9. Fontanella *decis.* 47. *num.* 16.

Ob affectionẽ etiã ad res maiorum plura in iure inducta sunt, *vt in l. si qui officij* 62. ibi: *Præterquàm si paterna eius à fisco distrahantur, l.* 1. *D. de priuileg. credit.* alias *l. cum bona, D. de bonis auctoritat. iud. possid.* ibi: *Potiori habetur creditor cognatus vè, de constitutus*, Robert. *d. cap.* 17. & *lib.* 4. *cap.* 2. omnino videndus. Tiraquell. *de retract. lignag. in præfat. à num.* 33. præ omnibus D. D. Melchiorde Valẽtiã *illustrium iuris tract.* 2. *ad tit. de legat. cap.* 1. *numer.* 7. 8. & 9. *fol.* 88. Larrea *dict. alleg.* 120. *n.* 11.

Cùm igitur † sanguinis necessitudo, & affectio in res maiorum, retractui locum faciat: & in extraneis hæ qualitates deficiant, inde est vt in eorum fauorem hoc ius cedi non possit, non magis quam ipsa qualitas sanguinis, quæ cessibilis non est, *l. ius agnationis, D. de pactis, l. iura sanguinis, D. de testamentis*. Vndè cum in extraneo deficiat qualitas, deficere etiam debet effectus beneficij, quod propter qualitatem conceditur, *l. ex tatem*, §. *vltim. D. de censibus, l.* 1. §. *permittit. D. de aqua quotid. & æstiua.* Retractus † enim odiosus est, *l. dudum*, vbi *Doctores, C. de contrah. emptione*, Romanorum legibus improbatus Oisaldus ad Donell. *lib.* 13. *com. cap.* 1. *lit. E.* ideòque restringendus est ad eas personas, & gradus, quibus lex retrahere permittit. Adeo † vt in eo representatio non admittatur, vt late probat doctus Salzedo *de repræsentat. d. lib.* 3. *cap.* 15. *per totum*.

Eadem † ratio facit, retractus ius in hæredem consanguinei non transire; quia cùm non ratione rei, sed personæ competat, si in hærede, sanguinis, & gradus qualitas deficiat, ius retrahendi nõ habebit, vt ex antiquioribus resolvit Tiraquell. Afflictis, Gomez, Cifuentes, Matienzo, & Azeuedo quos sequitur Hermosilla *d. glos.* 4. *nu.* 46. vbi ex eisdem limitat. si lis per defunctum super retractu contestata iam fuisset, quia in hærede etiam extraneum

6

7

8

9

trancum ius illud transmitteretur, *argumen. l. posthumus, §. fin. cum leg. sequenti, D. de inofficioso testam.* addendi Cummia *in ritib. magnæ Curiæ, capit.* 106. *a num.* 27. Carpan. *dict. cap.* 427. *num.* 379. videndus omninò Tiraquell. *dict. glos.* 1. *à num.* 4. *ad* 10. qui defendit contrarium.

10 Et hoc † ius retrahendi personalissimum esse, neq; alij cedi posse, ex innumeris more huio probat Giurba *ad consuet. Messan. statim referendus à num.* 21. & ex Parl. Corrasio, & Pereg. Arias de Messa *lib.* 1. *var. cap.* 21. *num.* 10. Gironda *de priuileg. à num.* 1201. Gratianus 3. *tom. discept.* 433. *num.* 36. Iulius Cæsar Giulianus *in tract. de bonis in solut. dandis lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 454. Bellonus *de his quæ fiunt in continenti, cap.* 49. *num.* 11. Paulus Gallerat. *de renunc. tom.* 1. *libr.* 1. *cap.* 4. *num.* 124. Cyriacus *infrà referendus num.* 15. de iure nostro Regio probatur *ex l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop.* quæ licèt retractum sanguinis admittat; tamen retrahens iurare tenetur, sibi, non alij, nec in alterius commodum retrahere, his verbis: *E jure que la quiere para si*, vbi Matienzus, & Azened. Lar tea *alleg.* 120. *num.* 26. Hermosilla *in dict. l.* 55. *glos.* 8. *num.* 23. Nemò namque pro alio, vel in alterius commodum ad retrahendum admittitur, multis laudatis Giurba *decis.* 51. *numer.* 5. Capycius Latro *dict. decis.* 57. *à num.* 42. qui plurib⁹ probant retractui locum non esse, si fraudis, & simulationis coniectura adsint, qròd ad alterius commodum quis retrahere intédit. 11 Qui † in individuo decium referunt, pauperem si rem magni valoris retrahere intendat, aliis adminiculis concurrentibus præsumi in alterius beneficium litem agere, & emptorē esse absoluendum, quod ex Alcrato, & alijs prædixerat Matienzus *in dict. l.* 7. *glos. fin. numer.* 2. qui alias fraudis coniecturas recenset. 12 Ex eo † etiam fraudem detegi testatur, si quis postquam in prælatione, & retractu obtinuit, rem extraneo cesserit, *argumen. text. in l. si ventri, §. vlt. D. de priuileg. cred. cap. officij de elect. one,* ita decisū refert Vrtilis ad Afflictis *decis.* 238. *n.* 6. Gail *lib.* 2. *obs.* 19. *num.* 10. Costa *de portione ratæ, quæst.* 100. *nu.* 3.

Ex quibus † communiter reproba- 13
tur Boerius *decis.* 139. quem sequitur Roland. à Valle *cons.* 28. *num.* 30. *volum.* 2. qui ad alterius commodū cōsanguineum retrahere posse scripsit, prout reprobant Giurba, & Lauo vbi proximè Riccius *collect. decis.* 1760. Reprobandus est etiam idem Boerius *in comment. trah. retract. §.* 3. *colum.* 4. *vers. Maximè*, quem sequitur Terrius, & alij relati à Carpan. *dict. cap.* 427. *num.* 369. Roland. à Valle *dict. cons.* 28. *num.* 30. qui † existimant, ius 14
hoc retractus alij cedi posse, si nullus alius sit agnatus: eo ducti argumento, quod res alienari prohibita extra familiam, alienari potest si nemo ex familia superstit, *l. cum pater. §. libertis in fin. l. qui solidum, §. prædium, D. de legat.* 2. Molina *de primog. lib.* 1. *capit.* 4. *num.* 1. vbi Addent. Verius enim est, nec hoc casu cessionem retractus gentilitij admitti; nam licèt nullus consanguineus existat, cui ex cessione in extraneum damnum inferatur; tamen cessio emptori præiudicium inferret, cuius interest, ut alius retrahat, quàm cui iura ex prædictâ sanguinis, & affectionis ratione permittunt.

Sed † an retractus sanguinis alte- 15
ri cognato remotiori, omisso intermedio consanguineo cedi possit (nam in proximum sequentem consanguineū ius retractus rectè ceditur Hunnius *sup. num.* 29.) dubitat Giurba *ad consuet. Messan. cap.* 10. *glos.* 9. *à nu.* 27. & licèt ipse affirmativam sententiam veriorem dicat, & pro ea decisum referat; tamen ego pro vera resolutione, duos casus considero. Vnus quandò is qui rem emit, impugnat cessionem: alter quando consanguineus proximior intendit, in sui præiudicium cessionem in alterius consanguinei remotio-

motioris fauorem fieri non posse. Et primo casu, si consanguineus, in quem cessio fit, ex his esset, quibus lex, statutum, vel consuetudo retrahendi facultatem concedit, sine dubio est, in eius fauorem cessionem consistere: cùm ipse absque cessione posset retrahere. Sin verò ex cõsanguineis remotionibus esset, quibus rem venditam retrahere non liceret, quia lex, vel consuetudo tantùm admitteret ad retractum eos consanguineos, qui intra certum gradum essent, cessio nõ subsisteret: non aliter quàm si in extraneum facta fuisset, iuxta proximè dicta. In secundo verò casu, si consanguineo proximiori lex, vel statutum ius retrahendi concederet, in eius præiudicium remotiori ius retrahendi cedi nõ posset, Arismin. Tepat. *tit.* 399. *cap.* 4. vers. *redimendi ius.* Quemadmodum neque maioratus in remotiorem consanguineum in præiudiciũ proximioris, & immediati successoris cedi potest, vt *quæst.* 4. dicemus.

16 Hinc † inferes, administrationem bonorum absentis, quam lex consanguineo proximiori defert, qui abintestato successurus est, iuxta *l.* 14. *tit.* 14. *part.* 3. in alium extraneũ, vel remotiorem inuito proximiore consanguineo cedi non posse, iuxta tradita sup. Quod intelligo quandò consanguineus ipsum ius administrationis cederet; non verò si bonorum tantùm administrationem committeret. Et

17 quandò † absentis bona sint adiudicanda proximioribus consanguineis, vel eorum administratio concedenda: & quid si proximior sit fœmina: & quanto tempore debeant abesse, & de aliis circa materiã *dict. legis* 14. videndus Scobar *de ratiociniis, cap.* 6. *à num.* 47. *& cap.* 28. *à num.* 29. Gutierrez *de tutel.* 3. *part. cap.* 17. *à num.* 3. Montealegre *lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 10. Gomez Leo quẽ refert Tepatus *tit.* 132 *cap.* 3. vers. *fin.* Ripol. *var. resolut. cap.* 10. *nu.* 152. (vbi an si maritus diu absens sit, & de eius vita ignoretur, administratio sit concedenda vxori, vel proximiori consanguineo absentis) Parladorius *lib.* 3. *quæstion.* 2. *&* §. 1. Boerius *decis.* 88. D. Lara *de anniuers. & capell. lib.* 1. *cap.* 22. *à nu.* 16. Hieron. Bruchoner *corol.* 1. *post dec. s. Mainardi*, Paz in praxi *tom.* 1. *part* 3. *nu.* 11. *fol.* 86. Hieron. de Leon *decis.* 72. *per totam*, Anton. Faber *in C. ad tit. de curat. furios. def.* 1. *ad* 7. *& def.* 9. *& de oblig. & actionib. def.* 2. Baio *lib.* 2. *praxis quæst.* 95. Fontanella *de pactis nupt. claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 1. *à num.* 33. *cum multis sequentibus*, D. Ioseph Vela 2. *tom. decis.* 49. *num.* 68. D. Valenzuela *cons.* 17. vbi *à numer.* 32. probat quòd licèt consanguineus proximior renunciet administrationem bonorũ consanguinei absentis, non ex eo videtur renunciasse eius successionem.

Ex causâ necessariâ an retractus sanguinis cedi possit; vel possint creditores ius retrahendi debitori competens, capere in causam iudicati, dicemus infra hoc *titulo quæst.* 6. Alia circa cessionem retractus, videas per Tiraquell. *dict.* §. 26. *glos.* 1. *&* 2. Carpan. *dict. cap.* 427. Larream *allegatione* 120.

18 Veniamus † ad retractum, & prælationis ius, quod ratione directi dominij competit. Et indubitati iuris est, quòd licèt dominus emphyteusis, ignorante, & inuito emphyteutâ possit emphyteusim alienare, neque teneatur emphyteutam requirere, cùm is ius non habeat retrahendi, Gregor. Lopez *in l.* 55. *glos.* 2. *tit.* 5. *part.* 5. videndus Iacob Cancer. *statim referendus, num.* 51. Ieniissimè Anton. Amato 2. *tom. var. resol.* 54. *à num.* 26. Ta-

19 men † emphyteuta vtile dominium irrequisito domino directi dominij alienare non potest, qui pro eodẽ pretio rem emphyteuticam retrahere valet, *l. fin. C. de iure emphyt. l.* 13. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopil.* vbi Matienzus *glos.* 1. *l.* 29. *tit.* 8. *part.* 5. Hermosilla *in l.* 55. *glos.* 2. *& in l.* 42. *glos.* 2. *num.* 3. *titul.* 5. *part.* 5. Cancer. 1. *tom. var. cap.* 11. *num.*

num. 45. Amato *vbi proximè num.* 23. Quemadmodum dominus feudi ius retractus, & prælationis habet ad feudum alienatum, *cap.* 1. §. *porro, qualiter olim. feud.* Franch. *decis.* 17. *num.* 7. Ofasc. *decis.* 156. Griuellus *decis. Dol in.* 106. *num.* 1. Amato 1. *tom. Variar. resol.* 16. *num.* 1.

20 † Ex quo in controuersiam adduci solet, nunquid dominus directus ius hoc prælationis, seu retractus alij cedere possit? Et ius hoc cessibile esse probatur; quia huiusmodi retractus in domini fauorem introductus est, cui locus esse debet, non habita consideratione, an ad sui, vel ad alterius vtilitatem retrahat: quo argumento mori, ita resoluũt plures relati per Amatum *resol.* 16. *num.* 4. Facit in cõfirmationem, quod directi dominij dominus potest ius suum absolutè vendere: igitur à fortiori poterit ius retractus cedere, aut alienare, quod directi dominij effectus est: quia cui licet quod est plus, debet licere, quod est minus, *l. non debet, D. de regul. iuris auth. multo magis, C. de Sacrosc. Eccles.* sis, D. Larrea *dict. allegat.* 120. *num.* 3. quam sententiam tuentur quos ipse refert *num.* 10. quibus addo relatos per Amatum *d. num.* 4. In Cathalonia ita decisum testatur Cancerius *d. cap.* 11. *num.* 48. Griuell. *decis.* 45. *per tot.* Et in plurib. prouinciis id admissum esse refert Franc. Tondutus *resol. ciuil. cas.* 23. *n.* 1. vbi per totum probat, emptorem, quem dominus directi dominij, post cessionem iuris retrahendi alij factam, inuestiuit, & ab eo laudemium accepit, primo cessionario præferri, *argum. l. quoties, C. de rei vindicat.* nisi cessionarius ante inuestituram denũciasset, & intimasset cessionẽ, aut aliud interueniret de quibus *in l.* 3. *C. de nouat.* videndus idem Tondut. *cap.* 66. *&* 67. In quibus differit, an cessionarius iuris prælationis, qui caperat vti iure sibi cesso, possit pœnitere? et quis ex duobus cessionariis iuris prælationis, si ad retractum concurrant præferri debeat?

Verius † tamen est, ius hoc cedi nõ 21
posse, quia personalissimum est, & domini directi personæ cohæret, *dict. l. fin. C. de iur. emphyt.* ibi: *Ipsum dominum omnino hoc comparare*, verbum enim *ipsum* aliam personam excludit iuxta *glos. in §. fuerat, Instit. de actionibus.* verb. *ipsa*, ibi: *Vis facienda est in eo, quod dicit: ipsa: nam alius non admittitur ad tale priuilegium*, in terminis Tiraquell. ex alijs exornans *de retract. conuent. §. 1. glos. 6. numer.* 25. Arism. Tepat. *tit.* 411. *cap.* 5. vers. *ius redimendi conuentionale*, D. Larrea *nu.* 17 Deficiẽte namque dominio directo, deficit essentiale subiectum, & causa efficiens huius prærogatiuæ; optimè Cãldas Pereira *cons.* 30. *n.* 49. ibi, *Quod talis cessio existit penes cessionarium, sine effectu, sine robore, sine vita, sine spiritu, quoniam qualitas à lege requisita, vbi cesat, cesat quoque legis dispositio*, quam sententiam tuetur latè Larrea *dict. allegat.* 120. *per totam*, à qu o eius fundamenta petere poteris; præter laudatos ab eo sequuntur innumeri relati à Giurba *decis.* 51. *nu.* 6. *&* 8. Cancerius *dict. cap.* 11. *num.* 47. plenissimè Amato *dict. resol.* 16. *per totam, præcipuè à num.* 6. Capycius Galeota *in addit. ad contr.* 53. *art.* 1. *n.* 17. *tom.* 1. Acosta *de priuileg. cred. reg.* 1. *ampl.* 11. *num.* 41. Hodierna ad Surdum *decis.* 39 *num.* 5 *&* 6. vbi id limitat, videndus Cyriacus *lib.* 2. *cõt.* 253. *num.* 14. *& cont.* 254. *à num.* 1. *&* 13. (qui etiam differit an dominus census possit cedere ius prælationis in re vẽdita censui suppositi) nullo ex his relato, ex Tiraquell. Guid. Pap. & Frãc. Marco, Arias de Messa *dict. capit.* 21. *num.* 11.

Facit † pro hac sententia, quòd li- 22
cèt dominus fundi, si eius fructus colonus, emphyteuta, vel feudatarius vendere velint, omnibus aliis pro eodem pretio præferatur, *l.* 1. *C. de metall. lib.* 10. Greg. Lopez *in l.* 55. *glos.* 1 *tit.* 5.

tit. 5. *p.* 5. Boerius *decis.* 107. *n.* 2. Azeuedo *in l.* 7. *n.* 2. & 33. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop.* Castillo *de Vsufructu, c.* 74. *nu.* 15. Valascus *de iure emphyt. q.* 24. *in fine*, Gratianus *disceptat.* 149. & *decis.* 77. Surdus *cons.* 205. Anton. Amato *tom.* 2. *resol.* 54. *n.* 7. tamen cùm priuilegiũ hoc ob præminentiam dominij concedatur, & personalissimum sit, alij cedi non potest, vt verissimè resoluũt Azeuedo, Surd. Gratian. vbi proximè, idem Gratianus *discept.* 117. *n.* 18. Narbona *in l.* 55. *glos.* 16. *n.* 9. *titul.* 21. *lib.* 4. *Recop.* Hermosilla *in d. l.* 55. *glos.* 1. *num.* 11. Giurba *decis.* 51. *num.* 8. *circa medium.*

23 Conducit etiam, † quòd licèt dominus possit ad vsum suum cõductorem à domo expellere ante finitã locationem, *cap. propter sterilitatem*, §. *verum de locato, l.* 6. *titul.* 8. *part.* 5. vbi Gregor. Lopez *glos.* 3. & 4. de materia. Ant. Faber *C. de locato, defin.* 2. Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *var. tit. de locatione, resol.* 4. *à n.* 1. Cancerius *libr.* 1. *c.* 14. *à n.* 8. Intrigliol. *cons.* 2. *n.* 96. Et an id procedat, si in initio actũ sit, vt durante locatione conductor expelli nõ possit; vel si interueniat iuramentum, vel hypotheca, videndus latè agens Cancerius *sup. à n.* 11. Gratianus, & addit *decis.* 119. *n.* 13. & 14. Mieres *de maioratib.* 1. *p. q.* 60. *n.* 19. Trentacinq. *d. resol.* 4. *à n.* 6. vbi *n.* 7. ex Ripa resoluit, scholarem nec pro vsu proprio à domo conducta expelli posse, sequitur Nouarius, quem refert Velascus *de priuileg. paup.* 3. *part. in præmio, n.* 73. Bolognet. Rebuff. Zeuallos, & Morla quos refert idem Velascus *d.* 3. *p. q.* 12 *n.* 41. licet contrarium teneant alij apud doctissimum Barbosam *in coll. ad* §. *verum*, videndus alter Barbosa *in l.* 1. *p.* 7. *à n.* 51. *D. soluto matrimonio.*

24 Tamen † cùm ius hoc expellendi conductorem ad vsum proprium, personale domini priuilegiũ sit, inde est, vt alij cedi non possit, ex multis probant Carpan. *in stat. Mediol.* 2. *tom. c.* 379. *n.* 404. & 417. Giurba *decis.* 51. *n.* 9. & Nielius *decis.* 59. *n.* 11. quæ enim ad proprium vsum alicui competunt, cessibilia nõ sunt, §. *item si quis, Instit. de Vsu, & habitat.* in nostris terminis ex Maranta, & aliis resolut Cãcerius *d. c.* 14. *n.* 21. Adeò † vt neque in donatarium, vel emptorem rei locatæ transeat hoc priuilegium, Gratianus 1. *tom. c.* 117. *n.* 19. & *c.* 149. *n.* 16. Surdus *cons.* 103. *à n.* 12. sequitur licèt dubius Scapuccinus *de singulari successore, limit.* 5. *per tot.* & *à n.* 8. Giurba *d. decis.* 59. qui omnes cum Couarr. *lib.* 2. *var. cap.* 15. *n.* 4. docent ius hoc non trãsire in singularem successorem, etsi expressè dominus omnia iura sua ei cessisset: transire tamen in vniuersalẽ successorẽ. Sed neque ad heredẽ, nec ad cessionarium hãc facultatem trãsferri, ex Surdo & aliis dixit Costa *tractat. de clausulis, claus.* 138. *numer.* 4. de quo quid sentiam, dicam infrà *quæst.* 8.

Id tamen † hìc omittere nolui, dominum, qui cõductorem expulit vsus proprij ratione, si domum posteà deserat, vel alij locauerit, vel concesserit habitationem, id in fraudem fecisse videri: vndè conductor agere poterit ad interesse; vel vt eum in domo locata reponat, vt ex Bart. & aliis tenet Cancerius *d. c.* 14. *n.* 10. 26

Hæc † posteriora fundamenta, quæ in superioris resolutionis comprobationem expendimus, simul probant, retractum communionis cedi non posse, qui retractus locum habet, quandò rem habens communem pro indiuiso cum Titio, portionem suam extraneo vendit: nam tunc poterit Titius eodem pretio portionem venditam retrahere, *l.* 55. *tit.* 5. *part.* 5. *l.* 13. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopil.* notant Doctores *in cap. constitutus de in integrum restitut.* latè Matienzus *in dict. l.* 13. *glos.* 3. *per totam*, vbi etiam Azeuedo Fontanella *de pactis nuptialibus, claus.* 4. *glos.* 9. *part.* 2. *à numer.* 14. latissimè Hermosilla *in l.* 55. *glos.* 1. *à numer.* 1. & *glos.* 8. *ferè* 27

per tot. innumeris relatis Amato *2. tomo resol. 54. à n. 9.* licèt de iure communi aliter procederet, *l. falso, C. de commun. rer. alienat. l. dudum, C. de contrahen. empt.*

28 Ea † ni fallor ratio, retractum hūc communionis admisit: quòd quilibet facere tenetur, quod alteri prodest, & sibi non nocet, *l. in summa, D. de aqua pluuia arcend. l. si creditor, C. de euictionib.* in terminis nostræ materiæ Guzman *de euictionib. q. 27. n. 30.* et cū socij qui vēdidit nihil interfit, ab extraneo magis, quā à socio, consequi pretiū, *arg. l. nūmis, D. de in litē iurando*, vbi asseritur nullū posse cōsiderari interesse, inter hos, vel alios nūmos: socio vero multū expediat, aliū nō habere socium, cùm cōmunio generet discordias, *l. cum pater, §. dulcissimis, D. de leg. 2. l. si non sortem, §. si centum, D. de condict. indebiti*, cùm aliis cōgestis à Velasco *liter. C. axiom. 96.* Inde est vt recta ratio suadeat, ius retractus socio, & consorti concedendum esse, vt considerant Matienzo, Amato, & Fōtanella vbi proximè.

29 Ex his † rectè colliges, dominum directum ius prælationis cedere non posse, cùm enim hoc ius personale sit, & ratione communionis, & congruitatis concedatur: et in cessionario omninò qualitas illa, & æquitas deficiat, quæ retractum induxit. Inde est vt in eum ius hoc tranferri non possit, Larrea *dict. alleg. 120. nu. 32.* Vndè cauēdum est à Marcar. Turret. & aliis quos refert Giurba *decision. 51. nu. 8. in fin.* qui affirmant, ius retractus vicino cōpetēs cedi posse: quia verius est, cessibile nō esse, siue ratione cōmunionis, vel vicinitatis (vt in aliquibus regionibus conceditur vicinis, vt per Hermosillam *in dict. l. 55. glos. 8. à nu. 4.*) competat. Vno tamen casu valeret cessio, scilicèt quandò socius, cōsors, vel vicinus cederet ius retrahendi, simul cum suâ portione: cùm enim cessionarius per emptionem illius portionis, consors iam sit, sicut erat cedens, nihil mirùm si in eum ius retrahendi alteram portionem transferatur, sicut transit in heredem, vt in terminis docet Castrens. *in l. apud antiquos, q. vlt. C. de furtis*, Tiraquell. *d. §. 26. glos. 1. n. 39. & 40.* Paul. Paris. *cōs. 82. n. 26. vol. 3.* Matienzo *d. glos. 3. nu. 9.* Carpan. *dict. c. 427. nu. 375.* Cyriacus *d. cont. 254. n. 14.* Hermosilla *dict. glos. 8. n. 4.* Giurba *decis. 84. à num. 15.* Ioan. Baptist. Thoro *voto 23. nu. 10. in fine.* Quod † in retractu ratione dominij directi similitèr procedit: nā cùm personæ ratione rei competat, consequens est, vt in eū in quē res ex quolibet titulo vniuersali, vel singulari transit, ius etiam retrahendi transferri possit, tanquam accessorium, & appendix rei venditæ, vt tenent sup. relati. 30

In id facit, † quòd ius retractus competens domino cēsus contra emptorem fundi, vel rei censui suppositæ (de quo videndi latissimè agētes Hermosilla *in d. l. 55. glos. 2. à n. 7.* Anton. de Amato *dict. resol. 54. à nu. 17.* Cencius *de censibus quæst. 66. per tot.* nouitèr Leotardus *de vsuris quæst. 56. à num. 32.* qui refert Duardum, quē videas §. 4. *q. 9. cū seq.*) trāsfertur cùm ipso censu in eius cessionariū, quia non est ius merè personale; sed competit dominis census, ratione iuris, quod habent superfundo censito, quare transit adquemcunque census dominū, vt in indiuiduo resoluit Cencius *de cēsibus q. 64. n. 13. & latiùs d. q. 66. à n. 118.* 31

Accedamus † ad retractū, seu prælationis ius, quod coheredi competit, quandò agitur de venditione rei hereditariæ, quæ commodā non recipit diuisionē. Quod vt perfectius percipiatur, aduerto inter varia dubia, quæ occurrere solēt, circa diuisionē hereditatis in familiæ erciscūde iudicio inter coheredes: nō leuius esse, cū accidit cōtrouerti, de adiudicatione alicui ius rei, quæ cōmodā non patitur diuisionem. Solet enim inter heredes esse contentio, quia eorum quilibet intēdit rem illam indiuisibilem sibi adiudica- 32

iudicari. Quo casu si coheredes consentiant, poterit res locari, vt pensiones pro hereditariis portionibus, diuidantur, iuxta *l. communi, §. cùm de vsufructu, D. commun. diuid.* Rodericus Suarez, Anton. Gomez quos refert Valascus *de partitionib. cap. 22. n. 13.* Ant. de Amato *tom. 2. var. resolut. 77. n. 13.* Si verò rem locari non patiantur, nec quòd vni eorum res adiudicetur, vt ex pretio eius, aliorũ coheredum portiones suppleantur, iuxta *§. si familiæ, & §. eadem, Instit. de officio iudicis, l. ad officium*, vers. *cum autem, C. commun. diuid.* Valascus *nu. 7.* Amato *n. 8.* qui innumeros refert: tunc iudex poterit adiudicare rẽ coheredi, qui iuxta eam contiguas habet possessiones, *argumenti text. in l. quicamque la secunda, C. de omni agro deserto, lib. 10.* Fontanella *de pactis nupt. glos. 9. part. 2. num. 40. clauſ. 4.* Capycius *deciſ. 42.* alijs relatis Capycius Latro *deciſ. 28. n. 8.* Vel ad rei licitationem deuenire, in qua primo loco heredes ipsi, vel socij ad licitandũ admittuntur, & plus licitanti res cõceditur, vt in pecunia reficiat aliorũ coheredum portiones, *l. 1. dict. l. ad officium, C. commun. diuid.* vbi Bart. & Baldus, Valascus *d. c. 22. n. 9.* Cancerius *lib. 3. var. cap. 13. n. 9.* Ant. Faber *C. cõmun. diuid. def. 3.* Latro *ſup. nu. 9.* Intrigliol. *conſ. 12. n. 15.*

33 Quoties† verò coheredes ad licitandum non accedunt, vel iustum pretium non offerunt; extranei licitatores admittuntur, *d. l. 1. d. l. ad officium*: nam si coheredes iustum pretiũ offerant, extraneis plus offerentibus præferuntur, vt contra Bald. Salicet. & Afflictis veriorem dicunt sententiam Intrigliol. *d. conſ. 12. n. 16.* Amato *n. 11.* Et pro eodem pretio indubitati iuris est coheredẽ extraneo præferri, vt est de mente omnium quos retulimus.

34 Hoc† igitur prælationis ius coheredi competens, quòd iustũ pretium offerendo, extraneo plus licitãti præferatur, vel saltim pro eodẽ pretio alij cedere nõ potest: quia cùm ratione illius qualitatis, quòd coheres sit, rationeq; personæ competat, in aliũ transire non potest, vt in terminis tenent Bald. *in d. l. ad officium*, Roman. *in l. 1. §. vsufructuarius, D. denoui operis nunciat.* Iason *in §. quædam, Instit. de actionibus, n. 61.* quos sequitur Anton. de Amato *d. resol. 77. n. 12.*

35 Hæc† quæ de coheredibus diximus, in socis rem cõmunem, & indiuisibilem habentibus similitèr procedũt, ad tradita per Fontanell. *d. 2. p. d. n. 75.* Hieron. de Leon *deciſ. 117.* Ant. Faber *in C. ad tit. C. commun. vtriuſq; iudicij, def. 14.* Cæsar Bartius *deciſ. 100. n. 16.* Hermosilla *in l. 3. glos. 6. n. 100. tit. 4. p. 5.* Ioan. Baptist. Thoro *voto deciſ. 95. per tot.*

36 Ex vsquè† dictis facilè quid in aliis retractibus (quorum plura esse genera in initio monui) dicendũ sit, resoluere poteris. Et in omnibus qui à lege respectu alicuius qualitatis cõceduntur, cessionem non procedere, verissimum affirmo: neminemque in alterius beneficium ad retrahendũ admitti, ex multis resoluit Giurba *d. deciſ. 51. n. 5.* Larrea *allegation. 122. numer. 33.*

37 De retractu† conuentionali succedit vt agamus; & an cessibilis sit: quæ articulum ad partes latè disputarunt Rolandus *conſ. 28. per tot.* Fachineus *lib. 2. controu. cap. 11.* qui vnam, & alteram sententiam adstruunt rationibus, & auctoritate: In eam tamen verissimè, & communiter itum est, retractum hunc cessibilem esse: quia cũ non ex lege, sed ex partium cõuentione descendat; & actio quædam personalis sit, ex contractu, & pacto de retrouendo quæsita, nihil est, quod cessionẽ huius iuris possit impedire; quemadmodum hoc ius ad heredes trãsmittitur, *l. 2. C. de pactis inter emptor. & vend.* Fachineus *vbi proximè*, Anton. Amato *1. tom. var. resolut. 13.* & Lara *de vita hominis, capit. 23. numer.*

mer. 3. & 31. multis relatus Hermosilla *in l.* 42. *glos.* 2. *nu.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. Noalis *de transmiss. casu* 57. *numer.* 6. Trentacinq. statim referendus. Et le-
38 gari † potest, hæresque tenebitur actionem suam præstare legatario, simulque pecuniam ad redimendũ Anton. Faber *in C. ad titul. de legatis def.* 12. licèt quid decisum sit non referat: Sed in legato iuris redimendi, solùm venire actionem ipsam, nõ verò pretium: & heredem cedendo actionem liberari, verius existimo, vt cõtra Anton. Fabrum consuluit Iacob Cancerius *lib.* 3. *var. c.* 20. *num.* 298.

39 Et quòd † retractus conuentionalis, seu pactum de retrouendendo cedi possit probat expressus *text. in l. si creditor* 7. *in princip. D. de distract. pignor. l. si cùm venderet, D. de pignor. actione*, vltra Fachineum, & Rolandũ, Guid. Pap. *decis.* 411. Arism. Tepat. *tit.* 407. *cap.* 10. vers. *ius redimendi*, Petrus Gregor. *lib.* 26. *syntag. cap.* 18. Parladorius *in sexquic. differ.* 109. *nu.* 3. Matienzus *in l.* 7. *glos.* 2. *in fine, tit.* 11. *lib.* 5. *Recop.* Gutierrez *de gauellis, quæst.* 100. *num.* 29. Gironda *de priuileg. à num.* 1201. Duardus *post tract. de censibus decis.* 445. *nu.* 3. Cyriacus *lib.* 2. *cont.* 208. *nu.* 51. Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *var. tit. de empt. & vendit. resol.* 10. *à nu.* 2. *ad* 7. Noalis *de transmiss. dict. casu* 57. *num.* 6. Hermosilla *dict. glos.* 2. *à num.* 1. Intrigliolus *decis.* 1. *num.* 24. Marius Cutell. *de donat. cõtemp. matrim. tract.* 2. *disc.* 1. *spec.* 21. *nu.* 16. Capycius Latro. *decis.* 16. *ferè per totam, & decis.* 104. *n.* 11. & 12. Anton. Amato *d. resol.* 54. *n.* 26. & *resol.* 67. *n.* 8 Ioan. Bapt. Thoro *in comp. decis.* 3. *tom.* verb. *cessio iuris luendi*, Giurba *in consuet. Messan. c.* 10. *glos.* 9. *à n.* 21. & 25. Iulius Cæsar Glusianus *d. tract. de bonis insolut. dandis, c.* 9. *n.* 454. Hunnius *in Encycloped. iuris* 3. *p. tit.* 15. *c.* 2. *n.* 42. Larrea 2. *tom. alleg.* 120. *n.* 27. 33. & 34. Acosta *de priuileg. credit. reg.* 1. *amp.* 2. *nu.* 95. apud quos innumeros inuenies, nullo ex his relato Arias de Messa *lib.* 1. *var. c.* 21. *n.* 9. Quam doctrinam verissimam esse supponit Franc. Tondutus *resol. ciuil. cap.* 83. vbi per totum probat, cessionarium retractus conuentionalis, præferẽdum esse domino directo, vel eius cessionario, volẽtibus vti iure prælationis ex directo dominio cõ petenti. An verò qui † donauit omnia 40 bona sua possit in præiudicium donatarij, ius redimendi alteri cedere, videndus Ioseph Ludouicus *decis.* 201. & Thesaurus, quos refert Arimin. Tepatus *sup. c.* 11. vers. *donans omnia, & tit.* 411. *c.* 6. vers. *donans omnia.*

Si verò † pactum retrouẽdendi co- 41
hæreat personæ, quia actum fuit, vt vẽditor tantùm posset redimere, & non alius; vel quòd hocius redimendi alteri non cederetur, quod ita paciscì potest, Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 33. Magonius *decis. Florent.* 118. *nu.* 3. & *decis. Lucens.* 80. *num.* 1. Cancerius 3. *p. cap.* 7. *n.* 254. cũ tunc retractus personalis sit, cedi non potest, vt ex Castrẽsi. Decio, Mantica firmat Ioan. Baptist. Thoro *dict. tom.* 3. verb. *cessio iuris luendi*, vers. *nisi dicamus*, & ex Trentacinq. Hermosilla vbi proximè, plenè Giurba *d. glos.* 9. *n.* 23. & 36. Hunnius *d. c.* 2. *n.* 43.

Ex his † profluit, quòd cùm debi- 42
tori, & venditori census eius vè hæredibus, quandocumque liceat, pretium census restituere, & annuum reditum venditum redimere, Petrus Gregor. *de censibus, quæstion.* 5. *numer.* 33. Couarr. *lib.* 5. *variar. cap.* 9. *num.* 4. Cencius *de censibus decis.* 271. *num.* 2. non solùm à primo emptore, sed etiam à quocumque census successore, Duardus *de censib. §.* 5. *q.* 26. *per tot.* adeò vt hæc redimẽdi facultas pacto auferri non possit, nec coarctari, latissimè Cencius *q.* 59. *per totam, & quæstion.* 103. *à numer.* 1. Duardus *in comment. ad Bullam, §.* 6. *quæstion.* 39. nouissimè Leotardus *de iuris, quæst.* 67. *per totam.* Et quamuis expressè id cautum non sit, potest

vendi-

venditor prout voluerit redimere, quia hoc pactum redimendi de essentia contractus est, & ineſt venditioni, & contractui census, Rodriguez *de reditibus lib.* 1. *quæst.* 6. *nu.* 44. *&* 46. Intrigliol. *de censibus, q.* 49. *à num.* 3. Cencius *dict. quæst.* 59. *à num.* 1. Capycius Latro *decis.* 16. *n.* 5. Leotardus *sup. n.* 5. Hocius † luendi, & redimendi censum alij cedi etiam potest Cagnolus *in l.* 2. *num.* 27. *C. de pactis inter empt. & vend.* Farinacius *decis.* 502. *num.* 2. *& decis.* 547. *tom.* 2. *part.* 2. Gratianus *tom.* 5. *discept.* 903. *num.* 4. *& discept.* 958. *num.* 6. quos sequitur Capycius Latro *vbi proximè num.* 7. vt certissimum supponit Thoro *dict. verb. cessio iuris luendi*, vbi in controuersiam adducit, an pupillus sine solemnitatibus hoc ius luendi, & redimendi censum cedere possit?

43

Quod †, adeò procedit, vt pactum in fundatione census adiectum, vt non possit debitor census, hoc ius luendi seu redimendi alteri cedere, vt gratiosum, & quodammodò impediens redemptionem non valeat. Nam licèt vt superius dixi valida sit conuentio, quòd non liceat venditori ius redimendi alteri cedere; vt vltra relatos defendunt Guid. Papa, & Tiraquell. quorum meminit Duardus *de censibus, §.* 5. *quæstion.* 50. *in princip.* tamen in contractu census hæc pactio non procedit, imò inutilis est, vt ex Mastrillo, rectè resoluit Duardus *dict. quæstion.* 50. In eo tamen ab eo dissentio, quatenus existimat, quòd licèt pactum absolutè conceptum, vt alij cedere ius redimendi censum non liceat, nullum sit, valet tamen si ita concipiatur, vt volentè debitore ius hoc alij cedere; teneatur vendere potius ipsi creditori, & domino census, quàm alteri. Hoc enim idem importaret, quàm pactum absolutum et redimendi facultas coarctaretur, debitorque deterioris fieret cõditionis, cum fortè illi longè expediens esse posset, eum creditorem habere, qui sibi molestus, & rixosus non esset, conducit Amato *dict. resol.* 54. *num.* 26.

44

Hinc † in dubium adducitur, an qui virtute cessionis iuris redimendi redemit censum, & coegit creditorem, vt ad sui beneficium retrouenderet, succedat in ius, & prælationem primi creditoris, tan pro sorte quam pro vsuris in posterum decurrendis; an verò à tempore secundi contractus habeat anterioritatem. In quo dubio vera resolutio est, in ius & prælationem primi creditoris succedere, quia per hanc retrouenditionem, non inducitur extinctio primi contractus, sed translatio, vt post longam disputationem decisum refert Capycius Latro *decis.* 16. *per totam*, Carleual. & alij quos inuenies infra *titul.* 5. *quæstion.* 2.

45

Quæ † resolutio difficilem reddit aliam Senatus Valentiæ decisionem, quam refert Hieron. de Leon *libr.* 1. *decis.* 67. in quâ accidit disputari, an si creditori sit adiudicatum prædiũ debitoris, cum pacto vt possit redimi intra biennium iuxta iorum Valentiæ (apud nos tamen venduntur bona in publica subhastatione eo pacto, vt liceat intra nouem dies redimere: et iuxta stilum Tribunalium quandocũque soluto debito cum interesse, bona in causam iudicati capta per creditorem, iubentur restitui cum fructibus, quod quando procedat videdus Scobar *comput.* 14. & omninò Hermosilla *in l.* 56. *glos.* 8. *à num.* 16. *tit.* 5. *part.* 5. *& in l.* 52. *tit.* 5. *p.* 5. *glos.* 7. *à nu.* 13. Carleual. *de iudiciis lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 24. apud quos Regnicolas, & exteros inuenies) & debitor ius redimendi cesserit, cuius cessionis virtute cessionarius rem recuperauit à creditore, an res illa reincidat in priores, & antiquas hypothecas, ita vt possint creditores cedentis hypothecariam intendere aduersus cessionarium. In qua specie decisum refert, hypothecas reuiuiscere, quibus res illa erat

46

affecta. Quod ego sine dubio habeo, quandò debitor ipse rem redemit, *argument. text. in l. voluntate 10. D. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur.* At verò cùm tertius virtute pacti suis pecuniis redemit, contrà putarem ex traditis à Capycio supra: quia ea redemptio non ad extinctionem; sed ad translationem iurium fit: et creditores locupletarentur cum iacturâ cessionarij, qui aduersus eos retentionis beneficio se tueri posset, casu quo creditor anterior à quo redemit, iura sua ei nõ cessisset: cum cõstans sit, retentionis, & excipiẽdi ius, absque vlla cessione, etiam in singulam rem successorem transire Alex. Trentacinq. *lib. 3. var. tit. de pignorib. resol. 1, vers. ius istud*, Giurba *decis. 63. nu. 17.* Marius Muta *decis. 12. num. 23* Surdus *decis. 264. à num. 2. & 22.* magis in terminis idem Hieron. de Leon *lib. 1. decis. 1. per totam.*

47 Alia res esset, si creditores, qui aduersus cessionariũ agerent, anteriores essent ei, à quo res redempta fuit: nam tunc creditorum iura, & hypothecæ saluæ erunt, qui duplici viâ agere possunt; vel hypothecariâ aduersus cessionarium qui rẽ possidet; vel reuocatoriâ aduersus posteriorẽ creditorem, vt restituat pecuniam, quam à cessionario iuris luendi accepit.

48 Posset † tamen tunc non insubtiliter dubitari, si creditores anteriores aduersus posteriorem agerent, & ab eo auocassent pecuniã; an posterior ille creditor recursum aliquẽ habere posset aduersus cessionarium, qui rem ab eo redemptam possidet: & è conuersò si creditores anteriores obtinuissent in hypothecaria aduersus cessionarium; an is regressum habere posset aduersus creditorem posteriorem, à quo res illa redempta fuit. In primo dubio videtur, creditorem posteriorem nullum ius habere aduersus cessionarium: & ab eo rem redẽptam recuperare non posse, nisi pretiũ soluere paratus esset: ea ratione quia si res illa redempta non fuisset per cessionarium, creditores anteriores agendo contra posteriorem per hypothecariam, rem recuperarent, & auocarent: quo facto creditor nihil aliud haberet, nisi regressum cõtra primum debitorem: ergo accidens illud quòd ab eo res redempta fuit cũ pecuniâ cessionarij, non debet eum efficere melioris conditionis, alias non à debitore consequeretur debitum; sed à cessionario.

Hoc † verum puto, quandò creditor iure suo, & virtute sui crediti ageret aduersus cessionarium iuris luẽdi: quid tamen erit, si ageret iure sibi cesso per creditores anteriores, qui ad eo auocarunt pecunias? quos diximus posse aduersus prædictũ cessionarium hypothecariam exercere. Et existimarem idem etiam resoluendũ; quia creditor posterior, à quo auocata fuit pecunia, nihil de suo soluit, imò creditores anteriores ex bonis debitoris sui, quæ ad posteriorem creditorem deuenerant, fuerũt dimissi; quare nullam habuit secundus creditor causam obtinendi cessionem, nõ magis ac si debitor illis soluisset. Vndè eius cessionis virtute agere non poterit aduersus cessionarium, qui ex causa onerosa (emptionis scilicet) bona possidet. Facit pro hac sentẽtia, quòd si à principio quandò creditor in solutum accepit bona, quia nullus emptor apparuit, cessionarius hic ea emisset, & ex pretio satisfactum fuisset secundo creditori; ex eo quòd postea creditores anteriores pretium ab eo auocasent, nullum posset habere regressum aduersus emptorem: ergo idẽ in altero casu dicendum videtur, cùm censeatur virtute pacti seu facultatis iuris luendi, cessionariũ quasi ab initio emisse. 49

Secundum † verò dubium difficilius videtur, (& vt superius à nemine tactum) In eo tamen dicendum videtur, cessionarium nullum regressum habere contra secundum creditorem, 50

cuius

cuius iura inse transtulit, & satisfacere creditorem, cedendo actiones suas cõtra debitorẽ: nam licèt creditor ad cuius satisfactionem bona sub hastâ vendũtur, præstare teneatur sepotiorem esse cæteris creditoribus, *l. 1. infine*, ibi: *Quoniam hoc vtique præstare debet, qui pignoris iure vendit, potiorẽ se esse cæteris creditoribus, C. creditorem euictionem pignoris non debere*; Gregor. Lopez *in l. fin. glos. 1. tit. 13. part. 5.* Castillo *tom. 4. controu. cap. 42. nu. 70.* Guzman *de euictionibus, quæstion. 34. num. 7.* remissiuè D. Salgado *de Reg. protect. part. 4. cap. 7. nu. 163.* de quo infrà latè agemus. Tamen cũ cessionarius iuris luendi, nomine ipsius debitoris sponte desiderauerit venditionem illam iudicialem creditori factam inse transferri, sibi ipsi imputare debet, si ex eâ aliquod patiatur damnum: et ei satis esse debet, si creditor à quo redemit, iura sua cedat aduersus debitorem. Quæ omnia in practica sæpius accidere possunt, & alibi non inuenies: si tamen disputari contingat, cogita quia difficilia sunt.

51 Illud hìc pro choronide aduerto, quòd vbi ius prælationis cedi valet, qui cessionem obtinuit, ius sibi cessum alteri cedere potest, vt in indiuiduo probat Franc. Tondutus *resolut. ciuil. cap. 23. num. 6.* conducunt tradita supra *quæst. 1. à num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Inter cessionem iuris primogenituræ, & cessionem maioratus, multùm refert: assignatur discriminis ratio.*

2 *Primogenitura quid sit? iuxta* Alex. Raudensem.

3 *Alia diffinitio primogenituræ refertur.*

4 *Primogenitus filius, aliis fratribus dignior est, & maiorem ex bonis patris portionem solet accipere.*

5 *Successio ex iure primogenituræ cõpetens duplex est.*

6 *Ius primogenituræ, quod à lege, vel consuetudine defertur, cessibile non est.*

7 *Ius & prærogatiua ætatis, nec cedi, nec transmitti potest.*

8 *Primogenituræ effectus, seu hereditatis paternæ expectatio cessibilis non est.*

9 *Ius & spes successionis in maioratu competens filio, ius formatũ, & in variabile dicitur: cedi & vendi potest sequẽti successori; extraneo tamen aut remotiori consanguineo non item,* & num. 10.

11 *Ius & spes successionis in maioratu pro vita cedentis, rectè ceditur, etiam in extraneum.*

12 *Pactum super vinentis hereditate iniri non posse, quo modo intelligatur.*

13 *Maioratus successor non ab vltimo possessore, sed à fundatore rem habere dicitur.*

14 *Ampliatur, licèt ei data fuisset facultas eligendi successorem.*

15 *Maioratus iam acquisitus licèt in extraneum cedi non possit, nisi pro vita cedentis: in sequentẽ successorem rectè transfertur.*

16 *Pater si renunciet maioratum in filium; an fructus ex eo percepti in vita patris, debeant ei in legitimã imputari?*

17 *Maioratus, cui annexa est dignitas Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus, cedi potest in sequentem successorem.*

18 *Comes, Marchio, Dux, quas præeminentias habeant; & quis eorum maiori dignitate præfulgeat.*

19 *Titulus Comitis, Marchionis, aut Ducis, an possit concedi ei, qui solùm habet iurisdictionem? remissiuè.*

20 *Vice Comes, quam dignitatem habeat, & de huius tituli præeminentiis.*

21 *Regnum in sequentem successorem cedi posse resolvitur.*

22 *Historiis, & chronicis fides adhibenda, & de fide, & auctoritate literarum, in lapidibus, muris, & columnis.*

23 *Cedens Comitatum, Ducatum, vel Marchionatum, an post cessionē retineat eosdem honores, & præeminentias, resolvitur affirmative* num. 24.

24 *Honor & reverentia debetur etiā post depositam dignitatem, propter vestigia eius, & memoriam.*

25 *Vassalli, & feudatarij, tenentur honorare dominum, licèt vassalli, & feudatarij esse desierint.*

26 *Aduocatis debetur honor, & in dignitate esse dicuntur, etiam post depositū aduocationis officium.*

27 *Iudicibus etiam post finitum officium maximè, dum in syndicatu sunt, debetur honor, & de pœnis eorum qui eos offendunt.*

28 *Salarium si non sufficiat pro omnibus Senatoribus, tam emeritis, quam actu seruientibus, quis eorum præferatur remissiuè.*

29 *Qui duxit vxorem Comitissam, vel alio titulo decoratam, Comes, vel eo titulo, quo vxor fruitur, appellari debet.*

29 *Maritus vxoris Comitissæ, vel Ducissæ, an constante matrimonio titulo vxoris vtatur, & Comes, vel Dux cognominari debeat? resolvitur affirmative* num. seqq.

Mulieres etiam viduæ coruscant dignitate, & radiis mariti, & Ducissæ, vel Comitissæ appellātur. ibid.

Maritus an coruscet nobilitate, vel dignitate vxoris. ibi.

30 *Dignitatis proprium est, vt ad inferiores descendat non vt quærat superiores.*

Dignitas filij an ascendat ad patrē? ibi.

31 *Mulier nutrix Principis, nobilitat maritum etiam ignobilem,*

34 *Maritus vxoris Ducissæ, vel Comitissæ, an ea defuncta debeat cognominari, Dux, vel Comes. duplex sententia refertur, affirmativa eligitur.*

QVÆSTIO III.

Ius primogenituræ, & maioratus an sit cessibile. Et quid de Regno. Ducatu, vel Marchionatu. Et an post cessionem cedēs retineat nomen Ducis, vel Marchionis? Vbi varia de honoribus debitis in memoriam pristinæ dignitatis.

INTER † cessionem primogenituræ, & cessionē maioratus, multùm refert, nam qui maioratum cedit, illū quæsitum iam, vel saltim delatum habet: qui vero de primogenitura cedenda agit, nihil aliud habet, quàm ius, & expectationē succedendi in maioratu, quem eius parēs possidet. Et † primogenitura iuxta Alex. Raudens. de Analogis, *cap. 15. num. 164.* est: *Creatura incorporalis veniens in lucem à primogeniti natiuitate, quæ successiuè eo prædefuncto, filium vel nepotem sequitur.* Quam rectè diffinit Molina *lib. 1. de Hispan. primog. c. 1. n. 5.* vt † sit: *Ius prioris ætatis honorificū, & vtile cōpetēs filio qui primus est in ordine nascēdi.* In qua diffinitione rectè dicitur *ius honorificū, & vtile*, quia primogenituræ effectus, partim in honore, & præcellentia; partim in vtilitate consistit. Primogenitus † enim alios fratribus dignior est, & inter eos præminentiam habere dicitur. Et secundum varias locorum cō-

1 2 3 4

sue-

suetudines maiorem portionem ex bonis parentis accipit, vt elegantèr aduertit D. Molina, vbi proximè latissimè Giurba *de succes. feud. §. 2. glos. 8. à num. 1.* Anton. Faber *de error pragmat. decade 15. error 3.*

5 Successio † quæ ex iure primogenituræ cõpetit, duplex est: alia enim primogenito defertur iure hereditario, à lege vel consuetudine; alia verò iure particulari ex contractu, vel speciali aliquâ dispositione competit, vt rectè distinguens aduertit Giurba *d. §. 2. glos. 1. num. 25. in princ. & num.* 6 49. vers. *hæc autem.* Et † ius illud primogenituræ, quòd à lege, vel cõsuetudine, iure hereditario defertur, cessibile non esse verius est. Nam si ius primogenituræ in se, & quoad titulũ, & honorem consideramus, neutiquã in alium transferri poterit: cum sit ius, & qualitas quædam, quæ in cessionario respectu aliorum fratrũ verificari non potest, non solùm viuente patre; sed nec eo defuncto: cùm primogenium sit naturæ, & ætatis nomẽ. Ætatis autem ius, † & prærogatiua perso-
7 nalissima est, adeò osibus inhærens, vt nec cedi, nec transmitti possit, Paulus Galleratus de renunciatione *tom. 1. lib. 1. cap. 4. num. 124.* exornat plenissimè suo more Giurba *dict. §. 2. glos. 10. à n. 1. cum segq. & glos. 5. à nu. 67.*

8 Si †, verò primogenituræ effectũ, & vtilitatem consideremus, seu futuræ hereditatis paternæ expectationẽ, neutiquam cedi poterit: cum viuentis hereditas non sit; nec vendi, aut cedi possit, neque super eâ pactum iniri, etiam inter fratres, nisi consentiẽte eo, de cuius bonis agitur, *l. fin. C. de pactis* Molina *lib. 2. cap. 3. à num. 2.* Hermosilla *in l. 9. tit. 4. part. 5. glos. 1. à num. 29. & in l. 13. titul. 5. part. 5. glos. 5. à numer. 1.* late Cyriac. *lib. 1. contr. 88.* plenissimè omninò videndus Giurba *de succes. feud. §. 1. glos. 7. à num. 1.* Marius Cutell. *de donat. contemp. matrim. tract. 1. disc. 3. part. 6. num. 118.* Exornat latè Hunnius *resol. iur. ciuil. lib. 3. tract. 1. quæst. 13. & 15.* (ab eo tamen cauendum erit quatenus probat *in quæst. 18.* pactum super futura viuentis successione, nec iuramento confirmari.) Licebit tamen filio primogenito mortuo parente iura, quæ sibi ex paterna hereditate obuenerũt, cedere; cùm non restitutioni obnoxia; sed libera sibi deferantur Molina *dict. cap. 1. nu. 6. vers. item illud.* Quã sententiam, quòd ius primogenituræ vniuersalis, quæ iure hereditario defertur, cedi non possit, veriorem profitetur Giurba *dict. glos. 5. num. 45. & 46.* ante eum Tiraquell. *de iure primogen. quæst. 29. per totam*, omninò videndus, vbi interpretatur textum *in cap. quam periculosum 7. quæstion. 1.* quo principaliter mouentur, qui contrariam opinionem defendunt, quos refert, & sequitur Molina *dict. libr. 1. cap. 6. num. 44.* & innumeri laudati à Castillo *3. tom. contr. cap. 12. n. 107.*

Aliud † verò ius primogenituræ, 9
quod in certa re, iure particulari ex contractu, vel alia dispositione competit, veluti ex fundatione maioratus, cùm in vita parentis considerabile sit, & ius formatum, & inuariabile dicatur, Tiraquell. *de iure primogen. quæst. 21. num. 7. & quæst. 40. num. 66.* Matienzus *in l. 7. glos. 5. numer. 6. tit. 7. lib. 5. Recop.* Auendaño *in l. 40. Taur. glos. 1. num. 31.* Cancer. *lib. 3. variar. cap. 21. à num. 295.* Molina, Gamma, Larrea, & alij quos sequitur D. Solorzano *2. tom. de iure Indiar. lib. 2. cap. 19. num. 54.* rectè cedi, & vendi poterit Alex. *cons. 4. num. 4.* Gratianus *discept. 456. nu. 8. & 9.* innumeros congerit pro hac sententiâ Castillo *dict. cap. 12. num. 107. & 111.* quibus adde Thesaur. *lib. 1. quæst. Forẽs. quæst. 34.* Sesse *2. tom. decis. 285. & 286.* Giurbã *dict. §. 2. glos. 5. num. 47. & §. 2. glos. 10. num. 74. & glos. 11. num. 63.*

Quod † tamẽ temperant, & intelli- 10
gunt, dummodò cessio in sequentem successorem fiat, Castillo vbi proxi-

mè

mè Mieres *de maioratib. 3. part. quæstion.* 18. Giurba. *de feudis, §. 1. glos. 12. & §. 2. glos. 12. à nu. 78. & 81.* Noguerol *allegat. 31. nu. 65.* Paz *de Tenuta 2. tom. cap. 41. per tot.* D. Solorzano *dict. 2. tom. lib. 2. capit. 6. num. 81. & cap. 14. à n. 47.* D. Francisc. Merlin *cent. 2. contro. 57.* Larrea *decis. 55. n. 24.* Extraneo namque, vel remotiori consanguineo in præiudicium proximioris cedi nõ potest, vt ex Intrigliolo, Molina, & aliis Giurba *in consuet. Messan. cap. 10. glos. 9. nu. 28.* Gutierrez statim referendus Paulus Gallerat. *de renunc. centuria 1. renunc. 52.* vbi latè de renũciatione iuris primogenituræ.

Si verò † cessio non simpliciter, & 11
absolutè fieret, sed pro vita cedentis, vt cessionarius fructibus, & prouentibus maioratus fruatur, ita vt nõ ius maioratus cedatur; sed tantùm vtilitas, & commodum eius, pro tempore vitæ cedentis, cessio subsistet, vt agnoscit Castillo *sup. num. 109.* & omnes relati, quibus iunge Solorzanum *dict. 2. tom. lib. 2. cap. 3. num. 16.* & latius multis relatis *lib. 2. cap. 14. à nu. 32. ad 42.* Carualhum *de vna, & altera quarta part. 2. à num. 326.* qui dat alios, ex Peregrino, & Calualcano sequitur Carleual. *de iudiciis libr. 1. tit. 3. disp. 20, num. 8.* Addentes ad Molinam *de Hispanor. primog. lib. 1. cap. 21. num. 25.*

Nec † oberit, eum, qui ius primoge- 12
nituræ, & spem succedendi cedit, de futura viuentis successione agere, & super ea pactum inire, quod nisi consentiente eo de cuius bonis agitur, inualidum esse diximus, & latè probat Gratianus *4. tom. discept. 693. per tot.* qui *num. 64.* in terminis cessionis loquitur: quia respondetur, id procedere, si pactum fiat super bonis, & hereditate viuentis; secus si fieret super primogenituræ: nam tunc non de bonis, & successione viuentis agitur, sed de bonis primi institutoris iã defuncti, vt aptissimè considerant Giurba *de succes. feud. §. 2. glos. 8. nu. 49. vers. responde, & glos. 12. num. 81. vers. nec obstat*, Hermosilla *in l. 13. tit. 5. part. 5. glos. 5. num. 12. & 13.* qui refert Alex. Fulgos. Gammam, & alios, Cancerius *3. part. var. cap. 2. nam. 190. & 3. part. cap. 7. num. 141.* eleganter Gutierrez *lib. 3. pract. quæst. 79. à nu. 8.* omninò videndus. Qui enim † in ma- 13
ioratu succedit, nõ ab vltimo possessore, sed à fundatore rem habere dicitur, *l. si adrogator, D. de adoption. l. coheredi, §. cum filiæ, D. de vulg. & pupill. l. vnum ex familia, §. si de Falcidia, D. de leg. 2.* Gregor. Lopez *in l. 4. glos. 1. tit. 5. part. 2.* plenissimè D. Ioseph Vela *2. tom. dissert. 48. n. 22.* Salzedo *de repræsentatione lib. 3. cap. 4. nu. 2.* Casanate *cons. 57. num. 58.* Sesse *4. tom. decis. 382. num. 10.* Quod ampliat Molina *lib. 2. cap. 4. nu. 5. & 6.* etiam † vbi vltimus possessor succes- 14
sorem eligeret, quia non ab eligente; sed a primo institutore capere censetur, Ant. Faber *lib. 14. coniect. cap. 10. circa princ.* Addentes ad Molinã *sup.* facit optimè *textus in l. pater, D. de manumiss. vindicta*, ibi: *Solam enim electionem filio concessit, cæterum ipse manumittit.*

Hæc, † quæ circa cessionem iuris 15
primogenituræ diximus, in maioratu iam delato, & acquisito sine dubio fortiori ratione procedunt, qui licèt in extraneum, vel remotiorem consanguineum, non nisi pro vita cedentis transferri possit; tamen cedi poterit in filium primogenitum, vel sequẽtem in gradu, agnoscunt omnes Doctores quos retulimus sup. quod vt certissimum supponit Carualho *de vna, & altera quarta part. 4. capit. 1. à num. 165.* vbi latè † agit, an vbi pater 16
maioratum renunciat in filiũ primogenitum, debeant filio in legitimam imputari fructus, quos viuente patre ex bonis maioratus percepit? Et resoluit imputandos esse: cuius sententiam probarem, quandò renunciatio translatiua iuris esset, quæ propriè

cessio

cessio dicitur: nam si extinctiua fuisset, vt dixi *tit. 1. quæst. 2.* verius putarem, imputationem cessare, cùm filius non à patre fructus habeat; sed à primo institutore, conducunt Doctores quos laudauimus *sup. dict. tit. 2. quæstion. 3.*

17 Quæ † in simplicibus maioratibus circa cessionem resoluimus, in his, quibus annexa est aliqua dignitas, seu titulus, Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, similiter procedunt, cũ nulla in eis disparitatis ratio possit cõsiderari, si in proximè succedentes successurũ cedantur, agnoscunt Doctores infra

18 referendi *num. 11.* Et † de his titulis, & eorum origine, & præminentiis: & quis eorum maiori præfulgeat dignitate? videndi Garcia *de nobilitate glos. 48. §. 3. à num. 67.* Bouadilla *libr. 2. c. 16. à nu. 25.* Giurba *de succes. feud. §. 2. glos. 13. à nu. 50.* Et an † titulus Du-

19 cis, Marchionis, vel Comitis alicuius villæ possit concedi ei, qui in ea solũ habet iurisdictionem, differit Capycius Galeota *lib. 1. in addit. ad cõtrou. 53. art. 5. num. 7. 37. & 39. & 41.* De

20 † titulo Vicecomitis, & eius præminẽtiis Bouadilla *dict. cap. 16. numer. 36.* Giurba *de feudis, §. 1. glos. 5. à num. 44.* Hieron. de Leon *tom. 3. decis. 9. à nu. 95.* Et an his, qui Adelantati dicũtur, idem honor debeatur, ac Comitibus, debeantque non obstante pragmaticâ *de las cortesias*, vocari *señoria*, latissimè Valenzuela Velazquez *cons. 82. per tot. tom. 1.* qui affirmatiuè resoluit.

21 Maior † circa Regnum posset esse dubitatio; an cedi possit: sed cùm de maioratu ad Regnum, & è contrà validum sit argumentum, Molina, Alex. Raudens. quos refert Velascus *axiomat. 460. & 461. lit. A.* videndus D. Ioseph Vela *disser. 4. à num. 25.* dicẽdum videtur, cedi etiam posse in sequentem successorẽ, vt supponit Mieres *3. part. quæst. 9. num. 142.* cuius articuli disputationem omitto, quia latissimè, & doctissimè ad vtramque partem disputatum inuenies per insignem literis, & eruditione D. Præsidẽ, & Episcopum Valenzuelam Velazquez *2. tom. cons. 199. per totũ*, vbi ex sacræ paginæ, Iuris, & historiarum testimoniis probat, posse Regem in filiũ primogenitum Regnum cedere, & eius administrationem; et post varios huius rei casus, & exempla, adducit illud satis notum, & mirandum inuictissimi Imperatoris, & Hispaniarum Monarchæ D. Caroli V. qui prudentissimo Regi Philippo Secundo eius filio, Regni concessit administrationem, & in Monasterium D. Hieronymi se cõtulit, vt dimissa mundi corona, mereretur æternã: quod insigne, & nunquã satis laudatum virtutis; & sanctitatis testimonium, latius referunt Hispanæ, & exteræ historiæ, quibus fidem † 22

adhibendam esse probat *text. singul. in cap. de quibus 20. distinct.* ibi: *Ad Catholicæ Ecclesiæ historias Catholicas à Doctoribus Catholicis scriptas, manum mittite, l. 2. §. eodem tempore, D. de origine iuris, l. in quæstionibus, D. ad leg. Iul. Maiest. l. 1. D. de officio Prætoris*, ibi: *A quibusdam scriptoribus traditũ est, l. 1. D. de officio quæstoris.*, & post antiquos testatur Garcia *de nobilitate glos. 18. num. 10.* Lara *de anniuers. libr. 1. cap. 25.* Gratianus *cap. 893. à num. 6* Castillo *de tertiis, c. 3. n. 3.* D. Salgado *de Reg. protect. 3. p. cap. 10. à nu. 274.* Valenzuela *cons. 79. n. 32. tom. 1.* Suelues *cõs. 9. n. 17. & 27. & cõs. 26. n. 10.* D. Ioseph Vela *disser. 4. nu. 14.* Et de historiarum fide, latè & nouitèr Parexa *de instrum. editione, tit. 1. resol. 3. §. 5. à num. 44. ad 57.* qui non solùm de fide historiarum disputans; sed etiam de fide, & auctoritate literarum in lapidibus, muris, & columnis, de quo latè vltra eos Alex. Trentacinq. *libr. 2. var. tit. de probationibus resolut. 6. per totam.*

Sed cùm maioratum, cui dignitas Ducis, vel Comitis annexa est, cedi posse dixerimus, dubium oritur, an † 23 cesso Ducatu, vel Marchionatu, cedens

dens retineat nomen Ducis, vel Marchionis: et an vt talis appellari, & tractari debeat. Et frui honoribus, & præminentiis pristinæ suæ dignitatis: quam quæstionem ex professo disputant post Iserniam, & Afflictis *in cap. 1. de feud. Marchiæ*, Ponte *de potestate Proregis, tit. de election. officialium, §. 2. à num. 19.* Rouitus *ad prag. Regni Neapolitani super prag. tit. abusu sublato à nu. 24.* Gratianus *tom. 4. disceptat. 834. à num. 28.* latè Mastrillus *de magistratibus lib. 4. cap. 13. à num. 68.* & post eos Gyurba *de feudis, §. 2. glos. 13. num. 63. vers. declara tertio.* Cuius auctoris repetita in hac quæstione allegatio non facilè, aut ex vno, aut altero loco à me habita fuit; sed ex totius libri, & operis lectione, & adnotatione collecta, vt ex ipsis locis, qui referuntur, dignosci poterit.

24 Quorum † interpretum sententia vna est, profitentur namque, cedentē maioratū, cui annexa est dignitas Ducis, Marchionis, vel Comitis, etiā post refutationem, & cessionem retinere non solùm nomen; sed præminentiis honoribus, & priuilegiis antiquis gaudere, ipsique solitam reuerentiā exhibendam fore: quia in pristinæ dignitatis meritum, & memoriam, durat semèl quæsitum beneficium, *l. 1. C. de Comitibus qui prouinc. regunt. libr. 12. l. 1. C. de primicer. l. vnica, C. de quæstoribus, & magist. l. 2. C. vt dignit. ordo seruetur*, vbi *glos.* verb. *vacantes, l. 1. & 3. C. de silentiariis, lib. 12. l. eos, l. maximarum, l. eam, C. de excus. muner. libr. 10. l. maior dignitas, C. de dignitatib. lib. 10. l. fin. C. de priuileg. eorum qui in sacro Palatio, l. fin. D. de decurionibus.*

25 Ex † quibus prioris, etiam depositæ dignitatis vestigiis, qui quondam vasallus, & feudatarius fuit, antiquum dominum honorare tenetur, & illum offendere non poterit, vt *ex l. seruos, C. de quæstionibus*, notat Felinus *in c. quæ in Ecclesiarum, num. 81. de constitutionibus*, Bald. *cons. 291. nu. 12. vol. 2.* Cyriacus *lib. 1. cont. 26. à num. 20.* (vbi per totam latè quòd irreuentia vasalli erga dominum graue delictū est) Bonellus *de magistrat. edictis, lib. 4. cap. 9. num. 60.* Petra *de potest. Princip. cap. 17. nu. 39.* Card. Tuschus *lit. F. concl. 128. num. 16.* Similiter † ad- 26
uocatus, qui aduocationis officium deposuit, in dignitate est, & appellatur clarissimus: vndè torqueri nō potest, & ad eum mitti debet, tanquàm ad egregiam personam, iuxta *dict. l. ad egregias, D. de iure iurādo*, Bart. *per textum ibi in l. 1. C. de aduocatis diuers. iudicior.* Felinus *in dict. cap. quæ in Ecclesiarum, num. 81. in fin.* Tiraquellus *tract. cessante caus. 1. part. limit. 15. nu. 8.* aliis relatis Oluald. ad Donell. *lib. 24. com. cap. 22. lit. O.* Iudicibus etiam † post finitum officiū debetur honor, 27
& reuerentia, *l. vnica, C. de quæstionibus*, ibi: *Acclamatione excipiantur, solita, nec prætereantur, vt incogniti.* Mastrill. *de magistratib. lib. 1. cap. 24. nu. 29.* Et in aduocato Fiscali idem probat Alfaro *de officio Fiscal. glos. 31. num. 13. circa medium.* Et magistratus post finitum officium maximè dùm in syndicatu est, ab omnibus honorari debet, quia durat adhuc splendor dignitatis, & eum offendentes grauitèr puniuntur Bouadilla *lib. 5. cap. 1. à nu. 50.* Ioann. Baptist. Thoro *voto 87. à nu. 53.* Gassol. *de visitat. cap. 28. nu. 2. & 3.* optimè Bellonus *de his quæ fiunt in continenti lib. 2. cap. 7. per totam*, vbi de pœna offendentium officiales finito officio, & qualiter pristinæ dignitatis reliquiæ in eis remaneant, siue ignominiosâ missione ab officiis sint remoti, siue sponte dimississent officia? Et syndicatus iudex coram syndicatore dum interrogatur, non stare, sed sedere debet, licèt in inferiori loco, Mastrill. *sup. lib. 6. cap. 2. n. 55.* ad rem benè Cyriacus *lib. 2. cont. 202. nu. 14. 15.* His & alia similia iungere poteris, quæ plenè, & doctè congerit eruditissimus dominus D. Ioan. de Solorzano *in per eleganti discursu de honoribus debitis Senatoribus honorariis, & emeritis*

titis à nu. 113. *& de iur. Ind. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 70. vbi asserit Proreges post depositũ officiũ excellẽtiæ titulo vti. Et de emeritis Senatoribus, & actu seruientibus: et † qui eorũ præferri debeant, si salaria, vel stipendia omnibus non sufficiant, vidẽdus D. Larrea *alleg.* 105. *per totam.* 28

Ex quâ pristinæ dignitatis memoriâ, illud in controuersiam adducitur; an maritus qui vxorem duxit Comitissam, vel Marchionissam, eâ defunctâ in pristini matrimonij honorem, appellari debeat Comes, vel Marchio, & an ei debeatur *señoria.* Cuius † quæstionis resolutio exposcit scire prius; an qui vxorem duxit Comitissam, vel alio simili titulo decoratâ, mãtrimonio cõstante Comes, & titulatus sit, & vt talis omnibus honoribus, & præminentiis potiri debeat. Et fœminam titulatam virum titulatum non facere, sunt qui existiment ex eo, quod licèt mulieres maritorum radiis, & dignitate coruscent, *l. mulieres* 13. *C. de dignitatibus, libr.* 12. *leg. vltim. C. de Incol. lib.* 10. *l. fœminæ, D. de Senatoribus, l. fiscus, §. fin. D. de iur. fisci, l. filii, §. vidua, D. ad municipal.* plenissimè ad plura inferens Marius Giurba *ad cons. Messan.* 1. *part. cap.* 1. *glos.* 1. *à num.* 57. Pichard. *ad l.* 3. *& 7. C. de murilegulis,* Cyriacus *lib.* 2. *contr.* 273. *à num.* 13. *ad* 43. Ideòque vxor etiam vidua Ducis, vel Marchionis, Ducissa vel Marchionissa appelletur, vt ex Corsetto Capiblanco, Fabio de Anna Põte & aliis resoluit Mastrill. *de magistratibus lib.* 4. *c.* 13. *à n.* 20. Cyriacus *lib.* 3. *controu.* 401. *à nu.* 72. *per text. in cap. dilecti de arbitris.* Tamen in casu contrario id non procedere asserunt: quia maritus nobilitate, vel dignitate vxoris coruscare non potest, *authent. de consulibus, §. hoc itaque,* Bartol. *in l. fin. num.* 3. *C. de ve. bor. signification.* Vbi Iason *num.* 17. Tiraquellus *de nobilitate, cap.* 18. *num.* 15. Menoch. *cons.* 204. *numer.* 22. *& cons.* 496. *num.* 26. Ideòque vir ignobilis vxoris nobilitatem non assumit, nec ex eâ nobilitatur, *l. vltim. C. de nuptiis, l. fin. C. de verborum signification. dict. leg. mulieres, C. de dignitatibus,* Palacios Rubios vir doctissimus, & in nostra Academia dignissimus Anteccssor, *in rubrica de donation. inter, §.* 31. Ponte *de potestate Proregis, titul. de diuers. prouis. §.* 1. *numer.* 18. Dignitatis † enim natura est, vt ad inferiores descendat; non autem vt quærat superiores. Aristotel. *libr.* 2. *politicorum, cap.* 3. facit *textus in l.* 1. *D. de Senatoribus, glos. in authentic. de consulib.* An chatranus, Platea, & alij relati a Gizarello *decision.* 20. *numer.* 7. (vbi per totum, & Additionator Angelis disputant, an & in quibus casibus nobilitas, & dignitas filij descendat in patrem, & eum nobilitet, videndus omninò Noalis *de transmissione casu* 29. *à numer.* 58.) quod tamen singulariter ex Anton. Fabro *in suo C. de dignitatibus, defin.* 4. *numer.* 10. limitat † Giurba *de successionfeud. §.* 2. *glos.* 13. *à numer.* 91. in muliere Principis nutrice, quæ non solùm nobilitatur, sed maritum ignobilem, nobilem efficit. 29 30 31

Quam † sententiam, quod maritus mulieris Comitissæ, Comes non sit, veriorem esse profitentur Auiles *in cap. Prætor in præmio, à numer.* 1. latè Ponte *de potestate Proregis, dict. titul. de diuers. prouis. §.* 1. *numer.* 16. Ioan. Baptist. Thoro *in compend. decis.* 1. *part.* verb. *fœmina titulata,* Giurba *dict. glos.* 13. *num.* 91. qui refert Barbosam & alios, Capycius Galeota *lib.* 1. *contr.* 55. 32

Sed licèt † hanc sententiam de iure communi veriorem dicant interpretes; tamen contraria tenenda est, quæ in Hispaniæ nostræ Regnis sine dubio admittitur: nã matrimonio constante, mariti vxorum titulo, honore, & præminentiis fruuntur; ad similitudinem Reginham qui Reginã duxit vxorem, Rex cognominatur simulque cum vxore Regalibus vtitur, 33

benè Cyriacus *dict. cont.* 401. *n.* 1. *&* 2. & de iure Regio cauetur in *l.* 1. *tit.* 1. *part.* 2. ibi: *La tercera razon es por casamiento, y esto es quando alguno casa con dueña, que es heredera del Reyno, q̃ magauer el no venga de linage de Reyes, puede llamarse Rey, despues que fue casado con ella.* Ex qua lege, & Regni similitudine, idem in vxore Comitissa, vel Marchionissa, aliouè titulo insignitâ procedere multis testatur Mastrillus *dict. lib.* 4. *cap.* 13. *à n.* 24. *ad* 47. alios dat Solorzano *de iure Ind. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 20. *nu.* 15. qui de Hispaniæ consuetudine testatur, & Gutierrez *de tutel.* 1. *part. cap.* 18. *numer.* 40. vers. *ego vero.* Et in Italiâ idē procedere asserit Ioan. Baptist. Thoro *dict.* verb. *fœmina titulata*: et non solum de consuetudine, sed & de iure idem probat Garcia *de nobilitat. glos.* 1. §. 1. *numer.* 45.

34 Quâ admissâ sententia, videndum est. † An idem quod constante matrimonio obseruari diximus, eo soluto procedat; ita vt maritus defuncta vxore Comitissa, Comes debeat appellari, & frui *de señoria*, sicut viuente vxore fruebatur, in memoriam, & honorem præcedentis matrimonij. In quo dubio licèt Garcia *dict. nu.* 45. eius sit sententiæ, maritū etiam mortua vxore debere Comitem appellari, *y gozar de señoria*, ex eo motus, quod ius semèl competēs propter alium, perpetuò durat, *l. si post mortē*, §. *fi. D. de bonor. possess. contra tabul.* ibi: *Cum enim semèl beneficio aliorum ad id beneficium fuerint admissi, iā non curat Prætor petāt illi, neçne bonorum possessionem*, ex quo textu infert Bart. quē sequitur Gothofredus, beneficio, quod habeo propter te, posse me interdùm vti te inuito.

Contraria † tamen sententia ve-
35 rior, & indubitata est: quia mortua vxore priuilegium, & titulum amittit maritus, quo ex persona eius vtebatur, Gaspar Thesaur. *lib.* 1. *quæst. Forens. quæst.* 90. *nu.* 4. quia cùm dignitas, & titulus non fuerit mariti, sed vxoris, & in eius persona resideat, eâ defunctâ titulus, & eius præminentiæ in marito cessant, vt ex multis resoluunt Mastrill. *dict. cap.* 13. *num.* 38. & ex Ponte Capycius Galeota *dict. controu.* 55. *per totam*. Quæ licèt de iure ita se habeant: nam aliàs vno tempore duo appellarentur Comites, maritus scilicet, & successor indignitate; tamen de vrbanitate etiam vxore defuncta, maritum superstitem, Comitē *y señoria*, appellari videmus, & in casu in Italia occurrenti idem obseruatum fuisse testis est Ioan. Baptist. Thoro vbi proximè, ibi: *Et eius virfuit habitus, & tractatus vti Princeps, etiam hodie post mortem eius vxoris.*

SVMMARIVM.

1 *In maioratus successione, proximitas tempore mortis vltimi possessoris est attendenda, adeò vt quæ postea superuenit, in consideratione non sit. quod in anniuersariis, & capellaniis similitèr obseruatur*, & num. 2.

3 *Proximitas, vel qualitas ad succedendum in maioratu, quem possessor renunciauit, vel cessit; an sit consideranda iuxta tempus renunciationis, vel cessionis: an verò iuxta tempus mortis cedentis. resolutur*, num. 38. cum sequent.

4 *Cedens & refutans maioratum pro mortuo habetur, cessio que effectum habet vltimæ voluntatis.*

5 *Per renunciationem vera vacatio inducitur, sicut per mortem. distingue* vt num. 32. & 41.

6 *Refutatio, & cessio maioratus in pro-*

proximiorem facta, perpetua est, & mortuo cessionario transit maioratus ad eius filios, etiã superstite cedente.

7 *Per mortem vltimi possessoris maioratus, vera & naturalis possessio bonorũ transfertur in successorẽ, quæ non interrũpitur licèt alius de facto occupet possessionem.*

8 *Per renunciationẽ, & cessionẽ maioratus, vera & naturalis possessio in successorem transfertur, ac si per mortẽ vacaret, & locũ habet remediũ possessoriũ* leg. 45. Tauri, *vide* num. 42.

9 *Possessor si renunciet maioratũ, an possit in Regali Consilio tenutæ iudiciũ proponi. remissiuè.*

10 *Casus renunciationis, & mortis æquiparatur.*

11 *Tutor vocatus ad tutelã in casu mortis, vocatus censetur in casu renunciationis, vel remotionis.*

12 *Officiũ concessum post mortẽ eius, qui illud exercet, concessum intelligitur in casu vacationis per renunciationẽ, vel remotionem.*

13 *Substitutus in casu absentiæ officialis, an debeat exercere officium in casu mortis. remissiuè.*

14 *Maioratus successio neque per momentũ potest esse in pendenti, sed statim actu veloci legis quærit successorẽ,* & num. 43.

15 *Successio maioratus non potest trãsitũ facere de vna linea in aliã, vsquequo omnes de prima linea decesserint.*

16 *Proximitas, vel qualitas, quæ superuenit post delatã alij successionẽ, in consideratione non est.*

17 *Ad retractũ non admittitur consanguineus, qui conceptus non erat tempore venditionis.*

18 *Filij qui nec nati; neque concepti erant tempore quo pater eorũ ob contrauentionẽ priuatus fuit maioratu, licèt postea nascantur non excludent eũ, qui semel admissus fuit ad successionem,* & numer. 21. & 45.

14 *Fœmina semel admissa propter defectũ masculorũ non excluditur, tametsi masculi postea nascãtur.*

20 *Pater si contrauenit conditionibus maioratus, an propter contrauentionẽ non solã ipse, sed & filij eius excludantur?*

22 *Filius natus, vel conceptus durante lite super contrauentione, & priuatione maioratus, an debeat excludere consanguineum, qui ex contrauentione se successorẽ esse prætendit,* & num. 23. cum seq.

25 *Filius conceptus, in fauorabilibus pro nato habetur.*

26 *Venter mittendus est in possessionẽ bonorum maioratus, etiam cõtradicente agnato, qui allegat maioratum esse agnationis, possetque accidere vt ex ventre non masculus, sed fœmina nascatur.*

27 *Possessor maioratus si ingrediatur Monasterium bonorum incapax in cõmuni, vel si succedere nõ posset, statim secuta professione pro mortuo habetur, & successio defertur proximiori consanguineo tẽpore professionis,* & num. 44.

28 *Monasterium non succedit in maioratu, qui habet annexam dignitatẽ, vel grauamen nominis, & armorũ, referuntur alij in cõtrariũ.*

29 *Renunciatio maioratus facta in seguentẽ successorẽ, propter superuenientiã liberorum reuocatur.*

30 *Proximitatẽ tempore cessionis, & renunciationis maioratus attendẽdam, non quæ superuenerit tẽpore mortis cedentis, qui defendant.*

31 *Proximitas ad succedendum in maiorato, consideranda est iuxta tẽpus mortis vltimi successoris.*

32 *Renunciatio, & cessio maioratus æquiparatur mortis respectu eius, qui renunciat, seu cedit; non verò in præiudiciũ tertij nascituri: redditur ratio* num. 33. & 41.

34 *Pater si renunciet emphyteusim, pro decendentibus concessam, po-*

test filius postea natus reuocare renunciationem, licèt emphyteusis ad dominum reuersa iam esset.

35 *Possessor maioratus tacitè videtur grauatus de restituendo post mortem suam.*

Grauatus de restituendo post mortẽ incertæ ex certis personis, non potest ante mortem restituere.

36 *Ad maioratum, & fideicomissum idem ius habere dicuntur, qui nasciturisunt, quàm iam nati.*

37 *Princeps in præiudicium eorum, qui nati non sunt, non potest derogare legibus, & vocationibus maioratus.*

Potestas Principis qualis sit, circa derogationẽ, & mutationem clausularum maioratus.

38 *Maioratus si renuncietur, aut cedatur, debet succedere post mortem cedentis is, qui eo tẽpore proximior inuenitur; non is qui tempore cessionis proximior erat, & successit,* & num. 40.

43 *Dominium bonorum maioratus in pendenti non esse, quomodo intelligatur?* & num. 41.

44 *Discrimen assignatur inter casum renunciationis, & professionem possessoris maioratus; quia in casu renunciationis, proximitas non renunciationis, sed mortis tempore attenditur; in professione verò non item.*

45 *Assignatur eadẽ differentia, inter casum cessionis, vel renunciationis: et casum contrauentionis.*

47 *Quid interfit inter renunciationem maioratus, & cessionem eius: ad hoc vt is in quem renunciatus, vel cessus fuit, eius fructibus post vitam cedentis, vel renũciantis fruatur.*

48 *Renuncians maioratum in sequentem successorem, an possit succedere, decedente eo in quem renunciauit sine liberis?*

QVÆSTIO IV.

Maioratus possessor si cedat maioratum in fauorẽ fœminæ, si post cessionem nascatur masculus, & post mortem cedentis cõcurrant, quis erit potior? Et an proximitas, vel qualitas debeat attẽdi tempore cessionis, taliter vt quæ post eam superuenit non attendatur? Vtilis & ardua disputatio.

CONTROVERSA res est apud interpretes, vt affirmat Castillo *lib. 5. controu. cap. 91. nu. 41.* an in maioratus succes- 1
sione proximitas tempore mortis vltimi possessoris, seu delatæ successionis ipsius maioratus, adeò sit attendẽda, vt etiãsi ex post facto nascatur alius proximior, nullum ius habeat: an verò possit maioratũ auocare ab eo, ad quẽ semel successio delata fuit. In quo articulo post longã, & doctã disputationẽ resoluit Molina *lib. 1. de Hisp. primog. c. 10.* habilitatem seu proximitatẽ tẽpore mortis vltimi possessoris esse inspiciendã: neque attendi proximitatem, vel qualitatem eorũ, qui nec nati, neque concepti erant tẽpore delatæ successionis maioratus; qui neutiquam poterũt semèl admissum successorẽ excludere: quam sententiã duodecim validissimis fundamentis cõprobat. sequitur, Marius Cutell. *de donat. cõtemp. matrim. 2. tom. tract. 2. disc. 1. spec. 6. à n. 78.* D. Solorzano *de iure Indiar. 2. tom. lib. 2. c. 18. n. 90.* doctissimus Augustinus Barbosa *de iure vniuerso Ecclesiastico, libr. 1. cap. 8. numer. 137. in fine*: quod sine dubio

bio procedit in Hispaniæ primogenius: à quâ sententiâ in iudicando & consulendo recedendum non esse profitentur Addentes ad Molin. *n.* 11 verſ. *verùm quidquid*. qui in † aniuersarius, & capellaniis eâdem sententiâ post innumeros admittunt, videndus omninò Castillo *d.c.* 91. *à n.* 1. *& per tot.* qui licèt in eâdem sententiâ persistat, eam tamen limitat, si appareret aliam fuisse mentem, & voluntatem defuncti, qui voluit proximiorem tempore mortis, reuocabiliter succedere, & sub conditione, nisi ex post facto alius proximior nascatur, qui si tempore delatæ successionis in rebus humanis esset, eũ excluderet, videndus Cyriacus *l.* 3. *controu.* 106.

3 Quo supposito subintrat disputatio præsentis quæstionis, an † idem quod in casu mortis obseruari diximus, procedat quâdò possessor maioratus renunciat, vel cedit maioratum, ita vt proximitas tempore cessionis, adeò sit attendenda, vt etsi post eam, alter, qui proximior sit, vel masculus nascatur, non debeat excludere remotiorẽ semèl admissum, etiamsi tẽpore mortis cedentis vterque concurrat: quod idem est, ac si quæreremus, an proximitas ad succedendum in maioratu renũciato, vel cesso, debeat attendi iuxta tempus cessionis, an verò iuxta tẽpus mortis cedentis? quem articulum adeò dubiũ, & ancipitem esse, vt Cæsareâ decisione indigeat, profitetur Cannente, quem referunt Milanenſis, & Inirigliolus statim referendi.

Et proximitatem tempore cessionis, & refutationis inspiciendam esse probatur ex eo, quòd † refutans & cedens maioratũ pro mortuo habetur, & cessio habet naturam, & effectum vltimæ voluntatis, *glos.* verb. *succedãt, in l.* 1. §. *sed videndum, D. de succeſſor. edict.* And. de Isern. *in c.* 1. *per quos fiat inueſt.* §. 1. *col.* 6. & ex variis glosis, & Auẽdaño, Gutierrez 3. *pract. q.* 71. *n.* 3. Et † per renunciationem vera vacatio inducitur, sicut per mortem, *c. ex parte in princip. de officio de leg.* Mieres *de maioratib.* 3. *p. q.* 1. *n.* 142. latissimè exornans D. Solorzano statim referendus.

Et † refutatio facta proximiori perpetua est, licèt moriatur donatarius, & cessionarius ante cedentem, & trãsiit ad alios filios cessionarij, *cap.* 1. *de alienat. feud. paternis* Et per renunciationem maioratus, statim fit locus sequenti successori, ac si per mortẽ delata esset successio, *l. post cõsanguineos* §. *proximũ, D. de suis, & legitim.* ibi: *Proximum eum accipimus, qui tunc cum repudiatur hereditas, proximus est*, Molina *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 44. Mieres & alij, quos sequitur Valenzuela Velazquez *conſ.* 83. *n.* 48. *tom.* 1. Giurba *de ſucceſs. feud.* §. 2. *glos.* 10. *nu.* 48. verſ. *ad hæc*, latè D. Solorzano *de iur. Indiar.* 2. *to. lib.* 2. *c.* 6. *à n.* 46. vbi multis probat vacationem per renunciationem, similem esse ei, quæ per mortem inducitur.

Et sicut † per mortem vltimi possessoris maioratus, in sequentem successorem virtute *legis* 45. *Tauri*, vera transfertur possessio, ciuilis, & naturalis, Ant. Gomez *in d. l.* 45. *Tauri, nu.* 111. verſ. *& in tãtum est verũ*, vbi Velazquez de Auendano *glos.* 5. *n.* 2. *& glos.* 6. *n.* 5. Molina *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 19. vbi Addentes, Azeuedo *in l.* 8. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop. n.* 10. Gutierrez 2. *pract. q.* 87. *num.* 7. Matienzo *in rubric. tit.* 1. *glos.* 1. *num.* 10. *& glos.* 2. *n.* 8. *& glos.* 3. *à n.* 10. Paz de Tenuta *cap.* 20. *n.* 14. *& c.* 35. *nu.* 20. *& cap.* 50. *à nu.* 2. Noguerol. *allẽg.* 25. *n.* 9. vbi *n.* 191. asserit possessionẽ *d. l.* 45. verã, & propriã possessionem esse, & non interrũpi ex eo, quòd alius de facto occupet possessionem, de quo videndi Fontanella *de pact. nuptialib. claus.* 7. *glos.* 3. *p.* 1. *n.* 6. Cãcerius 2. *p. var. c.* 7. *à n.* 21. Sic similitèr † per renunciationem, & cessionẽ, incessionariũ verã, & naturalis maioratus trãsfertur possessio: et locũ habet remediũ possessoriũ d. legis 45. Mier. 3. *p. q.* 18. Gutierr. 3. *pract.*

quæst. 61. Castillo *lib.* 3. *cap.* 12. *nu.* 113. Auendaño & alij laudati à Noguerol *allegat.* 31. *à nu.* 65. *&* 71. Padilla *in l. post mortem, C. de fideicom. nu.* 23. Castillo *tom.* 6. *controu. cap.* 118. *nu.* 12. alia in exornationem refert Paz *de Tenuta*, 2. *tom. cap.* 61. vbi
9 per totum differit; an † vbi possessor renunciauit maioratum, possit iudicium tenutæ in Regali Consilio proponi, de quo infra *tit.* 6. *quæst.* 5. latius agemus.

10 Si igitur † casus renunciationis, & mortis æquiparatur, *argumen. text. in l. Gallus*, §. *& quid si tãtum*, ib: *Vt ad similitudinem mortis cæteri casus admittendi sint, D. de liberis, & posthum. l. si necẽ*, §. *si deportatus*, ibi: *Qui mortui loco habetur, D. de bonis libert.* elegantèr Molina *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 59. ibi: *Quãuis non diffiteamur, quod si aliquis alius casus euenerit, ex quo vltimus maioratus possessor pro mortuo habendus sit, possit in vita eiusdem remedium, dict. l. proponi*, Giurba *de succes. feud.* §. 2. *glos.* 10. *num.* 28. ibi: *Tollendo se de medio renunciatione, vel morte.* Sequitur quòd sicut mortuo vltimo possessore, proximitas, quæ tunc temporis adest, inspicitur, nec superueniés attenditur, idem in casu cessionis, & renunciationis dicendum sit: quia ſtãte eãdem ratione, idem ius seruari de-
11 bet *iuxta vulg. iura*. Vndè † tutor vocatus ad tutelam in casu mortis, censetur vocatus in casu renunciationis, vel remotionis, Mastrillus *decis.* 6. *per totam*, Surdus *decis.* 207. Castillo *dict.*
12 *cap.* 118. *in fine*. Similiter si officium † alicui conceda tur post mortem illius, qui illud exercet, intelligitur concessum in casu vacationis per renunciationẽ, remotionẽ, vel alio simili modo, Mastrillus *de magistrat. lib.* 1. *c.* 26. *tot.* conducit Giurba *decis.* 9. vbi, an †
13 substitutus in casu absentiæ officialis, debeat exercere in casu mortis. Idem Giurba *cons.* 19. *num.* 83. *in fin.* D. Amaya *in l. nullus* 60. *C. de decurionib. num.* 39.

Et si factâ cessione maioratus, proximior, qui postea natus fuit, excluderet eum, qui semèl fuit admissus, euenire vt medio illo tempore dominiũ vacaret, & in pendenti esset, quod naturæ maioratus repugnat, D. Solorzano *de iur. Indiar.* 2. *tom. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 35. qui † neque per momentum 14
vacare potest; sed ſtatim actu velocilegis possessorem quærit, eũ scilicet, qui tempore delatæ successionis proximior inuenitur: in quẽ † vbi ingressa 15
fuit successio, ad alĩ tranſitũ facere nõ potest, donec ex illa linea aliquis superfuerit, & interim cæteri ex aliis lineis procedentes censentur excluſi, *cap.* 1. *de natura succes. feud.* ibi: *Sed omnibus ex hac linea deficientibus*, Molina *lib.* 3. *cap.* 4. *à num.* 13. innumeris relatis Giurba *dict.* §. 2. *glos.* 5. & latiſſimè *glos.* 10. *à num.* 21. Nec † in con- 16
ſideratione habetur maior proximitas, vel qualitas superueniens, vt excludat eos, qui semèl succeſſerunt, *l.* 1 §. *ſi quis proximior, D. vndè cognati*, §. *cognati*, verſ. *plane, Instit. de hereditquæ abinteſtat.* l. *ſi quis filio exheredato*, verſ. *ſed hoc ita, D. de inius. rupto, l. Titius cum ſeq. D. de ſuis, & legit.* exornant pluribus Molina *ſup.* Caſtillo *dict. cap.* 91. Qua † ratione neque 17
ad retractum ſanguinis admittuntur, qui concepti non erant venditionis tempore, videndus latè diſputans Giurba *decis.* 76. *per totam*.

Ex quibus rectè infert Mieres 2. 18
part. quæſt. 6. *num.* 48. verſ. *deducitur*, patre excluſo, vel priuato ſucceſſione maioratus, ex eâ causâ, quæ eius filios non excluderet, ſi ex eo quòd tẽpore priuationis, filij neque nati, neque concepti erant, ſucceſsio ad alĩ conſanguineum deueniret, eum nullo modo excludi poſſe, licèt ex poſt facto filij naſcantur: cùm proximitas ſemper cõſideretur iuxta tempus delatæ ſucceſsionis. Cui ſimile eſt, fœminam † ſemel admiſſam propter defe- 19
ctum maſculorum, non excludi per maſculos poſteà natos, Mieres *dict. quæſt.*

*quæst.6.à num.*149.ex Molina, Gratiano, Menochio, Cassanate, & aliis Castillo *dict.cap.*91.*à n.*26.*&* 28.

20 Quibus † conuenit, & nō modicum pro hac sententia facit, quòd licèt vbi pater ex eo, quòd cōtrauenit cōditionibus, & voluntati testatoris, priuādus venit successione maioratus, filius eius non excludatur; imò ad eum successio transeat; cùm priuatio ex causa contrauentionis personalis sit, quæ descendentes, & filios non excludit; *l.2.§.in filiis*, vers. *in auo*, *D.de decurionibus*, ibi; *Nè patris nota filius maculetur* Mieres *2.part.quæst.4.illat.8.à num.*318. (quod idem Mieres *dict.2.part.quæst.7.num.*27.*&* 28. limitare videtur quandò pater non successit; & propter contrauentionem non apprehendit possessionem maioratus, facit *l. Titio vsusfructus*; ibi: *Nec initiū accepit*, *D.de condit.& demonstrat. l. Seia* 42. *D.de donat.causa mortis*, ibi: *Quæ nondum in persona filiorum initium acceperat*, sequitur Solorzano *dict.2.tom.lib.2.cap.*19.*numer.*37.) Castillo *3.tom.controu.cap.*15.*nu.*63. videndus *à n.*59. Anton. Bellon *conf.* 65.*num.*72.*&* 71. Larrea *decis.*34.*nu*

21 38. Tamen † si tempore quo ob contrauentionem, qui tūc temporis proximior est successionem occupat; filij nati non sint, etsi posteà nascantur, semèl alij acquisitam successionem auocare non poterunt, vt pro certo statuunt Molina *dict.lib.*3.*cap.*10.*à nu.* 44. Castillo *dict.cap.*91.*à num.* 51.*ad* 58. Addentes ad Molinam *dict.num.* 44. qui omnes ex æquitate admittunt,

22 † quòd si filius lite pendente, & ante sententiam super contrauentione latam nascatur, præferēdus est consanguineo maioratum vindicanti; quæ sententia æquissima est, licèt in puncto, & rigore iuris quandò testator disposuit, quod in casu contrauentionis possessio, & proprietas bonorum transiret in sequentem successorem, vel quod statim maioratus ad sequentem transferatur, vel quòd si possessor conditionibus non pareat, censeatur non vocatus, contraria sententia verior sit: quia † ex his clausulis datâ 23
contrauentione, sequens in gradu cōfestim admittitur; & intentare poterit remedia possessoria, ac si per mortem vacatio contingeret Molina *libr.*1. *cap.*12.*num.*35.*& lib.*4.*cap.*10. *n.*9. Mieres *dict.illat.*8.*num.*220.*&* 1.*p. quæst.*87.*à num.*81.*&* 3.*part. quæst.* 9.*num.*138. Gutierrez 3.*pract. quæst.* 71.*num.*16.*&* 19. Castrillo 5.*tom.cōtrou.cap.*79.*circa finem*, Sesse 1. *tom. decis.*17.*&* 4.*tom.decis.* 378. Paz de Tenuta 1.*part.cap.*36.*à num.*1.*ad* 11. Fusarius *de substitutionib. quæst.* 586. Cancerius 3.*tom.var.cap.*22.*à num.* 87.*&* 92. qui loquuntur in contrauētione alienationis bonorum, & grauaminis cognominis, & armorum.

Prædictam † tamen sententiam, 24
quam æquiorē profitetur Molina, admitterem ego ex eâdem æquitatis ratione, quandò filius contrauenientis, vel ante contrauentionem conceptus fuisset, (quod indubitabile apud omnes est) vel post eam; pendente tamen lite, & ante sententiā: cùm † cō- 25
ceptus, & qui in vtero est, in fauorabilibus pro nato habeatur, *l.qui in vtero*, *D.de stat. homin. l.communi*, §. *sed etsi*, *D.commun.diuid. l.cum inter*, *C.de fideicom.libert. l. Titius*, *cum sequent. D.de testis*, *& legitim.* Fusarius *de substitutionib. quæst.*318.*à num.*11. Molina *dict.cap.*10.*à num.*1. Mieres, Peregrinus, & alij, quorum meminit Castillo *dict.cap.*91.*num.*2. elegantèr Carranza *de partu*, *cap.*2.§.4.*per totum*, latissimè Gutierrez *de feudis*, §.4.*glos.*4. *à num.*14.*&* *glos.*10.*n.*26. vbi quòd in ventrem transit, & cōtinuatur possessio defuncti, repetit *glos.*12.*nu.*79. vers. *nec obstat*, & latius *dict.glos.*12.*n.* 57. vbi † ex hoc ventris fauore resol- 26
uit cum Valenzuela, & Azenedo, decedente possessore maioratus, vxore prægnante, ventrem esse in possessionem mittendum, licèt contradicat agnatus, ex eo quòd maioratus fuit gurolæ

guroſæ agnationis, & poſsibile eſſe allegere non maſculum, ſed fœminã naſci. Et à cõceptionis die ius ſucceſsionis æſtimãdum eſſe, multis probat doctus Narbona *annal. iuris anno 1. quæſt. 1. num. 1.* huius noſtræ ſententiæ videtur etiam eſſe idem Molina, quia ſæpius non ſolùm de filiis iam natis, ſed de conceptis loquitur, vt videre erit *dict. nu. 44. & 45.*

27 † Adſtipulatur etiam ſuperiori ſententiæ, quòd ſi poſſeſſor maioratus ingrediatur Monaſterium incapax bonorum, profeſsione ſecuta, proximitas ad ſuccedendum tempore profeſsionis, non verò mortis tempore conſideratur: quia ex eo die quo profeſsionem emiſsit, pro mortuo habetur: et ſucceſſori eo tempore proximiori, ſtatim locum facit, vt elegantèr probat D. Caſtillo 3. *tom. contro. cap. 12. à num. 84. & 102.* Pater Sanchez *de ſtat. Religioſ. lib. 7. cap. 15. nu. 17.* Giurba *de feudis, §. 1. glo. 7. à num. 23.* Idẽque procedere aſſerunt, ſi Monaſterium capax bonorum in communi eſſet; nõ tamen ſuccedere poſſet in maioratu nec pro vitâ monachi, vel quia Monaſterium expreſsè fuit excluſum; vel tacitè: ex eo quòd † dignitas annexa erat maioratui, vel nominis, & armorum conditionem habebat: nam ex ſolo nominis, & armorum grauamine Monaſterium excluſum cenſetur; vt agnoſcit ipſe Caſtillo *dict. cap. 12. num. 105. circa finem, & num. 54. & tom. 6. cap. 162. num. 23.* qui refert Patrem Sanchez, & alios Molina *lib. 1. cap. 13. nu. 91.* Fuſarius *de ſubſtitutionib. quæſtion. 429. num. 55.* Ant. Faber *in C. lib. 6 tit. 21. defin. 25.* ex Mantica, Flores de Mena, & Aluarado, Cancerius 3. *part. var. cap. 20. num. 330. verſ. vbi verò,* & nouitèr ita deciſum refert Hieronym. de Leon *tom. 3. deciſ. 31. per totam,* ex Alciato, Decio Galdenſ. Caualcano, Menchaca, Franch. Puteo, & Zeuallos, doctiſsimus D. Parexa *ad text. in cap. in præſentia 8. de probationibus, num. 77. verſ. ſi vero.* Contrariũ tamen defendunt nonnulli, quos ipſi referunt, & Addentes ad Molinã *ſup. num. 95.* ſuperior tamen ſententia verior, & magis communis eſt, licèt pro contrariâ iudicatum iam viderimus.

Vltimò pro hac opinione, quòd proximitas, & qualitas debeat attendi tempore ceſsionis, conſidero id, quod aliud agens, ſcripſit Mieres *de maioratibus 1. part. quæſt. 21. num. 80. verſ. ex ſuperioribus.* Quòd ſi quis renuncians maioratum in fratrem, vel in ſequentem ſucceſſorem, & poſt factam renũciationem liberos procreauit, propter eorum ſuperuenientiam ipſo iure reuocatur renunciatio, *iuxta l. ſi vnquam, C. de reuocand. donat.* maximè ſi renuncians iam poſſideret maioratum: ex quo videtur ſentire, filio non niſi remedio, *dict. l. ſi vnquam,* ſuccurri, quo ceſſante, vel ſi renunciatio filium non læderet, ſed alium, qui dictæ legis beneficio ſe iuuare non poſſet, nullo modo maioratũ ab eo, qui tempore renunciationis ſequens in gradu erat, poſſe auocari.

30 † Et hanc ſententiam, quod proximitas tempore ceſsionis ſit attendẽda, neque cõſiderari eam, quæ poſtea tempore mortis cedentis ſuperuenit, veriſsimam eſſe profitentur (licèt his non relatis fundamentis) Bernard. de Medic. Blancus Lancea Cannent. Cãmerar. & alij quos ſequitur Milanenſ. *lib. 1. deciſ. 8. à num. 288.* & pro eâ facere etiam videtur Greg. Lopez *in l. 9. tit. 1. part. 2. verb. de ſu finamiento,* vbi aſſerit, quod ſi cui delata eſt ſucceſsio maioratus, adquem vocati ſunt proximiores in gradu ipſi fundatori, poteſt repudiare maioratũ, vt ad fratrem ſuum deueniat, & proprium filiũ ſucceſsione priuare: Eiuſdem ſententiæ eſt Rouitus *conſ. 15. numer. 34.* qui conſultus reſpondit, agnatum poſſe in proximiorem refutare feudum, neque eorum filios poſtea natos ralem refutationem impugnare poſſe.

Contraria tamen ſententia, quòd proximior qui poſt renunciationẽ natus

tus fuit, præferri debeat, non leuioribus nititur fundamentis. Et pro eâ facit, quòd † proximitas ad succeſsionẽ 31
maioratus tẽpore mortis vltimi poſſeſſoris attenditur, *l. cum ita, §. in fideicommiſſo*, ibi: *Qui ex nomine defuncti fuerunt, eo tempore quo teſtator moreretur, D. de leg. 2. cum aliis vulg. l. 9. tit. 1. part. 2.* ibi: *Que ſon mas propincos parientes à los Reyes al tiempo de ſu finamiento.* Et licèt † cum Molina 32
fateamur, caſum mortis, & alium ſimilem æquiparari; negamus tamẽ renũciationem, vel ceſsionem maioratus morti ſimilem eſſe: quia licèt renuncians pro mortuo habeatur quoad ſui præiudicium, & locum faciat proximiori in gradu; non tamen pro mortuo habetur, in præiudicium tertij, etiã naſcituri, cui ex facto voluntario poſſeſſoris damnum irrogari non poteſt, elegantèr in terminis Gutierrez *lib. 3. pract. quæſt. 71. num. 13.* ibi: *Non tamen præiudicabit prædicta ceſsio in fauorẽ ſecundogeniti facta, ſucceſſoribus legitimis potius ius habentibus ceſsionario: nempè filiis, & deſcendentibus legitimis cedentis, natis vel naſcituris, vt probatur ex text. in cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſsione feudi*, vbi *gloſ. & cõmuniter ſcribentes*, Tiraquellus, Burgos de Paz, Molina, Velazquez, & Azeuedo quos refert, & ſequitur Giurba *de ſucceſ. feud. §. 2. gloſ. 12. n. 80. circa finem.*

33 Nam † aliàs eſſet in facultate poſſeſſoris, fraudare ſucceſſores nondum natos, & eludere voluntatem teſtatoris, vt rectè conſiderant Addent. ad Molin. *dict. lib. 3. cap. 10. nu. 44.* verſ. *primo*, ibi: *Alioquin ſi poſtea nati nõ admitterentur, ſequeretur magnum inconueniens, ſcilicet quod poſſeſſor poſſet ad libitum alienare ante natiuitatem vocatorum, & in præiudicium eorum, inſtitutoris maioratus voluntatem ludere, contra textum in l. ſi id quod, D. de liberatione legat.* quem textũ in ſpecie expendit Fuſarius *de ſubſtitut. quæſt. 318. numer. 110.*

In id etiam † facit deciſio Surdi 34
230. in quâ deciſum refert, quòd ſi emphyteuſim prodeſcendentibus cõceſſam quis repudiet, & ad dominum ſit reuerſa, poteſt filius natus poſt renũciationem, emphyteuſim vindicare, neque ei nocet, quod renunciationis tempore in rebus humanis non fuerit, proſequitur Hodierna *ibi numer. 2.* in comprobationem refert eundem Surdum *conſ. 125.* Paponium *conſ. 57.* Fachineum *lib. 4. controu. cap. 88.*

Fulcit † ſimilitèr hanc ſententiã, 35
quòd poſſeſſor maioratus tacitè videtur grauatus, vt poſt mortem reſtituat maioratus bona proximiori conſanguineo, Molina *lib. 1. cap. 7. nu. 9. & cap. 14.* grauatus tamẽ reſtituere poſt mortem incertæ ex certis perſonis, non poteſt in vitâ reſtituere, quiâ ex præmatura illa reſtitutione iis, qui tẽpore mortis extiterint, præiudicari poſſet, *l. cum pater 77. §. à filia, l. vnũ ex familia in princ. D. de leg. 2.* melior *text. in l. filius familias, §. Diui, el primero, D. de legat. 1. l. vxorem 41. §. Seium, D. de leg. 3.* quæ iura doctè intelligit Molina *lib. 2. cap. 4. à num. 23.* & Addent. *ibi.* Anton. Gomez *in l. 17. Tauri, num. 6. & 7.* elegantèr, & ſubtilitèr Ant. Faber *lib. 18. coniect. cap. 4. 5. & 6.* videndus ad propoſitum Padilla *in l. poſt mortem, C. de fideicõmiſs. num. 23.*

Quibus † etiam conuenit, quòd ad 36
maioratum, & fideicommiſſum idem ius habere dicuntur, qui concepti, & nati ſunt, quàm naſcituri, *l. pronunciatio §. familiæ, D. de verbor. ſignif.* & eorum eadem ratio habetur, ac ſi nati fuiſſent, *l. ſi ita fuerit, D. de leg. 3.* Quarè † in eorum præiudicium, nec Princeps derogare poterit legibus, & vocationibus maioratus, Mieres *in initio 2. part. à num. 460.* Giurba *de ſucceſ. feud. §. 2. gloſ. 5. num. 52.* Scobar *de purit. ſang. 1. part. quæſt. 7. à n. 119.* Et de poteſtate Principis circa derogationem clauſularum, & vocationũ 37
videndi nouitèr agentes Addentes

ad

ad Molinam *lib.* 1. *cap.* 8. *nu.* 28. Giurba *sup. prælud:* 5. *&* §. 2. *glos.* 8. *n.* 26. vers. *amplia sexto, cum sequent.* Larrea 2. *tom. alleg.* 115. *per totam,* Scobar *supra à num.* 14 Salzedo *ad leg. nou. Recop. in l.* 4. *c.* 24. *fol.* 688. *a num.* 91. qui innumeros referunt, & ad vtramque partem quæstionem disputant: et an necessaria sit citatio successoris.

38 Quæ † rationes posteriorem hanc sententiam veriorem esse euincere videntur, quàm contra Mlanens. tuetur Intrigliolus *decis.* 43. omninò amplectendam testatur Corsetus *cons.* 19. *n.* 36. *&* 37. vbi eius filius Additionator. Marius Cutell. *de donat. contemp. matrim. tract.* 2. *discurs.* 1. *speciali* 12. *à n.* 240. *& special.* 18. *nu.* 21. multùm posthæc scripta visus D. Solorzano *de iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 14. *à num.* 49. qui hanc nobilem quæstionem de facto agitatam vidisse testatur (legas precor, quæ expendit doctissimus hic vir, & fortè nobis gratias ages) licèt non disputans idem sequi videtur Molina *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 45. ibi: *Imò nec poterit primogenitus maioratum cedere secundogenito, seu sequenti in gradu, in præiudicium filiorum, ac descendentiũ, qui nati sunt, vel etiam nascturorum,* facit *text. in l. si mulier,* §. *ex asse, D. de iure dotium,* ibi: *Quas transferre ad alium, quàm cui debet fideicommissum hæres non potest,* Castillo *lib.* 3. *cap.* 12 *num.* 111. in cuius sententiæ exornationem, & comprobationem alia expendere poteris, quæ considerat D. Paz *de Tenuta c.* 61. Rosental. de feudis, quem referunt Add. *dict. nu.* 45.

39 Sed † licèt huius controuersiæ resolutio propter vtriusque sententiæ fundamenta anceps, & difficilis appareat; tamen sine dubio, posteriorẽ verissimam, & tenendum sentio: siue renuncietur, siue cedatur maioratus, quia de natura eius est, vt successor non possit non acquirere, vel iã quæsitum maioratum renunciare in præiudicium eius, qui post renunciãtis mor-

40 tem successurus est: quapropter † non obstante repudiatione, vel renunciatione, post eius mortem perindè succedet is, qui proximior tunc temporis fuerit; ac si cũ effectu acceptatus fuisset, vel non renunciatus maioratus, vt singulariter ex Bartholom. de Humadâ prosequitur D. Castillo *lib.* 5. *controu. cap.* 112. *num.* 18. *per totũ,* & elegantèr *dict. cap.* 12. *à num.* 111. ad finem capitis, plenissimè Giurba *dict. glos.* 5. *à num.* 50. vbi *nu.* 53. reprobat Rouitum, qui contrarium coniuluit.

Quâ retenta sententiâ, non obstant fundamenta, quæ pro contrariâ adduximus, non primum, quo diximus † renunciationem, & mortem æquiparari 41
quoad inducendam vacationem maioratus: nam vt dictũ est intelligi debet, quoad præiudicium renunciãtis: eius namque respectu mors, & renunciatio à pari procedũt: et † ex cessione, & renunciatione, quæ simplicitèr 42
fit, possessio rerũ maioratus in sequẽtem transfertur, vt defendit Gutierrez *dict. quæst.* 71. licèt contrariũ dicat Mieres 1. *part. quæst.* 9. *num.* 141. & relati à Paz *de Tenuta d. c.* 61. tamẽ quoad præiudicium tertij renũciatio pro morte non habetur: quarè si accidat tempore mortis naturalis renunciantis superesse aliquem proximiorem, vel in quo qualitas masculinitatis, vel agnationis requisita per fundatorem adsit, is potior erit, & excludet eum in quem cessio facta fuit.

Nec rursus † oberit consideratio 43
illa, quòd bona, & eorum successio in pendenti erit, contra *text. in l. fin. D. commun. prædior.* quia respondetur, quòd licèt quandò per renunciationem, quæ extinctiua iuris dicitur, maioratus renunciatur in sequẽtem successorem, regulariter in eum successio transferatur; tamen fallit, quandò ex post facto accidit, vt alius proximior nascatur, neque tunc temporis successio in pendenti est, nam eo casu cùm quoad legem semper certum sit, alũ proximiorem consanguineum tempore mortis renunciantis esse futurum,

renun-

renunciatio à principio nullius momenti est, & vera possessio penes renunciantem semper remansit: et solũ fructus, & vtilitas, seu cõmoditas bonorum in cessionarium pro vitâ cedẽtis translata censetur: vt notantèr aduertit Castillo *dict. num.* 18. vers. *sic sanè nunquam*, ibi: *Verè namque à linea renunciantis nunquam discessit in præiudicium sequentium.*

44 Similitèr † neq; obstat aliud fundamẽtum deductum à similitudine mortis, ad professionem: nam licèt fateremur constans esse, proximitatem, vel qualitatem, quæ superuenit post professionem possessoris maioratus, non esse attendendam; proximioremque tempore emissæ professionis irreuocabiliter, & perpetuò succedere: longe tamen diuersa ratio est, professionis; ac renunciationis, vel cessionis voluntariæ, quia in illa fraus considerari non potest; in his autem secùs.

45 Rursus † neque pro contraria sentẽtia facit argumentum deductum à casu contrauentionis, propterquam possessor successione maioratus priuatur. Quia inter contrauentionem, & renũciationem multùm refert: nã hæc, voluntaria, & gratuita remissio est; illa verò, secutâ contrauentione necessaria. Vltrà quòd in casu contrauentionis, ex voluntate, & dispositione institutoris maioratus possessio, & dominium in sequentem successorem trãsfertur; at verò in casu renunciationis id dispositum non est, imò potius credendum, testatorem noluisse bona omisso proximiore, & magis dilecto consanguineo ad remotiorem, & minùs dilectum peruenire.

46 Minus † obstat auctoritas Mieres *dict. quæst.* 31. *nu.* 80. nam licèt asserat ob superuenientiam liberorum renunciationem maioratus per patrem factam reuocari ex remedio *l. dictæ l. si vnquam*: non tamen excludit alia remedia quibus filij, vel alij consanguinei iuuari possint contrà huiusmodi primogenitorũ præmaturas restitutiones, seu renunciationes.

Illud † hic non omittam pro cõplemento huius quæstionis, quòd licèt siue per viam renunciationis, vel cessionis transferatur maioratus in sequentem successorem, ius proximioris consanguinei posteà nati debeat illæsum manere: multùm tamẽ refert, an possessor cedat, vel renunciet maioratum: nam si cedit, cùm cessionarius iure cedentis vtatur, etiam si alter proximior nascatur, nõ poterit in vitâ cedentis maioratum à cessionario auocare, sed eo viuente fructus, & emolumenta percipiet, vt agnoscunt Milanens. & Intriglolus, & terè omnes relati sup. At verò si renunciet maioratum per veram renunciationem, quæ iuris extinctiua dicitur, iuxta ea quæ diximus *tit.* 1. *quæst.* 2. crederem consanguineum posteà natum, statim maioratum vindicare posse, neque ne cesse habere mortẽ renũciãtis, expectare, qui ex quo simpliciter repudiauit, vel renunciauit pro mortuo habetur, vt rectè considerant Gutierrez *dicta quæst.* 71. *nu.* 3. Milanens. *sup. nu.* 287. & faciunt notata à nobis *tit.* 1. *quæstion.* 3. 47

Et † an qui renunciauit maioratum in sequentem successorem, possit decedente eo sine liberis, rursus succedere, videndus Tiraquell. *de iure primog. quæst.* 86. Mieres 3. *part. quæst.* 18. *num.* 22. & 32. Milanens. *dict. decis.* 8. *num.* 289. & 291. Castillo *dict. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 123. Cabedo *decis.* 96. *part.* 1. Giurba *de succes. feud.* §. 2. *glos.* 8. *à num.* 49. et resolutio communis est, succedere posse. 48

SVMMARIVM.

1 *Societatis ius cedi non potest, neque quouis titulo in alium transferri.*

2 *In eoenda societate, industria personæ attenditur.*

3 *Quæ industriam personæ requirũt, cessibilia, aut delegabilia nõ sunt.*

4 *Pactum quòd societas in alios transeat, societatis naturæ nõ cõuenit.*

5 *Societas morte finitur, & ad heredes non transit.*

6 *Societas non transit ad heredes, licèt ab initio iuramento interposito actum fuerit, vt ad eos transiret.*

7 *Societas an trãseat in heredes, ex speciali defuncti voluntate, remissiuè.*

8 *Societas vestigalium, an ad heredes protrahatur, remissiuè.*

9 *Societas cum herede ex quibus renouata intelligatur, remissiuè.*

10 *Cessibilia non sunt, quæ ad heredes non transmittuntur.*

11 *In actione pro socio, insunt actiones tam actiuæ, quam passiuæ.*

12 *Actiones passiuæ cedi nõ possunt.*

13 *Vnus ex conductoribus decimarũ, vel aliorum reddituum, si cedat ius suum extraneo, an aliis conductoribus ius retractus competat?*

Assignatur discrimen inter cessionẽ societatis & cessionem cõductionis.

14 *Socius non potest alium in socium admittere.*

15 *Socius si admittat alium in sociũ, quo ad eum valebit admissio, non quo ad alios; nisi admissioni consentiant,* & num. 16.

17 *Conductor alicuius iuris, si admisit alium in socium, vulgo* le dio parte del arrendamiẽto, *an possit in solidum agere, vel conueniri?*

18 *Admissus in socium per principalem conductorẽ, an possit sine cessione agere, vel conueniri.*

19 *Conductor iurium Regalium, qui cessit alteri conductionem, non liberatur, donec cessionarius idoneè caueat.*

20 *Societatis ius, vt socius in alium trãferre possit, an tacitus alterius socij consensus sufficiat?*

21 *Societas, vbi de consensu socij in alium transfertur, & ceditur, an debeat finiri per mortem cedentis, vel cessionarij?*

22 *Expenditur* lex necessariò, §. fin. D. de periculo, & commod. rei venditæ.

23 *Emphyteusem ad tres vitas concessam, si tertia persona cedat in aliũ, emphyteusis finitur per vitam emphyteutæ cedentis.*

24 *Substitutionis ius vbi cedi potest, mors cedentis, non verò cessionarij attenditur.*

25 *Expenditur* l. si vsusfructus 4. D. de nouat. & delegat.

27 *Vsusfructus, vel societas si cedatur, quandò cessionarij mors attendenda sit.*

28 *Vsusfructus in dotem datus marito, & solato matrimonio locatus, aut venditus mulieri, an per eius, vel mariti mortem extinguatur,* ad leg. si vsusfructus 66. D. de iure dotium.

QVÆSTIO V.

Societatis ius an cedi possit extraneo? Et an vbi cessio admittitur, societas duret, per vitam cedẽtis, vel cessionarij. Explicatur & conciliatur *l. necessariò* 8. *§. fin. D. de pericul. & commodo rei venditæ,* cum *l. si vsusfructus* 4. *D. de nouationib. & delegat.*

IVS societatis † quod vnus ex sociis habet, inuitis aliis sociis extraneo cedi non potest; neq; ex dotatione, venditione, aliove titulo transferri, vt in terminis resoluit. Bald. *in l. 1. num. 8. C. qui testam. facer. poss.* Greg. Lopez *in l. 14. glos. 2. in fine,*

fine tit. 10. *part.* 5. Curia Philip. *libr.* 1. *cap.* 3. *nu.* 39. Marius Muta *decis.* 66. *n.* 13. facit optimè *text. in l. qui admittitur* 19. *cum seq. D. pro socio*, illic: *Cum enim societas consensu contrahatur, socius mihi esse non potest, quem ego socium esse nolui, l. actione* 65. §. *societas, D. eodem tit.* vbi: *Nè alioquin inuitus quis socius efficiatur cui non vult*, quarationè statuitur ibi, in patrem adrogatorem societatem non transire, vt rectè notat D. Pichard. *in princ. Instit. de acquisit. per adrogationem, num.* 43.

2 Ratio † est, quia in coeundâ societate industria personæ eligitur, §. *soluitur, Instit. de societate, dict. l. actione*, §. *societas*, Alexan. *cons.* 60. *nu.* 7. *lib.* 7. Osasc. *decision.* 76. *nu.* 8. Gratianus *tom.* 3. *cap.* 547. *num.* 37. Nicol. Noalis *de transmissione casu* 58. Hector Felicius *de societate, cap.* 32. *numer.* 3. Donell. *lib.* 16. *comme. cap.* 24. Quæ

3 enim personæ industriam, & factum requirunt, cessibilia non sunt, *l. vltim. in princip. D. de verbor. obligation.* §. *sed cum factum, Instit. de stipulat. seruorũ*, Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 26. *glos.* 1. *num.* 57. D. Larrea 2. *tom. allegation.* 120. *numer.* 6. Et in alium transferri, aut delegari nequeunt, *l. vnica*, §. *nè autem, C. de caduc. tollend. cap. fin.* §. *is autem de officio delegat. cap. is cui, eodem tit. lib.* 6. *l. inter artifices, D. de solutionibus, l. tutela* 16. *D. de tutelis, l. cuius bonis, D. de curat. furioso.* Esset enim societas cessionarij, alia quàm cedentis, Alexan. *cons.* 19. *num.* 2. *libr.* 2. Mura *dict. decision.* 66. *nu.* 12. Quarè † pacta, quòd societas ad alios trã-

4 seat, societati non conueniunt, Hondedeus *cons.* 85. *num.* 19. *lib.* 1. Gratianus *dict. cap.* 547. *num.* 38.

Vndè † prouenit, vt societas mor-

5 te finiatur, nec in heredes transeat, *l. furti*, §. *illud, D. de his qui notant. infamia, l. nemo potest, l. actione*, §. *morte, l. verum*, §. *in heredem, D. pro socio.* §. *soluitur, Instit. de societate.* etiã si expressè actum esset, vt ad heredes transiret, *dict. l. nemo potest, l. adeò, l. si fratres*, §. *idem respondit, D. pro socio, l.* 1. *tit.* 10. *part.* 5. Scobar *de ratiociniis, cap.* 6. *à num.* 56. *&* 66. Osasc. *sup. num.* 6. *& decis.* 150. *num.* 1. Anton. Gomez 2. *tom. variar. cap.* 5. *num.* 6. Cardoso *in praxi iudic.* verb. *societas, n.* 34. Pichard. *in d.* §. *soluitur, numer.* 3. Thesaur. *decis.* 242. *num.* 1. Gutierrez *de iuram. confirmat. part.* 2. *cap.* 48. *num.* 1. Hector Felicius *sup. cap.* 32 *num.* 5. Noalis *dict. cas.* 58. *numer.* 2. Donell. *dict. cap.* 24. Scipion Theod. *allegation.* 13. *n.* 14. Hunnius *resol. iuris. liu. lib.* 3. *tract.* 7. *part.* 3. *quæst.* 4. Bellonus *de his quæ fiunt incontinenti, lib.* 2. *cap.* 41. vbi id limitat, quoad negotia cepta, & lucra quæ ex eis proueniunt. Quòd † procedere, licèt ab initio actum fuisset iuramento interpositio, vt societas ad heredes trãsiret, cõtra pragmaticos defendit Schisordeg. *lib.* 3. *tract.* 28. *quæst.* 2. vidêdi Gutierrez *dict. cap.* 48. Surdus *cons.* 26. Gratianus *d. cap.* 547. Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg.* 57. Griuell. *decis.* 8. Felicius, & Noalis vbi proximè. Marius Giurba *in consuet. Messan.* 1. *p. cap.* 5. *glos.* 3. *per tot.* Apud † quos latè videre 7 poteris, an idem obseruandum sit, si testator mãdauerit societatem ad heredes transire: vel † in societate vegti 8 galium, de quo consule Schisordeger. *dict. quæstion.* 2. *cum seq.* Noalis *supr.* Alfarum *de offic. Fiscal. glos.* 24. *spec.* 12. *& glos.* 16. *priuileg.* 2. *num.* 27. Pichard. *in dict.* §. *soluitur*, Osuald. *ad* Donell. *dict. cap.* 24. *lit. C.* Cardosũ verb. *societas, num.* 8. *&* 34. Scipion Theod. *alleg.* 13. *à nu.* 15. Griuell. *vbi proximè* Giurbam *d. cap.* 5. *& cap.* 7. *glos.* 19. *à nu.* 9. Et † ex quibus cum he- 9 rede renouata censeatur societas, Amendola ad Franch. *decis.* 249. *num.* 5. Scobar *dict. cap.* 6. *à numer.* 60. D. Valenzuela Velazquez *cons.* 89. *tomo* 1.

Cùm enim societatis ius in heredes non transeat, neque cessibile erit: quæ † enim ad hæredes nõ transmittũ 10 tur, cedi nõ possũt, *l. ex pluribus, D. de*

administrat tutor, l. si stipulatus fuerim D. de verbor. obligat. vbi Alex. *num.* 2. Igneus *in l. dudum, n.* 5. *C. de cõtrahen. emption.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 26. *glos.* 1. *n.* 47. Amatis *decis.* 6. *n.* 12. Intrigliol. *cons.* 29. *num.* 60. Noalis *de transmiss. casu* 23. *num.* 22. *& casu* 36. *num.* 9. de quo infrà agemus *quæst.* 8. per totam.

Alia etiam † ratio suadet, societatis ius cessibile non esse, quia in actione pro socio, non solùm actio, sed & passio inuenitur; hoc est iura actiua & passiua; socio enim, & contra eum competit actio, & inter eos mutuæ præstationes sunt, *dict. l. actione*, §. *morte in fine*, Donell. *lib.* 13. *commen. cap.* 16. *&* 17. At † actiones passiuæ cedi non possunt, quia non sunt in nostrâ potestate, Bald. *in l.* 1. *in* 2. *oppositi. C. de pactis, & in l.* 2. *C. de hered. vel actione vendita*, Paulus de Castro *cons.* 207. *part.* 2. Maranta *in l. si actor, numer.* 48. *&* 85. *D. de procuratorib.* Tiraquell. *dict.* §. 26. *numer.* 53. Surdus *cons.* 208. *numer.* 5. Mantica *de tacit. lib.* 4. *tit.* 10. *à num.* 20. Marius Muta *decision.* 14. *numer.* 13. *&* 15. cum aliis de quibus infrà *quæstio.* 9. per totam.

Nec his contra facit, quod tradit Hermosilla *in l.* 55. *glos.* 4. *num. fin. in fine, titul.* 5. *part.* 5. quod † si vnus ex pluribus cõductoribus decimarũ, vel aliorũ redituũ, cedat partem suam extraneo, possunt alij socij eam retrahere: quia intelligendus est, non de societate; sed de simplici locatione: nam si societas cõtracta esset, cessio nõ valeret, vndè frustra de iure retractus dubitaretur. Locationis enim ius, quod impropria societas est, *l. si merces*, §. *si vis maior, D. locati*, ibi: *Quasi iure societatis* cedi, & sublocari potest, & in heredes transit, *l. viam veritatis, C. de locato*, multis relatis Gratianus *tom.* 3. *c.* 547. *à n.* 51. Noalis *n.* 15. Farinac. *in repert. in frag.* verb. *cõductor potest.* Societatis verò ius non potest. Nec si super locatione inita esset societas, in heredem, vel cessionarium transiret, vt contra Corneum, & Parisium resoluit ex Bapt. de Hieronym. Deciano, & Lanzelloto, Ioannes Griuellus *dict. decis.* 8. *num.* 23. vers. *non obstat*, videndus per totam.

Ex his fluit † quòd quemadmodùm socius societatis ius alij cedere nõ potest, ita neque potest alium socium, & participem societatis admittere; qui si admittatur, aliis socius socius non erit, sed ei tantùm, qui eum admisit, *d. l. qui admittitur eam aliis sequent, D. pro socio*, vbi Baldus, Menoch. *cõs.* 221 *num.* 2. *&* 12. Genoa *decis.* 27. *nu.* 1. Lanzellot. Gallia *cons.* 52. *nu.* 18. Gratianus *dict. cap.* 547. *à nu.* 34. Farinac. *lib.* 1. *cons.* 15. *nu.* 82. Marius Giurba *in consuet. Messan. dict. cap.* 1. *glos.* 6. *nu.* 17. Fontanella *decis.* 234. *&* 235. Noguerol *alleg.* 11. *num.* 14. Socius enim meus in mei præiudicium, & contra meam voluntatem societatis formam alterare non potest, neque mihi inuito alium socium adiungere, Hector Felicius *de societate, cap.* 15. *num.* 62. Ideòque socius socij mei, socius meus non dicitur, *l. consilij*, §. *socius, D. de regul. iur. l. nam socius, D. de pro socio.* Sicut vãsallus vasalli mei, vasallus meus non est, Fontanella *d. decis.* 234. *nu.* 5. Marius Muta *decis.* 29. *n.* 10. & Marius Giurba sup. in terminis Gutierrez, & Franc. Tondutus statim referendi.

Quò † ad eum tamen, qui socium admisit, vulgo *que dió parte en la compañia* admissio valebit: et quicquid socius ratione societatis fuerit consecutus, socio admisso communicabit; alij verò socij ad id nõ tenebuntur Alex. *cõs.* 139. *vol.* 5. vbi quòd si societas cõtrahatur inter duos, & vnus admittat alios, quod inter hos nouitèr admissos, & alterũ socium nulla est societas. Imò asserit duas cõsiderandas esse societates, vnam inter duos primos socios, aliam inter socium qui admisit, cum participibus admissis; talitèr vt vna societas nihil habeat commune cùm altera, *l. & quidquid fue-*

ris

erit 21. *cum leg. seqüent. D. pro socio*, sequitur Fontanella, & Gratianus supr.

16 Si verò † socij assentiantur ab vno admissus, aliorum socius erit; societasque sustinebitur in vim nouæ conuentionis, Bald. *in d. l. qui admittitur*, Socinus *cons.* 87. Tuschus, Brunus, Petrus de Vvald. Fabius de Anna, & alij quos refert, & sequitur Noguerol *sup. à nu.* 141. Giurba *dict. glos.* 6. *à nu.* 17. aliis relatis Fõtanell. *decis.* 275. *à n.* 1. *ad* 6. qui probat, participes de nouo admissos posse agere contra alios actione pro socio: et finitâ societate si socius, qui administrauit suspectus sit; vel si debitum sit illiquidum, cautionem & securitatem exposcere, pro quo facit *l. in omnibus bonæ fidei, D. de iudiciis, l. pro socio* 38. *D. pro socio*, Rodriguez *de execatione, cap.* 8. *numer.* 8. *in fine.*

Et an † si quis conduxit aliquod
17 ius, veluti decimarum, vel vegtigaliũ, si posteâ aliquos admisit in socios, *y les dió parte en el arrendamiento*, possit in totum agere, vel an ei obstet exceptio iuris sociorum, quæ dicitur exceptio iuris tertij? videndus Sesse *decision.* 324. *tom.* 3. per totam, qui resoluit exceptionem ei non obstare: Vbi † etiam agit, quale ius transferatur
18 in participem ex hac admissione? videndus etiam omninò Gratianus *disceptation.* 547. *à num.* 23. vbi quòd assumptus in socium à principali conductore, sicut potest in solidum agere sine cessione, *l. si vnus in princip. D. de pactis*, ita & in solidum poterit conueniri Curia Philip. 1. *tom. part.* 2. §. 9. *numer.* 3. *in fine*, Carleual. *de iudiciis lib.* 1. *titul.* 3. *disputat.* 10. *à numer.* 4. qui asserit, assumptos in socios per principales conductores, si simpliciter, & sine limitatione assumpti sint, posse insolidum sine cessione agere, & conueniri: sin verò in parte certa assumantur, pro ea tantùm aduersus eos agi posse, prosequitur postliæc visus Franc. Tondutus *quæst. seu resol. ciuil. cap.* 59. qui aliter distinguit, & in indiuiduo agit de exactore communitatis, qui alium socium, seu subexactorẽ sibi associauit; qualiterque aduersus eum communitas agere possit. Videdus Ioan Gutierrez *lib.* 4. *pract. quæst.* 59. *per tot.* qui defendit contra participem admissum agi non posse, nisi ipse in fauorem fisci, vel Reipublicæ obligatus esset; vel nisi abinitio quis cõduxisset pro se, & sociis nominãdis.

Hìc † tamen quia de conductoribus vegtigaliũ diximus, referre nõ o- 19
mittam *l.* 12. *& 18. tit.* 11. *lib.* 9. *Recopil.* quibus cauetur, in locationibus iurium Regalium, cõductorem, qui cessit locationem in alium, non liberari, donec cessionarius idoneam offerat satisdationem, notat Alfaro *de officio Fiscal. glos.* 34. *priuileg.* 9.

Hæc † satis comprobant, societatis ius inuito socio alteri cedi nõ posse; eo tamen consentiente cessionem consistere. Sed an sicùt expressus sociorum consensus sufficit, vt socius ab vno admissus aliorum socius fiat (vt nuper probauimus) ita etiam tacitus eõsensus sufficiẽs sit, vt effectũ habeat cessio, & trãslatio iuris societatis, dubium est, & à nemine quem viderim tactum, præterquàm à Farinacio *lib.* 1. *cons.* 15. *num.* 83. qui resoluit, tacitum consensum non sufficere, si translatio societatis de vnâ in alteram personã fiat; quia cùm ex eâ cessione nouetur actio, necesse est vt id expressè agatur, *arg. text. in l. fin. C. de nouationi*; quam doctrinam verã existimo, quandò socius alter liceat notitiam habuisset cessionis, nihil ageret cum cessionario: nam si ei societatis negotia cõmunicaret, videretur cessionem approbasse, & in nouum socium, priore liberando, consensisse.

Eo tamen † casu, quo cessio con- 21
sentiente, vel approbante socio fit, in dubium vertitur, an societas debeat extingui per mortem cedentis, vel cessionarij, in quem per cessionem translata fuit societas? In quâ quæstione Farinacius *dict. consil. criminali* 15.

nu. 91. decisum refert, cedentis morte finiri, his verbis: *Stante resolutione vltimo loco facta, an societas de qua agitur fuerit extincta morte Laçarij, vel Iacobi Apocelli eius cessionarij, die Lunæ 17. Aprilis 1564. fuit dictū, quod stāte prædicta resolutione societas fuit finita per mortem Laçarij, & hoc habuit dubium.*

22 Hæc † Farinacius, qui nullum resolutionis fundamentum refert, quarè necesse erit, aliqua expendere, quibus illa sententia nitatur. Et pro eâ facit primò text. *in l. necessario, §. fin. D. de peric. & com. rei vēd.* vbi si vsufructuarius vendit alij vsumfructum, non finitur per mortem emptoris, sed per mortem venditoris, & vsufructuarij; ita Noalis *de transmissione casu* 65. *nu.* 7. ergo similiter cesso in alterū societatis iure, societas per mortem cedētis finietur, neque necesse erit expectare mortem cessionarij.

23 Secundò † facit, nam si emphyteusis ad tres vitas concessa sit, & tertia persona emphyteusim alienauerit in alium, emphyteusis non extinguitur per mortem emptoris, sed ad eius heredes pertinebit, donec vixerit emphyteuta, qui alienauit; quia penes eū ius emphyteusis residet, & apud emptorē commoditas tantùm manet, vt ex *dict. l. necessario* 8. *§. fin.* resoluit Parladorius *in sexquicent. differen.* 71. *à num.* 12. Et vbi † substitutionis ius

24 cedi potest, mors cedentis, non verò cessionarij attenditur, Carpan. *in statut. Mediolan. 1. tom. cap.* 445. *numer.* 28.

25 Sed † contraria sententia, quòd societas non morte cedentis, sed cessionarij finiatur, apertè probari videtur, *ex l. si vsusfructus* 4. *D. de nouation. & delegat.* in qua si is qui vsumfructum habet, ex domini proprietatis consensu in alium transtulerit, vsusfructus morte tantùm cessionarij extinguitur, neque de morte cedentis ratio habetur: cùm ius suum consentiente proprietario à se abdicauerit: quæ ratio facit, vt idem fateri debeamus, quandò societas consentiente socio in aliū trāsfertur, vt tūc mors duntaxat cessionarij, non verò cedētis sit attendenda. Eandem rem optimè fulcit text. *in l. si legatum* 4. *D. quib. modis vsusfruct.* vbi vsusfructus translatus de vno in alium ex voluntate testatoris, nō finitur morte prioris, sed posterioris.

Secundò † & id suadet vrgentissima ratio: nam socius, qui de cedenda societate agit, in id exigit socij cōsensum, vt socius esse desinat, & ius suum omninò transferat in cessionarū: cùm igitur primus socius amplius socius non sit, eius persona seu mors considerari non debet, sed eius, qui per cessionem effectus fuit socius. 26

In qua † dificultate (ex cuius resolutione lucem etiam accipiet quæstio, quam in hunc locum contulimus, an scilicet si vsufructuarius cedat vsumfructum, extinguatur per mortem cedentis, vel cessionarij?) dicendum censeo, societatem per mortem cessionarij dissolui, quoties cessio de cōsensu alterius socij fuit facta, quia interuentu nouæ personæ nouatio prioris societatis facta intelligitur. Pro quo facit, quòd licèt regulariter vsusfructus morte cedentis, non verò cessionarij finiatur, *dict. l. necessario, §. final.* vbi *glos.* verb. *tuum*, Anton. Gomez 2. *tom. variar. cap.* 15. *ad fin.* Sarmiento *lib. 3. selectar. cap. 9.* Garcia *de expensis, c.* 10. *n.* 36. tamen quādò cessioni vsusfructus, consentit dominus proprietatis (siue vsusfructus cessionis tēpore constitutus esset vel nō) attenditur mors cessionarij, non verò cedentis, quia cessionarius efficitur verus vsufructuarius; ideoque à solâ eius vitâ pendet vsusfructus, vt resoluitur *in dict. l. si vsusfructus* 4. *glos.* verb. *constituatur*, *l. vsufructu*, *D. soluto matrimonio*, vbi Petrus Barbosa *nu.* 5. Pinel. Anton. Gomez, & alij quos sequitur doctissimus Pater Sanchez *de stat. relig. lib. 7. cap.* 13. *à num.* 18. vbi

18. vbi rectè aduertit, consensum proprietarij efficere, vt nouus vsusfructus in persona cessionarij constituatur; eo tamen deficiente solam commoditatem cessam videri, manente penes cedentem vsufructu, quo casu eius mors, non cessionarij attenditur, iuxta *d. l. necessario* 8. §. *fin.* quæ ita intelligenda & conciliandа est, cum *d. l. si vsusfructus* 4. Et mirè expressèque hanc distinctionem sequitur, & approbat Pōtifex *in cap. nuper de donationibus inter vir. & vxorem*, Gabriel de Vellis *tract. var. de vsufructu, cap.* 5. §. 1. *à n.* 6. Castillo *de vsufruct. cap.* 62. *à nu.* 4. ex Donello, & Cuiacio, Arias de Mesa *lib.* 3. *var. cap.* 48. *à nu.* 12. vbi *per tot. cap.* 48. cum sequenti disputat, an stipulatio vsusfructus prosè, & heredibus concepta, constituat in heredum personâ eundem, an nouum vsumfructum.

28 In specie tamen textus *in l. si vsusfructus* 66. *D. de iure dotium*, an vsusfructus in dotem marito datus, & soluto matrimonio locatus, vel venditus mulieri, debeat finiri per mortem mariti, vel vxoris, dubitat Gothofredus ibi. Ego tamen existimarem, per mortem mariti finiri, cùm post illam locationem, vel imaginariam venditionē, ius vsusfructus apud maritum permaneat, & perceptio fructuum, id est cōmoditas ad mulierē pertineat, vt expressis verbis testatur Pōponius *in d. l. si vsusfructus in fin.* ibi: *Vt ipsum quidē ius remaneat penes maritū, perceptio verò fructuū ad mulierem pertineat.* Quomodo autem vsusfructus in dotē datus marito, soluto matrimonio vxori restituendus sit, pervarios casus disputat Reles *opusc. lib.* 1. *cap.* 20. vbi *à n.* 6. *& cap.* 18. *cum sequentib.* latè, & doctè agit de imaginariis venditionibus.

(?)

SVMMARIVM.

1 *Vtilitas quæstionis proponitur, tàm practicis, quàm theoricis.*

2 *Operarū diuisio, in officiales & artificiales.*

3 *Reprobatur, qui tertiam operarū speciem constituunt, scilicet obsequiales.*

4 *Operæ ab obsequio multùm distant. Obsequia in exhibitione reuerentiæ cōsistunt; operæ verò in patroni commodum cedunt.*
Expenditur l. libertus 42. D. de oper. libert.

5 *Filio in potestate, naturali, vel èmancipato, qui in rem patris laborauit, an salariū debeatur? & quid de priuigno.*

6 *Obsequia quæ libertus patrono exhibere tenetur, operæ non sunt, licèt impropriè obsequiales operæ appellentur.*

7 *Operæ officiales, sine vlla arte fiunt; & ad personam tantùm patroni referuntur.*

8 *Artificiales, seu fabriles operæ, quæ dicantur?*

6 *Operas suas siue officiales, siue artificiales, quilibet homo locare potest, & an in perpetuum.*

10 *Operas mihi debitas an alij cedere possim, veluti famulū, aut libertū meū alij delegare, vt ei seruiat, & operetur. Reprobatur* Flores de Mena, *& distinguitur inter artificiales, & officiales operas*, & numer. sequentib. ad 14.

12 *Cōsensus famuli, vel operārij quādo requiratur vt operarū translatio consistat.*

14 *Expenditur, & interpretatur* l. seruus 10. §. 1. D. de oper. libert.

15 *Adiecto solutionis causa rectè soluitur; & de eius potestate.*

16 *Intelligitur* tex. in princ. Instit. de acquisit. per adrogat. *vers.* ecce.

17 *Ponderatur* l. pro herede 20. §. si quid tamen, D. de acquir. hered.

Intelligitur text. in l. si non sortem, §. libertus, D. de condict. indebiti.

18 *Explicatur* dict. l. pro herede, §. si quid tamen.

19 *Debitores qui ære alieno oppressi* soluere non possunt, creditoribus tradantur vt seruiant.

20 *Dominus etiam pro seruitiis perso*nalibus, tempore necessitatis, potest subditis imponere charitatiuum subsidium, vsque ad valorem operararum; vel mãdare subdito vt seruiat alij.

21 *Executio potest fieri in aliquo iure facultatiuo, quod habet dominus;* veluti eligendi aliquod seruitium, vel nominandi ad emphyteusim, vel retrahendi rem alij venditam.

Laudatur D. D. Perlines de Gueuara, *aduocatus Primarius, simulq; nostræ Vallis Oletanæ Academiæ iuris Cæsarei Primarius. An tecessor.*

Ius retractus, quod alias cedi non potest, ratione inopiæ, & necessitatis in alium transferri poterit. ibidẽ.

23 *Ius quod habet dominus in vasallos, alij cedi non potest.*

24 *Vasalli, quæ seruitia, & obsequia teneantur dominis suis præstare.*

25 *Vasalli dum aloquuntur dominum an stare debeant, & capite de operto? vulgo* estar en pie, y descubiertos.

Vasalli an teneantur osculare manum domini, & quod iuramentum ei præstent, & an genibus flexis exhiberi debeat?

Genuflexio, & osculatio pedis quibus debeatur.

26 *Vasalli operas non præstant dominio iurisdictionis, sed tantùm honorem, & obsequium.*

Vasallus licèt talis esse desierit, tenetur honorare dominum.

27 *Obsequiũ quod in his Regnis vasalli exhibent domino, in quo consistat.*

28 *Obsequium dominis debitum, an vasalli præscribere possint? Resoluitur omnimodũ obsequiũ præscribi non posse; aliquam tamẽ obseguij speciem præscriptibilẽ esse.* cum num. sequentib.

Omnimodã obediẽtiã erga Episcopũ subditi præscribere non possunt.

29 *Vasallus non potest etiam immemoriali præscriptione se eximere ab obedientia sui Principis.*

30 *Feudatarius, aut emphyteuta, qui se tales esse fatentur, non possunt in totum præscribere seruitiũ, vel pensionem, quæ soluitur in recognitionem dominij.*

31 *Ius se cooperiendi, & sedendi corã aliquo, præscriptione acquiri potest.*

32 *Ius vasallagij, & obsequij, quod habet dominus in subditos, cedi nõ potest, nec alij quàm vero domino debetur.*

33 *Vasalli an inuiti alienari possint, & an eis ius retractus competat?*

QVÆSTIO VI.

Operas, & seruitia, quæ mihi famulus, vel alter præstare tenetur, an alij cedere possim? Et an ius vasallagij? Et de discrimine inter operas officiales, & artificiales. Illustrantur, & explicãntur *l. pro herede 20. §. quid si tamen, D. de adquir. hered. l. si non sortem, §. libertus, D. de condict. indebiti, l. seruus 10. §. 1. D. de operis libertorũ.*

QVæstionem † nostram in terminis excitauit Bartolus *in l. si non sortem, §. libertus, nu.* 30. *D. de condict. indebiti.* Cuius disputatio-

tationem vtilem, & quotidianam esse testatur Carocius *de locato, tit. de sublocatione, quæst. 27. fol. 99.* In quâ sic versabimur, vt tam practicis, quàm theoricis vtiles simus.

2 Huius rei cognitio primò expoſcit vt videamus, quænam sit operarum diuisio: quæ licèt † variè multifariāquè diuidi soleant, eas tamen communem omnium mentem secutus, in officiates, & artificiales scindo: prout post antiquiores diuidit Carocius vbi proximè Donell. *lib. 2. com. c. 18.* vbi Osualdus aliòs refert, Cuiacius *libr. 17. obſeru. cap. 14.* Anton. Faber quem refert, & sequitur Schifordeg. *lib. 3. tractat. 26. quæſt. 3.* Arias de Mesſa *lib. 2. var. cap. 16. num. 13.* cui addo Vvesembec. *in paratild. ad tit. de operis libertorum*, Pichard. *de acquiſit. per adrogat. in princ. à num. 64.* Fabium de Anna *conſ. 3. à num. 41.* D. Amayam *in l. vnica, nè operæ à collatorib. exigantur à n. 4.* & innumeros referentem D. Velam *2. tom. diſſert. 35. à num. 61.* Carualhũ *de vna, & altera quarta, part. 1. à nu. 318.* Trentacinq. infrà referendum.

3 Et † licet nonnulli tertiam speciẽ operarum constituant, scilicèt obsequialium, vel saltim has officialibus annumerent, vt refert Bart. *in dict. §. libertus*, cui sententiæ se adscribere videtur D. Ioseph Vela, & Trentacinq. *lib. 1. var. tit. de patria poteſt. reſol. 1. à num. 3.* Tamen verius † est, operas mul-

4 tùm ab obsequio differre, quòd satis indicat diuersitas titulorum, alius enim inscribitur, *de operis libertorum*, alter verò *de obſequiis parentibus, & patronis præſtandis.* Obsequia enim in exhibitione honoris, & reuerentiæ cõsistunt, quæ etsi promissa nõ sint, præstari debẽt. Operæ verò magis patroni commodum, quàm eius honorem respiciunt, *l. quoties 24. in fin. D. de operis libertorum.* Et nisi manumissionis causâ promissæ, & impositæ sint, non debentur, *l. cum patronus 22. §. penult. D. de operis libertorum*, Vvesembec. *ad dict. tit. num. 1. & 2.* elegantèr Anton. Faber *in Iuriſp. tit. 5. princ. 2. illat. 12.* vbi quòd licèt bona sit consecutio, patronus est, ergo ei honor à liberto debetur: non tamẽ sequitur, patrònus est: ergo ei operæ debentur, facit mirè *tex. in l. libertus 41. D. de operis libertor.* ibi: *Libertus, qui operarum obligatione dimiſſus eſt, atquè ita liberam teſtamenti factionẽ adſecutus eſt, nihilominus obſequij verecundiæ tenetur*, melior *text. in l. fin. D. ſi libertus ingenuus eſſe dicetur.*, ibi: *Siue operæ petantur, ſiue obſequium deſideretur.* Obsequium enim ab operis differre illud manifestum facit, quòd † licèt filij obsequium, & reuerentiã debeant parentibus; non tamen tenentur eis ad operarum præstationem, *l. nullũ 10. D. de obſequiis parentibus, & patron. l. veluti, D. de iuſtitia, & iur.* Ex quibus iuribus colligit Fulgos. *in l. illud, num. 3. C. de collationibus*, vnum ex filiis, qui res patris administrauit, & in rem eius operatus fuit, mortuo patre in diuisione bonorum eius, posse desiderare, vt ei præstetur salarium pro administratione quam gessit; quam sententiam æquitate, & ratione niti affirmat Ant. Gomez *in leg. 29. Tauri, num. 24.* Sed tam iure communi, quam Regio filio in potestate numquam salariũ deberi, multis probat Gutierrez *de iuram. confirmat. 1. part. cap. 5. à num. 7.* qui reprobat distinctionem Baecæ, videndi de quæstione an salariũ debeatur filio in potestate; naturali, vel emancipato, vel ei qui in rem matris laborauit, Parlador. *lib. 1. rer. quotid. cap. 19.* Flor. de Mena *lib. 1. var. quæſt. 8. §. 2. à nu. 24. ad 38.* Scobar *de ratiociniis, cap. 27. à num. 55.* Ayora *de partit. 3. part. quæſtion 3.* Morla *tit. 8. quæſt. 12.* Azeuedo *in l. 3. tit. 8. lib. 5. nu. 24.* Carocius *de locato tit. de bonis, quæ liberis, quæſtion. 1. per totam*, Valascus *conſ. 32.* (vbi etiam an salarium debeatur prius quàm signo) Cancerius *lib. 2. var. cap. 14. n. 115.* Paschalis *de vtrib. patriæ poteſt. p. 1. n. 8. à n. 28.* Hermosilla *in l. 3. gl. 6. à nu. 21.*

nu.21.tit.4.p.5. Bayo *in alphab.collect. lit.F.nu.* 17. *&* 18. Garcia *de cõiug. quæst.n.*12. videndus latè disputans Carualho *de vna, & altera quarta, p.* 4. *cap.*1. *à nu.*281.

6 Ex his † colliges, perperàm nonnullos existimasse, obsequia, quæ liberti patronis præstãt, operas officiales esse, vel inter eas referri: sed longè maior illorum error est, qui operas in artificiales, & obsequiales diuidunt, quasi existiment, obsequialium appellatione, officiales venire, seu pro vno in iure accipi: prout hæc confundunt. Alex. Trentacinq. *dict. resol.* 1. *nu.*8. Flores de Mena *dict. §.*2. *nu.* 25. *&* 26. quos rectè rèfelles ex Anton. Fabro, & Schisordeg. sup. Fabio de Anna *d. conf.*3. vbi *nu.*43. post Zinum Zasium & alios notat, ea quæ in honore & reuerentiâ patroni consistunt, operas nõ esse, licèt impropriè obsequiales appellari soleant.

7 Officiales † operæ dicuntur, quæ in officio personæ consistunt, & sine vlla arte fiunt, & ad personam tantùm patroni referuntur, *l. operæ 9. D. de operis libertorum, l. officio 5. C. de negotiis gestis*, quales sunt, patrono adesse, curare domum, vel negotia, & alia similia gerere, in quibus nihil præter officium absque aliquo artificij genere exercetur, Bart. *in d. §. libertus*, Donell. & Osualdus, Cuiacius, Vvesembec. Ant. Faber, D. Ioseph Vela, & Pichard. relati sup.

8 Artificiales † seu fabriles operæ sunt, quæ ad personale ministerium non expectant, sed opus aliquod dũtaxat respiciunt, iuxta cuiuslibet artificium: vt fabriles, pictoriæ, quæ à fabris, pictoribus, & aliarum artium seu officiorum peritis præstantur, *d. l. si nõ sortem, §. libertus*, ibi: *Sed fabriles velut pictorias, D. de condict. indebiti*, vltra proximè relatos Fabius de Anna *d. conf.*3. *à nu.*41. Caluinus *Lexicon iuris*, verb. *operæ*, Arias de Mesa *d. cap.* 16. *num.* 15.

9 Operas † autem suas, siue officiales, siue artificiales, quilibet homo pro certâ mercede locare potest, vel gratis promittere, *d. §. libertus*, ibi: *Quãti operas esset conducturus, l. sed & addes* 19. *alias* 21. *§. cãquidã, l. si precto* 22. *alias* 25. *§. eam insulã, l. in operis l. qui operas, D. locati, l. si ei cõtra quos, C. eodem tit. l.*3. *D. de vsu, & vsufruct. legato.* Et liber homo operas suas, vt cum bestiis pugnaret, locare solebat, text. summè difficilis *in l.*1. *§. qui operas suas, D. ad S. Consult. Tertyl.* de cuius interpretatione subtilitèr agit D. Athanas. Oteiza & Olano *lib.*4. *Paralip. cap.*10. *à nu.*34. De operarum locatione de iure nostro Regio loquitur *l.*1. *&* 9. *tit.*8. *part.*5. Donell. *lib.* 13. *com. cap.*9. An autem operarũ promissio, locatio, vel venditio in perpetuum consistat? videndus latissimè agens D. Vela *d. dissert.*35. *à num.*4. *&* 58. qui resoluit, artificialium operarũ promissionem, & locationem, etiam in perpetuum valere: officialium verò, perpetuam promissionem seu locationem non subsistere. cuius rei disputationem omittimus, nè extra institutum nostrum agere videamur, videndus etiam Gabriel Velascus *de priuileg. pauperum* 3. *part. quæst.*8. *à n.*183.

Præiacto igitur, liberum hominẽ operas suas, siue officiales, siue artifiles locare posse, subintrat quæstio, an † is cũi locatæ sunt, eas cedere possit, 10
& debitorem operarum, seu famulum suum alteri delegare, vt ad eius commodum operetur? quem articulum affirmatiuè resoluit Azeuedo *in l. fin. tit.*15. *lib.*4. *Recop. num.*24. Flores de Mena *lib.*1. *var. quæst.*8. *§.*2. *n.*20. ibi: *Duodecima conclusio est: dominus potest locare suum famulũ alij, æquè idoneo, & ad easdem operas, vt per Azeuedũ in l. fin. nu.*24. *&* sic practicatur, sequitur licèt his non relatis Carualho *de vna, & altera quarta* 3. *part. numer.*150.

Sed † quicquid de practicâ testetur Flores de Mena, eius assertio prout 11
iacet vera non est, nec Azeuedus relatus

tus id probat; quarè pro verâ resolutione repetenda est distinctio superius tradita, inter operas artificiales, & officiales: et constituendũ est cũ Pichardo *sup. à num.* 73. artificiales operas alteri cedi, vel delegari posse, *l. operæ* 9. §. 1. ibi: *Sanè enim si in artificio sint, iubente patrono alij cedi possunt, dict. l. si non sortem. §. libertus*, ibi: *Nisi forte in artificio sint, hæ enim iubente patrono, & alij edendæ sunt, l. patronus*, §. 1. *cum seq. D. de operis libertor.* docet Iason *in dict. §. libertus, num.* 18. & ibi Bartol. *num.* 30. Carocius *de locato, d. quæst.* 27. *num.* 18. Surdus *de alimentis tit.* 8. *priuileg.* 55. *nu.* 10. *& tit.* 9. *quæstion.* 22. *nu.* 4. *&* 5. Fabius de Anna *d. cons.* 3. *num.* 42. Vela *sup. num.* 65. Gothofred, *in dict. l. fabriles* 6. *lit. N.* Cuiacius *obseru. lib.* 17. *cap.* 14. Donell. *d. cap.* 18. Ant. Faber *dict. princ.* 2. *illat.* 12. *&* 13. *circa finem.* Sicut enim operæ artificiales alteri cedi, delegari, & sublocari possunt: ita etiam, & ad heredes extraneos patroni transeunt *dict. l. fabriles in princ.* Donell. Cuiacius, & Pichard. Rationem reddũt, quia hæ operæ personæ patroni non cohærẽr, & magis in pecuniæ præstatione, quã in exhibitione officij consistunt, *dict. l. fabriles*, quæ res efficit, vt cedi, & ad heredes extraneos transmitti valeãt, sicut & aliud pecuniarium commodum, elegantèr Iacob Cuiacius *libr.* 28. *quæst. Papin. ad l. si patroni filius, D. ad Trebell.* cuius non meminit Mesa *dict. cap.* 16. qui hanc nostram sententiam probat, licèt non ita exornet.

12 Ad harum † operarum translationem, & cessionem, consensum debitoris, qui operas debet, necessarium esse docuit Castrens. *in l.* 2. *num.* 5. *D. Soluto matrimon.* quod speciali ratione, & fauore operarum procedere asserit. Verior tamen est opinio Alexandri *in dict. l.* 2. quẽ sequitur Carocius *d. q.* 29. *nu.* 20. asserẽtis quòd si dominus famulum, & debitorem operarum creditori suo delegare intendit, eius cõsensus necessarius est, prout in qualibet alia delegatione, quæ necessariò exposcit voluntatem, & consensum debitoris, & eo inuito, vel ignorante, non fit, *l.* 1. *l. neque creditores* 6. *C. de nouationibus*, Pichardus *sup. num.* 74. diximus *sup. titul.* 1. *quæst.* 2. At verò si translatio operarum per cessionem fiat, constituendo alium procuratorẽ in rem propriam, vt ad suum commodum operas exigere possit; eo casu, cõsensus artificis, & debitoris operarum necessarius non erit; quo pacto intelligendus est Tiraq. *de retract. lignag. §. 26. glos. 3. num.* 26. Surdus *de alimentis, dict. tit* 9. *quæst.* 22. *num.* 4. *&* 5. *& tit.* 8. *priuileg.* 55. *num.* 10. dũ probant, operas famulorum eis inuitis cedi posse.

Officiales † verò operæ alteri cedi non possunt, *dict. l. si non sortem*; §. *libertus, l. vnica. §. nè autẽ, C. de caduc. tollend. l. operæ* 9. §. 1. *D. de operis libertorum, l. si patroni filius, D. ad Senatus Consult. Trebellianum*; ibi: *Operarum actio, quæ transferri non potuit*, Bart. Iason, & Bald. *in dict. §. libertus*; Tiraquell. *de retract. lignag. §. 26. glos.* 1. *n.* 51. Carocius *num.* 18. Rolandus à Valle *cons.* 28. *num.* 7. *vol.* 2. Plaza *de delictis, cap.* 45. *num.* 5. Matienzus *in l.* 5. *tit.* 11. *lib.* 5. *glos.* 2. *nu.* 27. Vela *n.* 65. Anna *nu.* 44. Anton. Faber, Pichard. & Cuiacius vbi proximè, Mesa *num.* 14. D. Larrea *alleg. Fisc. tom.* 2. *allegat.* 120. *num.* 12. Nec ad heredes extraneos transeũt *dict. l. fabriles* 6. ibi: *Officiales verò non transeunt, l. si operarum* 29. ibi: *Translationem hæredi extraneo non esse dandam* Catualho *sup. numer.* 319. Ratio est, quia hæ operæ officiales respiciunt personam eius, cui præstantur, et vt personalia iura neque ceduntur, neq; transmittuntur: cùm enim officialium operarum editio, nihil aliud sit, quàm officij præstatio, quòd in recipientis, & præstantis personã consistit, alterius personæ variationem non admittit. 13

Ex quâ † doctrinâ facilè intelliges 14
textum alias difficilem *in l. seruus* 10.

§. I.

§.1.*D.de operis libertorum*, vbi si libertus operarum nomine patrono, aut Titio soluere promittat, Titio soluere non potest, vt à patrono liberetur; licèt † aliàs adiecto solutionis causâ rectè soluatur, veluti quando quis mihi, aut Titio soluere promittit, *l.sed etsi* 7.§.*fin.cum legib.sequent.D.de cõstit.pecunia*, *l.cum quis* 55.*l.eũ qui* 76.§.*qui sibi*, *l.Iulianus* 131.§.1.*D.de verbor.obligat.l.quod stipulatus* 10. *cum sequent.l.cum quo* 38.*l.si ita stipulatus* 59.*l.aliud* 106.*D.de solutionib.l.cui rectè*, *D.de nouationib.*§.*planè*, *Instit. de inutilib.stipulat.l.*7.*tit.* 11.*part.* 5. vbi Gregor.Lopez, verb. *A otro tercero*, Anton.Gomez 2.*tom.var. cap.*11. *num.*20.Matienzo *in l.*2.*glos.* 5. *num.* 8.*tit.*16.*lib.*5.*Recop.* vbi Azeuedo *à num.*37.latè Scaccia *de commertiis*, §. 2.*glos.*7. vbi per totam prosequitur, quandò adiecto solui possit, vel non, & de eius potestate, Donell, *libr.* 12. *com.c.* 18.*vbi Osuald.* Specialitatis enim ratio est, quòd *in dict.* §.1. loquitur Põponius de promissione operarum officialium, in quibus non rectè adiicitur persona alterius neque solutionis gratiâ: ex ratione quã suggerit idem Pomponius *in l.quia aliæ* 12.*D. eodẽ tit.* ibi: *Quia aliæ operæ erãt, quæ Lucio Titio dantur.* Sicut & alius est vsusfructus in personâ delegantis, alius in personâ eius cui delegatus fuit, vt ex *l.Stipulatio ista*, §.*si quis ita*, probat Bart. per textum ibi *in l.*4.*D.de nouationibus.* Et officium non alij, quàm patrono solui potest, *l.seruus patroni* 10.*in princip.D.eodem titul.* Quod in promissione artificialium, vel fabrilium operarum longè procedit: nam eas libertus patrono, aut Titio rectè stipulatur: quia cũ hæ patroni personæ non cohæreãt, & quasi in pecuniæ præstatione consistant, alij quàm patrono rectè soluuntur; et libertus liberabitur si tales operas extraneo dederit, quales patrono præstare tenetur, vt disserè scribit Iulianus *in l.hæ operæ* 23.*D.de operis libertorum*, ita Cuiacius *dict.obseruat.*14. Ant. Faber *dict. illat.*13.*in fin.*

Ex eodem † etiam principio intelliges text. difficilem *in princip. Instit. de acquisitione per adrogationem*, vers. *ecce*, in quo, etsi verum sit, iura incorporalia in patrem adroganté absque aliquâ cessione per adrogationẽ transire, vt agnoscunt ibi Faber, Angel. & Balduin. quos sequitur D. Pichard. ibi *à num.*45. ex eo, quia adrogator hæredi comparatur, & in eum, sicut in hæredem omnia iura sine cessione transferuntur: tamen operæ officiales in eum transire nõ possunt per adrogationem, quia cùm in hæredem non transeãt, neque patri adrogatori possunt pertinere, nec in eius personâ consistere, cùm patronus non sit, & alij quàm patrono nec deberi, neque solui possint, vt elegantèr notat D. Pichard. *dict.princip. Instit. à num.*71. 16

Hæc verò † fortitèr conturbat Vlpianus *in l.pro hærede* 20.§. *si quid tamen*, *D.de acquirend.hæredit.* vbi expressè asserit, operarum officialiũ petitionem creditoribus patroni competere, illic *cùm petitio earum etiam creditoribus competat, & maximè futurarum.* Si ergo creditores desiderare possunt, vt ad suum commodum, vel eis operentur liberti, sequitur operas officiales personales non esse; & per consequens cessionem admittere, in alioque posse transferri. Prout etiam videmus *in dict.*§.*libertus*, vbi officiales operæ delegatæ fuerunt creditoribus. Sed licèt hæc non leuitèr vrgeãt, tamen resolutio nostra verissima est. Cui nõ obstat *dict.*§.*libertus*: nam in eo delegatio operarum locũ habuit: quia liberti consensus interuenit, is enim inuitus alteri, vt operaretur delegari non posset. Quemadmodum debitor vsusfructus, eo consentiente alteri delegatur *in l.si vsusfructus* 4.*D. de nouationib.* & vtroque casu liberatio non ipso iure, sed ope exceptionis contingit Iason *in d.*§.*libertus*, *nu.*16. Carocius *d.quæst.*27.*nu.*27. 17

Ex

Ex hoc † tamen longè difficilior redditur decisio, *dict. §. si quid tamen*, nã in eo nullo liberti accedẽte consensu, datur creditoribus operarũ officialiũ petitio, (de officialibus enim operis loquitur Vlpianus, dum asserit in extraneos heredes non transire) Cui difficultati aprissimè satisfacit *glos. ibi* verb. *maximè futurarũ*, id speciali ratione procedere propter inopiam patroni, qui aliundè creditoribus soluendo non est. Cùm enim† debitores, qui ære alieno grauati, soluere nõ poterãt, creditoribus vt eis seruirent, tradi solerent; vt insinuat Iustinian. *in l. fin. C. qui bonis cedere poss.* Couarr. *lib. 2. var. cap. 1. num. 5.* exornat Baeza *de inope debitore, cap. 1. à n.* 56. quinimò & filij debitorum solebãt apud Romanos à creditoribus detineri, vt ex Tito Liuio refert Baeza *num.* 60. quod & Hæbreorum tempore ita obseruari probatur *cap. 4. Regum*, ibi: *Et ecce creditor veniet, & tollet duos filios meos ad seruiendum sibi*; meminit Melo *de indutiis debitor, quæst. 2. nu.* 6. non sine ratione quandò patronus soluendo non erat, nè tot mala pateretur, permissum fuit creditoribus, operis etiam officialibus libertorum vti, vt loco pecuniæ deseruiant, *l. si non fuerint, l. societatem, § si in cocunda, D. pro socio; l. 1. C. eodem tit.* Similitèr in nostra Hispania debitores creditoribus ad seruiendum traduntur, iuxta *l. 4. cum sequentib. tit. 16. lib. 5. Recop.* vbi Matienzus, Baeza vbi proximè *numer.* 70. vers. *notandum*. Et quas operas præstare teneantur Azeuedo *in l. 6. num. 8. tit. 16. lib. 5. Recop.* innumeros cumulat D. Ioseph Vela 2. *tom. disser. 35. num.* 108.

Et pro † hac interpretatione notanter facit, quod ex Bald. *in dict. l. 1. in fine, C. de operis libertorum*, tradit Carocius *dict. quæst. 27. num. 24.* ibi: *Declaratur quarto loco allegata conclusio de operis officialibus, & similibus, vt non procedat tempore necessitatis, quo casu etiam pro seruitiis personalibus dominus imponere poterit charitatiuum subsidium, vsque ad valorem operarum, vel mandare subdito, quod seruiat alteri, vsque ad dictum valorem*, idẽ ex eodem Baldo refert Giurba *de success. feud. prælud. 2. nu. 3.* Et de intellectu *dict. §. si quid tamen in sui primaparte*, vidẽdus Iacobus Cuiacius *lib. 1. quæstion. Pauli in l. gerit pro herede, D. de adquir. hered.*

Egregia † vt vides est decisio Vlpiani *in dict. §. quid si tamen*, egregiâ quæ nititur ratione, quem §. in aruâ quadam lite singulariter expendebat eximius aduocatus; & Academiæ nostræ Vallis Oletanæ iuris Cæsarei Primarius antecessor dignissimus D. Perlines de Guebara, vt probaret, posse creditorem in iure facultatiuo exigẽdi aliquod seruitium, quod haberet debitor, executionem facere ad crediti sui satisfactionem. Quod elegantèr probatur ex hoc textu. In cuius assertionis comprobationem licèt nulla in terminis in illâ lite adduceretur doctrina, in individuo facit Mancius in patrocinio debitorum, *decad. 1. quæst. 9. num.* 154. qui in specie mouetur, *ex dict. l. pro herede, §. si quid tamen*. Conducit etiam, quòd executio fieri potest in iure; quòd quis habet, nominandi personam ad emphyteusim, vt resoluit D. Ludouis. *decis.* 456. elegantissimè Tiraquellus *de retractu lignag. §. 26. glos. 1. à numer.* 11. *ad* 16. qui ex hoc textu probat, retractũ sanguinis licèt cedi non possit, posse tamẽ debitorẽ propter inopiam, & necessitatem ius retrahendi cedere creditori suo; & creditorem ipsum posse ius illud in causam iudicati capere, si debitor aliàs soluendo non esset, sequitur alios relatis Carpan. *ad stat. Mediol. 1. tom. cap. 427. num.* 374. Et in retractu, qui ratione directi dominij competit, idem ex Frecia, & Franchis probat Anton. de Amato *tom. 1. resol. 16. num. 5.* An autem si debitor licentiam habeat ad alienandum aliqua bona fideicommissi, possint creditores

ditores agere ad eam partem, quam alienare poterat, videndus Decianus *lib.2.cons.*83. quem sequitur Anton. de Vallis *tract.var.lib.*4. *quæstion.*9. *num.*49.

23 Ex † superioribus descendit, nequè ius vasallagij cedi posse, scilicèt, ius illud quod dominis in vasallos cõperit, *cap.*1. *§. præterea Ducatus, de prohib. feudi alienatione per Federicũ*, multis ex antiquioribus relatis, Tiraquell. *dict.*§.26. *glos.*1. *num.*78. Sola *ad constitut. Subaudiæ, tit. de iure emphyt. decret. rempublicam* 2. *part. glos.* 6. *num.*14. D. Valenzuela *cons.*59. *nu.* 19. Fabius de Anna *dict. cons.*3. *à nu.* 55. Larrea *alleg. Fiscal.*2. *tom. allegat.* 122. *num.*15. facit optimus *text. in l. inuitus* 34. *D. de fideicõmissariis libertat.* Cuius rei ratio est, quia seruitia, quæ vasalli dominis præstant, non in operis artificialibus, sed in obsequio, & reuerentiâ cõsistunt, quæ alteri cedi, aut delegari non valent, Anna *vbi proximè num.*55. facit *text. in l.* 2. *C. de fundis Limitroph.* in quâ statuitur. Regalia alicui à Principe concessa, eo in consulto aliis cedi non posse, affirmat Solorzano *de iure Indiar. tom.*2. *lib.*2. *cap.*25. *num.*31.

24 Planè † vt hæc melius percipiantur, scire oportebit, quæ seruitia, quod vè obsequium, aut reuerentiam vasalli in hoc nostro Regno dominis villarum seu oppidorum præstare teneantur: et an domini possint eos alloqui *de vos*, vel eos detecto capite, & stando coram se habere, vulgo *hablarlos de vos, y tenerlos en pie, y descubiertos*, de quo iam fui consultus, prætendebant enim incolæ cuiusdam villæ, ipsos coram domino illius, cooperto capite stare, & sedere debere: et quòd eos tenebatur alloqui *de merced*: et in eâ possessione esse à tempore immemoriali. In quo articulo circa potestatem, & iurisdictionem dominorũ multa, & vtilissima refert politicus doctus, & eruditus Bouadilla *libr.*2. *cap.* 16. *per tot.* vbi *nu.*40. notabiliter tradit, si dubitari accidat de potestate, & iurisdictione dominorum, & quomodo sit exercenda, recurrẽdum esse ad priuilegia, vel ad possessionẽ antiquã circa vium, & exercitium potestatis in subditos.

Sed quia † in priuilegiis numquàm 25
mentio fit, neque exprimantur obsequia, quæ vasalli dominis suis præstare tenentur, videndum est, an hæc de quibus mentionem fecimus, eis debeantur? In quo primò occurrit *l.*5. *&* *6. tit.*25. *part.*4. in quibus expressis verbis asseritur, vasallos teneri osculari manum domini, ei que reuerentiam, & seruitia exhibere: et licèt *l.*5. de vasallo ratione feudi in principio loquatur, etiam de vasallo ratione iurisdictionis loquitur, ibi: *E à cada vna destas sazones es tenudo el vasallo de yr à ver la mano al rico ome, segun la costumbre de la Hespaña.* Et ricos *omes* dicuntur illi, iuxta *l.*10. *sequentẽ*, & ibi Gregorius Lopez verbo, *varones*, qui sunt domini, & patroni oppidorum, Bouadilla *dict. cap.*16. *nu.*5.22. *& à nu.* 37. ex qua lege consuetudine receptum est, vt quandò domini possessionẽ accipiunt villæ, incolæ, & vasalli manũ eorũ osculentur in recognitionem dominij: tenentur etiam tunc temporis iuramentum fidelitatis dominis præstare (non verò homagium) de quo iuramento agunt relati à Salçedo *ad nouas leges Recop. in l.*10. *tit.*1. *lib.*1. *nu.* 122. Tondutus *quæst. ciuil. cap.*41. *nu.* 30. Thesaur. statim referendus, Rolandus à Valle *cons.*52. *vol.*3. Arismin. Tepatus *var. tit.*240. omninò videndus D. Solorzano, quem refert Salzedo sup. Et licèt controuersum sit, an stando, vel genibus flexis præstandum sit, verius est, stando, vulgo *en pie*, præstari debere: licèt homagium, quòd vasalli ratione feudi præstant, genibus flexis exhibi soleat, includendo manus intra manus recipientis, & eas osculando, vt latè prosequuntur Cancerius 3. *var. cap.*10. *à num.* 39. *& cap.* 13. *num.*361. *& part.*2. *c.*2. *à nu.*280.

Por-

Portoles ad Molin. *in §. Homagium, & n.* 12. Fontanella *de pact. nuptial. claus. 4. glos.* 10. *p.* 1. *à n.* 11. vbi an iuramentum hoc fidelitatis, quod subditi præstãt varonibus, & dominis iurisdictionis, possit per procuratorẽ recipi, vel præstari? videndus Gaspar Thesaur. *lib.* 1. *q.* 38. *n.* 3. vbi quòd in formâ iuramenti, quòd præstant vasalli dominis, standum est consuetudini. Illi verò qui in oppidis non habitant, sed tantùm in eis habent possessiones ad huiusmodi iuramentum non tenentur, Cancerius *dict. c.* 2. *nu.* 282. In his tamen Regnis hoc iuramentum fidelitatis in vsu non esse pro constanti habeo. Et quòd genuflexio soli Pontifici, vel Regi debeatur, Greg. Lopez *in l.* 18. *tit.* 13. *p.* 2. Quibus verò osculatio manus, vel pedis debita sit, agit D. Solorzano *in discursu de la plaza honoraria, à nu.* 324. & præter relatos ab eo, Ioan. Baptist. Thoro *to.* 4. *cõp. dec.* verbo, *osculari pedes*, Giurba *de success. feud. §.* 2. *glos.* 13. *nu.* 55. vbi quòd soli Regi, & Imperatori adoratio debetur, *iuxta l.* 2. *C. de fabricens*, vers. *per biennium adoraturus æternitatem nostram, l.* 1. *C. de domesticis, & protectoribus, l.* 1. *C. de præpos. sacri cubic. l.* 1. *C. de silentiar. lib.* 12.

Honor † etiã, & reuerentia domi- 26
nis exhiberi debet, iuxta *d. l.* 6. ibi: *Ca debenlos honrar, y amar*, & rursus, *è debenlos seruir biẽ, è lealmente*, vbi Greg. Lop. verb. *debenlos seruir*, rectè notat, vasallos ratione feudi teneri seruire dominis, non tamen id procedere in subditis ratione iurisdictionis, quibus domini operas imponere nõ possunt, *arg. l.* 1. *C. vt rustici ad nullũ obsequium euocẽtur, lib.* 10. Licèt enim obsequiũ, & reuerentia varoni debeatur, non tamẽ operæ, vel seruitia. Honor tamen adeò domino debetur, vt & si quis vasallus esse desierit, honorare teneatur dominũ in pristinæ obligationis memoriam, Tiraquell. *tract: cessant. causa* 1. *part. limit.* 16. *numer.* 3. Giurba *de feudis prælud.* 2. *numer.* 7. conducunt latè tradita *supr. quæstion.* 3. *per totam.*

Obsequium † autem, & reuerentia, 27
quæ dominis exhibenda est, & ius illud dominij: in eo potissimùm in his Regnis consistere videb, quòd subditi coram dominis stare debeãt capite detecto; & quòd eos alloquantur *de vos*, quod generali Hispaniæ consuetudine receptũ est, ad similitudinem, qua Reges, & Principes vasallos suos tractant, in quorum iura, & præminẽtias (exceptis Regalibus, & quæ in supremæ iurisdictionis recognitionem competunt) successerunt, eisque similes sunt; Bouadilla *dict. cap.* 16. *à numer.* 19. quem miror huius dubij mentionem non fecisse. Existimo tamen, ab eo vt indubitabile, & receptissimũ fuisse omissum: nam supponit *numer.* 98. solere nonnullos ex dominis, *tratar de vos, y tener en pie, y descubiertos à los Alcaldes que nombrã en sus villas*, quòd licèt iustâ ratione reprehendat, non tamen dubitat imò supponit, dominos cæteros vasallos eo modo tractare posse.

An autem † obsequium hoc do- 28
minis debitum, præscribi possit, et subditi præscriptionis exceptione se tueri valeant, vt in posterùm non exhibeant: dubium non vulgare est. In quo existimo distinguendum esse, an subditi agant de præscribendo omni obsequij, honoris, & reuerentiæ genere, an verò de præscribenda aliquâ specie, veluti quod aperto capite coram domino stare debeant, vel sedere. Primo casu, omnimodum obsequiũ & reuerentiam in præscriptibilem esse iudico: implicaret enim, quòd incolæ se fatereẽtur subditos, & recognoscerẽt aliquem vt dominum: eique obsequium, reuerentiam, & obedientiam omnimodò denegarent; facit elegantèr in id text. *in capit. cùm non liceat de præscriptionibus*; in quo licèt iura Episcopalia præscriptione acquiri possint, *capit. cum olim, capi uaditis de præscriptionibus*: et obedien-

dientia inter iura Episcopalia numeretur, *c. cõquærente de officio ordinarij*, tamen omnimodam obedientiam Episcopis, & Prælatis debitam subditos præscribere non posse asserunt, docẽt *glos. & DD. ibi, & in d. c. auditis*, Alex. Baldus, & Peregrinus, quos refert Augustinus Barbosa *de potestate Episcopi alleg.* 128. *à n.* 1. *& alleg.* 87. *nu.* 3. Petrus Barbosa *in l. competit* 6. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum à num.* 187. Parinus statim referendus, D. Solorzano *de iure Ind.* 2. *tom. libr.* 2. *cap.* 22. *num.* 39. vers. *competit.* Esset enim manifesta repugnantia, quòd subditi qui se tales esse fatentur, omnimodũ obsequium domino, & superiori denegarent: et quòd membra capiti, & potestati non obedirent. Vndè nec præscriptione immemoriali effici poterit, vt nullus honor, & reuerẽtia superiori exhibeatur: vt in præscriptione omnimodæ obedientiæ erga Episcopum resoluit Barbosa, vbi proximè omninò videndus.

Conducit † quòd notanter refert 29
Cabedo *decis.* 40. *nu.* 14. *& decis.* 41. *nu.* 5. quòd licèt quis possit immemoriali præscriptione se eximere à potestate, & obedientiâ Principis, & superioris: id tamen intelligitur, dummodò se gerat pro libero, conducit Auendaño *de metu lib.* 2. *cap.* 34. *à nu.* 60. nã si fateretur se subditum, impossibile est præscribere, nè sit obediens Principi; vel alia seruitia, aut tributa, quæ ei in signum subiectionis debentur, Zeuallos *commun. contra commun. quæstion.* 46. Cyriacus *cont. forens. libr.* 1. *cont.* 13. *nu.* 58. Parinus *de gauellis* 2. *p. patrocinij nu.* 156. sequitur multis relatis Giurba *de success. feud. ad cap.* 118. *§.* 2. *glos.* 13. *n.* 81. vidẽdus omninò Petrus Barbosa *sup. à num.* 1. *& per totam*, Arismin. Tepatus *var. titul.* 240. *cap.* 8. vers. *primo*, qui ex Roland. & Natta probat, vasallos nullâ præscriptione etiam immemoriali se excusare posse à præstatione iuramenti fidelitatis.

Quibus † concinnit, quod tradit 30
Cancerius *lib.* 1. *var. cap.* 12. *de feudis, num.* 12. vasallum in totùm præscribere non posse seruitia, quæ ratione feudi domino præstare tenetur; licèt partem seruitij, vel census præscribere valeat. Eodemque modo emphyteuta, qui se talem esse fatetur, directum dominium, neque canonem, qui in eius recognitionem præstatur, in futurum præscribere non potest; licèt partem eius, minus soluendo rectè præscribat, vt ex multis resoluit Thesaur. *& addit. decis.* 179. Fontanella *de pactis nupt. claus.* 4. *glos.* 18. *par.* 1. *à nu.* 131. Cancerius *lib.* 3. *var. cap.* 4. *à nu.* 175. Acacius Ripol. *var. resol. cap.* 7. *à num.* 47. Vndè existimo securam non esse doctrinam quam ex Baldo probauit Mieres *de maioratib.* 4. *quæst.* 1. *num.* 235. qui asserit censum, quem vasalli soluunt Principi in recognitionem dominij, neque in parte præscriptibilem esse.

In secundo † verò casu, quãdò agi- 31
tur de præscribenda aliquâ obsequij specie, veluti alloquẽdi corã domino capite operto, vel aliâ simili, teneo id præscriptibile esse. Et in terminis, quòd ius sedẽdi, & cooperiẽdi præscriptione acquiri possit, cũ etiã priuilegio acquiratur, ex Mastrillo *de magist. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 15. late cõprobat Giurba *d. glos.* 13. *à nu.* 69. *&* 79. qui in specie loquitur de prærogatiuâ sedendi, & cooperiẽdi corã Prorege Siciliæ, quæ præscriptione acquiri valet. Et *n.* 89. disputãt, an qui cooperiẽdi caput corã Prorege ius habent, eius licẽtiâ seu beneuolentiâ indigeãt? Et an Prorex gratiâ cooperiendi possit denegare? vbi plura vtilia cõgerit, præcipuè circa præscriptionem iurium, quæ facultatiua dicuntur, & benè explicat, quæ mere facultatis esse dicantur.

His † animaduersis, cùm ius vasalla- 32
gij, vel propriè loquendo, ius dominij (vasalli enim propriè dicuntur, qui tales sunt ratione feudi: subditi verò ratione iurisdictionis, vt notat Can-

Cancerius *dict. cap.* 10. *à numer.* 39.) non in operis consistat; sed potius in obsequio, & reuerentiâ: certum est, ius hoc cum personale sit, cessibile nō esse, Ant. Borinus *de seruitiis vasallor.* cuius verba refert Suelues *cons.* 60. *nu.* 5. Quare dominus facere non potest, vt obsequium hoc alij quàm sibi præstetur, vt ex Iſernia notat Fabricius *in rep. tor.*, verb. *cedi*, vbi quòd ea, quæ præstantur ratione obsequij, & reuerē tiæ, cedi non possunt. Quarè in casu occurrenti cōiului, vasallos, quorū dominus cū ab his Regnis abesset, cōstituit procuratorē in amplissimâ formâ, vt posset omnia facere, quæ ipsi dominus facerent, nō teneri, simili procuratori obsequiū præstare, neque corā eo stare, vel detecto capite adesse: cū ius hoc & præminentia personæ tātū domini cohæreat, facit D. Solorzano *de iure Ind. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 9. *nu.* 69. qui asserit, ea quæ cōpetunt alicui ratione dignitatis, eius vicario non deberi.

33 Et an † vasalli siue Regis, vel alterius domini, inuiti alienari, & vendi possint? Et an si alienentur, eis retractus competat? videndi Ias. *in d. l. si nō sortem, §. libertus, D. de condict. indebiti*, D. Castillo *tom.* 7. *de tertiis, c.* 17. *n.* 21. D. Valenzuela *cons.* 59. *ferè per tot.* (vbi quid si interueniat pactū, quòd in alterum alienari non possint,) Frāchis, & Addentes *decis.* 17. Cancerius 3. *part. var. cap.* 3. *nu.* 336. Antoninus Amato *tom.* 2. *var. resol.* 54. *nu.* 8. Hermosilla *in l.* 55. *glos.* 8. *nu.* 64. *tit.* 5. *p.* 5. Capycius Galeota *lib.* 1. *in addit. ad controuers.* 53. *art.* 1. & 2. Mastrillo & alij quos refert Ioan. Baptist. Thoro 1. *to. comp. decis.* verb. *vasalli quamuis*, Scipion Theodor. *alleg.* 10. *à n.* 57. D. Larrea *alleg.* 45. qui innumeros congerunt, nouiter Tondutus *quæst. ciuil. c.* 34. *à n.* 1. & *c.* 91. qui ex laudatis nullum refert.

SVMMARIVM.

1 *Reipublicæ expedit mulieres suas dotes saluas habere, quibus melius nubere possint.*

2 *Rempublicam liberis impleri, summè conueniens est.*

3 *Priuilegium fisci, quòd in bonis debitoris post suam obligationem quæsitis aliis creditoribus anteriobus præferatur, an ad dotem etiā extendendū sit? duæ referuntur sententiæ: Negatiua eligitur*, & num. sequentib.

Cessionarius creditoris anterioris, licèt præferatur doti, nō tamē præfertur in bonis postea quæsitis, ita Marius Muta, *sed reiicitur.*

5 *De intellectu, & concordia l. si quis mihi, D. de iure Fisci, cū l. fin. D. qui potior. in pig. hab. remissiuè.*

6 *Mulier constante matrimonio, regulariter dotem nō repetit, nec ei rectè soluitur, & soluta repetitur.*

7 *Actio repetēdæ dotis, cōstāte matrimonio cedi nō potest, nisi in his casibus, seu his personis, quarū fauore mulier potest constāte matrimonio dotem alienare*, & num. 8.

8 *Mulier potest repetere partem dotis à marito pro alendis parentibus, vel filiis prioris matrimonij.*

9 *Maritus si vergat ad inopiā, potest mulier ab eo dotem repetere.*

10 *Vxor si sit excōmunicata, an possit, si maritus vergat ad inopiam, agere ad dotis restitutionē. remissiuè.*

11 *Inopia mariti qualis esse debeat, vt exactioni dotis locus sit. Et an sufficiat quòd incipiat malè vti substātia sua, referūtur opiniones Barbosæ & D. Castilli, & quid de iure nostro Regio obseruetur.*

14 *Agitur de intellectu l.* 29. tit. 11. part. 4. vsque ad num. 20.

15 *In alternatiuis rerū, electio est debitoris; creditoris verò in alternatiuis remediorum.*

Si vnū sit in obligatione, aliud ad securitatē, & cautelā creditoris, eius est electio.

19 *Mulier pro dotis recuperatione, etiam constante matrimonio agere*

potest contra tertios bonorũ mariti possessores, & an excussio in bonis mariti sit necessaria?

20 *Restitutio dotis, quæ fit propter inopiam viri, an vera dotis restitutio dicatur, vel tantùm, assecuratio.*

21 *Fructus dotis restitutæ mulieri ob inopiam viri, manent obnoxij oneribus matrimonij, & an qui supersunt ad maritum, & eius creditores pertineant?*

22 *Mulier ius quod habet repetendi dotẽ ob vergentiam viri ad inopiã alij cedere non potest.*

23 *Si dubitetur an mulier (in casibus in quibus licet constante matrimonio dotẽ repetere) actionẽ de dote cedere valeat, quid attendendum sit.*

24 *Mulier, cuius vir ad perpetuã carcerem, vel ad triremes damnatus est; vel si furere cæpit, dotẽ exigere poterit. Ea tamẽ vera dotis restitutio non est.*

25 *Maritũ, vel patrẽ habere non dicũtur, qui eos habent inutiles.*

26 *Mulieres se opponere solent executioni factæ in bonis viri, per quam oppositionem causa efficitur ordinaria.*

27 *Oppositiones mulierũ pro suis dotibus ad impediendã executionẽ in bonis viri, ex quibus excludantur. remissiuè.*

28 *Ius & spes etiã repetendi dotẽ soluto matrimonio, cedi & alienari potest.*

29 *Maritus an possit vxorẽ, vel eius cessionariũ agentes ad restitutionẽ dotis, repellere oppositã adulterij exceptione.*

30 *Maritus propter adulteriũ vxoris dotem lucratur.*

31 *Ius excipiẽdi de adulterio aduersus mulierẽ agentẽ ad restitutionẽ dotis, an trãseat in heredes mariti?*

32 *Heredes mariti, an possint cõtra viduã, vel eius heredes agentes ad dotẽ, vel dotariũ, opponere exceptionẽ adulterij, vel stupri ab ipsa intra annum luctus commissi?*

33 *Vidua propter stuprum an amittat medietatẽ lucrorũ coniugalium?*

34 *Maritus an possit cedere ius excipiendi de adulterio vxoris, ad effectum lucrandæ dotis.*

QVÆSTIO VII.

Ius repetendi dotem competens mulieri soluto matrimonio, vel obvergentiã viri ad inopiã, an cedi possit? Et nonnulla ad ornatum *l. si constante, D. soluto matrimonio, & l. 29. tit. 11. part. 3.*

CVM † Reipublicæ interfit mulieres dotes suas saluas habere, propter, quas nubere possint, *l. 2. D. de iure dotium, l. interest 18. D. de rebus auctorit. iudic. possid.* Leotardus *de vsuris quæst. 30. n. 44.* inde Papiniano æquum visum fuit, dotium causam semper, & vbique præcipuam esse, cùm publicè interfit, mulierum dotes conseruari, *l. 1. D. soluto matrimonio*, quæ publicæ vtilitatis ratio, quæ ex dotium conseruatione Reipublicæ sequitur, cuius interest † mulieres dotatas esse, vt nubere melius possint, & liberis impleant Rempublicã, quod maximè expedit *d. l. 1. l. hoc modo 64. in fin. D. de cõdit. & demonst.* elegans *tex in l. cum ratio, § si plures, D. de bonis damn.* doctus Olano *lib. 3. Paralipom. c. 3. nu. 24. & libr. 5. cap. 10. n. 15.* Giurba *in cons. Messan. c. 16. glos. 2. n. 1.* latissimè exornans Salzedo *ad leg. nou. Recop. in l. 66. titul. 4. lib. 2. à n. 1. & per tot.* D. Solorzano *de iur. Ind. to. 2. lib. 2. c. 16. à n. 15.* qui refert Carranzam, Amaiam, Cabreros, & alios D. Lara *de anniuers. & Capellaniis, cap. 21. à nu. 1.* exornat noui tèr Georg. Frãt Kius *var. resol. lib. 1. re. sol. 15. à nu. 1.* D. Retes *opusc. l. lib. 1, cap. 2. à nu. 1. & per tot. & in actario,* nullo

nullo ex his laudato Arias de Mesa *lib.3.var.cap.32.nu.12.* meruit multa dotibus concedi priuilegia, *dict. l. interst, cum leg. dabimus seguent. D. de bonis auctorit. iudic. possid.* Lara, & alij ex relatis sup. quæ præcipuè circa exactionem dotis versantur Molina *de iustit. & iure tom.2.disp.438.*

Sed ‡ antequam ad peculiare nostræ quæstionis beneficium dotibus cõcessum perueniamus, vtile & iucundũ fore lectoribus existimaui, si breuiter referrẽ; an priuilegiũ, *l. si quis mihi, D. de iure fisci* (de cuius materiâ latè Carleu. *de iudiciis lib.1.tit.3. disp.34. per tot.* Merlinus statim referẽdus *& lib.3.q.87, & lib.4.q.24.*) ad dotẽ etiã extendatur: sunt enim ex interpretibus, qui dotibus nimis blãdiẽtes existimãt, & anxiè defendunt, priuilegium fisco specialiter concessum *in d. l. si quis mihi*, quòd præferatur anterioribus creditoribus in bonis post obligationem suam à debitore quæsitis, ad dotes etiam protrahendum esse, & mulieres similiter præferendas aliis mariti creditoribus anterioribus expressam siue tacitam hypothecam habentibus. in his bonis quæ maritus post contractam dotis obligationem acquisiuit. In quam sententiam declinarunt Salicetus *in l. assiduis, nu. 4. C. qui potiores in pignore*, vbi Bald. Ripa *in l. priuilegia, n.21. D. de priuileg. credit.* Greg. Lopez *in l.33. tit.13. part.5. glos.* verb. *entonce*, Peregrin. *de iure fisci, lib.6. tit.6. nu.117.* Ponte *cons.80. nu.3.* Gutierrez *lib.3. pract. quæst.99. nu.11.* Rodriguez *de concursu 1. part. art.2. nu.5.* vers. *secundo infert*, Barbosa *in l.1. D. soluto matrimonio*, 2. *part. nu.17.* Marius Muta *decis.93.n.3.* (vbi quod licèt cessionarius creditoris, anteriorem & expressam hypothecã habentis, præferatur doti, id non procedit in bonis postea quæsitis) Cãcerius *1.p.var.c.9.nu.2.* Pacificus *de Saluia interdicto inspect.3. cap.2. nu.493. &* 494. Alfaro *de officio Fiscalis, glos.34. n.126. & glos.16. n.105.* nouitèr Acosta *de priuileg. cred. reg.2. ampl.7. à nu.* 166. qui refert Negusantium, Maquedam, Tuschum & alios.

Sed † priuilegium *d. l. si quis mihi*, ad dotem non extendi verior sententia est tam de iure communi, quam Regio: quam manifestis argumẽtis, & rationibus secure defendũt post *glos. in d. l. assiduis*, Ant. Gomez *in l.50. Tauri n.39.* Felician. *de censibus 2. to. lib.3. c.5. n.18.* vers. *altera verò difficultas*, Rodriguez *de reditibus, lib.2. q.20. n.26.* Ignatius del Villar *lib.2. resp.16. c.3. n.17.* D. Castillo *tom.3. controu. c.4. d. num.20.* Gabriel Velascus *de priuileg. paup.3. p. q.8. n.77.* in eandem etiam sententiam descendunt Fontanella *de pactis nupt. clauſ.7. glos.2. p.4. nu.8.* et articulo ad partes discusso latissimè tuentur, Gizarellus *decis.1. per tot.* vbi Baldax. de Angel. Bellonus *cons.41. per tot.* Gaito *de credito, cap.4. quæsito 11. à n.1598. & n.1895. & in appendice, n.112.* a quâ sententiâ in iudicando, & consulendo non recederem, quam nouissimè tuetur Merlinus *de pignorib. lib.3. quæst.68. per totam.* Et † de interpretatione, & cõcordia textus *in d. l. si quis mihi, cum l. fin. D. qui potiores*, videndus Negusant. *de pignoribus, 2. memb.5. p. n.42.* Carleual. *sup.* Donell. *ad tit. de pignorib. cap.10.* Iulius Paccius *cent.5. q.29.* Iacob. Cuiacius *lib.10. obseru. c.22.* elegantèr. Anton. Faber *lib.2. cõiectur. 10.* D. Larrea *decis.20. à n.32.* & relatiã Velasco *d. q.8. n.176.* à quo cauendum est; dùm cum Euerardo, & Genuensi resolucre videtur, priuilegiũ *d. l. si quis mihi* ad Ecclesiam eriã extendi, quod & placuit Ripæ, quem retulit Cancerius vbi proximè, Pacificus *sup.*

Cùm igitur acturi simus, an actio mulieri cõpetens ad exigendã dotem cedi possit, necessariũ erit proponere, quandò, quibusvè casibus, mulier repetendi dotẽ ius habeat; quo cognito facilè quid circa cessionẽ actionis statuendũ sit, apparebit. Et cùm necessariò dotis exactio, vel constante, vel

soluto matrimonio facienda sit, de vno & altero tempore agemus.

6 Et constante † matrimonio vxorē dotem repetere nō posse, probat *tex. in l. 2. D. soluto matrimonio*, Teparus, Menochius, Tuschus, Surdus, Mantica & alij laudati à Giurba *ad consuetud. Messan. cap. 13. glos. 3. n. 5. & cap. 15. glos. 2. à num. 3.* D. Castillo *tom. 4. cōtrou. cap. 26. n. 2.* Donell. *lib. 14. com. cap. 5.* qui omnes ampliant, etiamsi maritus matrimonio constante vxori consentienti dotem restitueret: nā poterit nihilominus ad dotis restitutionem, si eam mulier consumpsisset, soluto postea matrimonio conuenire. Similiterque ipse maritus, qui dotē soluit, eam cum fructibus repetere potest, *iuxta l. vnicā, C. si dos cōstante matrim.* Surdus *de alimentis, tit. 8. priuileg. 34. à num. 1.* Tuschus *lit. D. concl. 794. nu. 12.* Padilla *in l. post mortem, C. de fideicom. nu. 20.* aliis relatis Antonin. Amato statim referendus *nu. 17.* Giurba *sup. nu. 22.* omninò videndus Ripol. *var. resol. cap. 10. à nu. 341.*

7 Ex quo † infert ipse Giurba *dict. glos. 3. nu. 6.* dotis repetendæ actionē neq; constante matrimonio cedi posse, cùm nemo in alium tranferat quod non habet, pro qua sententia refert Iasonem *in dict. l. si constante, nu. 232. & 234.* Carpan. Tiraquell. & Socinum.

8 Iuxta † quam doctrinam dicendum videtur, in his casibus in quibus mulier constante matrimonio dotem repetere potest, ius sibi competens in alium posse transferre, nisi aliud cessionem impediret. Quare cùm receptū sit, iustâ existēte causa posse vxorē cōstāte matrimonio dotē, vel partem eius repetere; veluti vt parētibus egenis, vel filiis ex alio matrimonio cōsuleret, *l. quāuis 20. cū leg. seq. D. soluto matr.* vbi Paul. de Castro *l. mutus 73. D. de iure dotium*, Iason *in dict. l. 2. nu. 14.* Ripa *n. 27.* Alex. Trentacinq. *lib. 2. var. tit. de procuratorib. resol. 6. nu. 9.* Surdus *de alimentis tit. 4. quæst. 12. nu mer. 5. & dict. tit. 8. priuileg. 34.* Giurba *dict. glos. 3. nu. 15.* Donell. *libr. 14. com. cap. 5.* vbi Osualdus *lit. C.* qui refert Scip. Gentil. late agentem: consequens erit, hoc ius cedere posse eis, in quorum beneficiū permittitur mulieri, vt dotem nondùm soluto matrimonio exigat.

9 Succedit † nunc inquirere, an ius hoc, quod habet mulier repetendi dotem constante matrimonio ob vergētiam viri ad inopiā, cedi possit? Quod vt resoluam, primò obseruo, marito vergente ad inopiam, liberum esse mulieri, dotem ab eo repetere, *dict. l. si cōstāte, D. soluto matrimonio, l. vbi adhuc 29. C. de iure dotium, l. seruum 21. D. de manumissionibus, cap. per vestras de donationibus, l. 29. titul. 11. part. 4.* innumeros in exornationē facilè referre possem, quos si placuerit petas à Molina *lib. 1 cap. 16. n. 8.* Anton. Gomez *in l. 50. Tauri à num. 33.* Giurba *decis. 16. num. 1.* Castillo *lib. 4. cap. 26. à nu. 5.* Hunnius *in Encyclopæd. iur. 3. part. tit. 24. cap. vlt. per tot.* (vbi ampliat etiam in bonis paraphernalibus, & donatione propter nuptias) Giurba *dict. glos. 3. nu. 8.* Thoro *voto 74. & 1. tom. comp. decis. verb. assecuratio*, Fōtanella *de pactis nuptial. clauſ. 7. glos. 2. part. 3. & 4.* D. Franc. Merlin *cent. 1. controu. 52.* Ant. Amato *2. tom. resol. 83.* Osuald. *dict. cap. 5. lit. B.* Franc. Nig. Cyriacus *lib. 2. controu. 277. à n. 13.* (vbi an si maritus ad pinguiorem deueniat fortunam, teneatur mulier ei dotem restituere) Capycius Galeota *lib. 2. cons. 65. per totam.* An † autē vxor excommunicata posit marito vergente ad inopiam dotem repetere, Surd. *de alimentis, tit. 8. priuil. 83. à num. 9.* 10

Inopia † autem mariti qualis esse debeat, vt exactio dotis locum habeat, & an necesse sit, quòd viri bona ad dotis solutionem nō sufficiant, an verò quòd incipiat malè vti substantiâ suâ? in discrimen adducunt Doctores. Et video dissentientes Barbosam, 11

&

& Castillum: nam hic *dict. cap. 26. nu.* 10. communem sententiam secutus, existimat, tria tempora distinguenda esse, quibus mulieribus fuit succursum circa dotis exactionem ob inopiam maritorum: Primum, de quo *in dict. l. si constante*, iuxta quam non aliter mulier admittebatur, quam si euidentissimè constaret bona mariti non sufficere ad dotis restitutionem. Secundum de quo *in dict. l. vbi adhuc, d. l. in rebus* 30. §. *fin. C. de iure dotium*, quibus cautum fuit, quòd etsi maritus bona haberet sufficientia ad dotis solutionem, si tamen ære alieno deducto non remanerent ei bona ad sustinēda matrimonij onera, posset mulier ad dotis exactionem agere. Tertium verò tempus, plenissimè mulieribus consuluit: nam authentico, cum iure statutum fuit, à tempore quo maritus substantiâ suâ malè vti cepisset, mulierem ad repetitionē dotis agere posse; quamuis maritus bona haberet idonea ad dotis satisfactionem, & subeunda onera matrimonij, iuxta *authent. de æqualit. dotis*, §. *illud quoque, coll.* 7. ita Ansaldus statim referendus *à num.* 1. *& sequentib.*

Sed † Barbosa ab hac communi 12
sententiâ recedit, contendens iura relata nullam interse dissonantiam habere, neque per *dict.* §. *illud*, corrigi *d. l. si constante*, neque *l. vbi adhuc*: nam illa verba *dict.* §. *illud*, ibi: *Inchoante malè vti substantia*, intelligi debent iuxta *dict. l. vbi adhuc*, scilicet vt tunc dicatur maritum substantiâ suâ malè 81
vti, quando incipit talis conditionis esse, vt eius facultates ad dotis restitutionem non sufficiāt: quæ opinio probabilis est & æquua, nè alias ex quacumque dissipatione occasio præstetur mulieribus litigandi, & vexandi maritos, qui idonei essent ad dotis solutionem, & restitutionem.

Quarè † iure communi attento; 13
vtraque sententia defendi potest, sed iure nostro Regio communis opinio approbata videtur: nam eo iure, vt Castillus *à nu.* 15. asserit, distinguendum est, an mariti culpâ bona sua diminuātur, an verò sine culpa pauper, & non soluendo esse incipiat? Nam primo casu, etsi bona sufficientia ad dotis restitutionē ei remanerēt, mulier vti poterit remedio *dict. l. si constante*. Secūdo verò casu, vxori dotem constante matrimonio repetere non licebit, si maritus industrius esset, & diligens, quod ita decisum est per *dict. l. 29. tit. 11. part. 4.*

Pro † cuius legis Partitæ intelle- 14
ctu, duo hîc aduertere libet. Primum, quòd licèt iure communi controuersum esset, an maritus à quo propter inopiam mulier dotem repetere intēdit, eius restitutionem possit euitare, si idoneam cautionem dotis restituēdæ offerret, vt constat ex traditis à Gregor. Lopez *ibi glos.* 4. innumeros referunt Giurba *dict. decis.* 16. *num.* 1. Fontanella *dict.* 3. *part. à nu.* 63. Hunnius *sup. nu.* 667. tamen iuxta *dict. l.* 29. id ex voluntate vxoris pendere videtur, cuius arbitrio relinquitur; an cautionem dotis restituendæ desideret; vel quòd apud idoneum mercatorem deponatur, *dict. l.* 29. ibi: *Si temiere la muger q̄ le desgastara, ò le mal metera su dote, puedele demandar por juyzio quel le entregue della, ò quel de recabdo, q̄ la non engagene, ò que la meta en mano de alguno que la guarde.* Ecce vbi electioni mulieris relinquitur, quā ex his eligat securitatem. Et electionem mulieris esse, in terminis *dict. l.* partitæ defendit Anton. Gomez *in l.* 50. *Tauri, num.* 33. vers. *dubium tamē*: quia licèt † in alternatiuis rerum debi- 15
toris regulariter electio sit, *cap. in alternatiuis de reg. iuris in 6. l. plerumque* 10. §. *penult. D. de iure dotium*, *l. qui ex pluribus* 106. *D. de verbor. obligat.* cum aliis congestis *sup. tit.* 2. *quæstion.* 1. *num.* 40. tamen in alternatiuis remedio rum, creditoris est electio, *l. quod in heredem*, §. *eligere, D. de tribut. actione, l. cum proponas, C. de trāsactionibus, l. quamuis, D. de pignoribus*; ex Palac. Rubios (olim Academiæ nostræ

træ meritissimo Antecessore) Gregor. Lopez *dict. glos.* 4. Cui proximum est, quod obligatus ad soluendum certo die, aut ad dandum pignora, vel fideiussores; etsi paratus sit dare pignora, aut fideiussores, ad soluendum compelli potest, vt multis relatis probat Anton. Gomez 2. *tom. var. cap.* 11. *n.* 42. Cancerius 2. *tom. var. cap.* 6. *n.* 55. vbi reddit rationem, quòd quando vnum est in obligatione; aliud verò ad securitatem, & cautelam, creditoris est electio, sequitur Maranta *in l. si actor, D. de procuratoribus, nu.* 34. Scaccia *de commert.* §. 2. *glos.* 5. *à num.* 302. *&* 310. D. Castillo *tom.* 6. *contr. cap.* 114. *num.* 24. Camill. Borrell. *in sum. decis.* 3. *tom. tit.* 14. *num.* 21. Iam typis dari cepta erat hæc quæstio, cùm peruenit ad me Mercurialis Merlinus *de pignorib. & hypothec.* qui *libr.* 4. *tit.* 5. *quæstion.* 125. per totam disputat, an vbi debitor promisit soluere, vel dare pignora, eius electio sit, vtrùm magis præstare vellit: et resolut in pũcto iuris electionem ei cõpetere: licèt cõmunis sententia contrarium doceat: nullum tamen refert ex ijs, quos nos laudauimus.

16 Sed † quicquid dicat Anton. Gomez, recedendum non est à sententiâ Gregor. Lopez *in dict. l.* 4. *glos.* 4. qui electionem in his remediis nõ mulieri; sed iudici concedit. Et in iudicem verba diriguntur *in dict. cap. per vestras*, qui iuxta mariti conditionem, & facultates inspicere debet; an mulieri per solam cautionem possit esse consultum non solùm de proprietate dotis; sed & de fructibus eius, vt matrimonij oneribus, et ipsius vxoris, mariti, & filiorum alimentis deseruiant: nã si per cautionem satis prouisum sit mulieri; maritum cauentem iudex admittet, *dict. cap. vestras*; sin verò cautionem non sufficere existimauerit, ad dotis restitutionem compellet virũ: et eam sequestrari faciet apud vxorẽ, si idonea sit, & dotis administrationi habilis; aliàs apud mercatorem depo ni faciet, nè mulier fragilitatẽ cautionis experiri cogatur, *l. cogi* 16. §. *item quæritur, D. ad Trebell.* Et nè maritus si mulieri dos traderetur, alimẽtis sibi debitis, & fructibus; qui deductis oneribus matrimonij supereſſent; fraudaretur: in quam verissimam Gregorij Lopez sententiam deflectere etiam videtur Fontanella *vbi proximè à num.* 35.

Secundum † quod animaduersione dignum existimaui est, ex prædictâ *l.* 29. vt communitèr solet intellectâ nimis corrigi, & limitari *dict. l. si constãte, & dict. l. vbi adhuc*, dùm ex eâ si casu fortuito vir aliàs diligens incidat in paupertatem, dotis repetitio mulieri denegetur; quam indistinctè ita accipit Greg. Lopez *ibi glos.* 6. Castillo *n.* 15. vers. *denique*, Rodriguez *de execut. cap.* 8. *nu.* 10. Cuius legis decisio rigurosa est, & nimis grauat mulierem: nã licèt æquum sit, maritum qui sine dolo res suas amisit, onere restitutionis dotis non grauari, cùm nulla culpa ei imputari possit: nec in posterũ timeatur dissipatio. Tamen iniquum videtur, si facultates viri ad dotis restitutionem non sufficerent, & fortè bona mariti, vel dotalia ipsius mulieris penes tertios possessores essent, ei aduersus eos constante matrimonio dotis restitutionem denegare, cùm accidere posset, quòd in tempus soluti matrimonij bona non extarent vel: eo constante fructibus dotis, & alimentis careret vxor. 17

Quarè † saluo meliori iudicio *d. l.* 29. intelligerem ego, quandò bona mariti ad dotis restitutionem sufficerent: nam si ad id idonea non essent, mulier etiam constante matrimonio contra mariti creditores posteriores, vel tertios eius bonorum possessores agere posset reuocatoria, vel hypothecaria actione. In dubitatum † enim est, remediũ *dict. l. si constante*, nõ solùm aduersus maritum competere, sed etiam contra bonorum eius, vel dotalium possessores, *dict. l. vbi adhuc*, dum- 18 19

dummodò prius excutiantur mariti bona, Anton. Faber *C. de iure dotium. defin.* 25. Fontanella *dict.* 3. *part. à nu.* 31. Castillo *lib.* 4. *controu. cap.* 40. *ante nu.* 68. vers. *quoad tertium*, vbi quòd mulier siue constante matrimonio, siue iam soluto contra tertios possessores agat, tenetur excussionem facere in bonis mariti. Et in restitutione quæ ob vergentiam viri ad inopiam fit, idem ex aliis probauit Ioan. Baptist. Thoro *voto* 74. *num.* 94. Giurba *dict. glos.* 3. *num.* 36. Quare cauendum existimo ab his, qui fauore dotis excussionem necessariam non esse defendunt; prout tenent, in exactione dotis, quæ soluto matrimonio fit, Mastrillus *decis.* 109. Et in eâ quæ ob inopiã Hypol. Montaner *in addit. ad Oliban. de actionibus part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 29. *nu.* 20. Et de excussionis materiâ in restitutione dotis, videndi vltra Barbosam *in dict. l. si constante*, Franch. & Addend. *decis.* 270. Costa *de remediis subdiar. rem.* 6. *nu.* 10. *& d. rem.* 2. *nu.* 5. Carocius *de excussion. quæst.* 25. *à nu.* 4. Et quomodò de inopiâ viri, & quòd rebus suis malè vti incipiat, cõstare debeat, siue contra eum, vel tertios possessores agatur, videndi Benintendis *decis.* 68. Anton. Gomez *sup. num.* 33. *à vers. item quæro*, Fontanella *supr. à num.* 38. Giurba *dict. glos.* 3. *num.* 11. Marius Muta *decis* 23. *ferè per tot. & num.* 21. Amato *dict. resol.* 83. *à nu.* 9. Ex quibus resolues, si contra virum agatur, minorem probationem sufficere; sin verò contra tertios possessores plenam, & exactam requiri.

20 Secundò † obseruandum est, an hæc dotis restitutio, quæ ob viri inopiam fit, vera dotis sit restitutio; an verò quædam assecuratio, & sequæstratio in manibus vxoris? quem articulum ad partes disputarunt Giurba *dict. decis.* 16. *& dict. glos.* 3. *num.* 27. Merlin. *cent.* 1. *cap.* 51. *à num.* 3. Amato *resol.* 82. *per totam*, ante eos Fontanella *dict.* 3. *part.* Thoro 1. *part. cõp. decis.* verb. *assecuratio obtenta*, & verb. *assecuratio dotis operatur*, Galeota *d. cont.* 65. *à nu.* 12. Et quicquid Giurba & Amato distinguant, verius est verã dotis restitutionem non esse; sed assecurationem tantùm, seu simplicem translationem dotis, de viro in vxorem; cùm fructus dotis assecuratæ ob noxij adhuc maneãt alimenta mariti, 21
aliique oneribus matrimonij, & dotibus filiarum, Muta *dict. decis.* 23. *à nu.* 18. Fontanella, & Merlin. Hermosilla *in l.* 10. *tit.* 1. *part.* 5. *glos.* 4. *num.* 169. vers. *limita*, Hunnius *sup. à numer.* 12. Ioan. Baptist. Costa *de remed. subsid. remed.* 1. *nu.* 3. nullo ex his relato Mercurialis Merlinus infrà referendus *q.* 73. *à nu.* 13. *& 33.* innumeri quos dat Amato. Ex quo licèt ipse cõtrariũ defendat, verius probo, translata dote in vxorem, fructus eius qui supersunt deductis alimentis familiæ, aliisque oneribus matrimonij, non ad vxorẽ, sed ad maritum, eiusque creditores pertinere, vt post Bart. & Alex. *in dict. l. si constante*, tener Barbosa *ibi à num.* 47. Gratianus *decis.* 194. Franch. Mantica, Surdus, & al. j quorum meminit Amato, Fontanella, & Giurba, qui plures congerunt, Franc. Tondutus *resol. ciuil. cap.* 30 *à num.* 1. *& in decis. post dict. cap.* 30. vbi afferit non posse mulierem alienare, vel obligare bona, in quibus fuit assecurata: et alienationẽ etiam iuratam non consistere, quia ex fructibus alendi sunt mariti, & liberi. Multùm post hæc scripta visus Frãc. Ansald. *cons.* 41. *per totum*, qui latè ad partes disputat, sequitur tamen sententiam, & doctrinas, quas nos probauimus.

Ex his † facilè colliges veram nostræ quæstionis resolutionem: et pro certo statues, mulierem ius repetendi dotem ob vergentiam viri ad inopiã cedere non posse: nam cùm hæc vera dotis restitutio non sit; sed assecuratio quædam, & bona adhuc dotalia permaneant, & sub eadẽ naturã; trãslata solùm administratione eorum de viro in vxorem; ita vt dos per eam alienari 22

lienari non possit, & eius fructus oneribus matrimonij debeant deseruire, *dict. l. vbi adhuc*, & qui superiunt mariti sint. Consequens est, mulierem in præiudiciũ mariti, & filiorum ius hoc in alium per cessionem non posse trãsferre, vt pro vtraque parte expensis fundamentis resoluit Iason omninò videndus *in dict. l. si constante à nu.* 231. Gratianus 3. *tom. cap.* 427. *nu.* 16. post Bald. Salicet. & alios Giurba *dict. cap.* 13. *glos.* 3. *num.* 6. Paulus Gallerat. *de renunciatione tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 4. *nu.* 126. Amato *dict. resol.* 83. *num.* 9. ibi: *Et eadem ratione, nec in mulieris cessionariũ dictam priuilegiũ transire, dixit Bald. in l. vnic. num.* 7. *vers. modo, & ibi Salicet. num.* 3. *C. de priuileg. dotis, Surdus cons.* 269. *nu.* 12. *& de alimentis, ti.* 8. *priuileg.* 55. *num.* 14. *Gratianus discept.* 427. *num.* 16. *Carpan. in stat. Mediol.* 1. *tom. cap.* 451. *à nu.* 14. prædixerat Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 26. *glos.* 1. *n.* 83. Tondutus *sup. nu.* 16. ibi: *Sicut alienari, aut obligari non possunt bona, super quibus mulier fuit cõsignata, seu assecurata pro dotibus suis, ita nec actio mulieri competẽs pro dotis assecuratione cedi, aut alienari potest*, cui sententiæ Neguſant. secutus se subscribit Mercurialis. Merlinus *de pignorib. dict. quæst.* 73. *à num.* 76. licèt pro contrariâ referat Baldum: mouetur ex eo, quòd hoc est merũ priuilegium mulieris, eiusque personæ cohærer.

23 Ex eâdem † ratione inferes, in aliis casibus in quibus mulier constante matrimonio dotem exigere potest, si ius repetendæ dotis cedere intẽdat, & de cessionis valore dubitetur, semper inspiciendum, an vera sit dotis restitutio illa de quâ agitur; an verò sequæstratio cum onere alendi virum, & sustinendi alia matrimonij onera. Nam primo casu cessio consistet: in secundo verò inutilis erit. Quarè † existimo, quòd licèt marito ad perpetuã carcerem, vel ad trirremes in perpetuum damnato, deportato, vel bannito, vxor dotem repetere possit, Giurba *dict. glos.* 3. *num.* 12. qui refert Fontanell. Riccium, Farinacium, & alios: et Fontanellam videas etiam *clauſ.* 7. *glos.* 2. *part.* 10. *num.* 61. Camill. Borrell. *in summa decis.* 1. *tom. tit.* 56. *de iuramento perhorresc. num.* 25. Hunnius *sup. à num.* 16. qui eâ mouentur ratione, quòd † his casibus mulier pro vi- 25
duâ reputatur, sicut illa quæ maritum habet inutilem, quæ viduæ priuilegiis gaudet, & foro miserabiliũ personarum, vt post antiquiores resoluunt Gironda *de priuileg. quæst.* 258. *nu.* 1441. Zeuallos *de cognitione per viam violentiæ* 2. *part. quæst.* 13. *nu.* 8. Gratianus *discept.* 666. *nu.* 9. Amendola ad Franchis *decis.* 233. *num.* 9. *&* 257. Cancerius 2. *part. var. cap.* 2. *à num.* 9. Valenzuela *cons.* 31. *nu.* 25. Amato *cons.* 55. *nu.* 17. Costa *de retrotract. c.* 2. *monit.* 2 *num.* 11. (qui in specie loquitur de muliere, quæ habet virum ad trirremes, vel perpetuam carcerem damnatum) Giurba *de succes. feud. §.* 2. *glos.* 13. *num.* 92. Gabriel Velasc. *de priuileg. paup.* 3. *part. quæst.* 7. Oſuald. ad Donell. *lib.* 17. *com. cap.* 20. *lit. B.* qui refert Couarr. Trentacinq. & alios, neque omittas videre doctum Tiraq. *de legibus connub. glos.* 1. *part.* 6. *à nu.* 12. Sicut neq; patrem habere dicitur, qui eum habet inutilem, D. Lara *lib.* 1. *de anniuers. cap.* 21. *à num.* 33. *& n.* 71. *& de vita homin. cap.* 13. *num.* 67. sequitur Gratian. *dict. cap.* 666. *nu.* 8. tamẽ cùm illa vera dotis restitutio nõ sit, vt securè & doctè resoluit D. Frãc. Merlin *cent.* 2. *cont. cap.* 52. *per totum*; indè dicendum est, ius illud alij cedere non posse. Idemque resolues, quãdò mulier dotem exigit, quia maritus furore, & dementiâ captus est, vel aliter inhabilis fuit effectus ad administrandum; quia ea dotis restitutio nõ est; sed tantùm translatio administrationis in vxorem, vt ex Roderic. Suarez *in l.* 13. *tit. de las ganancias, nu.* 23. Matienzo *in l.* 6. *tit.* 3. *lib.* 5. *Recopilat. glos.* 1. *num.* 4. probat D. Valenzuela *dict. cons.* 31. *art.* 1. *per tot.*

24 stimo, quòd licèt marito ad perpetuã carcerem, vel ad trirremes in perpetuum damnato, deportato, vel bannito, vxor dotem repetere possit, Giur-

In

26 In Hispaniâ † verò licèt non frequentetur remedium, *dict. l. si constante*, et raro mulieres eo experiantur, vt testis est Rodriguez statim referèdus: tamen eorum, quæ diximus cognitio necessaria est, & proceduntin alio remedio, quo ipsæ pro assecuratione dotium vti solent. Nam vbi creditores maritorum aduersus eos, vel via ordinaria, vel executiua agunt, mulieres executioni, & liti se opponunt, prætendentes ipsas aliis maritorum creditoribus pro dote sua esse præferendas, & vsque ad eius quantitatem in bonis eorum esse assecurandas, Rodriguez *de execut. cap.* 8. *nu.* 10. *& de cõcurs.* 1. *part. art.* 1. *nu.* 18. Azeuedo *in l.* 6. *num.* 6. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop.* per quã oppositionem causa efficitur ordinaria, & cum termino ordinario partes ad probandum admittuntur, *l.* 41. *tit.* 4. *lib.* 3. *Recop.* videndus vltra Parladorium, Rodriguez, & alios, Giurba *dec.* 64. Parexa *de edit. instrum. tit.* 1. *resol.* 3. *§.* 5. *à num.* 221. Acosta *de priuileg. credit. reg.* 5. *ampl.* 6. *n.* 15. vers. *rursus*, Larrea *tom.* 2. *alleg.* 79. *nu.* 1. *&* 2. 18. *&* 21.

27 Et vt † his mulierum oppositionibus deferatur, quæ necessaria sint, & ex quibus mulieres excludantur? Nè rem benè ab aliis actam agamus, vidè di Rodriguez dictis locis, Negusant. *de pignorib.* 1. *memb.* 5. *part. à num.* 29. Fontanella *de pactis nuptialibus clau sul.* 7. *glos.* 2. *part.* 4. *per totam*, Amendola ad Franch. *dec.* 54. Fabius de Anna *cons.* 63. *per totum* Scaccia *de cõmert.* §. 7. *glos.* 5. *à num.* 54. Ioan. Baptist. Thoro *voto* 68. *num.* 2. *& latissimè voto* 74. *per totum*, Ioan. Baptist. Costa *dict. remed.* 1. *à num.* 12. Hector Capycius Latro *dec.* 42. *à nu.* 7. Acacius Ripol. *var. resolut. cap. vlt. à num.* 336. videndus Mercurialis Merlinus *dict. quæst.* 73.

Sed licèt † vt resolutum extat, ius
28 repetendi dotem ob inopiam viri cõpetens cedi non possit, tamen soluto iam matrimonio, cùm vera dotis restitutio mulieri fiat, nihil est quòd impedire possit huiusmodi cessionem, *l.* 2. *D. soluto matrimonio*, Tiraquellus *de retractu lig.* §. 26. *glos.* 3. *num.* 7. *infine*, Decius *cons.* 536. quem sequitur Ariminen. Tepatus *tit.* 411. *cap.* 6. vers. *mulier soluto matrimonio*. Et vxor vt domina dotis iam nullis oneribus obnoxiæ, eam liberè poterit alienare, Amato *dict. resol.* 86. *nu.* 7. ibi: *Secus autem in spe dotem repetendi soluto matrimonio, quæ à muliere cedi potest.* Et spem & actionem repetendi dotem soluto matrimonio mulierem alienare posse, multis probat nouissimè Tondutus *resol. ciuil. cap.* 40. *à num.* 7. quod vt certissimum, & indubitatum supponunt Doctores, qui disputant, an priuilegia dotibus concessa, & ius prælationis in cessionarium dotis trãsferãtur, de quo nos infrà suo loco agemus.

Cùm † autem actum nobis sit, an 29
mulier ius sibi competens ad exactionem dotis constante, vel soluto matrimonio cedere valeat? non absre erit scire, an maritus possit mulierem, vel eius cessionarium agentem ad restitutionẽ dotis, adulterij exceptione repellere. Et an ius hoc, quod habet maritus, in eius heredem, vel cessionariũ transeat.

Et certum est, † maritum, qui con- 30
uincit vxorem de adulterio, dotem lucrari, *l. consensu*, *§. verum etiam*, *C. de repudiis*, *authẽt. vt liceat matri*, *& auiæ*, *§. quia verò*, *cap. plerunque de donationib. inter vir. & vxor.* Ex quo oritur dubium, an ius hoc quod habet maritus accusandi, vel excipiendi de vxoris adulterio, ad effectum lucrandæ dotis, in heredem eius, vel cessionarium transferatur. Et quo † ad here- 31
des mariti attinet, an in eos ius accusandi, vel excipiendi de vxoris adulterio viuente marito commisso, trãsmittatur, quæstio satis obscura est, videndi pro resolutione Boerius *dec.* 338. Mainard. *lib.* 4. *dec.* 2. late Franch. & Addentes *dec.* 184. Visconte

cons.

conc. iur. verb. ius accusandi. Fontanella *de pactis nuptialib. claus. 7. glos. 3. p. 12. à num. 1.* Iacob Cancer. *1. part. variar. cap. 9. num. 136.* Nicol. Noalis *de transmissione, casu 46. per tot.* Hermosilla *in l. 10. tit. 4. part. 5. glos. 8. numer. 14.* Ioan. Baptist. Thoro *voto 98.* Gregor. Lopez *in l. 3. glos. 4. tit. 17 part. 7. & in dict. l. 10. glos. fin. in fin.* videdus elegantèr agens Robertus *lib. 1. rerũ iudic. cap. 14. & 13. pe. tot.* vbi an here-
32 redes † mariti se tueri possint aduersus viduam agentem ad dotem, vel doarium, excipiendo de adulterio in vita mariti prædefuncti, vel de stupro post eius mortem intra annum luctus per ipsam commisso? de quo etiam Zeuallos *commun. contr. commun. tom. 2. quæst. 708. per totam*, Gutierrez *lib. 2. canon. cap. 12. per tot.* doctissimè suo more D. Valenzuela Velazquez *cõs.*
33 80. *per tot. tom. 1.* Et an vidua † propter stuprum amittat mediatem lucrorum coniugalium, Matienzo *in l. 5. tit. 9. lib. 5. glos. 8.* Gutierrez *dict. lib. 2. Canon, cap. 13. & lib. 2. pract. quæst. 121.* Ioan Garcia *de cõiugal. acquæst. à num. 39.* Maldonado *resp. 14. per tot. lib. 1.*

34 An autem † ius opponendi de adulterio vxoris, ad effectum lucrandæ dotis, alij cedi possit, non modicæ dubitationis videtur. In qua Nicol. Noalis *dict. casu 46. nu. 20.* existimat, ius hoc cessibile esse, incasibus in quibus ad heredes mariti sine cessione transfertur: quia vindictæ ius cessibile etiam est, dummodò competat de iure commuui. Ego verò dicerem, eũ, cui maritus dotem donauit, vel vendidit, aut alio titulo transtulit, si iura mariti cessa habeat, de adulterio vxoris accusare, vel excipere posse: cùm ius hoc non tàm vindictàm, quàm interesse, & pecuniarium commodum respiciat: aliàs namque vindictæ ius cedi non posset. De quo agemus in Miscellaneâ huius *tituli numer. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Laudatur* Menchaca, *eiusque resolutio, & distinctio refertur.*

2 *Omnis actio cessibilis, transmissibilis est, quæ verò transmissibilis nõ est, nec cessibilis erit.*

Ius quærelandi dispositionem patris vigore, l. hac edictali, C. de secundis nupt. sicut transmitti non potest in heredes extraneos, ita neq; eis cedi poterit. ibid.

3 *Non omne quod transmittitur in heredem, cedi potest.*

4 *Ea, quæ ad heredes extraneos transeunt, cessibilia esse defenditur.*

5 *Ius eligendi cedi & transmitti potest.*

6 *Fideicommissum vniuersale transmissibile est ad heredes,* & num. 8. *defenditur* contra Anton. Fabrũ.

7 *Fideicõmissum singulare cessibile, & transmissibile est.*

9 *Fideicõmissum conditionale, an ex præsumpta testatoris voluntate, transmitti valeat in heredem? remissiuè.*

10 *Fideicõmissum vniuersale, an cedi possit? duæ referuntur sententiæ. Defenditur contra communem, cessibile esse, si ex persona cedentis restitutio petatur,* & num. seqq. ad num. 20.

12 *Interpretatur* text. in l. si mulier, §. ex asse, D. de iure dotium, *& num. 13.*

14 *Respondetur rationi, quam considerat* Ant. Faber.

15 *Argumentũ, quò mouetur* D. Anton. Pichardus, *nostræ sententiæ non obstare ostenditur.*

16 *In cessionarium fideicõmissi, vel hereditatis, vtilitas tantùm actionum transfertur.*

Venditor hereditatis, à creditoribus hereditariis etiam post venditionẽ conuenirí potest.

17 Re-

17 *Reprobatur* Virgilius *qui existimat fideicõmissum, vel hereditatẽ, antequàm adeatur, cedi non posse.*

Aditio hereditatis; & fideicõmissi agnitio, inducitur ex ipso actu cessionis.

18 *Ius substitutionis pupillaris nondũ delatũ, cedi potest.*

Spes substitutionis, vel fideicõmissi, ante diem, vel conditionem, an cedi vel renũciari possit? remissiuè.

20 *Sepulchrorum iura ad heredes trãsmittuntur.*

Sepulchrorũ iura an cedi possint?

21 *Iura sepulchrorũ, an ad heredes extraneos, fideicõmissarios, vel maioratus successores trãseant?*

22 *Intelligitur* text. in d. l. quia perin de, §. 1. D. ad S. C. Trebell.

Multa quæ in fideicõmissariũ hereditatis non trãseant, cedi possunt

23 *Ius sepulchri, quòd in heredẽ extraneum trãsit; vendi & cedi potest & in eo iure, & in capellis executio fieri rectè potest: licèt alij contra.*

24 *Capellam vel sepulturã an Ecclesia vendere possit, & an consuetudo, quæ venditionẽ ratione situs, & loci dignioris admisit, rationabilis sit?*

25 *Assignatur discrimen quoad iura sepulchrorũ, inter fideicommissarium, vel heredem, et inter cessionarium.*

26 *Ius patronatus Ecclesiasticũ, quòd per se cedi, aut alienari non potest, cum bonorum vniuersitate trãsire certum est.*

27 *Patronus, an possit cedere ius præsentandi ad Capellaniam, maximè vacaturam.*

Mandatũ ad præsentandum ad beneficiũ iuris patronatus cùm vacauerit: et præsentatio eius virtute facta, an sustineatur?

28 *Patronus pauper non potest cedere ius petendi alimenta ab Ecclesia cuius patronus est.*

Ecclesia quando teneatur alere patronum pauperem?

29 *Alimenta futura cedi nõ possunt, præterita verò rectè ceduntur.*

Transactio super alimentis quando subsistat ibid.

30 *Actio directa licet per cessionem non transferatur, vtilitas tamen eius in cessionariũ transfertur.*

31 *Ius expellendi conductorẽ ad vsum proprium, in emptorem, & singularem rei locatæ successorẽ trãferri, defenditur nouiter contra cõmunem.*

Singularis rei locatæ successor potest regulariter expellere conductorẽ: heres verò locatoris non item.

32 *Priuilegia dotis, quæ in heredẽ extraneũ non trãseunt, quà ratione aliquando cessionario competant. remissiuè.*

33 *Naturalis obligatio cedi potest.*

34 *Naturalis obligationis effectus reuocantur.*

35 *Ius petendi iustam remunerationẽ seruitiorum, an cedi possit? distinctione adhibita resoluitur,* cũ nu. seq. ad num. 40.

36 *Ex beneméritis, & seruitijs, nec ciuilis, nec naturalis obligatio descedit.*

37 *Intelligitur* text. in l. sed etsi, §. cõsuluit, D. de petitione hereditatis.

39 *Explicatur* l. 1. 5. & 7. titul. 27. part. 2.

40 *Officiũ iudicis quotuplex sit? scinditur in nobile, & mercenarium.*

41 *Officium iudicis nobile cedi potest.*

42 *Beneficium restitutionis in integrũ an cessibile sit? affirmatiuè resoluitur,* & num. sequen.

44 *Restitutionis in integrum beneficium ad heredes trãsit.*

Restitutionis beneficium quando fideiussori minoris competat.

45 *Extraordinariæ persecutiones, & remedia, rectè ceduntur.*

QVÆSTIO VIII.

Actio omnis transmissibilis ad heredes, an sit cessibilis, & è contra. Et de naturali obligatione, & officio iudicis. Interpretatur & illustratur *text. difficilis in l. mulier* 59. §. *si ex asse*, D. *de iure dotium*.

BReuitèr quæstionem hanc expediemus, sed fortè non inutilitèr, vel iis qui forum, aut scholas agũt. Et vt distinctè procedã, referam Doctorum sententias, simulque constituã, quæ nam ex eis verior sit, & tenenda. Et † doctissimus Menchaca (quem nullus ex his quos viderim retulit) *lib. 2. de succes. resol. §. 20. nu. 41.* pro resolutione huius articuli, quatuor casus considerat. Primus, an omne id quòd est cessibile, sit trãsmissibile? Secundus, an illud quod nõ est cessibile, nõ sit trãsmissibile? Tertius, an id quod est transmissibile, sit cessibile? Quartus, an id quod nõ est transmissibile, per cõsequens non sit cessibile?

2 Ex quibus casibus quatuor deducit consequentias, quarum duas veras esse asserit; alias verò falsas. Veram cõsequẽtiam esse dicit, hoc est cessibile, ergo transmissibile? quia transmissio cessione fauorabilior est. Similitèr & hanc verã esse dicit, hoc non est trãsmissibile: ergo nec cessibile, vt decidi tur *in l. ex pluribus* 42. *D. de administ. tutor.* ibi: *In rem suam iudicatus procurator datus, priuilegium pupilli non habebit, quod neq; heredi pupilli datur.* In quibus casibus Menchacæ sentẽtia verissima, & cõmunis est: quia quicquid cedi, transmitti etiam potest: et omnis actio cessibilis, transmissibilis est: quæ verò transmissibilis non est; neque cessibilis erit *dict. l. ex pluribus*, præter antiquos quos referunt Tiraquell, *de retract. lig. §. 26. glos. 1. nu. 47 & de iur. primog. quæst. 40. num. 42.* Rebuffus *in cap. extirpandæ, §. quia vero, nu. 19. de præb. & dignit.* Amatis *decis. 6. num. 12. in fin.* Ignat. del Villar *resp. 16. cap. 6. n. 40.* Barbosa *in l. quia tale à nu. 20. & in l. post dotem 41. nu. 60. D. soluto matrimonio*, Paz *de Tenuta c. 61. à nu. 2.* Giurba *de succes. feud. §. 2. glos. 12, nu. 78.* Surdus *de alimentis tit. 8. quæst. 55. num. 7.* Intrigliol. *cons. 29. nu. 60.* Monter à Cuena *decis. 75. nu. 21. & 10.* Marius Muta *decis. 14. n. 5.* Vlricus Hunnius *in Encyclopedia iuris part. 1. tit. 6. cap. 9. nu. 6.* Cyriacus *contr. forens. lib. 1. cont. 139. nu. 7.* Fõtanella *de pactis nupt. claus. 7. glos. 3. part. 8. nu. 23.* Schiffordeg. *lib. 3. tractat. 23. quæst. 22. circa princip.* Gaito *de credito cap. 4. quæsito 11. nu. 1682.* Acosta *de priuileg. cred. reg. 2. ampl. 6. nu. 120.* nouitèr Leotardus *de vsuris, quæst. 82. nu. 25.* Paulus Galleratus *de renunciatione tom. 1. lib. 1. cap. 4. à nu. 127.* Ioan. Baptist. Thoro 3. *tom. compen. decis.* verb. *cessio medietatis*, *fol. 143.* D. Larrea 2. *tom. alleg. 120. num. 30.* Barbosã, & Tiraquello tantùm relatis idem probat Carleual. *de iudiciis lib. 1. tit. 3. disp. 29. nu. 2.* sequitur Arias de Mesa *lib. 1. var. cap. 20. nu. 15.* qui ex laudatis solùm meminit Barbosæ, & Tiraquelli, Noalis *de trãsmissione casu 13. n. 4.* vbi quòd sicut filij ius quærelandi testamentum, vel dispositionem patris ex beneficio, *l. hac edictali, C. de secund. nuptiis*, non trãsmittunt in heredes extraneos; ita neque cedere poterunt ius agendi vigore illius legis, prosequitur latiùs idem Noalis *casu 36. à n. 8.* & repetit variis in locis de quibus in discursu huius tractatus.

† Econtra verò falsas cõsequentias testatur esse Méchaca: hoc nõ est cessibile, ergo neq; trãsmissibile. Similitèr & illã, hoc est transmissibile. ergo cessibile: 3

sibile. Nam licèt affirmatiuè valeat argumentum, scilicèt, hoc est cessibile, ergo transmissibile: non tamen è contra: quia licèt omnia, quæ cessibilia sunt, transmittantur: non tamen omnia quæ transmissibilia sunt, & transeunt in heredes, in cessionarium transferũtur: quæ sententia communis etiam est, & recepta ab omnibus ferè quos supr. retulimus, Nicol. Noalis *de transmission. casu* 36. *à numer.* 9. D. Anton. Pichard. *in* §. *restituta, num.* 40. *Instit. de fideicommiss. hered.* Acosta *vbi proximè*.

4 Ego † verò licèt fatear, multa quæ in heredes suos transeunt, cessibilia nõ esse: tamen ea, quæ ad heredes extraneos transmittuntur, cedi posse existimo, sequitur Rolãd. a Valle *cons.* 28. *volum.* 2. Noalis *de transmission. casu* 43. *num.* 29. Et quòd quicquid transmissibile est, cedi etiam potest, & è contra *ex dict. l. ex pluribus*, probat Anton. Faber *de error. prag. decad.* 30. *error.* 1. *in princ.* Larrea *allegat.* 120. *num.* 6. vbi in id expendit *leg. si stipulatus fuerim, in princ. D. de verbor. obligat.* sequitur nouitèr ex Zasio, Georg. Frantzkus *var. resol. lib.* 1. *resol.* 14. *num.* 7. *& à num.* 49. *& 51.*

Cui † verisimæ sententiæ, nihil ob- 5 stat ex his, quæ in contrarium referunt Doctores; non primum *ex dict. l. si stipulatus*, ex quâ probare intendunt, eligendi ius etsi ad heredes transmittatur; tamen in cessionarium non transire. Nam id ex eâ lege non probatur, imò potius contrarium; quia ius eligẽdi sicùt transmissibile est, ita & cedi potest, vt latiùs diximus *sup. hoc titulo, q.* 1. vbi latè de intellectu, & verâ interpretatione *dict. l. si stipulatus*.

Magis † vrget pro contrariâ sentẽ- 6 tiâ, aliud fundamentum deductum ex *l. si mulier* 59. §. *si ex asse, D. de iure dotium*, in quâ probari videtur, fideicommissi vniuersalis ius, neq; doris fauore cedi posse, cùm certum sit; fideicommissum vniuersale ad heredes etiã extraneos trãsmitti, *l. cogi* 16. §. *idẽ Mætianus, l. postulante* 44. *Seius Saturninus* 46. *D. ad Trebell. l. à testatore* 109. *D. de conditionib. & demonstrat. l.* 3. *C. de fideicommissis*, ex quo interunt, multa esse, quæ quamuis trãsmitti possint, cedi tamen non valent.

Hunc difficultati vt satisfaciam, si- 7 mulque vt sciamus, an fideicommissum cessibile sit, constituo, † apud omnes constans esse, fideicommissum singulare sicùt ad heredes extraneos trãsmittitur, si eius dies viuo fideicommissario cessit, *l.* 2. *& 3. C. quandò dies leg. vel fideicomm. cedat*, ita etiam, & per cessionem in alium transferri posse, vt vtrumque agnoscit Ant. Faber *dict. error.* 1. *in princ.* Ruinus Peregrin. & alij quos sequitur Fusarius *de substitution. q.* 524. *n.* 6. Pacificus infrà referendus.

Circa † fideicommissum verò vni- 8 uersale, in dubium vertitur; an transmitti vel cedi possit: sed quoad transmissionem attinet, licèt Ant. Faber *d. error.* 1. *per totum*, enixè probare intẽdat, transmissibile nõ esse, cùm neque cessibile sit; tamen eius sententia neque theoricis, neq; practicis placuit, & verius est, fideicommissi vniuersalis petitionem ad heredem transmitti Noalis *de transmissione casu* 2. *& casu* 8. *à num.* 130. Ioan. Baptist. Costa *de retrotract. cap.* 10. *effect.* 5. *n.* 13. *& de ratione ratæ, quæst.* 30. *nu.* 8. Donell. *lib.* 17. *com. cap.* 20. *& Osuald. cap.* 21. *lit. A.* Pichard. *in d.* §. *restituta à n.* 37. Greg. Lopez *in l. fin. tit.* 5. *part.* 6. *glos.* verb. *altro*, Ant. Gomez 1. *tom. var. cap.* 5. *nu.* 14. vers. *item quæro*, innumeros dat Fusarius *de substitut. quæst.* 478. *per totam*. An autem † fideicommissum con- 9 ditionale ex præsumpta testatoris voluntate transmissibile fiat? Videndi latè, & benè agentes Cyriacus *cont. for. lib.* 1. *cont.* 8. *à n.* 124. *& lib.* 2. *cõt.* 302. *à n.* 1. *& 27. ferè per tot.* Fusarius *q.* 490 D. Franc. Merlin *cent.* 2. *controu. cap.* 1. *per tot.* Bellonus *cõs.* 86. *à n.* 16. *& cõs.* 95. *à n.* 1. Hector Capycius Latro *decis.* 1. *& 2.*

Per † cessionem autem, an fideicom- 10

commissum vniuersale transferri possit? ingens dubitatio est, & cõmuniter receptum, cessibile non esse, vt resoluunt Paulus Galleratus *dict. lib. 1. cap. 4. num. 119.* Noalis *dict. casu 8. n. 130.* vers. *verum, & casu 36. nu. 11* Mẽchaca, Pichard. Ant. Faber vbi proximè, ex Peregrino, & aliis Virgilius *de legitimat. personæ, cap. 20. à nu. 15.* Fusarius *dict. quæst. 524.* Mieres *de maioratibus 3. part. quæst. 18. num. 25. & 35.* Pacificus *de Saluiano interdicto in sp. 3. cap. 2. à nu. 930.* pro qua sententia facere videtur expressus textus *in dict. l. si mulier 59. §. exasse*, vbi cessio fideicommissi vniuersalis à muliere dotis causâ marito facta, inutilis fuit.

Sed † licèt hæc sententia tot habeat assecias, verius credo, fideicommissum vniuersale sicut transmitti, ita & cedi posse, dũmodo ex persona fideicommissarij cedentis restitutio petatur, *l. restituta 57, l. seruo inuito 65. §. fin. D. ad Trebell.* & colligitur ex traditis à Fusario *d. quæst. 524.* Et quòd ius fideicommissi cedi, vẽdi & donari possit, ex aliis tenet Cancerius *3. p. var. cap. 2. num. 186. & 2. part. cap. 7. nu. 141.* Cencius *de censibus quæst. 27. nu. 4. & per totam*, vbi asserit posse fideicommissarium, ante restitutam sibi hereditatem cedere ius fideicommissi, vel super bonis eius censum imponere. 11

Cui † verissimæ sententiæ non obstat *d si mulier, §. exasse*, nam Consultus in eâ non loquitur de cessione fideicommissi, sed potius de delegatione, vt constat ex vers. *fin.* ibi: *Delegatione propter nimiã subtilitatẽ, & casus necessitatẽ minimè obtinẽte.* Multũ enim interest inter cessionẽ, & delegationẽ: nam cessionarius vtitur iure sibi cesso ex personâ cedentis, & vt procurator licèt in rem suam; at verò is, cui delegatio facta est, non vtitur delegantis iure, neq; ex eius personâ agit; sed ex propriâ, quasi nouatâ iam priori obligatione, *l. delegare 15. cũ seq. D. de nouationib. & deleg. l. quamuis, §. interdum, D. ad S. C. Velleian. l. 2. C. de nouationibus.* diximus *sup. tit. 1. quæst. 2.* 12

Vndè fit † vt licèt cessio fideicommissi valida sit, si cessionarius nomine cedentis agat; delegatio tamen sit inutilis: quia liberato semèl debitore à fideicommisso, non potest is, cui facta est delegatio, ex eius personâ agere; nec heres restituendo ei hereditatem, desineret oneribus eius, & creditoribus esse adstrictus: quod iniquitatem contineret. Quare meritò Marcellus *in dict. §. exasse*, respondet, heredem non teneri marito soluere, seu restituere fideicommissum mulieri suę relictum, quod ipsa in dotem per delegationem promisserat, ita Iacob Cuiacius *in l. apud Iulianum. §. vtrùm. D. ad Trebellian.* Menesses *in l. cum secundum, nu. 3. C. de fideicom.* Anton. Faber *lib. 5. coniect. cap. 7. per totum.* 13

Ex quo verissimo huius textus intellectu cognosces, nullã ex rationibus quas Doctores comminiscuntur vt probent, fideicommissi vniuersalis ius cedi non posse, id euincere; imò penitùs suadere cõtrarium. Nam quæ subtiliter adducitur ab Anton. Fabro *dict. erro. 1.* & melius *dict. lib. 5. cap. 7.* nempè Senatus Consulti Trebelliani verba eum duntaxat casum comprehendere, quo hereditas restituitur ei, cui testator iussit, eique tantùm ius cõpellendi concedi, optimus text. *in l. sed si ante, D. ad Senatus Consultũ Trebell.* alias Trebelliani Senatus Consulti forma priuatorum pactis subuerteretur: quam rationem considerat etiam Ioan. Baptist. Thoro *3. tom. compend. decision.* verb. *cessio meditetatis, ante medium*, Emanuel Soarez *in addit. ad Anton. Gomez 1. tom. variar. cap. 5. num. 6. lit. C.* Rolandus à Valle *dict. cons. 28. numer. 35.* licèt rectè demonstret, heredem grauatum de restituendo, alij delegari non posse; ex eâ tamen potius probari videtur, fideicommissum rectè cedi, cùm cessionarius non suo, sed fideicommissarij nomine restitutionem debeat postula- 14

re

re iuxta *dict. l. seruo inuito, §. fin.* Fusarius qui innumeros refert *dict. quæst.* 524. *nu.* 8. inquam sententiam descedit etiam Noalis *d. casu* 2. *à n.* 32. vbi *nu.* 35. asserit post agnitum fideicommissum, cedi & vendi posse, vt cessionarius suo nomine agat.

Eodem † etiam modo dilues aliud
15 fundamentum, quo motus fuit D. Pichardus *in dict. §. restituta, nu.* 41. scilicèt, ideo fideicommissum vniuersale cedi non posse: quia cùm vniuersalis fideicommissi restitutio, actiones actiuas, & passiuas secum trahat, & fideicommissarius conueniatur à creditoribus *dict. §. restituta*, cum aliis: hæ passiuæ actiones cedi, vel in alium transirè non possunt, quàm in eum, cui ex testamento restituitur hereditas, cùm passiuæ actiones cedi non valeãt vt dicemus *quæst.* 9. huius tituli. Satisfacies enim facilitèr si dixeris, cesso fideicommisso vniuersali, actiones tan actiuas, quàm passiuas fideicommissario, & in eum dari, solùmque earum vtilitatem in cessionarium transferri: vt videmus *f.* in hærede, qui etsi ce-
16 dat, vel vẽdat hæreditatem, nihilominus hæres manet, & conuenim potest à creditoribus hereditariis, *l. 2. C. de hered. vel action. vẽdit.* Vvesembec. *ad tit. D. eodem tit. num.* 5. Maranta *in l. si actor, D. de procuratoribus, nu.* 42. & 48. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 10. & 11. Ant. Gomez 2. *tom. Var. cap.* 2. *nu.* 5. & solùm vtilitas actionis in cessionarium, vel emptorem hereditatis transfertur *dict. l.* 2. *l. emptor* 5. *C. de hered. vel action. vendit.* Licèt † e-
17 nim Virgilius *dict. cap.* 10. *numer.* 16. existimet, hereditatem non aditam, sicut neque fideicommissum cedi non posse, in hoc tamen audiendus nõ est, cùm certiùs sit, hereditatem siuè fideicommissum vniuersale ante aditionem, vel agnitionem cedi posse, ex ipsaque cessione eius aditionem induci, vt in terminis fideicommissi vniuersalis, & hereditatis, resolut & decisum refert Ioan. Bapt. Thoro *tom.* 3. verb. *cessio medietatis*, diximus latè *sup. tit.* 2. *quæstion.* 3. Ita † etiam ius 18
substitutionis pupillaris licèt delatum non sit, cedi & vendi potest, *l.* 2. *§. illud, D. de hered. vel action. vendit.* de cuius intellectu Iulius Paccius *centur.* 1. *quæst.* 11. Forcatulus *dialogo* 55. *num.* 8. videndus Guid. Pap. *decis.* 232. vbi per totam agit, an spes fideicommissi, vel substitutionis, ante diei, vel conditionis euentum cedi, vel renunciari possit in alterius fauorem? De quo infrà *quæst.* 10. agemus.

Hæc apertè † probant: & apud me 19
sine dubio est, fideicommissum vniuersale cessibile esse, vt contendit. auctor damnatus, quem refert Ant. Faber *dict. error.* 1. & ipse dubitat *dict. lib.* 5. *cap.* 7. in fine, Anton. Gomez 1. *tom. Var. cap.* 5. *num.* 6. licèt ad id malè expendat *d. §. ex asse*: et de iure Regio indubitabile est, tametsi cogitandum relinquat Greg Lopez *in d. l. fin. tit.* 5. *p.* 6. verb. *al otro.*

Satisfactum est iam secundo fundamento, quod interpretes adducunt vt probent, non quicquid transmissibile est, cessibile esse. Accedamus ad tertiũ, quod considerat Tiraquellus, scilicèt † quòd etsi sepulchrorum iura 20
ad heredes transeãt, *l. vel quæ in princ. D. de religios. & sumptib. l. ius sepulchri, C. eod. tit.* tamen cedi nõ possunt, *l. quia perinde, §. 1. D. ad Trebell.* Plaza *de delictis, c.* 47. *n.* 4. Noalis statim referẽdus *n.* 8. ex quo colligit Tiraquellus non omnia, quæ trãsmitti possunt, per cessionem posse transferri.

Cui † difficultati, omissa distinc- 21
tione sepulchri familiaris, & hereditarij: et an iura sepulchrorum ad heredes extraneos, fideicommissarios, vel maioratus successores trãseat, de quibus videndi Osualdus ad Donell. *lib.* 4. *com. cap.* 1. *lit. X. & lib.* 7. *capit.* 25. *lit. D.* Iacob Cuiacius *lib.* 20. *Paul. ad edictum ad dict. l. quia perinde*, Anton. Gomez *tom.* 1. *Variarum, cap.* 5. *numer.* 29. elegãtèr Gasp. Ant. Thesaur. *lib.* 1. *quæst. Forens. quæst.* 11. *per totã.*

D. Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 24. *à n.* 35. Fusarius *de substitut. q.* 635. Franc. Tondutus *quæst.* 4. *beneficial. cap.* 73. *à num.* 16. Noalis *de transmissione casu* 59. *per totum*, omninò videndus Rachineus *lib.* 13. *contro. cap.* 90. Dicēdum est ex *dict. l. quia perinde, §.* 1. nō
22 probari, iura sepulchrorum cedi non posse, sed tantùm quòd in fideicommissarium non transeunt: nec est recta illatio, hoc non trāsit in fideicomissarium, ergo cedi non potest: cùm innumera quæ in fideicommissi restitutionem non veniunt, quæ congerit Fusarius *quæst.* 624. *cum sequentibus*, cessibilia esse certissimum sit. Et † sepulchri, quod ad heredem extraneum
23 transit, cedi, vendi, & in eo iure fieri executio poterit ad instātiam creditorum, vt multis relatis firmā Gutierrez *de gabell. quæst.* 9. *à num.* 22. Barbosa *de officio Parrochi, cap.* 26. *num.* 18. Noguerol *alleg.* 36. *à num.* 21. nouitèr Acosta *de priuileg. credit. reg.* 3. *ampl.* 53. *num.* 108. quicquid dicat Paladorius *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 5. *part.* §. 3. *num.* 28. qui eius sententiæ fuit, quòd incapellis, etsi alia bona deficiant, executio fieri non potest, quē sequitur Rodriguez *de executione, c.* 5. *num.* 66. Hermosilla *in l.* 15. *glos.* 1. *nu.* 62. *tit.* 5. *part.* 5. Et vsum † sepeliendi
24 ratione situs, & loci dignioris Ecclesia vendere potest absque labe simoniæ, quod consuetudine receptum videmus, vt relati testātur, & Beltraminus *in addit. ad Greg. XV. decis.* 145. *n.* 10. Hermosilla *in l.* 15. *titul.* 5. *part.* 5.
25 *glos.* 1. *num.* 9. 10. *&* 62. licèt Molina *dict. cap.* 24. *num.* 40. prædictam consuetudinem irrationabilem dicat, quē improbat Gratianus 1. *tom. disceptation.* 110. *à num.* 1. *ad* 13.

Vltrà † quia longè differt, quòd ius sepulchri de perse cedatur, quàm quòd in heredem transeat, qui successor vniuersalis est: nam illud speciali ratione prohibitum extat; hoc verò permissum est, *l. quædam, D. de acquir. rer. dominio*, ibi: *Quædam quæ nō possunt sola alienari, per vniuersitatem transeunt, l. in modicis* 24. *l. æde sacra, §. intra macerię, D. de contrah. empt.* vt in terminis cessionis arguit Nicol. Noalis *de transmissione casu* 1. *nu.* 232. *in fine.* Vt videmus † in iure patronatus, quòd perse cedi, vendi, vel donari non potest, cum vniuersitate tamen bonorum in emptorem, cessionariū, vel donatarium transit, *cap. ex literis, cap. cū sæculum de iure patronatus, l.* 8. *tit.* 15. *part.* 1. plenissimè Lambertinus *de iure patronatus* 2. *part. libr.* 1. *q.* 5. *art.* 11. *cum seqnent.* omninò videndus Hermosilla *in l.* 15. *titul.* 5. *part.* 5. *glos.* 4. *&* 5. *per totam*, magis in terminis Riccius *collect.* 1731. *part.* 5. Burgos de Paz *cons.* 31. *à num.* 14. Noalis *de transmissione casu* 60.

Hīc † obiter adverto, quòd patronus licèt ius præsentādi pro vna vice ce- 27
dere possit, vt ex Crauetta *cons.* 191. *num.* 2. tradit Hypol. Montaner *in addit. ad Olibanum de actionibus part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 35. Roland. à Valle *cons.* 28. *num.* 25. *vol.* 2. (& iuxta Seraphinum *decis.* 456. *num.* 4. quem sequitur Iacob Cancerius 1. *part. var. c.* 12. *num.* 14. patronus potest donare ius præsentandi, reseruato sibi iure patronatus quoad alios effectus) tamen ius præsentandi ad capellaniam vacaturam cedere non potest, vt ex Abbate *in cap. fin. num.* 6. *de concess. præbēdæ*, tenet D. Lara *de anniuers. & capellaniis lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 24. Et an mandatum ad præsentandum cùm succedat vacare beneficium iuris patronatus validum sit, & præsentatio eius virtute facta sustineatur? videndus Caldas Pereira *de iure emphyt. quæst.* 6. *de nominat. emphyt. num.* 22. (vbi etiam asserit, eum, qui non potest cedere ius eligendi, posse constituere procuratorem specialem ad eligendum) Golinus *de procuratoribus* 2. *part. cap.* 5. *numer.* 192. Marescotus *lib.* 2. *var. c.* 33. *num.* 1. *&* 2. Similitèr † nec patronus 28
ius, quòd habet petendi alimenta ab Ecclesiâ in casu paupertatis, iuxta tex-

tum

tum *in cap. quicumque, cap. decernimus* 16. *quæst.* 8. *cap. nobis. de iure patronatus* (de materiâ, & quæ concurrere debeant vt patrono alimenta debeantur: videndi Lambertinus *lib.* 3. *quæstion.* 3. *in princ. art* 7. *cum sequent.* Surdus *de alimentis tit.* 7. *quæst.* 32. *& tit.* 1. *quæst.* 54. *& tit.* 7. *quæst.* 34. *num.* 1. Tuschus *lit. P. conc.* 139. Farinacius 2. *tom. posth. decis.* 201. Ferro *de præcedentiis, quæst.* 34. *num.* 2. Mancius *in patrocin. debitor. decad.* 3. *quæst.* 4. *nu.* 95. Solorzano *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 24. *nu.* 105. Costa *de remed. rem.* 106. *illat.* 2. *nu.* 4.) alteri cedere potest, Surdus *de alimentis tit.* 9. *quæstion.* 22. *& tit.* 7. *quæst.* 32. *à num.* 13: ex Panormitano tãtùm idem probat Carleual *de iudiciis lib.* 1. *tit* 3. *disput.* 20. *num.* 1. *infine.* Est enim † regulare, 29
vt alimenta futura cedi non possint cùm cohæreant personæ, licèt præterita rectè cedantur, Surdus *sup. tit.* 8. *priuileg.* 55. *& cons.* 169. *num.* 11. Plaza *de delictis, cap.* 47. *nu.* 6. Farinacius *dict.* 2. *tom. decis.* 113. Molfesius *ad cõsuet. Neap. p.* 5. *tit. de alimentis quæst.* 10. ex Gratiano, & aliis Marius Giurba *ad consuet. Messan. cap.* 7. *glos.* 15. *part.* 1. *à nu.* 7. *&* 21. Carualho *de vna & altera quarta part.* 3. *à nu.* 149. Pacificus *de Saluiano interdicto inst.* 3. *c.* 2. *numer.* 924. Carleual. *sup. à n.* 1. *&* 7. qui ex laudatis nullum retulit præter Surdum, Galleratus *dict. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 123. Neque super alimentis futuris ex testamento debitis transactio valet; secus si ex contractu debeantur *l. cum hi, §. si cum lis, l. post rem iudicatam in fin. D. de transactionibus*, vidẽdi de materiâ Surdus *titul.* 8. *priuileg.* 56. Mantica *de tacitis lib.* 26. *tit.* 3. Alexan. Trentacinq. *lib.* 1. *var. tit. de alimentis resol.* 1. *à num.* 9. Robertus *lib.* 4. *sent. cap.* 19. Duarenus *lib.* 1. *disput. cap.* 44. Mancius *dict. decad.* 3. *quæst.* 9. *à num.* 41. Thoro *voto* 34. *num.* 26. Cãcerius 1. *part. var. cap.* 16. *à num.* 6. vbi *num.* 8. limitat, nisi transactio vtilis esset, sequitur Latro *decis.* 19. *nu.* 7.

Enincitur (vt ad quæstionem nostram redeamus) nostræ sententiæ nõ aduersari tertium fundamentũ, quod ex Tiraquello deduximus: minusque † 30
obstabit aliud, scilicèt actionem directam cedi non posse, vt diximus *supra hoc titulo quæstione* 1. cùm tamen ad heredes actiuè, & passiuè trãseat, vt arguit Calda's Pereira *de nominatione emphyt. quæst.* 7. *num.* 53. Nam dices, quòd vt verificetur, omnem actionem, quæ in heredem transmittitur, cessibilem esse, sufficit vtilem dũtaxat actionẽ transferri, quæ ità cedi potest, vt directa penes cedentem, & eius heredem sine vsu, & sine effectu maneat, vt suo loco dicam. Id enim contendimus, omnem actionem, quæ transmissibilis est ad hæredes extraneos, quoad vtilitatẽ cessibilẽ etiã esse, & in cessionarium trãsferri ad quod sufficit, vtilem tantùm actionẽ in cessionarium transire, licèt directa apud cedentem, vel eius heredem maneat.

Denique, † neque hanc nostram sententiam turbat, quod *sup. quæst.* 2. 31
num. 24. diximus scilicèt actionẽ seu ius expellendi conductorem ad vsum proprium, licèt cessibile non sit; tamẽ ad heredem transire. Nam in hoc nulla specialitatis ratio est, inter cessionem, & transmissionem, ità vt vni magis, quàm alteri tribuamus: nam in heredem ideò ius expellendi trãsit, quia ad eum dominium rei locatæ pertinet, quâ ratione quilibet rei locatæ dominus, licèt singularis successor, vel emptor sit, idem ius habebit. Nec obstabit opinio eorũ quos retulimus *dict. quæst.* 2. *num.* 25. qui sentiunt, ius expellendi conductorem, in singularẽ successorem, aut emptorem rei non transire. Quia verius credo, emptorẽ ad vsum proprium posse expellere cõductorem, & idius simùl cum reidominio in ipsum transire, ad exemplum aliorum iurium, quæ licèt cedi non possint; tamen transeunt in singularẽ successorem, vel emptorem rei, cuius ratione id ius competit, vt ferè in eãdem

dem specie diximus *dict. quæst. 2. nu. 29.* Cùm igitur ius expellendi conductorem ad vsum proprium effectus dominj sit, quo iure locator ipse, aut eius heres vti non poterunt, si rei locatæ domini esse desierint, consequens est, vt in emptorem, & singularem successorē rei, iushoc transeat, qui quoad expellendi conductorem facultatem, potius ius habet quàm vniuersalis successor, seu heres: cùm regulariter possit conductorem expellere, absque vsus proprij necessitate, *l. emptorem, C. de locato, l. qui fundum, D. eodem tit. l. 19. tit. 8. part. 5.* Surdus *decis. 265.* Intriglio: *cons. 29. à num. 1.* D. Valençuela *cons. 76. & 78.* Addentes ad Molinā *lib. 1. cap. 21. nu. 1.* Marescotus *lib. 1. var. c. 18.* Ioan. Baptist. Thoro *1. tom. comp. decis.* verb. *alienatio rei alteri,* Ant. Faber *de error. prag. decad. 6. error. 4. & decad. 24. error. 3.* Fachin. *lib. 1. controu. c. 88.* quod hæredi nō licet: quia locationis contractus ad hereditē trāsit, *l. viā, C. de locato, l. sed addes 19. §. ex cōducto, D. locati,* Osuald. ad Donell. *lib. 13. com. cap. 8. lit. H.*

32 Hic † opportune agi poterat, quâ ratione, cùm priuilegium prælationis mulieri pro dote competens, in eius heredem extraneum non transmittatur, accidat vt transeat incessionariū: sed reicimus disputationem *ad tit. 6. quæst. 2.* vbi latè agendum erit.

33 Agamus † iam de naturali obligatione; & an cessibilis sit: Et solam naturalem obligationem cedi posse, *ex l. si eius pupilli, §. quod si heres, D. ad Trebellian.* tradit Tiraquell. *dict. §. 26 glos. 3. num. 16.* ex Bart. *in l. 1. §. fin. D. de noui operis nunciat.* & Aretino *in l. huiusmodi, D. eodem titulo,* tenet Capycius Latro *decis. 16. num. 40.* Cencius *de censibus quæstion. 74. num. 23. vers. vbi autem cessio.* Licèt † enim ex

34 naturali obligatione actio non competat, *l. iuri gentium 7. §. sed cum nulla, vers. igitur nuda, D. de pactis;* tamē eius plures sunt effectus: nam impedit soluti repetitionem, *l. si pœnæ causa 19. D. de condition. indebiti, l. fideiussor, §. naturalis, D. de fideiussoribus.* Compensatur debitum naturale, *l. etiam 6. D. de compensat.* Et obligatio naturalis nouari potest, *l. 1. D. de nouationibus.* Eiq; accedit rectè fideiussor *dict. l. fideiussor, §. fideiussor accipi, l. res 5. D. de pignoribus, l. 4. C. de vsuris.* Et quod quis naturaliter tantùm debet, si alter se soluturum cōstituat, efficaciter obligatur, *l. 1. §. penult. D. de constit. pecun.* Ac demum omnes habet effectus ciuilis obligationis, præter actionem, vt rectè considerat Donellus *lib. 12. com. cap. 2.* vbi de naturali obligatione plura congerit Osualdus. Et in foro interiori naturale debitum soluendum esse firmat Cancerius *lib. 2. var. cap. 1. à num. 104.* & ex Couarr. Matienzo, Menoch, Mantica idē probat Scobar *de vtroque foro, art. 1. de defectu veritatis, §. 2. casu 2. nu. 37. fol. mihi 31.* Giurba *ad consuet. Messan. 1. part. cap. 2. glos. 8. num. 10.* Carpio *de executorib. testam. lib. 3. capit. 8. num. 9.*

Quo † principio fortè ductus Vasconcellus *lib. 3. var. cap. 8.* resoluit, ius petendi iustam seruitiorum remunerationem, etiam in extraneum cedi, & transferri posse. Quæ sententia vera est, quādò seruitia & benemerita eius essent qualitatis, vt ex eis competeret actio. Possunt enim merita aliqua, & seruitia talis esse conditionis, vt pro eis cōcedatur actio, vel officium iudicis, pluribus relatis Gutierrez *de iuram. confirm. 1. part. cap. 5. num. 25. in fine,* Hermosilla qui refert Trētaciuq. *in l. 8. glos. 3. tit. 4. p. 5.* D. Solorzano *de iure Ind. 2. tom. lib. 2. c. 10. n. 57. 61. & 63. & lib. 3. c. 11. n. 57. & à n. 53.* 35

Regulariter † tamen verius dicerem, ius petendi remunerationem efficaciter alij cedi non posse: nam ex seruitiis, & meritis, neque ciuilis, neque naturalis actio oritur, quâ alium nobis obstrictum habeamus, siuè quæ vinculum habeat necessarium Pinel. *in l. 1. C. de bonis maternis 3. part. n. 60.* 36

sin-

singularitèr Leotardus *de vsuris quæstion.14.num.12.* vbi quòd nemo inuitus cogitur ad remunerandũ, quia quod naturaliter debetur, ab inuito exigi non potest, quod ex variis iuribus comprobat: et ex Seneca *de beneficiis, cap.14.* ibi: *Etiam atque etiã cui beneficium des, cõsidera; nulla actio rei, nulla repetitio. Erras si existimas succursurum tibi iudicem.* Vndè Gutierrez *vbi proximè num.27.* asserit, eum cui factum est aliquod seruitium, non præcisè obligari ad remunerandum: neque enim omnis æquitas naturalis sufficit ad constituendam naturalem obligationem: neque qui merita, vel seruitia in alium confert, id efficit cõtrahendæ obligationis animo, sed potius exercendæ liberalitatis affectu, *arg.tex.in l.interdictũ 13. D. de precario*, ibi: *Magis ad donationes, & beneficij causã, quã ad negotij contracti, spectat precarij cõditio, l.2. tit.27.p.2.* ibi: *Non por miedo de pena, ni por codicia de galardon q̃ esperẽ*, exornat Schifordeg. *lib.3. tract.26. quæst.1. per totam.* Cùm igitur remuneratio ex alterius voluntate pendeat, ius petendæ remunerationis efficaciter cedi non poterit, facit elegantèr Giurba *de succes. feud. §.2. glos.5. num.23.* vers. *ego*, ibi: *Quod enim debitum est sub spe, quæ ex mera alterius voluntate pendeat, non verò ex fortunæ iudicio, & euentu, non potest deduci in pactum*, ex Bart. Bald. & Castrẽs. tradit Peregrinus *decis.106. nu.16.* Petra *de Principis potestate, cap.32. num.35.* conducit etiam Mieres *de maioratibus in initio 2.part.num.498. & 506.* Hermosilla *in l.13. tit.5. part.5. glos.1. num.11.* qui ex Tuscho tradit, ius inspe licèt possit cedi, vendi, vel remitti, si est radicatũ de præterito, vel de præsenti: cedi tamen non posse, si ex alieno arbitrio penderet.

37 Nec† quicquam in contrarium facit, id quod communiter dici solet, naturali ratione nos obligari ad remunerandum, & vt benefacientibus benefaciamus, quod hominibus, & brutis cõmune esse ex bonarum literarum auctoribus probat Tiraquellus, & alij relati à Matienzo *in dialog. relator. 2. p. cap.4. num.4.* Trancredus *de matrimonio lib.16. disp.4. quæst.2.* vbi quòd donans acquirit obligationem quâ donatarius tenetur ad antidora, & recõpẽsationem: in id facere videtur optimus *tex. in l. sed etsi, §. consuluit, D. de petit. hered.* ibi: *Ad remunerandũ aliquem sibi naturaliter obligari posse.* Ex quo tex tu donatarium naturaliter obligari ad remunerandum, & solutũ ex causa remunerationis repeti non posse, nouiter defendit Hunnius *var. resol. iur. ciu. lib.3. tract.3. part.2. quæst.4.* Nam respondetur verbum *naturaliter in dicto §. consuluit*, accipiendum non esse de iure naturali, ex quo obligatio naturalis descendit, sed potiùs significare, id quod instinctu, & impetu naturæ absque aliquâ obligatione præcisa fieri solet: naturâ enim, nõ solum hominibus, sed & brutis insitum est, vt beneficium acceptum rependant, & remunerẽtur, absque aliquâ tamen præcisâ naturali obligatione, facit *dict. l.2.* ibi: *Cada galardon a los que bien hazen, es cosa que conuiene mucho à todos los omes*, vidẽdus latissimè agens Pinel *sup. ad num.60.* latiùs Cutell. *de donationib. contẽp. matrim.1. tom. tract.1. disc.2. part.13. num.15.* Schifordeg. *d. tract.26. quæst.5.* Osuald. ad Donell. *lib.12. com. cap.2. lit.O.*

Vndè† cùm ex bene meritis nulla actio ciuilis, neque naturalis, vel officium iudicis competat, nullo modo cedi poterit ius petendi iustam remunerationem: cùm inefficax sit non solùm ad agendum, sed adretinendum Petrus Faber *ad leg. cùm amplius 84. D. de reg. iuris*, fateor tamen in alium posse transferri, quoad hoc, vt qui seruitia accepit, ei inquem translata sunt, se exerceat liberalem; ad quod naturali quâdam ratione, non verò iuris naturalis, seù iustitiæ necessitate tenebitur. Nec† his oberit *l.1. §. & 7. tit.27. part.2.* vbi expressis verbis asseritur, ius

38

39

ius petendi remunerationem seruitiorum vxori & liberis cõpetere, proximiorique consanguineo, vel extraneo, cui ius hoc translatum, vel legatum fuit, eisque ad exigendum actionẽ cõcedi: Quia prædictæ leges procedũt in seruitus, & benemeritis, quibus certa est designata remuneratio, & pro quibus leges actionem speciali ratione tribuunt: hæc enim in vxorẽ, liberos, & consanguineos transeunt, & in extraneum efficaciter transferri possunt: nos verò loquimur de aliis seruitiis, quæ etsi naturali instinctu obligent ad remunerandum; non tamẽ iure naturali, ita vt obligatio naturalis descendat, ex aliis Altamirano *in l. 3. C. de filiis officialium, capit.* 25. *&* 26. vbi latè quòd ex benemeritis nulla actio competit, neque in filios potest transferri. Et de remuneratione seruitiorum erga parentes, vel Principem, Marius Cutell. *dict. part.* 13. *per totam*, elegantissimè, & solitâ eruditione D. Solorzano *de iure Indiar. 2. tom. lib. 2. cap. 1. à num.* 48. *& dict. c.* 10. *num.* 55. Garcia *de donatione remuneratoria, à num.* 13. Et pro nostra sententia facit Noalis *de transmiss: casu* 23. *num.* 10. ibi: *Quia huiusmodi obligatio naturalis ad antidora, vel ad remunerandum, est personalis, & non trã sit ad alios.*

40 Diximus † de naturali obligatione: inspiciamus iam, de officio iudicis: quod an duplex, vel triplex sit, disputant & dubitant Doctores, vt videre erit ex relatis à Zeuallos *commun. tomo* 1. *quæst.* 40. plures congerit Hypolit. Montaner *in addit. ad Oliban. part.* 2. *lib.* 1. *c.* 14. *nu.* 3. Bellonus *de his quæ fiunt in continenti lib.* 2. *cap.* 94. *num.* 9. vers. *nullibi*, latè de hoc officio iudicis, & de eius diuisione, Ioã Baptist. Costa *de remed. subsid. remed.* 33. *per totum*. Obtinuit tamen, vt ipsi resoluũt, duplex esse, nobile scilicet, & mercenarium, idẽ placuit Parladorio *in exquicẽt. differ.* 34. Nobile dicitur, quod loco actionis, vel exceptionis datur, actione & verbis edicti cessantibus: quod sola æquitate nititur, & nullam supponit obligationem, *l. qui per collusionem, §. fin. D. de action. empti, l. quintus, D. de annuis legat.* Gratus *resp.* 21. *num.* 33. *lib.* 1. Natta *cons.* 171. *num.* 13. Surdus *cons.* 142. *num.* 4. Aluar. Valascus *consult.* 172. *à numer.* 9. Mercenarium verò appellatur, quod deseruit actioni, vel exceptioni, *§. fin. vbi Doctores, Institut. de officio iudicis*, Parlador, & Montaner vbi proximè, apud quos plura inuenies vtilia de hoc duplici iudicis officio, & quomodo ab actione differat; vbi etiã quæ possit index ex officio facere, de quibus fere integrum tractatum habes apud Asiniũ *de executione, §. 3. per tot.* Grasis *de exceptionibus, except.* 13. *&* 26. Valenzuela *cons.* 86. *à num.* 56. Olibanus *dict. cap.* 14. Et an actionis appellatione iudicis officium comprehendatur? vltrà relatos Intrigliolus *cons.* 4. *à num.* 23. *&* 76.

Nos † verò de officio iudicis nobili inquirimus, an cessibile sit? & regularitèr cedi posse testatur Iason, & Doctores *in l.* 1. *§. Vsufructuarius, D. de noui oper. nunciat.* Tiraquell. *d. glos.* 3. *num.* 14. Surdus *de alimentis titul.* 9. *quæst.* 22. *num.* 6. *& cons.* 444. *nu.* 13. Paulus Galleratus *de renunciat.* 2. *tom. renunc.* 33. *num.* 2. *& tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 49. *iusine*, Montaner *sup. n.* 28. vbi *num.* 27. quòd etiam ad heredes transmittitur, Cõcius *de censibus quæstion.* 72. *num.* 23. Capycius Latro *decis.* 10. *num.* 40. Qua ratione procurator in rem suam officium iudicis implorare poterit, iuxta Bertazol. *claus.* 29. *glos.* 4. *num.* 4. *in fine.* Et fideiusori, vel correo soluenti omnem actionem cedendam esse, etiam naturalem, & officium iudicis, probat Mercurialis Merlinus *de pignorib. & hypothec. lib.* 4. *quæst.* 72. *num.* 11. 41

Sed † quia res exemplis melius demonstratur, comprobari id potest, in restitutione in integrum, quæ iudicis officio nobili petitur, Parlador. Tiraquell. 42

quell. Surdus vbi proximè, qui ex hoc arguũt, cessibile esse beneficium restitutionis in integrum, & probat textus *in l. quod si minor 25. D. de minoribus*, ibi: *Compellendus est ei cedere beneficiũ in integrum restitutionis*, *l. minorem, D. de admin. tut. l. alterius 20. §. 1. D. de tutelis*; vbi Gothofredus *lit. B.* sequuntur idem Surdus *de alimẽtis tit. 8. priu. 55. num. 2.* Guid Pap. *decis. 141 nu. 2. vbi Add.* D. Lara *de vita homin. cap. 28. nu. 52. & cap. 25. nu. 109.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 189. num. 147.* Noalis *de transmissione casu 43. num. 29.* Barbosa & alij quos sequitur Oſuald. ad Donell. *lib. 21. com. cap. fin. lit. E.* Anton. Faber *C. de in integrũ restit. defin. 4. & in notis, nu. 1.* Carualho *dict. 3. part. num. 150.* Montaner *d. part. 2. lib. 1. cap. 4. nu. 35.* nouiter Acosta *de priuileg. credit. prælud. 2. nu. 28.* Bart. & Crauet. tantùm relatis, idẽ probat Mesa *lib. 1. c. 20. n. 9.* Et quandò minor aduersus cessionem huius beneficij restituendus sit? Ant. Faber *dict. defin. 4.*

43 Restitutionis † tamen in integrũ beneficium cedi non posse, ex eo suaderi videtur, quod hoc beneficiũ personale dicitur, *l. exceptiones, D. de exceptionibus, l. Stichũ, §. quod vulgo, D. de solutionibus*: ac per consequens in cessionarium transire non poterit, iuxta latè dicta sup. *hoc tit. quæst. 1.* In confirmationem facit, remedium hoc extraordinarium esse, *l. in causæ, D. de minoribus*: ex quibus rationibus in dubiũ reuocat Acosta *à num. 29.* an restitutio in integrum ad heredes minoris transeat?

Sed adhuc à superiori sententia nõ recedas, quæ expressis iuribus nititur:
44 quia † sicùt in heredem transit restitutionis beneficium, *l. minor 18. §. vltim. D. de minoribus, l. non solum, D. de restitut. in integrum, l. ea quæ, §. vlt. C. de temporib. in integ. restit.* Noalis *dict. casu 43. per totum*, omnino videndus *& casu 8. nu. 4. & casu 23. nu. 7.* Larrea *decis. 31. n. 23.* Acosta qui dat alios *n. 29.* vltrà quos Donellus *libr. 21. com. cap. 14.* Ant. Faber *de error. prag. decad. 34. error. 8.* Virgilius *de legitimat. personæ. cap. 2. nu. 7.* Cancerius *3. tom. var. cap. 21. à nu. 184.* Ita etiam in cessionarium transibit, vt in induiduo arguit Acosta *dict. tract. de priuileg. credit. reg. 2. ampl. 6. n. 125. & 121.* Ratio verò quare beneficium hoc ad heredes, & cessionarios trãseat, multiplex reddi potest, interquas veriorem existimo, quam tradit Donellus, & Acosta, quòd restitutio licèt personam minoris concernat, causam etiam respicit, quæ vbi commodum minoris vertitur, non solùm eius successori, sed & fideiusori competit. Neque oberit restitutionis beneficium extraordinarium esse: quia † persecutiones etiam 45
extraordinariæ ceduntur, vt ex pluribus rectè probat Oſualdus *dict. §. fin. lit. E.*

SVMMARIVM.

1 *Actiones aliæ actiuæ, aliæ passiuæ sunt.*

2 *Actiones passiuæ an cedi possint?* & à num. 8. *resolue* vt num. 21.

3 *Expenditur* tex. in l. si actor 29. D. de procuratorib. l. planè 3. in fine, D. famil. erciscund. & nu. 23.

Debitor potest procuratorem in rem propriam constituere. ibid.

4 *Emptor vel donator rei cum onere solũendi creditores venditoris, vel donantis, potest ab ipsis directè ad soluendum conueniri, &* num. 25.

5 *Donatarius partis, vel omnium bonorũ; heres vel vniuersalis successor non est.*

Hereditas, & vniuersalis successio ex contractu dari non potest. ibid.

6 *In donatariũ omnium, vel partis bonorum iura actiua, & passiua transeunt: & à creditoribus donantis conueniri potest,* & nu. 16. & 26.

7 *Fiscus succedens ex confiscatione bonorum*

norum, creditoribus respondere tenetur, & in eum iura actiua, & passiua transferuntur.

3 Actiones passiuæ nostræ non sunt, sed creditoris, in cuius bonis esse dicuntur.

9 Nomina debitorum defuncti in inuentario bonorum eius sunt describenda non tamen debita, quæ ipse debet.

10 Nominis, quod ego debeo, vsusfructus mihi rectè relinquitur.

Nomen, quod ego debeo, potest mihi ex noua causa esse obligatum.

11 Creditoris mei si ex alia causa creditor esse incipiã, an in nomine, quod ego ei debeo, cuilibet eius creditori anteriori sim præferendus? Et an hinc inde contracto debito, compẽsatio ipso iure fiat, in præiudiciũ creditoris anterioris?

12 Possessionis passiuæ probatio, veluti solutio pensionis, vel census, dominũ rei, neque possessionem non probat, etiam quoad manutentionem. Alia res est, respectu eius cui soluitur.

13 In fideicommissarium vniuersalem, vt vtiles actiones restituta hereditate transeant, S. C. Trebelliani auctoritas fuit necessaria.

14 Is, cui libertatum conseruandarum gratia bona addicuntur, ex speciali D. Marci Edicto, à creditoribus hereditariis vtilibus actionibus conuenitur.

Creditoribus quandò directa actio cõpetat aduersus eum, cui libertatis causa bona addicuntur. Conciliatur l. 3. D. de fideicom. libertatib. cum l. 4. §. penult. D. eod.

15 Inuentarium an facere teneatur is, cui libertatum conseruandarum causa bona addicuntur?

16 Donatarius omnium bonorũ quãdò à creditoribus donantis possit conueniri.

17 Vsufructuarius omnium bonorũ, vel hereditatis, an à creditoribus conueniri possit, & quæ oncra, vel tributa soluere teneatur?

18 Vsufructuarius, an sine cessione proprietarij agere possit, vel debita exigere remissiue.

19 In vsufructuarium à lege, iura actiua, & passiua transferuntur.

20 Emptor hereditatis an possit conueniri per creditores hereditarios: Et quid si à Fisco hereditatem compararet.

21 Actiones passiuæ cedi nõ possunt, & quid si creditor consentiat?

22 Creditor inuitus mutare non cogitur debitorem, vel fideiussorem, etiamsi alius æquè idoneus subrogetur.

23 Agitur de intellectu l. si actor, D. de procuratorib. l. planè, D. famil. erciscund. l. fin. §. Titius, D. de condict. indeb.

In quo differat procurator in rẽ propriã ex parte actoris, seu creditoris: et procurator in rem propriã ex parte rei seu debitoris. ibid.

42 Onus debiti hereditarij, quod pro hereditarijs portionibus soluendum erat, si in iudicio familiæ erciscundæ vni ex coheredibus imponatur, possunt creditores non obstante illa adiudicatione aduersus alios coheredes pro rata agere.

25 Emptor, vel donatarius rei, cum onere soluẽdi creditoribus, ab eis conueniri non potest, secus de Iure Regio.

26 Donatarius omnium, vel maioris partis bonorum, quãdò à creditoribus donantis possit conueniri.

27 Fiscus succedens ex confiscatione, vel alio modo, heres anomalus dicitur, & in eũ iura actiua, & passiua transferuntur.

28 Fiscus si cedat iura, vel bona sibi ex confiscatione, vel alia causa quæsita, an cessionarius perindè ac ipse fiscus possit à creditoribus conueniri?

Fiscus succedens ex confiscatione, an teneatur filios delinquentis alere, vel dotare filias? & quid in cõfisca-

cationeob delictum læsæ Maiestatis?

29 *Cessionarius Fisci tenetur alere filios delinquentis, quos ipse alere teneretur.*

In præstatione alimentorum, ad quæ cessionarius Fisci tenetur, non est habenda ratio quantitatis, quam ipse Fisco intulit, pro obtinenda cessione.

31 *Pater adrogator conuenitur à creditoribus filij adrogati, quia in eum iura actiua, & passiua transeunt.*

32 *Fiscus si inuentarium bonorum non faciat, an vltra eorum vires teneatur?* & num. 35.

33 *Monasterio acquiruntur bona professi, & an nō solùmper professionem acquirat rerum dominium, sed & possessionem.*

34 *Monasterium conueniri potest, etiā executiuè à creditoribus Monachi professi, & quomodo sit libellus concipiendus.*

Monasterium alere tenetur eos, quibus Monachus alimenta præstare tenebatur.

35 *Monasterium vltra vires bonorum Monachi non tenetur, quamuis non fecerit inuentarium.*

Heredes qui anomali dicuntur, veluti Fiscus, Monasterium, pater adrogator, inuentarium facere non tenentur, & num. 32.

36 *Is, cui pertinet spolium bonorum Prælati, eius creditoribus, & famulis pro salariis respondere tenetur.*

De spoliis Episcoporum, remissiue.

37 *Is, cui ex priuilegio, vel consuetudine bona Ecclesiæ vacantis pertinent, ad debita, & salaria tenetur.*

QVÆSTIO IX.

Actiones passiuę an cedi possint, vel transeant in singulares successores? Nonnullis distinctis casibus, magis quàm hactenùs, explanatur.

DIximus suprà, & ex multis probauimus, omnia iura, & actiones regulariter cedi posse: sed cùm † iurium quæ in actionibus cōsistunt, alia actiua, alia passiua sint: vndè actiones alias actiuas, alias passiuas esse vulgò dicunt interpretes, vt testis est subtilissimus Ant. Faber *libr. 9. coniect. cap. 15. in prin.* Opportunè † nunc quærendum est, an actiones, & iura passiua per cessionem transferri possint, & transeant in singulares successores? 2

Et † pro affirmatiuâ, quòd actiones passiuę cedi possint, facere videtur expressus *text. in l. si actor, D. de procurat.* in quo debitor trāfert in aliū actionē, cui ipse obstrictus, & obligatus est, verba textus sunt: *Si actor malit dominum potius cōuenire, quā eū, qui in rē suam procurator est, dicēdum est, ei licere.* Et debitoris procuratorē in rem propriā cōstitui posse, probat *tex. in l. fin. §. Titius, D. de condict. indebiti*, ibi: *Titio debitori, an Mæuio, qui in rē suā procurator factus est.* Similiter liberū esse debitori, suo loco substituere alium, inquē actionis onus trāsferatur, docet I. C. Gaius *in l. plane 3. in fin. D. famil. erciscund.* vbi *glos.* verb. *suo loco*, alia iura refert, in quibus debitor suo loco alium substituit debitorē, & actionē passiuā trāsfert in alterū. Et debitoris cōstitui posse procuratorē in rem propriam, etiam inuito creditore, ex aliis testatur Bertazolus *d. clausul. 29. glos. 1. n. 7.* Guzman *de euictionib. q. 35. n. 112.*

4 In † confirmationem facit, quòd si vendam, vel donem tibi rem, cū onere soluendi meis creditoribus, possunt ipsi aduersus te agere, Mier. 1. *part. q.* 68. *n.* 53. Parlador. *lib.* 2. *rer. quot.* c. 3. *nu.* 25. Felician. *de cēsib. tom.* 2. *libr.* 3. *c.* 4. *nu.* 13. late Franch. *decis.* 273. vbi Amendola, Gutierrez. *de tutel.* 2. *p. c.* 17. *à n.* 11. D. Salgado *de Reg. protect.* 2. *p. cap.* 16. *nu.* 92. Hieron. de Leō *lib.* 2. *decis.* 160. *per tot.* D. Valenzuela *cōs.* 150. *à nu.* 28. Thoro *in comp. decis.* 1. *tomo*, verb. *creditores an possint*, quod fieri non posset, nisi actio passiua in emptorem, vel donatarium transiret.

5 Rursus † facit, nam licèt donatarius partis, vel omnium bonorum, neque heres, neque vniuersalis successor dicatur, imò potius bona titulo particulari, & singulari dicatur habere, Paulus de Castro *in l. hæreditatem*, *nu.* 2. *D. de donationibus*, Iacob Cancerius *part.* 1. *var. cap.* 8. *n.* 68. successio namque vniuersalis ex contractu dari non potest *l. hereditas*, *C. de pactis conuent. l. fin. C. de pactis*, D. Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 6. *& lib.* 10. *cap.* 5. Ant. Faber *C. de donationib. defin.* 4. *n.* 2. *&* 3. *& lib.* 2. *tit.* 24. *defin.* 3. Cācerius 3. *par. var. cap.* 7. *sub num.* 128. *&* 129 aliis relatis Amato 2. *tom. resol.*

6 58. *num.* 1. *&* 2. Tamen † donatoris debita ante donationem contracta soluere tenetur, & per creditores donantis directè potest cōueniri, vt post antiquiores resoluunt *ex l. cum filius*, *§. Lucius*, *D. de leg.* 2. Gironda *de priuileg. quæst.* 241. *num.* 129. Intrigliol. *decis.* 30. *num.* 2. Fontanella *de pactis nuptialibus clauſ.* 7. *glos.* 3. *part.* 7. *à n.* 56. Marius Cutell. *de donat. contemp. matrim. tract.* 2. *disc.* 1. *spec.* 29. *numer.* 16. *& spec.* 8. *à n.* 19. Cancer. 1. *p. var. c.* 7. *n.* 134. Et quòd possit cōueniri, & iura passiua in eum transeant, in indiuiduo probat Gironda sup. aliis relatis Thoro *voto* 35. *à nu.* 20. Cancerius *d. c.* 8. *n.* 68. Giurba *decis.* 62. *n.* 33. Amato *d. resol.* 58. *à n.* 13. Et in cessionariū non solùm iura actiua, sed passiua etiā trāsire, ex multis restatur Camill. Borrell. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 19. *de instrumentorum liquidatione*, *nu.* 139. Paceificus *de Saluiano interdicto in sp.* 3. *cap.* 2. *num.* 912.

Vltimò † in id considero textum 7 *in l.* 2. *C. ad l. Iuliam de vi publica vel priuata*, vbi Fiscus, qui ex confiscatione inquota bonorum succedit, licèt particularis successor sit, Parlador. *d. §.* 2 *n.* 2. tamen pro ea parte creditoribus respondere tenetur: de iure Regio idē statuitur *in l.* 10. *tit.* 2. *p.* 3. vbi Gregor. Lopez. Qua ratione confiscatis bonis delinquentis actiones actiuæ, & passiuæ transeunt in Fiscum. Vt de actionibus actiuis est text. *in l. vlt. in fin. D. de acquir. hered. l. reo criminis*, *D. de solution. l. inter socerum*, *§. vlt. D. de pactis dotalib.* Et de passiuis actionibus, *d. l.* 2. *l. cum Fisco*, *D. ad S. C. Silanianum*, vbi Gothofredus alia iura refert *l.* 2. *de aliment. leg. l. si debitori deportato*, *D. de fideiussor.* Vnū & alterū, & quòd Fiscus succedens ex confiscatione teneatur creditoribus, probat Bald. *in l. vlt. col. vlt. C. de contrah. empt. & in l. tā mandatori*, *col.* 1. vers. *sed hic occurrit*, *C. de non numer. pecunia*, Aymon Craueta *cons.* 162. *nu.* 2. Iulius Clarus, & alij quos sequitur Alexan. Trentacinq. *lib.* 1. *var. tit. de iure fisci*, *resol.* 2. *nu.* 3. Benintend. *decis.* 91. *n.* 2. Paz *de Tenuta* 2. *tom. c.* 81. *ferè per tot.* Muta *decis.* 49. *nu.* 41. pleniſsimè Intrigliol. *cons.* 22. *ferè per tot.* latiſsimè Farin. *de delictis q.* 25. *à nu.* 169. multis relatis Visconte *conc. iuris*, verb. *Fiscus tenetur*, Fontanella *de pactis nupt. clauſ.* 7 *glos.* 2. *p.* 9. *n.* 62. Osuald. ad Donellum *lib.* 17. *com. c.* 4. *lit. G.* D. Amaya *lib.* 1. *obseru. c.* 11. doctiſsimus Solorzano *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 19. *&* 36. exornat D. D. Melchior de Valentia *illustrium iuris tract.* 4. *cap.* 9. *à num.* 6. Hunnius *in Encycloped. iuris* 3. *part. tit.* 28. *cap.* 1. *numer.* 34. *&* 33. Et quandò, & ad quæ debita confiscatis bonis Fiscus teneatur? notanter prosequitur Acosta *de priuileg. credit.*

credit reg. 2. amp. 7. à n. 170. *ad* 220. omnino videndus.

8 Contraria † tamen sententia, quòd actiones passiuæ cedi non possint, neque in singulares successores transeãt verissima est, & eo fundamento manifestè probatur, quod per cessionẽ eas actiones in alium trãsferimus, quæ nostræ sunt: nam cessio est iuris proprij in alĩ facta trãslatio, vt diximus *sup. tit. 1. q. 1.* actiones verò passiuæ nostræ non sunt, neque in bonis nostris esse dicuntur, sed in creditoris, *l. postquam*, vers. *idem*, *D. de vsufructu ear. rer. l. ratio*, *C. de hered. vel action. vendit. l. mulier bona*, *D. de iure dotium*; cum aliis adductis per Ant. de Vallis *lib. 5. quæstion. 28. nu. 5.* Rodriguez *de reditibus lib. 1. q. 17. num. 17. in fin.* Negusant. *de pignorib. memb. 3. 2. part. num. 23. fol.* 17. Ant. Faber *in Iurisp. Papin. tit. 12. princ. 3. fol.* 758. Franc. Milanens. *lib. 2 decis. 10. nu. 10.* Merlinus statim referendus *nu. 3.* Cancerius *3. part. var. c.* 9 *2. num. 42.* Ex quo † infert, quod licèt omnes res inuentæ in hereditate, etiã alienæ, in inuentario describi debeãt; et etiam nomina debitorum (adde Camillũ Borrell. *in sum. 3. tom. tit. 19. n.* 82. Spinũ *de testam. glos. 35. n. 32.*) in de illis extãt instrumẽta; necnõ & debitũ quod ipse heres debebat defuncto: tamen debita quibus hereditas tenetur, & adquæ tenebatur defunctus, nõ sunt 21 in inuentario scribẽda: quia illa in hereditate debitoris non sunt, sed in bonis creditoris, in terminis refert Aretinum *cons.* 147. Calaneum *in cõs. Burg. rub. 6. §. 6.* vers. *par inuentaire*, *nu. 3.* quibus adde Gutierrez *de tutel. 2. par. cap. 1. n. 90. & 91.* qui dat alios.

Ex eo † etiã quòd actio passiua nostra nõ sit, recte deducitur, nominis, 20 quod ego debeo, vsũfructũ mihi relinqui posse, *d. l. postquã*, *§. idẽ*. Et nomẽ, 9 quod ego debeo, mihi ex nouâ causâ posse esse obligatũ dixit Franch. *decis. 53. n. 5.* Gaito *de credito c. 4. quæst. 7. à n. 328.* Cyriac. *lib. 1. cõt. 108. à n.* 11 17. *& lib. 2. cont. 224. à n.* 11. Et † an in nomine, quod ego debeo, cuilibet creditori anteriori, creditoris, & in simul debitoris mei præferendus sim? Et an hinc inde contracto debito, compensatio ipso iure fiat, etiam in præiudiciũ creditoris anteriores, videndus Gaito, & Franch. sup. Scaccia *de commerc. §. 2. glos. 5. à nu. 422.* Ant. Faber *C. de cõpensat. defin. 3.* Cancerius *2. part. cap. 6. nu. 83.* Capycius Latro *decis. 25. nu.* 27. Noguerol *allegat. 11. nu. 139.* Acosta *de privileg. cred. reg. 3. amp. 64. nu.* 21. *& in præfat. ad reg. 3. nu. 66.* Carleual, *de iudiciis lib. 1. tit. 3. disput. 27. per totam*, ex aliis Mercur. Merlinus *de pignor. & hypoth. lib. 2. q. 33. per tot.*

Et quilibet actus passiuus noster non est, sed eius in cuius fauorem fit, ex quo vnum notabile tradit Fontanella *clauſ. 7. glos. 3. part. 10. nu. 58.* & in quo plures lapsos esse testatur, licèt † possessionis passiuæ probationẽ 12 non sufficere ad obtinendam manutentionem: veluti si is qui prætenderet se in alicuius rei, vel iuris possessione esse, probaret, illius rei, vel iuris ratione, censum vel quid aliud soluisse: nam illa passiua possessio solùm prodesset ei, qui censũ recepit; nõ verò soluenti, iuxta Ripam, Felinum, & Farinaciũ quos refert. Et ex solutione pensionis, vel census, dominiũ, neque possessionem non probari, est textus *in l. si sanctiones 4. l. censualis 7. C. de donationibus*, Malcardus *cõcl. 273.* Capycius Galeota *lib. 1. controu. 9. n.* 48. Licèt ex impositione census inper domo, illius possessionem & dominiũ probari sentiat Gratianus *5. tom. cap.* 838. *num. 7. & 11.*

Cum igitur iura & actiones passiuæ nostræ non sint, in alium per cessionem transferri non poterunt. Et quod in singularem successorem non transferantur, haud leuiter adstruitur ex eo, quòd † vt in fideicommissarium 13 vniuersalem restituta hereditate vtiles actiones transeãt, Trebelliani Senatus C. auctoritas fuit necessaria, *l. 1. §. sed & quoties 9. l. refusare 6. §. 2. l.*

rogi 16.§.2.& sed etsi quis, l. ita tamẽ 27.§.si pater filium, D. ad S.C. Trebell. §. restituta, Inst. de fideicommiss. hæred. Anton. Amato tom. 1. resol. 13. nu. 11. exornat Olano lib. 4. Paralip. c. 3. ferè per totum, Ant. Gomez 2. tom. var. c. 2 nu. 5. Mantica de tacitis, & ambig. lib. 4. tit. 10. num. 22. D. Valentia illustriũ ad l. 1. D. de leg. 1. num. 22.

14 Cui † & illud concinit, quòd vt is cui libertatũ conseruandarũ gratiâ bona addicuntur, vtilibus actionibus à creditoribus hereditariis cõueniri possit, edictũ D. Marci fuit necessariũ, l. 3. D. de fideicom. liber. quod intelligẽdũ est, quãdò creditoribus cautũ non fuit: nã stipulatione interposita, ex stipulatu directa actio creditoribus cõpetit, l. 4 §. penult. D. eod. tit. quæ iura ita in cõcordiam redigenda sunt, vt notat Accurs. ibi. Et qua ratione cùm vtiles actiones cõpetant, cautiones sint necessariæ tradit D. Pichar. in princ. Inst. de eo cui libert. caut. bona addicunt. à nu. 64. videndus alitèr explicãs Carualho de vna & altera quart. p. 2. à nu. 471. vbi

15 à num. 466. an is † cui libertatis causâ bona addicuntur, ad inuentarij confectionem teneatur?

Ex hoc principio, quo diximus, iura passiua per contractũ transferri nõ posse, infert Amato sup. & variis probat, donatariũ †

16 omniũ bonorũ creditoribus donantis personalẽ actionem exercentibus, respõdere non teneri: licèt in subsidiũ alio herede non existẽte, vel si soluendo non sit, vitandi circuitus gratiâ, aliquãdo in eũ actio cõcedatur, eiusdẽ sententiæ est, Giurba d. decis. 62. n. 33. Cancer. d. c. 8. nu. 68. Gutierrez lib. 2. pract. q. 58. Mier. 1. p. q. 24. num. 112. Guid. Pap. decis. 105. Ioan. Baptist. Thorovoto 3. ferè per tot. ex Boerio, Costa, & Guid. Pap Mercurialis Merlinus de pignor. & hypothec. lib. 4. tit. 5. quæst. 143.

His † proximum est, vsufructuariũ

17 omnium bonorum à creditoribus hereditariis non posse conueniri, quia in eũ actiones passiuæ non trãseunt, sed in heredẽ: adquem onus soluendi debita spectat, non ad vsufructuarium, innumeris relatis Castillo de vsufructu c. 59. ferè per tot. Griuell. decis. 73. Iacè Rodriguez de executione, c. 4. à nu. 25. Parlad. lib. 2. rer. quot. c. fin. 4. p. §. 2. n. 7. Thesaur. q. Forens. q. 32. Belion de his quæ fiunt incontinenti lib. 2. c. 103. n. 1. Ant. Faber C. de vsufructu def. 1. plenissimè Hector Capycius Latro decis. 102. à n. 24. vbi à n. 33. an id procedat, quandò quotæ hereditatis vsusfructus relinquitur; vel quandòquis in vsusfructu heres instituitur? de quo vltra Castillum, Griuell. & Rodriguez videndus Trentacinq. lib. 1. var. tit. de peculio resol. 6. Rolandus à Valle cons. 8. vol. 2. latissimè Menoch. de præsum. lib. 4. præsumptio. 143. per tot. Quandò verò vsufructuarius onera, & tributa bonis imposita soluere teneatur? Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis 2. p. à n. 72. Molina de primog. lib. 1. c. 27. à n. 8. Castillo de vsufructu c. 56. à n. 14. Feliciano de censib. 2. tom. lib. 3. c. vlt. Vãder. singul. 10. Cencius de censib. q. 89. Narbona in l. 27. glos. vnica. n. 32. tit. 4 lib. 2. Recop. Et an ad legatorum solutionẽ teneatur, & quid si sint annua? Griuellus d. decis. 73. Cancer 3. p. cap. 20. à n. 65. Surdus decis. 193. per tot. vbi latissimè Hodierna eius additionator, plenè Castillo sup. c. 58. Bellonus sup. n. 2. ex aliis Merlinus d. lib. 4. tit. 5 q. 151. An autem † vsufructuarius sine 18 cessione heredis exigere possit credita hereditaria, & debitores via ordinaria, vel executiua conuenire, suo loco dicemus. Id tamẽ † hîc non omittã 19 quòd in vsufructuarium à lege actiones actiuæ, & passiuæ transeunt, vt ex l. 1. C. de bonis maternis, aduertit Cancerius 3. p. var. c. 17. nu. 405. vbi refert Bart. Couarr. & Mieres.

Ex eodem etiam principio descendit, † emptorem hereditatis à 20 creditoribus hereditariis conueniri nõ posse, imò debere agere contra heredem: ipse tamen potest quod præstitit, ab emptore recuperare, l. 2. C. de pactis, l.

2. C.

2.C.de hered.vel action.vendita,l.hereditatem,D.de donationibus, Maranta in l.si actor,D.de procuratoribus,n.42. in fine,& nu.48. Ant.Gomez 2. tom. var.cap.2.nu.5. Mantica de tacitis,& ambig.lib.4.tit.10.à num.20. Alfaro de officio Fiscal.glos.34.speciali 9.nu. 57. Ant.Faber de error.prag.decad.50. error.5.circa medium, D. Valentia ad dict.l.1.D.de leg.1.nu.22. videndus à nu.19. alios refert Hermosilla in l.13. tit.5.part.5.glos.5.nu.10. licèt ipse cũ Azeuedo,de iure Regni in electione creditoris esse dicat,an heredẽ vel emptorem cõueniat? De æquitate tamen canonica emptorem posse conueniri, testatur Gratianus disceptat. 204. à nu. 36. sequitur Parladorius rer.quot.2.p. cap.fin.4.part.§.2.num.5. Hector Capycius Latro decis.15.num.4. Eum vero qui à fisco emit,à creditoribus iure speciali conueniri posse,ex l.1.C.de hered.vel action.vendita, affirmat Alfaro sup.& Farinacius lib.2.decis.criminal. decis.91.num.3. qui omnes vt statuãt, emptorem hereditatis de iure communi conueniri non posse, eâ ratione mouentur,quòd ex venditione hereditatis actiones passiuæ non transeũt; neque eas à se excutere potest heres inuitis creditoribus,Merlinus dict.tract.pignorib. lib.5. quæstion.11. (vbi quòd emptor non potest conueniri,sed heres,quia tranferre nequit in alium actionem passiuam: eo tamen casu conueniri posse asserit,quo heres soluendo non esset; vel si ab eo creditores cessas actiones haberent; vel si cessa fuisset hereditas proximiori ab intestato,quia talis cessio non supponit additionem,sed refutationem:) Et an ipse venditor, si hereditatis creditor esset,emptorem possit conuenire? Videndus Mãtica vbi proximè à n.16. Schifor.lib.3.tract.3.q.3.& 4.per tot.

21 Et hanc sententiam scilicèt actiones passiuas cedi non posse (licèt his his non exornatam fundamentis) tenent Paul.Galleratus de renunc.tom.1 lib.1.c.4.n.119. Ant.Gomez, Mantica,& Maranta relati sup. Paul. de Castro cons.207.nu.2.p.1. Pichard. in §. restituta,Instit.de fideicom.hered.n.41. Surdus de alimen. tit. 9.q.22.num. 315. Molin.de Hispan.primog.lib.1.c.8.nu. 15.& c.10.nu.5. ex aliis Amato d.resol.58.à n.4. Muta decis.14.n.7.& 13. Cyriac.lib.1.cõt.59.à n.4. nullo ex iis relato Merlinus de pignorib. & hypothec.lib.1.q.8.n.4. Et nõnulli limitãt, quãdò creditor cõsentiret,moti ex l.si mandato, §. idẽ si, ibi: Aut si nollit creditor obligationem mutare, cauere tibi debeo defensurũ te, D.mandati.l.2.C. de pactis. nam inuitus creditor numquã cogitur mutare debitorẽ, vel fideiussorem, vt ex Surdo,Mauro,Heringio, D. Solorzanus 2.tom.de iure Indiar.lib.2.c.25.nu.34. Cyriac.sup. licèt debitor ipse vel fideiussor, aliũ æquè idoneũ fideiussorẽ præstarẽt, Frãchis decis.202. & quãdo secus, videndi Amendola ibi Rodrig. de reditibus lib.2.q.12.nu.fin. Cencius de censib. q. 76.à nu.13. Vander.sing.51. Cancer. 2.p.c.5.à n.159. Fontanella de pactis claus.4.glos.18.p.3.à num.24. Larrea decis.22.à num.15.

Hinc est, clausulã *cessionis iurium*, 22 tantùm intelligi de iuribus actiuis,nõ verò de passiuis, vt ex Beroio,Menoch.& Surdo resoluit Cencius de cessib. q.79.à n.38. Vndè possessor reivindicationẽ passiuè penès se existentem cedere non potest,Hyppol.Montanet in addit.ad Olibanum de actionibus p. 2.lib.1.cap.3.num.10.

Quæ retenta sententia,nõn obstãt 23 quæ in contrariũ adduximus: non primũ ex tex.in d.l.si actor, cui varias interpretationes assignat glos.ibi; quas latè prosequitur Maranta à n.42. Pro solutione tamen breuiter dico, verum esse, ex parte rei constitui posse procuratorẽ in rem propriam, sicut ex parte actoris constitui potest. Inter hæc tamen, ea differentia versatur quòd ex parte actoris cõstituitur procuratorcũ cessione iurium; ex parte verò rei, sine cessione: quia reus actionẽ passiuã per

cessionem in alium transferre non potest: quarè ex parte rei procurator fit, promittendo soluere creditoribus, quod sufficit vt quis dici possit procurator in rem suam ex parte rei: verbi gratiâ quandò quis emit rem, vel hereditatem cum onere satisfaciẽdi creditoribus hereditariis, quo casu licèt debitor constituendo procuratorem, non possit nocere creditoribus, quin possint aduersus eum agere; tamen onus & solutio debiti in emptorem, & procuratorem transfertur, quo pacto intelligendus est text. *in dict. l. si actor dict. l. fin. §. Titius, D. de cõdict. indebiti, l. planè in fin. D. familiæ erciscundæ*, Maranta *nu.* 53. & 86. Iulius Pacius *cent. 2. quæst. 36.* Anton. Faber *in rationali ad dict. l. si actor.*

24 Quarè † cauendum est à Paulo de Castro *d. cons.* 207. *num.* 2. qui existimat, arbitri iudicio familiæ erciscundæ dati auctoritatem efficere posse, vt onus debiti, quod pro portionibus hereditarijs cohæredibus pertinebat, ita in vnum heredem transeat, vt procurator in rem propriam constituatur, talitèr vt necessariò contra eum experiri debeant creditores, quod & sensisse videtur Accurs. ibi. Nam verius est, adiudicatione non obstante, liberum esse creditoribus, heredes omnes pro portionibus hereditariis conuenire, *l. licèt pacto* 23. *C. familiæ erciscundæ, l.* 1. *C. si certum petatur, l. fin. C. de hered. actionib. cum alijs*, licèt coheres, cui onus soluendi imponitur, diuisioni stare, & coheredes liberare teneatur, *d. l. licèt, l. si filia* 20. *§. si pater, D. familiæ erciscund.* de cuius interpretatione alibi agemus. Id namque diuisio efficit, vt is cui onus soluendi creditoribus iniungitur, litẽ in se, & suo periculo quasi defensor necessarius suscipere debeat: alij verò coheredes si conueniantur, recusare non poterũt, quominùs pro sua quisque portione teneatur, *d. l. planè*, ibi: *Licèt libera potestas maneat creditoribus cum singulis experiendi*, vt rectè notat Ant. Faber *in rationali ad d. l. planè*, vbi varias cõgerit leges, in quibus potest quis etiã inuito actore, alium reum in sui locũ substituere, vt eandem, quam ipse habebat, suo periculo litem sustineat.

Nec † obstat aliud fundamentum 25
quo probauimus, emptorem vel donatarium alicuius rei, cum onere soluẽdi creditoribus, ab eis posse conueniri: quia iure communi attento verius est, creditores aduersus emptorem, vel donatarium cum prædicto onere, agere non posse, vt est expressus textus *in d. l. hereditatem, D. de donationibus, l. seruo inuito, §. si testator, D. de legat.* 2. Ex contractu enim inter alios inito, tertio actio personalis acquiri nequit sine cessione, *l.* 2. ibi: *Quam pecuniam vt possis petere, mandatis tibi ab eo actionibus consequeris, C. si certũ petatur*, cum aliis congestis à D. Ioseph Vela *tom.* 1. *dissert.* 12. *num.* 34. Licèt iure Regio alia res sit, quia tertius, qui ex obligatione inter alios factâ commodum cõsequitur, agere poterit; emptorque hereditatis directè poterit conueniri, vt diximus supra, & latiùs infrà *tit.* 14. *quæst.* 1. *per totam.*

Similitèr † nec obstat id, quod de 26
donatario diximus: nam in eum actiones passiuę non transeunt, vt sup. probauimus, licèt quandò alius heres nõ est, vel non est soluendo, vel ex æquirate, circuitus vitandi gratia, creditoribus respondere teneatur, Parlador. 2. *part. cap. fin.* 4. *part.* §. 2. *nu.* 6. Noalis *de transmiss. casu* 25. *anu.* 5. Cyriacus *lib.* 1. *controu.* 14. & *contr.* 39. *nu.* 4. & 9. quia secundum aliquos heredis loco habetur, proindeque intestatus non dicitur decessisse, qui habet donatarium omnium bonorum, vel maioris partis, Marius Cutell. *de donationibus contemp. matrimonij. tractat.* 2. *disc.* 1. *special.* 38. *dnum.* 3. videndus *num.* 7. latè Visconte *concl. iuris*, verbo, *donatarius omnium bonorum.*

Rursùs † nec obstat vltimum fun- 27
damentum ex *d. l.* 2. *C. ad l. Iuliam de vi priuat.* cui communis respondet, fiscum

fiscum, quoties vel ex delicto bona publicata vindicat; vel tanquam ab indigno aufert; vel vt caduca acquirit; vel vt vacantia occupat, licèt propriè heres non sit; heredis tamen quasi personam assumere, *l. inter eos, §. vltim.* ibi: *Vt heredis, D. de fideiussoribus, glos. & Bart. ibi. glos. in l. non intelligitur, §. cùm ex causa, D. de iure fisci*, Fulgosius *in l. si quis posthac colum. 1. C. de bonis damnator.* Vndè heres anomalus nuncupatur, quia succedit non per representationem, sed per anihilationem personæ, Alex. Trentacinq. *dict. resol. 2. nu. 2.* vers. *& ideò.* Intrigliol. *cons. 22. à nu. 32. & per tot.* Quapropter cùm heredis loco habeatur, iura actiua & passiua in eum tranſeunt, & ad debita anteà contracta tenetur, iuxta ea quæ latè prosequuntur Intrigliolus, Trentacinq. Muta, Farinacius & alij laudati, Noalis *de transmissione casu 43. num. 22.* omninò videndus D. Amaya *in l. 1. C. de bonis vacantibus à num. 7.* Donellus, Acosta, & Molina, quos sequitur D. Melchior de Valentia *illust. iuris tom. 3. ad tit. de acquir. hered. cap. 3. num. 20.* videndus D. Pichardus *de acquir. hered. c. 5.* Riccinl. *de iure personar. extra gremium Ecclesiæ lib. 5. cap. 32. à num. 1.* post hæc visus Carleual. *de iudiciis tit. 2. disp. 1. n. 50.* qui neminem ex iis, quos nos, retulit, nullo ex his laudato Mercurialis Merlinus *d. tract. de pignor. lib. 4 tit. 5. g. 128. & lib. 3. quæst. 74. nu. 60. & d. lib. 5. quæst. 51.*

28 Ex quâ doctrinâ opportunè inquirendum est, si fiscus iura sibi ex confiscatione quæsita vendat, vel cedat, an cessionarius perindè ac Fiscus à creditoribus possit conueniri? Quod in terminis accidit disputari, in casu decisionis Rotæ apud Farinacium *lib. 2. de cis criminal. decis. 82.* vbi quæstio fuit, an Fiscus, qui ex confiscatione successit, teneatur ex bonis alere filios spurios delinquentis? Et resolutum est, onus hoc in eum transire, sicut in alium quemlibet defuncti heredem, *d. l. 2. §. 3. in fine de alimentis legatis*, quod etiâ si pro crimine læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ confiscatio contigisset, verum esse probat: licèt in hoc vltimo casu alij contrarium sentiant, vt videre est apud eundem Farinacium *d. quæst. 22. à num. 34.* Ignatium del Villar *in sylua respons. lib. 2. respon. 12.* Surdum *de aliment. tit. 1. g. 31. per tot.* An autem Fiscus filias dotare teneatur? vltrà relatos Gregor. Lopez *in l. 10. tit. 2. part. 3.* verb. *por deudas*, Barbosa *in l. 1. part. 4. nu. 84. D. soluto matrimon.* Fontanella *de pactis nuptial. claus. 5. glos. 4. à numer. 61.* (vbi etiam quid si confiscatio fiat, pro crimine læsæ Maiestatis) D. Franc. Merlin. *cent. 1. cap. 61. à num. 4.* Visconte *concl. iuris*, verb. *Fiscus tenetur*, idem Fontanella *claus. 7. glos. 2. part. 9. num. 62.* Muta *d. decis. 49. num. 41.* latè de his ad quæ Fiscus tenetur confiscatis bonis hæretici Ricciul. statim referendus *cap. 34. per tot. & cap. 40.* vbi de legitimâ, dote, & alimentis, plenissimè Acosta *d. ampl. 7. à num. 170.*

29 Quo † suppositò in dicta decisione, in dubium fuit deductum, an onus hoc alendi filios spurios in cessionarium fisci transiret, quod dubium affirmatiuè decisum fuit, referuntur ita tenêtes Socinus, Ripa, Beroius qui in id considerant *l. 1. C. de hered. vel action. vendita, l. 2. C. eodem tit.* ibi: *Vt nec amplius, vel minus iuris emptor habeat, quàm apud heredem futurum esset*, quâ lege in idem ferè expendit D. Solorzano *de iure Indiar. tom. 2. lib. 2. c. 26. num. 18.* Quòd adeò procedit, vt si cessionarius ad præstationem alimentorum, vel dotium conueniatur, non sit habenda ratio pecuniæ, per quam obtinuit cessionem; sed iuxta quantitatem bonorum alimenta sint taxanda, ac si penès Fiscum, vel alium quêlibet heredem bona extarent: quia ex personâ noui cessionarij, & emptione per eum factâ, filiorum mutari non debet conditio, vt ex Iasone, & aliis decisum refert idem Farinacius *dict. lib.*

lib.2.decis.criminal.decis.91. per tot. In cuius decisionis confirmationem singulariter facit Riccius *de iure personar.extra gremium Ecclesiæ lib.5. cap.* 34.*num.*36.qui asserit confiscatis bonis hæretici, posse agi viâ executiuâ contra Fiscum, vel eius cessionarium non secùs ac contra ipsum hæreticum agi posset.

Vtilitatis † igitur gratiâ admissum
30 est,vt Fiscus vel eius cessionarius ad quos bona peruenerũt,vtilibus actionibus possint conueniri:quia licèt verba actionis, eiúsque formula ad eos non spectaret,nihilque cum eis gestũ esset,ex quo directis actionibus tenerentur;tamen propter æquitatem vtilis in eos actio conceditur.Cuius † rei
31 elegans exemplum suppeditat nobis Imperator. Iustinianus *in §.sed ex diuerso,Instit.de acquisit.per adrogationem*,vbi licèt pater adrogator pro debitis eius,qui se in adoptionem dedit, ipso iure(hoc est iure ciuili)nõ teneatur,tamen filij nomine cõueniri posse docemur:quod æquitas suggerit,nã cũ in eum omnia bona,iura & commoda transeant,*princ.Instit. de acquisit per adrogationem,l.si pater, D.de adoptionibus*,P.Sanchez *de Statu religiosorum lib.7.cap.12.num.23.* æquum visum fuit,vt si non directâ suo nomine,vtili saltim actione filij nomine teneretur, ad exemplum Fisci,vt ex alijs notat Pichard.*in d.§.ex diuerso.*

32 An verò † Fiscus vniuersalitèr succedens,veluti in bonis vacãtibus, vel quandò hereditatem aufert ab indigno,vltrà vires hereditarias teneatur,si inuentarium non confecit? videndi Zeuallos *tom.3.commun.quæst.* 822. Ripol.*var.resol.cap.*10.*num.*479. Farinacius *infrag.*verb.*Fiscus,numer.*11. *& num.*119.Velascus *de priuileg.pauperũ 2.part.quæst.*58.*num.*16. Fachineus *lib.*6. *controu.cap.*21.D.Amaya supra *à nu.*12.latissimè Carualho *d.p.* 2.*à num.*478.*&* 481.Et de successione fisci,& quatenùs creditoribus,& legatariis teneatur, doctè & latè differit omninò videndus D. Pichard. *ad tit.de acquir.hered.cap.*5.*per tot.*

Superioribus † & illud proximum 33
est,quòd cùm Monasterio secuta professione,omnia iura,& bona professi acquirantur,*authent.ingressi, C.de Sacros.Ecclesijs.§.si qua mulier, authen. de Sanctissim.Episcop.§.illud quoque, authen.de Monachis, cap.si qua mulier,cap.quia ingredientibus* 19.*quæst.*3 Ita vt non solùm dominiũ,sed & possessio bonorum Monachi transferatur in Monasterium,vt ex Bald.Salicet.& Cagnolo tenet Affictis *decis.*269.*nume.*16.Gail *lib.*2.*obseru.*152. Menchaca *de succes.creatione lib.*2.*§.*16.*num.* 13.Noalis *de transmiss.casu* 38. *num.* 28(vbi idem procedere asserit in bonis adrogati) Giurba *ad cõsuet. Messan.*1.*part.cap.*5.*glos.*6.*nu.*14. Virgilius *de legitim.personæ,cap.*23.*nu.*14. P.Sanchez *d.lib.*7.*cap.*12.*nu.* 23. *&* 24.licèt possessionis respectu, ab hac sententiâ discedat D.Pichard.*in princip.Inst.de acquisit.per adrogationem à num.*36.*ad* 43.vbi variis argumentis probat, possessionem bonorum filij adrogati,vel Monachi, neque in patrem adrogatorem,neque in Monasterium absque apprehensione transire:in cuius confirmationem omninò videas Giurbam *d.glos.*6.& Gothofredum *ad l.*3.§.1.*D.de acquir.possessione,l.si adoptauero.D.de precario*, Tepatum *tit.*432.*cap.*6.vers.*dominium*.Inde est,† vt ratione prædictæ acquisi- 34
tionis Monasterium creditoribus Monachi respondere debeat, & ad omne id conueniri,& cogi possit, ad quod professus tenebatur *l.*10.*tit.*2.*part.*3. (vbi Gregor.Lopez,an libellus concipi debeat contra Monachũ,vel Monasterium,Cyriac.*lib.*1.*contr.*145.*à num.* 22.) Menchaca, & Virgilius vbi proximè Parladorius *dict.*4.*part.*§.2. *num.*2.Sanchez *dict.libro* 7. *cap.*31. *à numer.* 2. Curia Philip.1.*tom.p.*2. §.10.*à num.*5. vbi quandò executio locum habeat aduersus Monasterium ex personâ professi, & cõtra Fiscum, do-

donatarium, emptorem hereditatis, & vsufructuarium. Et quod Monasterium alimenta ministrare debeat his, quos Monachus alere tenebatur, ex Surdo, Molina, & aliis resoluunt Sanchez, & Virgilius sup.

35 Sed licèt † Monasterium æri alieno obstrictum maneat; tamen cùm nõ iure hereditario, sed iure cuiusdã acquisitionis naturalis, & accessoriæ personæ religiosi succedat, vltrà vires bonorum non tenebitur; tametsi non confecerit inuentarium; quod neque Monasterium, neque Fiscus ex confiscatione succedens, neque pater adrogator, alius vè heres ex his qui anomali dicuntur, facere tenentur, vt multis probat Menchaca *dict.* §. 16. *à nu.* 6 & relati *sup. num.* 32. Sanchez *dict. c.* 12. *num.* 33. Virgilius *dict. num.* 14. vbi *num.* 67. an Monasterium executiuè conuenirì possit, sicùt posset debitor professus?

His † & illud adiicio, eum cui per-
36 tinet spolium bonorum Prælati defuncti, eius creditoribus, & famulis pro salarijs respondere teneri, Gutierrez *lib.* 2. *quæst.* 94. *num.* 4. ex Sarmiento eruditus, & doctus Bouadilla *libr.* 2. *cap.* 18. *num.* 180. Sesse 3. *tom. decis.* 325. *n.* 6. *&* 7. Addentes ad Molinam *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 24. Giurba *in consuet. Messan.* 1. *part. cap.* 12. *glos.* 5. *num.* 18. *&* 19. præ omnibus doctissimè D. Solorzano *dict. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *à n.* 47. vbi per integrum caput latè de spoliis Episcoporum, eorum applicatione, collectione, & cognitione. Noguerol *allegat.* 26. *à num.* 4. Et † quòd is, cui
37 ex priuilegio, vel consuetudine bona Ecclesiæ vacantis pertinent, ad debita & salaria teneatur, probat text. *in cap. præsenti*, §. *porro de officio ordinarij lib.* 6. Solorzano *dict. lib.* 3. *cap.* 12. *num. fin.*

SVMMARIVM.

1 *Ius nostrum duplex est, præsens scilicèt, aut futurum.*
2 *Ius futurum triplex est.*
3 *Ius delatum quod dicatur?*
4 *Ius futurum ex causa de præsenti, quod sit?*
5 *Ius futurũ ex causa de futuro, quod sit?*
6 *Ius nobis delatum cedi potest. Fideicommissum purum rectè ceditur, & venditur. Et super bonis eius census imponi potest.*
7 *Ius futurum ex causa de præsenti, vel luti debitum in diem, cessibile est.*
8 *Ius competens ex contractu cõditionali cedi potest, & transmittitur ad heredes, si conditio casualis, vel mixta sit, secùs si potestatiua.*
9 *Differentiæ ratio assignatur, cur obligatio conditionalis ex cõtractu transmittatur ad heredes; non verò obligatio conditionalis ex testamento.*
10 *Remissiuè de interpretatione* leg. quòd de pariter, D. de rebus dubijs.
11 *Ius ex contractu conditionali sicut transmittitur in heredem, ita etiã transfertur in cessionarium.*
Ius & spes contractus conditionalis donari potest. Et confiscatis bonis transit in Fiscum.
12 *Ius futurum ex causa de futuro, an cedi possit, vel renunciari?* vsque ad num. 16.
Spes fallacissima res est, & an sit cõsiderabilis & in commertio. Et an iuribus in spe priuari quis possit? eum num. sequent.
14 *Intelligitur* text. in l. si sterilis 21. D. de actionib. empt.
Mulier quinquagenaria inhabilis est ad concipiendum.
16 *In cessione iurium simpliciter, vel verbis generalibus facta, an iura de*

de futuro, vel debita in diem, vel ex contractu conditionali comprehendantur, cum seq. ad 22.

22 *In rectificatione verbis generalibus concepta, an iura futura, & quæ nondùm competebant, includantur?*

23 *Liberatio generalis, ad quæ debita extendatur?*

In legato generali, vel maioratu de omnibus bonis; an bona futura veniant, & quid in confiscatione? ibi.

QVÆSTIO. X.

Iura futura, & quæ in potentia, & spe consistunt, an cedi possint, vel comprehendantur in cessione iurium, & actionum? accuratè & distinctè explicatur.

1 IVS † quod nobis competit, duplex est, aut præsens, & perfectè quæsitum; aut futurum & quærendum, *l. fin. vbi DD. C. de acquir. possess. l. seruus, C. de pactis*, Bart. *in l. 1. C. eodem titul.* Ius præsens, id dicitur, quod de præsenti ita quæsitum nobis est, vt eo vti & frui possimus, *l. 1. & per tot. D. de acquir. rer. domin.* Quod ius, indubitatum, certum, & ius in re solet appellari, de quo iure disputatio nostra non est.

2 Ius † autem futurum triplex est, aliud enim dicitur, ius delatum; aliud verò ius futurum ex causâ de præsenti; aliud autẽ ius futurum ex causâ de futuro. Quam distinctionem omissa alia quam tradidit Bart. sequitur Paulus Galleratus *de renunc. tom. 1. lib. 4. cap. 3. à nu. 38. & tom. 2. cent. 1. renunciat. à num. 1.*

3 Ius † delatum dicitur, cuius acquisitio ex nostrâ voluntate pendet vt *in l. delata, D. de verbor. signific. l. 1. §. decretalis, D. de succes. edict.* Bart. *in l. is potest, D. de adquir. hered.* Sfort. Odd. *de fideicomm. in repet. l. qui Romæ, §. duo fratres, quæst. 1. art. 1. num. 26.* Et dicitur ius futurum, quia licèt acceptari possit; tamen quæsitum non est, sed quærendum. Quod ius, certũ, aut indubitatum dici non potest, cũ multa accidere possint, ex quibus quis nõ capiat, §. *illud 13. Instit. de rerum diuisione*, ibi: *Quod multa accidere soleant vt eã nõ capias*, Marius Cutell. *de donat. cõtẽp. matrim. tom. 2. tract. 2. discur. 1. spec. 40. num. 18. in fin.* Quod ius, re & spe competere dicitur, paràmque incertitudinis habet, cùm quandocumque acceptari possit.

4 Ius † verò futurum, ex causâ tamẽ de præsenti quærendum, illud dicitur, quod licèt de præsenti acquirere non possimus, spes tamen est, vt acquiri possit, quæ fundatur in aliqua causâ de præsenti; veluti debitum in diem, vel sub conditione, quod dicitur cõpetere spe tantùm, non verò re, & effectu; Sfortia Odd. *sup. nu. 28.*

5 Ius † autem futurum, ex causâ de futuro est, quod nec re, nec spe competit, sed solùm speratur acquiri, superueniente aliquâ nouâ causa: veluti hereditas viuentis, quæ quidem spes successionis, nullam habet causam de præsenti, de quo iure loquuntur Doctores *in l. fin. C. de pactis*, Bart. & alij, quos sequitur Scipion Theodorus *alleg. 15. nu. 26.* Sfortia Odd. & Paulus Galleratus vbi proximè.

6 Ius † delatum, quod re, & spe competit, & cuius acquisitio ex nostrà voluntate pendet, dubium non est, quin cedi possit, *l. 1. & per totum, D. & C. de hered. vel action. vendit.*, Anton. Gomez *2. tom. var. cap. 2. num. 5.* videndus Sfortia Odd. *sup. art. 5.* Quod latè comprobare poteris ex traditis supr. *tit. 2. quæst. 3.* in qua resoluimus, quando ex cessione hereditatis delatæ, cuius indu-

inducatur aditio. Vltrà id facit, quòd rectè resoluit Cencius *de censibus, q.* 27. *per totum*, fideicommissarium, cui purè fideicommissum relictum est, vel sub conditione, quæ iam extitit, posse ante restitutionem sibi factam, super bonis fideicommissi centum imponere; cùm possit quis ius, quod in se, & re habet, alteri cedere, super eo iure contrahere, & hypothecam constituere, iuxta Angel. Negulant. & Crasum quos refert *num.* 4. *&* 14. Et ipse succedendi in fideicõmisso post mortem gratiari, vendi, & cedi posse ex pluribus probat Hermosilla *in l.* 13. *tit.* 5. *part.* 5. *glos.* 5. *num.* 12. Giurba *in consuet. Messan.* 1. *part. cap.* 1. *glos.* 3. *num.* 63.

7 Similiter † etiam, ius futurum ex causâ de præsenti, veluti quod in diē certum debetur, cedi potest: nihil enim interest, quoad obligationem attinet, inter id quod purè, vel in diē debetur: nam vtrūque statim deberi incipit, *l. centesimis* 46. *D. de verbor. oblig.* §. *omnis stipulatio, Instit. eodem titulo*, licèt quoad petitionem multùm referat, an obligatio pura, vel in diē certum sit: nam hæc, ante diei aduentum peti non poterit, *l. Publius*, §. 1. *D. de condit. & demonstr. l. ex his, C. quando dies legati cedat*: ex illâ verò statim agi poterit, quia eius dies non solū cessit, sed venit, *l. cedere diem* 213. *D. de verbor. signific. dict. l. centisimis in princip. dict.* §. *omnis*, Caluinus *Lexicon iuris*, verb. *cedere diem*, Pichard. *in dict.* §. *omnis*, Donell. & Osuald. *lib.* 15. *com. cap.* 8.

8 Eodem † etiam modo, cedi potest ius competens ex contractu conditionali: nam licèt is, cui sub conditione legatum est, pendente conditione creditor non sit, sed tunc cùm legati conditio extiterit: in contractibus tamen is, cui sub conditione aliquid debetur, statim creditor dicitur, vt expressis verbis docet Vlpianus *in l. is cui sub conditione* 42. *D. de obligationibus & actionibus*, ideòque ius stipulationis conditionalis ad heredes transmittitur, §. *ex conditionali, Instit. de verbor. obligat. l. si quis* 57. *D. eodem titulo, l. necessario* 8. vers. *quod si pendente, D. de peric. & comodo rei vend. l. quoties, C. de donat. quæ sub modo*, alia iura congerit Ant. Gomez 2. *tom. variar. c.* 11. *à num.* 36. omninò videndus. Ant. Faber *lib.* 11. *coniect. cap.* 13. Solorzano *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 41. Qui rectè hoc intelligunt, in conditione casuali, vel mixta: nam si potestatiua esset conditio ad heredes non transiret, *l. si decem cũ petiero* 48. *D. de verbor. oblig.* sequitur multis relatis Riccitullus *de iure pers. extra gremiũ Ecclesiæ lib.* 5. *cap.* 32. *à num.* 36. Castillo *tom.* 3. *controu. cap.* 14. *à num.* 1. Hunnius *in Encycloped. iur.* 3. *part. tit.* 1. *cap.* 5. *num.* 25. *& sequentibus*, Carocius *de excusione part.* 1. *quæstion.* 10. *princ. quæst.* 16. *num.* 3. *&* 5. quod limitat nisi ex verbis stipulationis, aliā contrahentium mentem fuisse appareret, videndus Pichard. *in dict.* §. *ex cõditionali*, Donell. *dict. libr.* 15. *cap.* 11. omnium latissimè Giurba *de success. feud.* §. 2. *glos.* 10. *à num.* 59. vbi quòd ius fideicommissi, & substitutionis cõpetens ex contractu transmittitur ad heredes; secùs verò si competat ex vltimâ voluntate, latissimè prosequitur Marius Cutell. *de donat. contemp. tom.* 2. *tract.* 2. *disc.* 1 *speciali* 37. *per tot.*

9 Et † licèt in assignando discrimine inter obligationem conditionalē ex contractu, & debitum ex testamento sub conditione, anxiè laborent interpretes, obtinuit tamen tàn apud practicos, quàm theoricos, id ex eo procedere, quia in contractibus substantia obligationis initæ, conuentionis tempore contrahitur, *d.* vers. *quod si pendente*: quod secùs est in testamentis, vt latius explicant post antiquiores Pichard. *in dict.* §. *ex conditionali, & ad tit. de vulg. & pupill. substitut. cap.* 2. *à num.* 19. Ant. Faber *lib.* 15. *cõiect. c.* 6. *&* 7. Donell. & Osuald. *c.* 11. ex practicis varij, quos cõgerunt Riccitullus

cinllus *d.n.*36.& 43. D. Ioseph Vela *tom.*1.*disser.*11. *à n.*5. Solorzano 2. *tom.lib.*2.*c.*11.*à n.*46. nullo ex iis relato Arias de Mesa *lib.*3.*par.c.*42.*n.*4.

10 † Nec me laret, his non leuiter aduersari textum *in l.quod de pariter, D. de rebus dubiis*, ex quo videtur, ius stipulationis conditionalis, & pactũ reuersionis dotis ad heredes donantis nõn trãsmitti: de cuius interpretatione vltrà *glos.* & *Bart.ibi* videndi Barbosa *in l.Caius* 46. *D.soluto matrim. num.*16. Fontanella *de pactis nuptial. clausu.*4.*glos.*24.*à num.* 24. Cancerius *lib.*1.*par.cap.*21.*num.*98. aliis relatis Hector Capycius Latro *decis.*2.*à nu.* 14. Giurba *de succes.feudor.§.*2.*glos.* 12.*num.*60. *vers. verum monitos.*

Ex quo † pendet, quòd sicut con-
11 tractus conditionalis spes, ad heredes transmittitur Fontanella *vbi proximè num.*23. Cancerius *à num.*95. Anton. Gomez & alij relati: ita etiam & spes contractus cõditionalis in alium trãsferri possit; & confiscatis bonis in Fiscum transit, *l.inter socerum* 26. §. *vlt. D.de pactis dotalibus*, Mesa *dict. num.* 4. Ricciollus *dict.nu.*36. Carocius *supra quæst.*16. (vbi latè referunt, quæ iura futura veniant in confiscatione? videndus Carocius *dict.*1.*part.quæst.* 10.*principali à quæst.*1.*cum* 17.*seqũentibus*, Farinacius *de delictis quæst.* 25. *per totam.*) Donari etiã potest spes actionis conditionalis, *l.spem, C.de donationibus*, vbi Baldus, Capycius Latro *sup.num.*11. D. Ioseph Vela *dict. disser.*11.*num.*4. Carualho *de vna, & altera quarta* 2.*part.nu.*354. Et in indiuiduo, quòd cedi possit, est textus *in l. nomina, l.multum, D. de heredit. vel action. vendita*, Tiraquell. *de retract.lig.* §.26.*glos.*3.*num.*5. aliis relatis Mieres *de maioratibus in initio secundæ part.à num.*499. videndus Sfortia *sup.art.*6. cum sequentibus. Quapropter cauendum est à Mario Muta *decis.*90.*nu.*56. qui indistinctè asserit iura conditionalia cessibilia non esse.

12 Consequens † est agere, an ius futurum ex causâ de futuro cessibile sit, & cedi non posse, ex eo probari videtur: nam ius futurum siue spes; fallacissima res dicitur, & omnium vigilantis, vt pluribus exornat Tiraquellus *de leg.connubial.glos.*2.*à num.*32.*fol.mihi* 370. Hermosilla infrà referendus *glos.*1.*nu.*14. Desiderium appellatur D. Narbona *anno* 7.*quæst.*12.*num.*4. Ferè nihil dicitur, *l.neq; emptio*, ibi: *sine re, D.de contrah.emptione.* Et quæ de futuro fiunt, esse non dicuntur, *l.& quæ nondum, D. de pignoribus.* Vndè ius de futuro in bonis non est, *argum. l.substitutio, D.de acquir.rerum dominio*, ibi: *Substitutio quæ nondum competit, extra bona nostra est.* Mieres *dict. initio* 2.*part.num.*482. Inde ius quod in spe competit, amitti non dicitur, *l. non videtur, l.non potest, in princ. D. de cõdict.ob caus.* Quapropter spes prout accipitur pro simplici spectatione, in consideratione non est, neque ex eâ ius aliquod considerari potest, de quo quis disponere possit, vel vindicari valeat. *Sesse* 3.*tom.decis.*285.*nu.*4. Giurba *de succes.feud.*§.2.*glos.*5.*à num.*21 Et quod in spe tantùm est, transmitti non potest, *l.sed si plures in princ. l.qui habebat, D. de vulg. & pup. l. Sempronius, D. de vsu, & vsufructu legat.* cum aliis congestis à Tiraquell. *de iure primogen.quæst.*40.*nu.*117. Et spei quæ vires non habet ex causa de præsenti, ratio non habetur, §. *ea quoque res, Instit.de legat.glos.in l.Gallus.§.& quid si tantum*, vbi Bart. *D. de liber. & posthumis*, Paulus Galleratus *de renunciat. tom.*2.*renunc.*17.*num.*8. Ex quo in dubium vertit, an ius de futuro renunciari possit? qui omninò ad propositũ videndus est, vbi rectè contra communem resoluit, renũciari posse; licèt repudiari non valeat, sequitur doctus Salzedo *de repræsentatione libr.*2.*cap.* 16.*à num.*73. qui refert Fabrum, Gisanium, Brisonium, & alios, videndi Gutierrez *de iuram.confirmator.*1.*part.c.* 25. Surdus *cons.*398. Valenzuela Velazquez *cons.*88.*à num.*12. Carualho

à num.

dnum. 354. plenissimè Sfortia Oddi *sup. art. vndecimo à nu.* 1. Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *var. tit. de rer. alienat. resol.* 1. *num.* 27. qui latè disputant de iuris futuri renunciatione; et an sine solemnitatibus fieri valeat?

13 Sed † licèt hæc haut leuitèr. vrgere videantur; tamen verius est, iura futura, quæ in potentia, & spe consistũt, cessibilia esse, quod vnicâ & concludenti ratione verum esse ostendam; quia in iure de futuro duo insunt, nẽpè ius ipsum futurũm; & spes eius: Et licèt ius futurum in rerum naturâ non esse dicatur; tamen spes, quæ distincta est ab illo iure, præsens & certa est; quo sensu spes in bonis esse dicitur; *l.* 1. *C. de pactis.* Et iure, quod in spe tantùm competit, priuari quis non potest etiam per Principem, *l. in diem, §. non autem, D. de aqua pluuia arcenda, l. si constante,* vers. *exceptis, C. de donation. ante nupt.* Hermosilla *in l.* 13. *titul.* 5. *part.* 5. *glos.* 1. *num.* 15. Marius Cutell. *de donat. contemp. matrim. tract.* 1. *discur.* 2. *part.* 6. *nu.* 86. videndus omninò Scobar à Corro *de parit. sanguinis* 1. *part. quæst.* 7. *à n.* 4. quia ius in spe considerabile est, & ad nos pertinere dicitur, *l. filio familias, D. quibus ex caus. in possess.* ibi: *Quia ambo spẽ commodi habent, l. verbum illud* 18. *in fine, D. de verb. significat.* ibi: *Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum causa sunt, sed esse possunt, l.* 13. *titul.* 5. *part.* 5. Capycius Latro *decis.* 34. *nu.* 14. latè Tiraquellus, Mieres, Giurba, & Gallerat. sup. plenissimè Giurba *ad consuet. Messan.* 1. *part. cap.* 1. *glos.* 3. *à num.* 57. Marius Cutell. *d.* 6. *part. nu.* 155. *& discur.* 3. *à n.* 118. *fol.* 575. *tom.* 1. Burgos de Paz *cons.* 9. *vbi add.* qui plura congerunt de iuribus in spe.

Ex quo † præcitati interpretes re-
14 soluunt, spem in commertio esse, vendi, donari, & in contractum deduci posse, *l.* 1. *l. nam hoc modo, D. de hered. vel action. vendita, l. ex empto* 11. aliàs *emptorem, §. vltim. l. si tractum retis, D. de action. empt. l. neq; emptio* 8. *D. de cõtrahen. emption. dict. l. spem, C. de donationib.* vltrà relatos sup. Petrus Sârerna *de assecuratione, & sponsionibus* 5. *part. nu.* 9. *in tractatu de pignorib.* Anton. Gomez 2. *tom. var. cap.* 2. *num.* 7. & in vers. *in hoc tamen,* D. Sclorzano *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 24. *&* 35. D. Larrea *decis.* 39. *nu.* 10. *& alleg.* 11. *num.* 13. Cyriac. *lib.* 1. *controu.* 1. *nu.* 14. *&* 19. Leotard. *de vsuris quæst.* 26. *num.* 23. *& quæst.* 72. *à num.* 18. D. Narbona *annal. iuris anno* 45. *quæst. vnica. num.* 10. vbi ex Antonio Fabro rectè, & doctè aduertit, ideò spem futuri partus vendi nõ potuisse, *in l. si sterilis* 21. *D. de actionibus empt.* quia mulier sterilis erat, vel maior annis quinquaginta, quâ ætate inhabilis est ad concipiẽdum, vt ex pluribus probat, quibus iunge Alex. Tretacinq. *lib.* 1. *var. tit. de verbor. significat. resol.* 4. *ferè per totam.*

Et † in indiuiduo quòd iura futu- 15
ra, quæ in spe tantùm consistunt, cedi possunt, probant Tiraquellus *dict. glos.* 3. *à numer.* 4. Abbas, & Decius quos sequitur Mieres *de maioratibus* 1. *part. quæst.* 23. *num.* 115. Thesaur. *quæst. forens. quæst.* 24. *numer.* 33. Hermosilla *dict. glos.* 1. *nu.* 11. Bertazolus *clausul.* 27. *glos.* 14. *num.* 6. Surdus *de alimentis tit.* 9. *quæstion.* 22. *nutner.* 7. Guzman *de euictionibus quæstion.* 35. *num.* 92. *& quæstion.* 34. *à numer.* 25. Paulus Paris. *cons.* 5. *à num.* 158. *vol.* 4. Scipion Theodorus *allegation.* 15. *numer.* 28. ibi: *Quia repudiatio sola iuris quærendi non valet, maximè in deferendis, l. qui superstitis, D. de acquirend. hered. id circò introducta est cautela, vt fiat per pactum de non petendo, siue per donationem, aut cessionem.* Ius etiam sponsionis vulgo *apuesta,* cessibile esse, vendi, & donari posse, resoluit Scaccia *de commertiis, §.* 1. *quæstion.* 1. *numer.* 100. versicul. *sub extende.* De sponsionibus plura, & quandò licitæ sint, Leotardus *de vsuris quæstion.* 23. *à num.* 45.

Cognito † iam & pro certo habi- 16

to, iura futura non solùm ex causa de præsenti, sed ex causa de futuro cedi posse, disputationis ordo expoſcit, vt videamus, an iura hæc, quæ cedẽti cõpetunt, cõprehendatur, & veniant in cesione iurũ? Et dicẽdũ est, iura futura inceſsione minimè comprehendi, ſi verba adpræſens tẽpus reſtricta ſint: veluti ſi cederet quis iuribus quæ habet: quia diſpoſitio, quæ concipitur per verba de præſenti, futura iura, & nondum competentia non includit, *l. ſi ita ſcripſerit, D. de legat. 2. l. ſi ſtipulatus fuerim*, §. 1. *D. de verborum obligation. l. ſi ita, D. de auro, & argento legato*, Surdus *conſ.* 152. *numer.* 24. & 216. *num.* 3. Sforția Oddus *ſupr. quæſtion. 2. art. 3. per totum*, proſequitur latè Arias de Meſa *lib. 3. variar. cap.* 11. vbi per totum *cum 3. ſequentibus* diſputat, quandò diſpoſitio vniuerſalis, generalis, particularis, vel indefinita ad futura extendatur.

17 Idemque † procedit, quandò ceſſio iurium, & actionum, neque ad præſens, neque ad futurum tempus ſpecialiter refertur, ſed ſimplicitèr quis iura, & actiones ſuas cedit, aut remittit: nam futura ceſſa, vel remiſſa non intelliguntur, *l. ſi ſtipulatus, l. à colono, D. de verbor. oblig. dict. l. ſi ita ſcripſerit*, Bertazolus *dict. gloſ.* 14. *num.* 5. verſ. *actiones*, quem ad literam tranſcripſit Guzman *de euictionibus, quæſt.* 35. *num.* 91. Hermoſilla *in dict. l.* 13. *gloſ.* 1. *nu.* 11. videndus ad partes diſputans Arias de Meſa *dict. cap.* 11. *à n.* 23. faciunt tradita per Alex. Trentacinq. *lib.* 2. *var. tit. de actionibus, reſol.* 5. *num.* 1. *circa medium*, Boerius *deciſ.* 335. *nu.* 1. qui ex *l. heredem, D. mandati*, notant, ceſſa actione perſonali, nõ venire hypothecariam actionem, quæ poſt ceſsionem ſuperuenit, niſi renunciationis verba ampliſsima ſint, vel in futurum etiam concipiantur, ſequitur Gothofredus *in l. heredem* 14. *lit. M. D. mandati.*

18 Sed vbi † quis iura quæ habet cedit, vel ſimplicem iurium, & actionũ ceſsionem facit, dubium eſt, an videãtur ceſsæ actiones contra debitores in diem, vel ex contractu conditionali? Et ceſſas intelligi tenet Afflictis *deciſ.* 359. *nu.* 9. ante eum Bald. *in l. etſi poſt tres in fin. D. ſi quis cautionib.* Alex. *in dict. l. ſi ſtipulatus*, §. 1. Crotus *in l. ſi cõſtante, num.* 9. *D. ſoluto matrimon.* Nouarius *ad Franch. deciſ.* 353. Sicut in legato nominum debitorũ, debita quæ in diem, vel ſub conditione ſunt veniunt, vt poſt longam diſputationem reſoluit Theſaurus *deciſ.* 235. *per tot.* Cyriac. *lib.* 2. *cont.* 336. *n.* 19. & 25. qui intelligit in legato vniuerſali nominũ non inparticulari. Et in legato liberationis idem placuit Cancer. 3. *p. var. c.* 20. *n.* 355. Thuſcus *pract. concl. lit. L. concl.* 61.

Quarè † cauendum eſt à Baldo *in l.* 19 *ſi ita ſcripſiſſet* 42. *D. de leg.* 2. qui ex eo textu aſſerit probari, cum qui omnia iura cedit, non videri cedere, niſi ea, quorum dies ceſsit, & venit; non verò conditionalia, vel in diem. Nam in eo textu, ideò debita conditionalia, vel in diem in legato non comprehenduntur, quia teſtator legauit, quòd Lucius Titius dare, & facere oportet; quo caſu debita in diem, vel ſub conditione legata non cenſentur. Ratio eſt, quia verba, *facere, dare, oportet*, non ad obligationem ſpectãt, ſed ad actionem; quæ pro debito in diem, vel conditionali non competit, ita ex Gothofredo, Anton. Theſaur. *ſupra numer.* 5. cui addo Oſualdum *ad Donellum lib.* 15. *commen. capit.* 8. *lit. D.* Ita in terminis ceſsionis, Rota apud Farinacium 2. *part. deciſ.* 760. *num.* 4. & 5.

Nec rectè † contra ſuperiorem 20 ſententiam allegatur Cephalus *conſ.* 626. *numer.* 38. nam licèt ipſe aſſerat, quòd quandò ceditur id quod debetur, non videntur ceſſæ actiones contra debitores in diem; tamen cõtrarium probat, ſi ceſsio iuriũ fieret ſimplicitèr. Quãuis vno, & altero caſu, verius ſit idẽ ſtatuendũ eſſe, & ceſsionem

nem ad debitores in diem extēdi. Similitèr nec nobis aduersatur Monterà Cueua *decis.* 35. *num.* 26. qui etsi affirmet in cessione iurium obligationem conditionalem non comprehendi, intelligendus tamen est, de obligatione conditionali ex testamento; non verò de eâ quæ ex contractu descendit, ex differentiæ ratione, quam suprà assignauimus.

21 Quando † verò cessionis verba in futurum concipiuntur, veluti si cessio fieret omnium iurium, & actionum, quas quis habet, vel habere sperat: dubitationis est, quæ iura in simili cessione includantur? Et verā communisque resolutio est, futura iura venire, quæ ex causa de præsenti competunt, non verò quæ ex causa de futuro, & superuenienti sperantur, *l.* 2. *D. de statu liberis, cap. cum inter* 7. *de renunciat.* Bertazolus, Guzman, Mesa, & Hermosilla vbi proximè, ex Baldo *in l.* 6. *C. de solutionibus*, Gothofredus *in l. heredem* 14. *D. mandati, lit. M.* Thuscus *pract. lit. C. conclu.* 210. *in fine*; neque curandum de aliis, quos *à nu.* 1. in contrarium refert.

22 Quibus † simile est, quòd in renunciatione generali, quæ iura futura respicere videtur, non comprehendantur, nisi illa quæ ex causa de præsenti spectabant ad renunciantem, Olasæus *decision.* 91. *num.* 15. Surdus *decis.* 165. *num.* 13. *& cons.* 267. *numer.* 26. annumeris relatis Paulus Gallera-tus *de renunciation. dict. renunciatione* 17. *num.* 33. Gratianus *decis.* 3. *num.* 9. *vbi additio*, Cancer. 3. *part. var. c.* 15. *à num.* 132. Intrigliolus *decis.* 28. *à n.* 12. Castillo 6. *tom. controuer. c.* 116. *n.* 16. Cyriac. *lib.* 2. *cōt.* 292. *à n.* 8. *ad* 21. Quod ampliat Paulus Gallera-tus; tametsi renunciatio iurata esset, Intrigliolus *vbi proximè*, Gutierrez, & alij relati à Castillo *sup.* Limitat tamen, vbi de contrariâ voluntate renunciātis appareret, *l. continuus, §. cum ita, D. de verborum obligation.* Marius Cutellus *de donation. contemp. matrimonij, tom.* 1. *tract.* 1. *discur.* 2. *part.* 6. *num.* 99. Ex quo ad partes discusso articulo resoluit, in promissione dotis marito per mulierem factâ de omnibus bonis, ex causa de præsenti, præterito, & futuro, venire & comprehendi, quamlibet hereditatē mulieri postea obuenientem. Et quandò in renunciatione, quietatione, vel cessionē iurium factâ in tranſactione, comprehendantur iura ignorata, vel de quibus expressè actum non fuit; & an ex tali renunciatione videatur recessum à fideicommisso, & maioratu, si fiat cum clausulâ cessionis iurium? videndi relati à Vela *tom.* 1. *dissertat.* 8. Olasæus *decision.* 112. Gratianus 4. *tom. discept.* 693. *à num.* 46. latissimè omninò legendus Sforza Odd. *supr. q.* 2. *art.* 4. *cum seq.* Cyriac. *lib.* 1. *cont.* 128. *per tot. & lib.* 2. *cōt.* 323. Fōtanella *de pactis nupt. clausul.* 9. *glos. vnica p.* 1. *à n.* 79. Galleratus *de renunciatione, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 5. *à n.* 30. Castillo *dict. cap.* 116. *per totum*; Cancerius *dict. c.* 15. *à num.* 262. Fusarius *de substitutionib. quæst.* 593. *à num.* 124. Hector Capycius Latro *decis.* 2. *per totam*; latè Vlricus Hunnius *in Encyclopedia iuris part.* 1. *tit.* 6. *cap.* 8. *ferè per totam*, D. Franc. Merlin. *cent.* 2. *controu. cap.* 61. *&* 62. apud quos latè de intellectu, *l. procula* 26. *D. de probationibus.*

23 His † etiam conuenit, liberationē generalem ad debita hondùm quæsita non extendi; vt ex multis probat D. Vela *dict. dissert.* 8. *num.* 6. Quē admodùm in legato generali bonorum, vsufructu omnium bonorum, & maioratu ex omnibus bonis instituto, præsentia tantùm, non futura bona comprehenduntur, latissimè D. Ioan del Castillo *de vsufructu il.* 44. *per tot.* Mieres 1. *p. q.* 10. *n.* 127. Farinacius 1. *tom. posth. decis.* 41. Tuschus *lit. L. concl.* 59. Arias de Mesa (quidistinguit inter cōtractus, & vltimas voluntates) *d. c.* 11. *à n.* 23. Carocius *sup. d. q.* 10. *princip. q.* 15. *à n.* 1. vbi etiā quòd cōfectio bonorū nō extēditur ad bona futura, sed

ad præsentia, *c. fœlicis, §. verùm de pœnis lib. 6. l. si mandauero tibi, §. is cuius, D. mandati*, Intrigliolus *cons. 29. à nu. 61.* latè D. Franc. Merlin. *cent. 2. controu. cap. 20. & 21.* Mieres *de maioratib. 1. p. q. 1. à nu. 351.* qui innumeros referunt, ex aliis Mesa *d. c. 11. n. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Rem super qua lis pendet, sicut reus alienare non potest, ita nec cedere valet ius, super quo mota est sibi controuersia iudicialis.*

2 *Alienatio rei litigiosæ qua ratione prohibeatur.*

3 *Prohibitio alienationis rei litigiosæ, militat etiam in cessione iuris super quo lis iam pendet.*

4 *Expenditur* l. censemus 4. C. de litigiosis.

5 *Actio litigiosa à quo tempore efficiatur, & de litigiosi vitio, ac pœnis.*

6 *Sententia lata contra cedentem ius litigiosum, an sine nouo processu exequi possit aduersus cessionarium, siue lis sit super actione reali, vel personali?*

7 *Sententia addictionis, quando possit exequi aduersus eos, qui executione pendente aliquid emerunt à debitore.*

8 *Alienata in clericum lite pendente, an possint per iudicem laicū auocari.*

9 *Litigiosi vitium etiam in actionibus & iuribus corporalibus locū habet.*

10 *Actor cedens actionem litigiosam non incurrit pœnas, de quibus in* l. fin. C. de litigiosis: *quia in reis, nō in actoribus locum obtinent.*

11 *Discriminis ratio assignatur inter actorem, & reum alienantes, & cedentes lite pendente. & nu. 12.*

12 *Sententia absolutoria non indiget executione, quia se ipsam exequitur.*

13 *Cessa actione super qua lis inest, an instantia litis in cessionarium transeat? & à num. 18.*

Refellitur opinio Marij Giurbæ, & Marij Mutæ, *nisi intelligas prout* num. 19.

14 *Actio litigiosa an alij cedi possit, saltim quoad vtilitatem: ita vt cedens ipse litem prosequatur: litis tamen victoria in commodum cessionarij cedat, &* num. 15. & 17.

16 *Cessio actionis litigiosæ vbi admittitur, an cedens litem prosequi compelli possit?*

17 *Intelligitur opinio* Fontanellæ, *& aliorum, qui sentiunt, actionis litigiosæ cessionem saltim quoad vtilitatem consistere.*

18 *Ius instantiæ an transeat cum ipsa actione cessa, &* numer. sequent.

Instantia litis cedi potest; & an specialis cessio necessaria sit?

Instantia litis quando transeat in singulares successores, ibid.

20 *Actione litigiosa legata, heres litem prosequi tenetur.*

Litigiosi vitium cessat in alienatione necessaria, ibid.

21 *Expenduntur* l. 14. & 17. titul. 7. part. 3.

Debitor cessus quando iustè desideret, vt cedens compareat ad agendum. ibid.

22 *Actio litigiosa si indubitata sit, cedi poterit.*

23 *Actio iudicati ex sententia cedi potest sine vitio litigij, &* num. 24. *vbi reijcitur* Farinacius, *intelligi vt* num. 27.

25 *Lis per sententiam an finita dicatur, si non sit tradita executioni?*

26 *Transactio an fieri possit post sententiam, pendente eius executione, &* num. 27.

28 *Rescriptum impetratum ab actore ad litem, non transit cessa actione super qua lis est, & rescripta fuit obtentum.*

Rescriptum ad lites merè personale est,

est? & an transmittatur ad heredes? remissiuè.

29 *Aduocato, vel procuratori actio litigiosa cedi non potest; si tamen cedatur, locum non habent pœnæ impositæ aduocatis pacisscentibus cũ clientibus de quota litis,* & n. 30. *vbi laudatur* Farinacius.

31 *Procurator cui litigans cessit actionem litigiosam, an incurrat pœnã. Refertur decisio* Senatus Delphinalis.

32 *Reprobatur* Fontanella, *dùm asserit, non iusta ratione interdici pactum de quota litis inter clientem & aduocatum.*

33 *Promissio facta per litigantem aduocato, vel procuratori in casu victoriæ, non subsistit,* contra Fontanellam.

34 *Aduocati vel procuratores nõ possunt suis expensis prosequi lites eorum pro quibus agunt, eo pacto vt in casu victoriæ aliquid ipsis præstetur.*

35 *Pactum de quota litis iustis ex causis damnatur. Et de eius pœnis, & an iuramento confirmetur?*

36 *Duplex prohibitionis pacti de quota litis ratio aduertitur,* & num. 37.

Promissio & transactio facta inter medicum, & infirmum tempore infirmitatis non valet, ibid.

37 *Aduocati pacisscentes de quota litis, prædones, crudeles, & infames dicuntur.*

38 *Pactum de quota litis, an in foro conscientiæ sustineatur?*

39 *Pactum de quota litis inter clientulum, & aduocatum, licèt improbetur tamen valent inter eos alij contractus, extra litis causam facti, si de fraude suspecti non sint.*

40 *Pactum de quota litis cum tertio initum, an consistat?*

QVÆSTIO. XI.

Actiones in iudicium deductæ, & iura super quibus lis pẽdet, an cedi possint? Et de instantia litis. Et an actio litigiosa aduocato, vel procuratori rectè cedatur. Et de prohibitione pacti de quota litis inter clientulum, & aduocatum.

CEderet solet actor actionem, quam in iudicium deduxit; similitérq; & reus cedere solet ius super quo lis pendet, & sibi mota iam fuit controuersia iudicialis. Quæstionis tunc est, an hæc actio, ius ve litigiosum cessibile sit? Circa quam primò inquirendũ est, de cessionibus, quæ à reis fiũt: veluti quando existenti in quasi possessione exigendi à Titio certam annuam quantitatem, super eo iure lis mouetur à tertio, qui intendit, ius illud ad se pertinere, & ita declarandum fore: vel ipse Titius prætendit, se nihil debere, vel obligationem illam nullam esse. Dubium eo casu est, an reus, ius illud super quo iam lis pendet, & in cuius quasi possessione exigendi est, alij cedere possit. Et licèt nullum viderim interpretem, qui in hoc puncto loquatur, omnes enim specifice scribunt, de alienationibus rerum, non verò de alienationibus, seu cessionibus iurium, quæ à reis fiunt; resoluendum tamen censeo, idem ius procedere, siue reus rem super quã lis vertitur alienet, siue ius, & actionem, quam alter in controuersiam, & iudiciale discrimen adduxerat: et vtroque casu litigiosi vitium contra-

hi, cessionemque nullius esse momenti.

2 Moueor † ex eo, quòd rei litigiosæ ideo reo alienatio interdicitur, iuxta *l. Diuus* 5. *D. de petit. hered. l. alienationes* 13. *D. familiæ ercisc. cap.* 2. *de alienat. iudicij, l.* 1. *& per tot. C. de litigios. l.* 13. *tit.* 7. *part.* 3. quia ex eâ magnum præiudicium actori sequitur: et eius conditio deterior fit, *l.* 1. *D. de alienat. iudicij mutan. caus. fact.* Ant. Faber *C. de litigios. defin.* 1. et in eius fraudem dolosè facta præsumitur, *l. censemus* 4. *§. sin autem*, ibi: *Et absconditâ machinationem, C. de litigiosis, dict. l.* 13. *tit.* 7. *part.* 3. ibi: *Muchas vegadas acaece, que los emplazados por facer engaño, à los que los fizieron emplazar vẽden, o enagenan*, & infrà ibi: *Queriendo deshazer el tal engaño*, Paris. *cons.* 138. *num.* 28. *lib.* 4. Bursatus *cons.* 100. *num.* 23. *lib.* 1. Lancellotus *de attentatis* 2. *p. cap.* 4. *in præfat. illat.* 3. *numer.* 453. ex Ripa, & Cacherano, Guzman *de euictionibus, quæst.* 11. *num.* 57. Quæ † rationis prohibitio nõ minùs afficit rei, quàm iuris alienationem, vel cessionem: imò fortior ratio in cessione iuris versatur: quarè ad hunc casum non extensiuè, sed comprehensiuè protrahi debet litigiosi vitium, & pœnæ, argum. *l. illud, C. de Sacros. Ecclesiis, l. his solet*, vers. *satis, C. de reuoc. donationib.* cum aliis congestis à Velasco *in locis comm. lit. R. axiom.* 14. *& 16.*

3 Quæ † rationis prohibitio nõ minùs afficit rei, quàm iuris alienationem, vel cessionem: imò fortior ratio in cessione iuris versatur: quarè ad hunc casum non extensiuè, sed comprehensiuè protrahi debet litigiosi vitium, & pœnæ, argum. *l. illud, C. de Sacros. Ecclesiis, l. his solet*, vers. *satis, C. de reuoc. donationib.* cum aliis congestis à Velasco *in locis comm. lit. R. axiom.* 14. *& 16.*

4 Pro quâ † sententia expendi potest textus *in dict. l. censemus* 4. *C. de litigios.* ibi: *Censemus vt si quis lite pendẽte actiones, vel res quas possidet ad aliũ quendam transtulerit*, quam rectè intelligere poteris vt procedat, quando reus actionem, quam habet, & super qua lis est, in alium transfert: nam de actore actionem quam in iudiciũ deduxit transferente, loquitur textus *in l.* 2. *C. eodem titulo*, ibi: *Lite pendente actiones, quæ in iudiciũ deductæ sunt*, & apertius ibi: *Minimè transferri ab eodem actore liceat.*

5 Quâ † admissâ sententiâ, si scite cupis à quo tempore actio hæc litigiosa efficiatur, & an à die citationis, an verò à tempore litis cõtestatæ, & in quibus casibus litigiosi vitium cesset, vel pœnæ locum habeant, qualesque sint: consule latè agentes Lancellotum *de attentatis, dict. illat.* 3. *per totam à nu.* 451. Alex. Trentacinq. *lib.* 2. *var. tit. de iudiciis resol.* 17. *per tot.* Ant. Faber *C. de litigios. defin.* 1. *cum sequentibus*, Farinacium *infragment.* verb. *litigiosa res, à num.* 234. *ad* 427. Cancer. *libr.* 2. *var. cap.* 12. *per totum*, Fontanell. *de pactis nupt. claus.* 6. *glos.* 1. *part.* 6. *à num.* 48. Carpan. *ad stat. Mediol.* 1. *tom. ca pit.* 68. *per tot.* Zeuallos *de cognit. per viam viol.* 2. *part. quæst.* 16. *à num.* 37. Virgilium *de legitim. personæ in præiud. à num.* 93. Marium Cutellum *de donationib. contemp. matrim. tract.* 2. *disc.* 1 *speciali* 20. *per tot.* Guzman *de euictionibus, quæst.* 1. *à num.* 57. latissimè & nouiter, quandò res, vel actio litigiosa dicatur, & qui sint litigiosi effectus, & quandò cessent, multum potest hæc visus Frantzkus *var. resol. lib.* 1. *resol.* 11. *per totum.*

6 Et an † sententia lata contra cedentem, possit exequi sine nouo processu contra cessionarium actionis litigiosæ, siue lis pendeat super actione reali, & dominio, vel super actione personali ad rem, vel quantitatem, vltrà relatos, qui latissimè prosequuntur, addo doctissimè agentem D. Salgadum *de Reg. protect.* 4. *part. cap.* 8. *à num.* 168. Mieres *de maioratibus* 3. *p. quæst.* 14. *num.* 23. Farinacium *infrag.* 2. *part.* verb. *litigiosa res à numer.* 324. Giurba *decis.* 62. Gaito *de credito, cap.* 2. *tit.* 3. *num.* 643. D. Valenzuela Velazquez *cons.* 19. *à nu.* 41. *& cons.* 111 *à num.* 23. D. Solorzanum *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *nu.* 104. Noguerol *allegat.* 29. *à n.* 233. Carleual. *de iudiciis lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 11. *à nu.* 2. Bellonum *de his quæ fiunt in continẽti lib.* 2. *cap.* 81. *num.* 3. apud † quos latissimè actum inuenies, quandò sententia addictionis, vulgo *de remate*, possit

7 exe-

exequi aduersus eos, qui executione pendente rem aliquam habuerunt à debitore, videndi etiam Salgado *dict. part. 4. cap. 14. num. 112.* Hieronymus de Leon *decis. 22.* Canterius *2. part. c. 4. num. 49. & 3. part. cap. 17. a numer. 461.* Et † lite pendente alienata in 8 clericum posse per iudicem seculare auocari, & contra eum exequi sententiam testantur Salgado *sup. num. 110.* Gaito *dict. tit. 3. à num. 647.* Grasis *de effectibus clericatus effect. 1. num. 298.* Cutell. *dict. special. 20. num. 35.* Ansal dus *de iurisdictione 3. part. titul. vnico, cap. 12.*

De reo alienante, vel cedente diximus, videamus de actore, qui actionem iam institutam cedere conatur, & an hoc ei liceat? Et † sunt qui existiment, 9 *titulum C. de litigiosis*, ad actionum cessionem non pertinere, sed tantùm ad rerum alienationem, quos reprobat *Anton. Gomez* per textum ibi *in l. 16. tit. 7. part. 2. glos. 6.* quia lex 2. & finalis vitium litigiosi in actionibus inducentes, iure authenticorum correctæ non sunt: et litigiosi vitium etiam in iuribus incorporalibus locum habere supponit Paulus Galleratus *de renunciatione tom. 1. lib. 1. cap. 4. num. 115.* firmat Ant. Faber *lib. 12. coniect. cap. 12. vers. sunt qui reprehendat*, post Alex. Guid. Pap. Misinger. Lancellotus *dict. illat. 3. nu. 451.* Capycius Galeota *lib. 1. cont. 2. num. 21.* qui refert Pontem *cons. 6.* & alios. Farinacius *d. verb. litigiosa, num. 249.*

Illud † verò de iure communi de- 10 fendi potest, & de iure nostro sine dubio tenendum existimo, actionis in iudicium deductæ licèt cessio nō valeat, & in hoc prohibitioni illius tituli locus sit, Hunnius vbi proximè *num. 33.* non tamen locum esse pœnis, de quibus *ind. fin. C. de litigiosis, l. 13. tit. 7. p. 3.* quandò actor actionem litigiosam cedit: nam pœnæ tantùm impositæ sunt reis alienantibus; non verò actoribus actiones in iudicium deductas cedentibus. Quod manifestè apparet *ex d. l. 13.* iuncta *l. 16. sequenti*: quia *dict. l. 13.* quæ imponit pœnas, loquitur in reo alienante; at verò *lex 16.* quæ loquitur de actore, licèt actionis litigiosæ cessionem improbet; tamen cedentem nullis afficit pœnis, quæ nisi in casibus à iure expressis locum non habent, *l. et siquis, §. Diuus, D. de religiosis, & sumpt. funer.* cum aliis congestis à Cardoso *in praxi iudic. verb. pœnæ sunt odiosæ.* Nec aliud de iure communi cautum inueniesinam *dict. l. fin.* potest intelligi de reo, siue rem; aut ius, vel actionem alienante; non verò de actore, de quo tantùm loquitur *d. l. 2. C. de litigios.* ibi: *Minimè transferri ab eodem actore liceat.*

Hæc † quæ à nemine animaduer- 11
sa vidi, rationi, & æquitati conueniūt: quia licèt æquū sit, alienationes, quæ litè pendente, tàm à reo, quàm ab actore fiunt, nullitati subiacere, propter præiudicium quod collitiganti infertur; si nouus litigator cedentis loco subrogaretur; tamen quòad pœnas lōgè dissimilis ratio est: nam vbi actor cedit actionem litigiosam, reo ferè nullū præiudicium infertur, cùm possit cessionarium agentem, & litē prosequentem repellere; & cogere cedentem vt litem cēptā prosequatur *dict. l. 2.* ibi: *Lite nihilominus peragenda:* et- 12
si fuerit absolutus, nihil agere cū cessionario necesse habet, cùm † sententia absolutoria executione non indigeat: quia se ipsam exequitur; & absque aliquo facto hominis, secum trahit executionem, cùm nullâ indigeat citatione, aut traditione; *l. si inter me; D. de re iudic. l. ex sextante, §. Latinus, D. eodem titulo*, ex Garcia, & Gail, doctissimè D. Salgado *de Reg. protect. 4. part. cap. 1. à nu. 98.* Auendaño *de metu lib. 2. cap. 28. à nu. 2.* D. Valenzuela *cons. 68. num. 13. & cons. 72. à num. 12. & 16. tom. 1.* At verò cùm reus rē transfert, vel ius super quo lis vertitur, alienatio, & cessio magnum dolū præsefert, & actoris ius maximè lædi- tur, cùm si vincat, necessariò citare

debeat

debeat nouum possessorem, & contra eum exequi sententiam, iuxta Doctores relatos sup. Farinacius qui in his terminis loquitur *d.* verb. *litigiosa res, num.* 334. videndus *num.* 417.

13 Eâ igitur admissâ sententiâ, quòd litigiosi vitium, iurium & actionũ cessionem inficit. In primis † aduerto, interpretes, qui de cessione actionis litigiosæ scripserunt, confusè, & obscurè fuisse locutos. Nam doctus Giurba *decis.* 107. expresè, & indistinctè tradit, cessâ actione cùm iure instantiæ, in cessionarium ius instantiæ transire, ipsumque agere posse, quin ei obstet litigij vitium. Apertiùs idem probat Marius Muta *decis.* 14. *per totam*, qui tenet, nihil impedire, quin mota in iudicium actio alij cedatur; et cessionarium agere posse: quia cessio, quæ pẽdente lite interdicitur, solùm procedit, si in personas reo nocibas fiat, veluti in pupillos, viduas, & alios priuilegiatos. Quæ decisiones Giurbæ, & Mutæ, prout iacent, procedere nõ possunt, cùm certi iuris sit, actiones super quibus lis est, cedi non posse, etiam in eum qui priuilegio aliquo speciali munitus non sit, *dict. l.* 16. *tit.* 7. *part.* 3. ibi: *Maguer quisiesse enagenarlo à hombre que non fuesse mas poderoso que si*, Rodriguez *de reditibus lib.* 3. *quæst.* 4. *num.* 43. *in fine*, Farinacius *vbi proximè num.* 299. *in fine.*

14 Similiter † neque sine difficultate procedit aliorum sententia, qui indistinctè etiam docent, cepti iudicij instantiam licèt alij cedi non possit, vt eadem sit cum cessionario, quàm quæ cum cedente erat; tamen litis & instantiæ vtilitatem in alium rectè transferri; ita tamen vt iudicium ceptum ipse cedens prosequatur, quam sententiam ex Innocent. & Abbat. tuentur multi laudati per Hypolitum Montan. *in addit. ad Oliban. de actionibus, part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 39. Giurba *d. decis.* 107. *nu.* 1. Muta *dict. decis.* 14. *num.* 2. *&* 3. contra Beroium, idẽ sequitur Amato *tom.* 2. *resol.* 86. *nu.* 41.

Quæ doctrinâ † generaliter, & prout scribitur accepta, vera non est, cùm 15
nec quoad vtilitatem actionis, vel instantiæ, cessio iuris litigiosi admittatur, nisi in casibus à iure expressis, & exceptis, vt iure nostro Regio expressè cauetur *in d. l.* 16. *in fine*, Facit etiã, quòd vbi vitium litigiosi cessat, veluti quia actio litigiosa legatur, tunc nõ instantia ipsa transfertur in legatariũ, sed tantùm eius vtilitas, *authen. nunc si heres, C. de litigiosis, l.* 17. *tit.* 5. *part.* 3. ergo non idem admitti debet, quãdò litigiosi vitiũ locũ habet. Vltrà quòd posset accidere, vt is in quem vtilitas instantiæ, & litis transfertur, potẽs esset, & eius auxilio nimis vexaretur aduersarius, argum. *l.* 1. *C. nè liceat potentiorib. cum* 2. *titulis sequentibus*, faciũt notata infra *num. fin.*

In † discrimen etiam adducitur alia 16
sententia (quæ veritati magis accedere videtur) nempè etiam in casibus in quibus licita est actionum cessio post litem contestatam, (quos refert textus *in d. l. censemus, C. de litigiosis, l.* 14. *tit.* 7. *part.* 3. Cancerius 2. *part. var. c.* 12. *à nu.* 48.) cum qui litem inchoauit, illam peragere teneri, docent Innocent, & Abbas quos sequitur Gratianus 5. *tom. discept.* 906. *nu.* 15. Marius Cutell. *de donation. contemp. matrim. tract.* 1. *dis.* 1. *spe.* 20. *n.* 23. Quæ opinio ex eo mihi difficilis videtur, quia vbi permittitur actionis litigiosæ cessio, instantia litis transferri poterit in cessionarium. Et vbi cessat vitium litigij, & præsumptus dolus, cessionarius admitti debet, arg. *dict. l.* 2. quâ statuitur quòd vbi contra prohibitionem tituli *C. de litigiosis*, actor actionem semèl deductam in iudicium transfert, ipse litem finire debet: ergo si cessio valida est, litem prosequi poterit cessionarius:

Quarè † vt certa ab incertis separem, & in hâc re vera resolutio habeatur, constituo, lite pendẽte, neque rei neque actionis litigiosæ alienationẽ, vel cessionem consistere, non solùm 17

vt

vt lis, & instantia transeat in cessionarium, sed neque vt vtilitas, & eius commodum ad eum pertineat, ex rationibus sup adductis, facit Frāc. Marcus *decis.* 148. *num.* 4. *tom.* 2. Burgos de Paz *cons.* 3. *à nu.* 3. Rodericus Suarez *cons.* 7. *nu.* 32. quicquid vltrà relatos supra dicat Fontanella *decis.* 180. *num.* 7. & 8. qui asserit, rei, & actionis litigiosæ cessionem consistere, quoad vtilitatem, si in lite non comparet cessionarius. Quorum sententia procedere posset, quando aduersario nullum sequeretur damnum ex eo quòd vtilitas litis ad alium pertineret; vel vbi cessio improbè aut dolosè facta non fuisset.

18 Constituo † secundò, eo casu quo actionis litigiosæ licita est cessio, distinguendum esse, an actio simpliciter cedatur, an verò cum ipso iure instantia: nam simpliciter cessa actione, ius instantiæ non transibit: quia licèt instantiæ ius cessibile sit, *l. cum hereditas, D. ad S. C. Trebell. l. in causæ, § fin. D. de procuratoribus*, vbi Bart. Giurba *d. decis.* 107. *num.* 3. Muta *decis.* 14. *nu.* 6. Noalis *de transmissione cas.* 55. *numer.* 15. innumeris relatis Amato *d. resol.* 86. *num.* 39. Tamen regulariter neque actiuè, neque passiuè transit in singularem successorem, Capycius Latro *decis.* 23. *num.* 5. Et vt transeat in cessionarium, vel singularem successorē specialis cessio est necessaria, vel saltim quòd generaliter, & verbis vniuersalibus, & aptis, comprehensiuisque instantiæ cessio fiat: veluti si cedatur actio cum omnibus, & quibuscumque iuribus; vel si cessionarius constitueretur in locum cedentis, ex quibus instantiam cessam videri, ex Peregrino, Rouito, Fabio de Anna, resoluūt Giurba, & Amato vbi proximè, *& à num.* 31. latè Ponte *cons.* 7. *à num.* 15. *ad* 21. *& cons.* 6. *à nu.* 1. Portoles *ad Molinum in § actio, à num.* 38. idem Giurba *decis.* 84. *nu.* 12. Ioan. Baptist. Thoro *tom.* 1. *comp. decis.* verb. *instantia litis*, Carpan. *ad stat. Mediol.* 1. *to-*

mo cap. 21. apud quem, & Noalis, & Antonin. Amatū, latissimè inuenies, quandò instantia transeat in singulares, vel vniuersales successores, videas etiam Vlricum Hunnium *in Encyclop. iuris part.* 2. *tit.* 4. *cap.* 3.

Si † ergo in casibus exceptis actio 19
in iudicium deducta simpliciter cedatur: existimo iudicij, litisque vtilitatē in cessionarium transferri, in qua specie intelliges Innocēt. Abbat. & alios relatos per Amatum *dict. num.* 41. cōsentiente tamen reo, cessionarius litē prosequi poterit. Si verò ius instantiæ vel expressè, vel tacitè simūl cū actione cedatur, verius dicerem, cessionarium ipsum litem suscipere posse, iuxta quam speciē intelligendi sunt Giurba, & Muta locis relatis. Neque † me 20
in contrarium mouēt *d. authen. nunc si heres, & dict. l.* 14. *&* 17. nam speciale est, vt re, vel actione litigiosâ legatâ, heres ad vtilitatem legatarij litem finire debeat; quasi vtilitas illius litis legata censeatur; expensis tamen heredis agitanda. Quod in alijs casibus in quibus vitium litigij cessat, nō procedit, imo cessionarius ipse agit, vt in singulari successore necessario, veluti in creditore per adiudicationem, *ex l. in iudicio, D. famil. erciscund.* tenet Iacob de Arena *in l. inter quos, D. de damno infecto*, Angelus *in l. tàm ex contractibus, num.* 2. *D. de iudiciis*, Carpan. *sup. num.* 50. Polyd. Ripa, Peregrin. Asinius quos refert Giurba *dict. decis.* 107. *num.* 12. Amato *sup. num.* 34. Et in aliâ quâlibet alienatione necessariâ ex Ponte, & Georgio, Thoro *dict.* 1. *p. comp.* verb. *vltium litigiosi*. Mouentur ex eō, quòd in alienatione necessariâ, & adiudicatione actionis factâ creditori, litigij vitiū cessat, latissimè exornat Guzman *de euictionibus, d. quæst.* 11. *à num.* 73. In Fisco tamen id speciale est, vt neque ex causa necessaria ei liceat actionis litigiosæ cessionem habere, *l.* 1. *&* 2. *C. ne Fiscus, vel priuat.* Capycius Galeota *dict. lib.* 1. *cen-*
tur. 2. *num.* 18.

Et

21 Et† hæc nostra sententia expressis ni fallor verbis cõprobatur *ex d.l.* 14. vbi postquàm legislator casus expressit, in quibus litigiosi vitium cessat, & res licitè alienatur, addit hæc verba: *Pero en qualquier destos casos aquel a quien passasse la cosa tenudo seria de responder à la demanda*, ecce vbi nõ solum actio, sed & instantia transit: et statim lex prosequitur: *El tercero es quando la enagenacion despues del emplazamiento en razon de manda que hizesse à su finamiẽto; mas en este caso postrimero el heredero tenudo seria de defender, è seguir el pleyto.* Idemque decidit*ur in d.l.* 17. quando non res litigiosa, sed actio legatur: ergo speciali ratione legatâ actione non transit in legatarium instantia, quæ in aliis casibus, sine dubio transiret. Quam sententiam veram agnoscit Iacobus Cancerius *d.par.* 2. *var.cap.* 12. *nu.* 61. *&* 62. si reus contra quem actio ceditur, nullum ex cessione, & mutatione aduersarij damnum pateretur: nam si deterioris fieret conditionis, quia cessionarius non ita vt cedens legalis esset, fatetur posse reum desiderare, vt cedens litem prosequatur, argum. text. *in l. penult. D. de alienat. iudicij mutand. caus. fact. l. si actor, D. de procuratoribus*, vbi Maranta *à num.* 31. *&* 76.

22 Vno† tamẽ casu (præter alios quos referunt Doctores, de quibus sup.) admittit Anton. Faber *lib.* 12. *coniect. c.* 12. vers. *Nec extimandum*, actionis litigiosæ cessionem: scilicet quandò indubitata esset: veluti si debitor iudicialiter confessus fuisset debitum; vel si ex aliâ causâ nulla ei posset competere defensio: nam cùm molestiæ, & doli timor cesset, & nihil iam præter exactionem deficiat, deficit etiam ratio, quæ prohibet huiusmodi cessiones, sequitur ex Abb. Bald. Angel. & aliis, Pacificus *de Saluiano interdict. insp.* 3. *cap.* 2. *num.* 906.

23 Ex quo† infert idem Anton. Faber, actionem iudicati ex sentẽtia rectè cedi, & alienari posse: nam licèt posit rem iudicatam, deueniendum sit ad eius executionem; tamen de actione nulla iam potest quæstio superesse, quia per sententiam à qua non fuit appellatum, vel aliter transitum fecit in iudicatum, lis finita dicitur, & litigij effectus cessant: ac proindè actio ex iudicato cedi poterit, vt ex Baldo, & Roderico Suarez consuluit Cancerius 3. *part. var. cap.* 17. *numer.* 434. Portoles *ad Molinum in §. actio, nu.* 43.

24 Neque† curandum est de Farinacio, qui passim *infragm. dict.* verb. *litigiosa res, & num.* 418. contrarium docet, ibi: *Durante enim appellatione, vel executione lis nõ dicitur finita, & ideò tunc cessio, & alienatio est prohibita*: nam† licèt dici soleat, litem finitam non dici, quòad fiat executio sententiæ, vt ex multis elegantèr probat D. Salgado *de Reg. protect. part.* 4. *c.* 14. *num.* 250. *& de retentione Bull.* 2. *part. cap.* 18. *à num.* 9. Noguerol *alleg.* 36. *num.* 11. Lanzellotus, quem refert Farinacius *num.* 417. asserens, per sententiam diffinitiuam latam ad fauorẽ rei, litem finitam dici; non verò si ad fauorem actoris proferatur: quasi primo casu sua sententia executione non indigeat vt diximus sup. in secundo verò executio sit necessaria. Tamen† id intelligendum non est quòad effectus litigij, quia cùm ius indubitatũ maneat, adeò vt super eo transigi non possit, *l. eleganter* 13. *§. si post rẽ, D. de condition. indebiti, l. si causa cognita* 32. *C. de transactionib. l. causas, C. eodem titulo*, Mysinger. *cent.* 4. *obs.* 47. vers. *quod si transigat*, Gutierrez *de iuramen. confirmat.* 2. *part. cap.* 4. *per tot.* D. Castillo *tom.* 4. *controu. cap.* 42. *num.* 30. cùm transactio non nisi super iure, & lite dubia cadat, *l.* 1. *l. cum hi, §. si cum lis, D. de transactionib. l. præses* 12. *C. eodẽ tit. cap.* 1. *cap. contingit de transactione*, exornat latè Castillo *à num.* 26. D. Ioseph Vela 2. *tom. dissert.* 47. *num.* 9. nihil est, quod impediat actionis indicati cessionem.

25

26

27 Vno† tamen casu vt ipse subtilissimus

mus Anton. Faber docet, cessio non subsisteret, scilicet vbi de hoc ipso dubitaretur, an iudicatũ sit, vel an exceptio rei iudicatæ obstaret, vel an à sententiâ appellatum esset: cum tũc actio indubitata dici non possit: vndè his casibus etiam post sententiam rectè transigitur, *l. & post rem 7. l. post rem 11. D. de transactionib.* Dornsperg. *syntag. iuris lib. 2. part. 2. c. 46.* vers. *quinto transactio*, Gutierrez *dict. cap. 4. nu. 2.* Mysinger. *sup.* Papon *lib. 19. titul. 9. arresto 3. cũ seq.* Merẽda *lib. 1. cont. c. 5.*

28 Planè † licèt actio in iudicium deducta nonnullis casibus cedi possit; tamen rescriptum impetratum ad litem de cuius cessione agitur, ad cessionarium non transit, vt *ex cap. fin. de rescriptis*, tradunt ibi Abb. Ioan. And. & Bald. Iason *in l. 1. §. Vsufructuarius, n. 6. D. de noui oper. nunc.* Roland. à Valle *conf. 28. num. 5. vol. 2.* moti ex eo, quòd rescriptum merè personale est, neque egreditur personas in eo contentas, *cap. P. & G. de offic. deleg.* sequitur Tiraquell. *de retract. lignag. §. 26. glos. 1. num. 45.* Noalis *de transmissione casu 52. nu. 5.* vbi per totum, quãdò rescriptum ad lites transmissibile sit ad heredes. Et rescriptum cedi non posse, probat Paul. Gallerat. *de renunciat. lib. 1. cap. 4. num. 122.*

29 Ex superioribus † inferes, non rectè procedere decisionem docti Fontanellæ *decision. 178. num. 14. infine*, qui refert, donationem, & cessionem totius rei, & actionis in litem deductæ, aduocato, vel procuratori factam validam esse. Cõtrarium namque verius censeo, quia licèt pro certo habeam, aduocatum, vel procuratorem qui actionis ligitiosæ admisit cessionem, non incurrere pœnas, quas pateretur, si pactum de quotâ litis iniret cũ clientulo, vel dominò: tamẽ nullâ potest ratione fundari, titulum hunc cessionis iustum, & legitimum esse, cùm de actione litigiosa fiat, cuius cessio non valet, præsertim si fiat aduocato, vel ei, qui ad mouendam litem procurator fuerat constitutus, vt verbis Anton. Fabri vtar, *in C. tit. de litigios. defin. 3.* sequitur tàm in aduocato, quàm in procuratore Franc. Ragnellus *ad constitutiones Iustinian. in l. ab Anastasio, C. mandati*, & alij relati per Hypolit. Montan. *dict. cap. 4. num. 39.*

30 Vndè † rectius sentit Farinacius *tom. 3, praxis quæst. 106. num. 57. & addit. ad Farinacium lib. 1. conf. 70. lit. C.* cessionem factam procuratori, vel aduocato, non esse reprobatam à iure, licèt ipsi in eâ constituantur procuratores in rem propriã: nam tunc non dicitur tractari de pacto de quota litis; sed solùm, an cessio sit permissa, vel prohibita: quasi dicat, cessionem actionis litigiosæ aduocato factam, etsi nulla sit, tanquàm de re litigiosa; non tamen ideò prohiberi, quòd contineat pactum de quota litis.

31 Quarè † neque in consulendo, neque in iudicando sequerer aliam decisionem Senatus Parlamenti Delphinalis, apud Francis. Marcum *1. part. dec. 19.* in quâ asserit procuratorem, cui litigans fecerat cessionem litis, condemnatum fuisse in priuationem patrocinij, & pecuniariam pœnam. Nã cùm cessio hæc longè à pacto de quota litis distet, & nullæ pœnæ recipientibus huiusmodi cessiones sint statutæ, non est cur aduocatus, vel procurator tàm rigidè puniantur: cùm in pœnalibus non debeat fieri extensio etiam ex identitate rationis, *l. respiciẽdum cum aliis, D. de pœnis.* In terminis pacti de quota litis Cancerius statim referendus *num. 188.* Sed fortè procurator in casu illius decisionis fuit punitus, quia constitit iudicibus, cessionem fictam, & simulatam fuisse, et in fraudem legis prohibẽtis pactum de quota litis, vt cum iudicio aduertit Fontanella *d. decis. 178. n. 9. & 15.* conducit Ant. Faber *d. defin. 3. C de litigios. in fin.*

32 Sed † magis absonum a iure, & ratione est, quod tentauit ipse Fontanella *dict. decis. 178. num. 2.* scilicèt pactũ de quota litis aduocatis, & procuratori-

toribus iniustâ ratione interdici, cùm nec prohibeatur eis de aliâ quamtumuis maximâ quantitate, quæ extra litẽ sit, in casu victoriæ pacisci; *l. si remunerandi 6. §. vlt. cum l. sequent. D. mandati, l. vnica, C. de sufragiis*, Anton. Faber *C. mandat. defin. 1.* Est namque ratio cui innititur fallax, & sine fundamento: quia † verior, & communis sententia est, promissionem aduocato, vel procuratori factam in casu victoriæ nullam esse, vt ex pluribus concludit Farinacius *dict. quæst. 106. à num. 33. & 38.* Alex. Trentacinq. *lib. 2. variar. tit. de postulando, resol. 1. n. 4.* vers. *sub declara*, Cancer. *lib. 2. var. cap. 12. num. 178.* Osualdus ad Donell. *libr. 18. com. cap. 3. lit. Ccc.* licèt aliter distinguat Thoro *1. tom. comp. decis.* verb. *aduocatus pacisc ens.* Quæ sententia de iure nostro Regio sine dubio est, *ex l. 8. tit. 16. lib. 2. Recop.* ibi: *Otrosi mandamos que ningun Abogado pueda hazer partido con la parte aquien ayudare, que le de cierta cantidad de marauedis, ni otra cosa por razon de la victoria, y vencimiento del pleyto*: et facienti imponitur pœna suspensionis officij per sex menses. Aliæ † quæ pœnæ statutæ sunt 34 ibi contra aduocatos, vel procuratores pacisc entes de prosequenda lite suis expensis, vel assecurãtibus victoriam pro aliqua quantitate. Olimque aduocatis prohibitum erat ob causam orandam pecuniam, seù donum accipere, exornat Auendaño *de metu lib. 2. cap. 15. num. 28.*

Pactum † verò de quota litis iustis ex causis iura abhorrent, & huiusmodi pacisc entes afficiunt pœnis, *vt in l. qui aduocatorum, C. de postulando, l. litem, C. de procuratorib. dict. l. si remunerandi, §. Maurus, D. mandati, l. sumptus, & ibi glos. D. de pactis, l. 1. §. si cui, D. de variis, & extraordinar. cognition. cap. infames, §. arcentur 3. quæstion. 7. l. 14. tit. 6. part. 3.* Videndi de huius pacti prohibitione, & in quibus personis locum habeat, Farinac. *quæstion. 106. per tot. & lib. 1, cons. 70.* Gregor. Lopez *in dict. l. 14.* Trentacinq. *de tit. de postulando resol. 1.* Cancerius *d. cap. 4. à n. 178. ad 191.* plenissimè Carpan. *ad stat. Mediol. 1. tom. cap. 379. cum 2. sequent.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 1. tit. 65. à num. 57.* Hunnius *in Encycloped. iuris part. 2. tit. 39. cap. 3. num. 16.* Cabedus *decis. 19. per tot.* Salzedo *ad l. nou. Recop. in l. 34. tit. 16 lib. 2. Recop. num. 55.* Fontanella *dict. decis. 178. cum 2. sequent.* Golinus *de procuratoribus 1. part. cap. 2. num. 20. & 5. part. cap. 5. à nu. 8.* qui plures referunt, Petrus Ala *de Aduocato Christiano 1 part. quæst. 12. per totam.* Et an pactum de quota litis inter clientulum, & aduocatum firmetur iuramento? videndus Golinus *dict. cap. 2. n. 20* Seraphin. *de priuileg. iuram. priu. 170.* qui iuramento confirmari asserit: contrarium tamen tenet Camill. Borell. *dict. tom. 1. tit. 60. nu. 286.*

Prohibitionis † ratio duplex potest assignari. Vna, quæ pacisc entis, & promittẽtis interesse respicit. Altera, quæ circa collitigantis damnũ versatur: aduocati enim, vel procuratores qui similes pactiones cum clientulis, & dominis litis iniunt, eas terrore, & timore litis non amittendæ magis extorquent, quàm ex gratiâ, & voluntate, vt rectè notauit Iacob Cuiacius *lib. 16. obseru. cap. 16.* his verbis: *Hæc enim pactio reprobata est, quasi detrimentosa nimis ei ad quem res pertinet, & certa redemptio litis alienæ, societas scilicet futuræ victoriæ, conuenta inter dominum, & procuratorem contra bonos mores*, elegantius noster Gregor. Lopez *in d. l. 14. glos. 7.* ibi: *Quia omnia daret litigans propter timorem litis, sicut infirmus medico, propter timorem infirmitatis, l. medicus, D. de variis & extraordinariis cognitionibus.* Ex quo textu & aliis rectè probat Polydor. Ripa *de actis in mortis articulo, cap. 56. num. 4. & cap. 71. à numer. 5.* transactionem, & alios contractus inter medicum, & infirmum nullius roboris esse, idem probat Pinell. *in l. 2.*

C. de

C. de rescind. vendit. p. 2. cap. 2. nu. 32. Afflictis *decis.* 123. ex Gutierrez, & Fachin. Gabriel, Velasc. *de priuileg. paup. 3. part. q. 3. nu.* 283. Vndè hæc pactio cōcussionis speciem cōtinet, quæ iuxta Cuiacium, & Vvesemb. *ad tit. de cōcussione*, nihil aliud est, quā terror iniustus pecuniæ, vel rei alterius extorquendæ causâ, optimus text. *in l.* 1. §. 1. *D. ad l. Cornel. de falsi.* ibi: *Item ob instruendam aduocationem, testimonia vè pecuniam acceperit, pactus vè fuerit, societatem coierit ad obligationem innocentium ex Senatu Consulto coercetur*, & Quintilianus quem refert Osualdus sup. hunc pacisendi modum piraticū dixit, & abominandum; idemque probat Imper. *in dict. l. qui aduocatorum*, ibi: *Cū graui damno litigatoris, & de prædatione.*

37 In damnum † etiam collitigantis hæc conuentio est, quia aduocatus, vel procurator ita pacisendo, per fas & nefas causæ victoriam procurabit, & indebitis sūptibus, & molestiis vexabit aduersarium, sciens nihil nisi vincat, ex illâ lite habiturum, vt *ex glos. in dict. l. si qui aduocatorum, & alius*, probat Farinacius *dict. q.* 106. *num.* 2. Golinus *d. lib.* 5. *c.* 5. *à n.* 11. *dict. l.* 14. Quâ ratione S. C. Volusianum cuius meminit Modestinus *in l. ex Senatus Cōsulto. D. ad l. Iuliam de vi priuata*, statuit in legem Iuliam de vi priuatâ incidere eos, qui improbè in alienam litē coeunt, vt quicquid ex condemnatione redactum merit communicetur, Tiberius Decianus *tract. crim. lib.* 8. *cap.* 17. *nu.* 9. Calninus post *Lexicon iuris, tract. de Senator. Senatu, & Senatus Consultis, cap.* 9. vers. *Senatus Consultum Volusianum.* Sicut enim actionis, & litis cessio post motū iudicium calumniosa prælumitur, ita etiā & quotę eius. Quarē merito aduocati, & procuratores de quota litis pacisentes, vltra pœnas in eos statutas, aliquādò prædones, & crudeles; aliquandò redēptores, & infames dicuntur, *d. l.* 14. *d. l. si qui aduocatorū*, Farin. *sup. n.* 12. & 13. Osuald. *lib.* 18. *com. c.* 8. *lit. O. in fine*, Rebuff. *in l. hostes* 118. *D. de verborum signific.* vers. *quinto prædo dicitur*, & alij ex relatis sup.

In foro † autem conscientiæ, an va- 38
lidum sit hoc pactum, & retineri possit quod ex victoriâ litis aduocatus quæsiuit, disputat Fontanell. *decis.* 180. *à n.* 15. vbi ex Federico de Senis, Morla, & Diana resoluit, in foro conscientiæ pactum hoc improbū non esse, si causā quam aduocatus suscepit, iusta sit, & in eâ calumniosè se non gesserit. Cui sententiæ adhæreo, si simùl concurrat, pactum nullo timore litis amittēdæ fuisse extortum: et litis quota iustum honorarium, seù salarium non excederet: quæ omnia simùl concurrere difficile est, videndus post hæc scripta visus Ala *vbi sup. q.* 13. *per tot.* Carrascus *ad l. Reg. cap.* 11. *de aduocatis, nu.* 49. vbi *à nu.* 44. alia refert de hoc pacto.

His † annectes Franc. Tondutum 39
(post hæc visum) *q. & resol. ciuil. c.* 68. *à nu.* 9. qui asserit, pactū de quota litis, aliamvè promissionem aduocato casu victoriæ factam, licèt reprobetur à iure, validos tamen esse alios cōtractus, & donationes inter clientem, & aduocatum extra illas causas factos: quod ego intelligo si penitùs fraude, & suspicione careant.

Pro † complemento quæstionis ad- 40
uerto, pactū de quota litis, tametsi in tertio reprobatum non sit, vt ex Morla Paris. Surdo, Farinacio, & Sola, tenet Fontan. *d. decis.* 180. *n.* 5. id tamen intelligendum, quò ad pacti pœnas, & respectu pacisentis; respectuvero collitigantis pactum non valeret, quasi de actione litigiosâ, si inhitum esset cū eo, qui tegnis, machinationibus, vel potētiâ posset vincere causam, vel saltim vexare reum, iuxta Menoch. *de arbitrariis casu* 522. *nu.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Census, vel nomen debitoris eo inuito*

pro parte cedi non potest iuxta Re buffum.

2 *Nomẽ, vel censum pro parte cedi posse defendit* Cencius.

3 *Census, vel debitoris nomen diuersis personis pro parte legari potest.*

Damnũ quod secundariò accidit, in consideratione nõ est, ibid. & n. 37.

4 *Census, vel nomina debitorũ inter plures heredes pro hereditariis portionibus diuiduntur.*

5 *Nomen, vel census si in partes ex aliquo contractu cedatur, distinguendum est, an cessio ex causa necessaria, vel voluntaria fiat.*

Cessio nominis pro parte, vel in partes subsistit, si facta sit ex causa necessaria. ibid.

6 *Cessio si ex causa voluntaria fiat, an possit census, vel nomen pro parte, vel in partes cedi?*

7 *Debitorum pactionibus, sicut creditoris ius immutari non potest; ita neque creditorum facto debitorũ poterit deterior conditio fieri.*

Validum est argumentum, de debitore ad creditorem, & de actore ad reum. ibid.

8 *Debitores si in solidum teneantur, nõ possunt renuente creditore debitum in partes diuidere: quod neq; debet licere creditori.*

9 *Nomen, vel census si pro parte, vel in partes cedatur, magnum debitori infertur præiudicium.*

Graue est in plures aduersarios distringi eum, qui cum vno contraxit, ibid.

10 *Solutione vnica qui liberatur, si plures, & diuisas facere compellitur, grauari dicitur.*

Solutio, & exactio partium, non mima habet incommoda, ibid.

11 *Creditor in præiudicium debitoris domicilium mutare non potest: si in eius domicilio solutio facienda sit.*

12 *Creditor census, qui ex eo postea maioratum instituit; an possit disponere, vt redimi non possit maioratus possessori; sed quòd teneatur debitor pecuniam cum iudicis præcepto certo loco deponere, duæ referuntur contrariæ sententiæ.*

13 *Dominus census vbi rectè, & validè disponit vt pecunia certo loco deponatur: et quòd redemptio aliter facta nulla sit; an debeat id notam fieri debitori, vel sufficiat eius scientia.*

14 *Sententia lata cum vno ex pluribus reis credendi, aliis non præiudicat; licèt in vnius fauorẽ prolata, aliis prosit.*

15 *Actionis & rei valor minuitur, si exactio à pluribus sit facienda.*

16 *Debitor si censum redimere velit, & deponere principale cum reditibus; an suum iudicem, an verò creditoris adire debeat: et quid si debitum censuale non sit*, & numer. 17.

Debitor census ad eius redemptionẽ vrgeri non potest, neque pacto effici valet, vt censum redimere teneatur. ibid.

Census si fundetur super alio cẽsu redimibi, an validum sit pactum, vt illo redempto, debitor, & hunc redimere teneatur.

18 *Solutio eo loco facienda est, in quo debitum peti potest.*

19 *Debitor non potest inuito creditore partem debiti præstare.*

20 *Debitor non potest pro parte debiti conueniri; & repellere poterit creditorem nisi ad integrum debitum agat, vbi ratio intellige* vt nu. 38. & 39.

21 *Exceptiones quæ obstant cedẽti, rectè obiiciuntur eius cessionario.*

22 *Verius esse ostenditur, cessionem nominis, vel census pro parte, & in partes fieri posse.*

23 *Libera cuilibet esse debet rerũ suarum administratio, & dispositio.*

24 *Consuetudo contrahendi licitos efficit contractus, alias inualidos.*

25 *Contractum mutui ad rationem sep-*

tem

zem, aut octo pro quolibet centum ad annum, an licitum, vel saltim impunibilem reddat consuetudo; cum num. sequentib.

26 *Gravitas, & pœnæ criminis vsuræ*

27 *Nulla consuetudo iustum efficere potest contractum vsurarium.*

28 *Princeps sæcularis, neq; etiã Summus Pontifex dispensare nõ possunt, aut permittere contractus vsurarios.*

29 *Consuetudo mutuandi ad rationem 7. aut 8. pro 100. an excuset à pœna in foro exteriori, duplex sententia refertur, distinguendo resolvitur,* num. 34.

35 *Refertur & laudatur* Carleual. & Leotardus, *qui execrantur vsuræ crimen, & consuetudinẽ fœnerandi sub vsuris.*

36 *Variis exẽplis probatur cẽsum, seù nomẽ in partes, vel pro parte cedi posse.*

37 *Gravare alium non dicitur, qui vtitur suo iure.*

39 *Creditor ex iusta causa potest creditũ dividere: et pro parte agere.*

40 *Census vbi accidit, quod dividatur in plures personas, provisiones Regiæ expediuntur in Regio Senatu, vt non possit nisi vnicum tantùm salarium exigi.*

QVÆSTIO. XII.

Nomen debitoris, vel cẽsus, an possit pro parte, vel in partes cedi, renuente debitore cesso?

1 PRæsentem † quæstionem negatiuè resoluit Rebuff. 2. *tom. ad l. Galiæ, tit. de cession. action. art. 2. glos. 9. circa princip.* vbi decisum refert, nullã fuisse declaratã cessionẽ, quæ facta fuerat pro dimidiâ parte cẽsus. Sed † contrarium in eisdẽ terminis probat Cencius *de censib. q. 72. n. 12.* Quia tamen dubiũ hoc vtile est; & frequenter accidit, maiori examine indiget. Et nè quæ certa, & sine cõtroversiã sunt, incertis & controversis inuoluamus, pro verâ resolutione cõstituo, distinguẽdum esse: an cessio fiat, in vltimâ voluntate, an verò inter viuos per contractũ. Nã † si in testamento fieret, veluti si pluribus legatariis legaretur census, vel nomẽ debitoris; sine dubio est, legatũ consistere: quia in alienatione, quæ in vltimâ voluntate fit, fraudis & doli suspicio cessat; neque in consideratione est, quod ex eâ debitor secundariò aliquod patiatur damnũ: vt accidit in cessione rei litigiosa; vel eius quę in potẽtiorẽ fit, quæ etsi regulariter non valeãt; tamẽ si in testamẽto fiant, subsistunt, vt dixi sup. 3

Quod † fortiori ratione procedit, quando creditor plures instituisset heredes, inter quos ficùt onus æris alieni pro portionibus hereditariis, l. 12. tabul. dividitur, *l. 1. C. si certũ petatur, l. pro hereditariis, C. de hered. action. l. 11. C. cõmunia de legat. l. 2. C. si vnus ex pluribus,* ita etiã obligatio inter eos scinditur, & vnusquisque pro rata sibi cõpetenti agit, *l. quotiens 9. §. heredes, D. de hered. instituend. l. ex parte 25. D. de solution. l. ea quæ, C. familiæ ercisc.* vt vtrumque probat multis relatis Ant. Amato 1. *tom. resol. 13. nu. 37. & 38.* Virgilius *de legitim. personæ, c. 20. n. 34.* Donell. & Osuald. *libr. 15. com. c. 10. &* 11. D. Larreategui *lib. 4. select. turis, c. 16. n. 3.* D. Valentia *illust. iuris tom. 3. ad tit. de acquir. hered. c. 4. nu. 4. & 5.* de quo latè infra agemus. 4

Quando † verò inter viuos, & ex contractu cessio fit, rursus distinguendum censeo: an ex causa necessaria, vel voluntaria fiat: nam si ex causa necessaria quis cedat, cessio impũgnari non poterit; tametsi census vel nomẽ debitoris pro parte, vel pluribus cedatur: quẽadmodum neq; quãdo necessariâ causâ existente cessio fit potentiori: vel crediturius quod in iudiciũ deductũ iamfuerat, vt sup. dixi. 5

6 Si verò † ex causa voluntaria quis cedat, tunc existimò procedere dubiũ & disputationem de qua Rebuff. & Cencius, an scilicèt inuito debitore cesso constitat cessio nominis, vel cẽsus, quæ pro parte, vel pluribus personis fit. Et pro negatiua sententia, quã tuetur Rebuff. scilicèt cessionem inuito creditore non procedere, facit primò † quia sicut debitorũ pactionibus 7 ius creditoris immutari non potest, *l. debitorem, C. de pignorib. l. debitorũ, C. de pactis, l. filius familias, §. Diui el fegũdo, D. de leg.* 1. Acosta, & Vela quos retuli sup. *tit. 2. q. 3.* Giurba *ad cõsuet. Messan. c. 9. glos. 6. n.* 10. Virgilius *de legitim. personæ, c. 23. nu.* 15. Ita neque creditoris facto debitoris deterior debet fieri cõditio, vt ferè in terminis argum. Leotard. *de vsuris, q. 9 nu.* 4. & in terminis cessionis Hunnius *resol. iur. ciu. lib. 4. tract. de action. p. 7. q. 4. nu.* 4. & 5. cum validum sit argumentũ de debitore ad creditorẽ, Pachin. infrà referendus vers. *secundũ argumentum*, Velascus *in loc. com. lit. A. axiom.* 573 et statutum in vno ex correlatiuis, in alio statutum censetur, *l. fin. D. de acceptilat. l. fin. C. de indict. viduit. tollẽd.* Ex quo statutũ in actore, & creditore; in reo, & debitore procedere ferè in terminis nostris dixit Maranta *in l. si actor. D. de procurat. nu.* 32. & 72. ex Rota, & Gratian. Tondutus *quæst. ciuil. cap.* 7. *nu.* 3. & 4.

8 Et † sicut debitoribus, qui in solidũ tenentur, nõ licet in creditoris damnũ debitũ diuidere, vt ex multis probat Giurba *ad cõsuet. Messan. 1. p. c. 1. glos. 9. n.* 11. pluribus iuribus suo more eleganter exornat D. Valentia *illust. iur. lib. 2. tract. 4. c. 4. n.* 36. Ita neq; creditori licere debet creditum diuidere in præiudicium creditorũ: cùm id quod reo non licet, neque actori licere debeat, vt nemine relato dixit Arias de Mesa *lib. 1. var. c. ap.* 11. *n.* 2.

9 Ex eo † enim quòd census, vel nomen pro parte, vel in partes cedatur, manifestũ debitori præiudiciũ infertur, cùm in plures aduersarios distringatur, qui cũ vno contraxit, quod iniquũ esse probat text. *in l. & ancillarũ* 27. *§. vlt. D. de peculio*, vbi: *Est enim iniquum in plures aduersarios distringi eũ, quicum vno contraxit, l. ita tamen 5. §. si tamen, D. iudicatũ solui*, vbi Gothofred. *dixit. H.* Ant. Faber *C. cõm. vtriusq; iudicij defin.* 13. *n.* 4. Gratian. *discept. 279. n.* 1. D. Lara *de annin. & capell. lib. 1. c. 4. n.* 36. Scobar *de ratiociniis, c. 6. n.* 49. Carocius *decis. 2. n.* 12. Giurba *d. 1. p. c. 9. glos. 6. n.* 46. Et † qui vnicâ solutione liberatur, si plures facere compellitur, grauari dicitur: quia solutio & exactio partium non minima habet incommoda, *l. planè 3. D. famil. erciscũ. l. 3. §. in causa, D. de transact. l. 3 §. appareat. D. de adminis. tutor.* Schisor deg. *lib. 3. tract. 2. q. 14. circa medium*, D. Valentia vbi proximè Franch. *decis. 203. n. 3.* Zeuallos *tom. 3. com. q.* 784. *n.* 10. Valascus *de iure emph. c. 32. n.* 15; nemine relato Acosta *de priuileg. credit. reg. 2. amp. 7. n.* 65. vers. *deinde.* 10

Et quòd creditori non permittatur quicquã facere, vel moliri in debitoris sui damnũ, ex eo etiã apparet: quòd † neque mutare ei licet domicilium in præiudiciũ debitoris, qui in domicilio creditoris censum soluere tenetur, Rodrigue *de reditibus lib. 2. q. 6. n.* 4. Cẽcius *de censib. q.* 86. *n.* 10. Auendaño *de censib. c. 92. n. 2. circa fin.* D. Larrea *decis. 19. nu. 6. tom.* 1. Neque † disponere 12 poterit creditor census iam creati, qui ex eo postmodùm maioratum instituit, vt redimi non possit maioratus successoribus, sed quòd iudicis præcepto deponatur capitale, vt ex eiusdẽ iudicis auctoritate in alterius census emptionẽ cõuertatur, & quòd aliter redẽptio sit nulla. Quâ dispositione nõ obstante tanquam grauosa debitori, liberũ ei erit, maioratus possessori redimere censum, defendit Sesse *decis. 30. tom.* 1, Giurba *decis. 79. numer.* 41. & 42. qui asserit onus hoc, & conditionem non nisi in ipsâ fundatione imponi posse, posteaque ignorante debitore

bitore adiectum nullius esse momenti, sequitur doctus Noguerol. *allegat.* 14. *num.* 147. Quam sententiam tunc probarem, quando ex hac noua impositione nimis grauaretur debitor, veluti si iniungeretur ei, quòd in aliquo forte remoto loco deponeret pecuniam: alias namque creditor eam formam redemptioni census imponere posset, alitèrque facta redemptio debitorem non liberaret, vt probat D. Molina *de primogeniis lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 6. quem sequuntur Addentes ibi, Felician. *de cēsibus lib.* 4. *cap.* 1. *à nu.* 4. Antonin. Amato 2. *tom. var. resol.* 81. *nu.* 18. Capycius Galeota *lib.* 1. *cont.* 33. *nu.* 21. An
13 verò † postquam ex censu maioratus fuit institutus cum prædicto redimendi onere, debeat id debitori intimari, vel simplex eius scientia sufficiat? vide Amatum *nu.* 20. qui resolut, intimationem, & denunciationem, nè alitèr redimat, necessariam esse, neque simplicem scientiam nocere debitori, arg. *l.* 3. *C. de nouationib.*

Si verò census, vel nomen pluribus vel pro parte alicui cedatur, ex eo maxime præiudicium debitoris detegitur, quòd si fortè de nullitate obligationis, vel census agere velet: aut excipiendo nullitatem opponere: necesse habebit litē quam cum solo creditore instituere poterat, cū pluribus prosequi, & diuersas, & in diuersis fortè tribunalibus mouere lites. Cùm †
14 sententia lata cōtra vnum explurib⁹ æquale ius habentem, alteri non noceat, licèt in vnius fauorē prolata alteri prosit, *l.* 21. *tit.* 22. *par.* 2. vbi Gregor. Lop. *glos.* 3. noster Otero *de pascuis c.* 16. *n.* 29. Hermosilla *in l.* 32. *tit.* 5. *p.* 5. *glos.* 3. *&* 4. *n.* 41. D. Valēzuela *cōs.* 152. *à n.* 6. videndi Gaito *de credito, c.* 2. *tit.* 3. *n.* 595. *&* 407. D. Salgado *de Reg. protect.* 4. *p. c.* 18. *à n.* 357. D. Valētia *illust. iuris lib.* 2. *tract.* 2. *c.* 10. *à nu.* 22. Cōtra plures verò agere, plura incōmoda habet, vt ex *d. l. plane*, cū aliis relatis testantur Rodrig. *de executione c.* 4. *n.* 14. *post medium*, D. Amaya *in leg. vnica, C. de vēd. rer. Fisc. à n.* 9. D. Frāc. Merlin. *cent.* 2. *cons.* 51. *n.* 3. Quarè † rei 15
venditæ valor minuitur si exactio à pluribus sit facienda; Mantica *de tacitis, & ambig. lib.* 4. *titul.* 20. *n.* 45. D. Larrea *alleg.* 82. *nu.* 2.

In eo † etiam ex cessione cēsus plu 16
ribus factâ grauatur debitor, quia si fortè cēsum redimere desideraret, teneretur adire iudices eorum, in quos translatus fuit census: et in eorū etiam diuersis domiciliis si requisitia accipere nolent, principale census, & eius reditus deponere, cùm antea solū iudicem domicilij cedentis adire teneretur: et ita creditor indirectè in damnum debitoris domicilij in duo, vel plura diuersa mutaret, quod ei non licere proximè dixi. Neque debitoris præiudiciū cessabit, si dixeris, satisfacere deponendo principale, & reditus census coram suo iudice, cū creditoris forum adire nō teneatur, vt testantur ex Baldo, Alex. Cagnol. Carocio, Michael. Salon, & aliis, Felician. 2. *tom. lib.* 4. *c. vnico, n.* 3. *in fin.* Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *var. tit. de solution. resol.* 22. *n.* 2. vers. *prima igitur*, Cencius *de censib. q.* 103. *nu.* 24. *& q.* 111. *nu.* 6. *&* 27. addo iis Scacciā *de cōmert. §.* 1. *glos.* 5. *à n.* 174. inquā sententiam deflectit etiā Hermosilla *in l.* 2. *glos.* 3. *n.* 40. *tit.* 3. *p.* 5. dū asserit, depositum factum tàm coram iudice debitoris, quàm creditoris, legitimum esse, prout sentit Scaccia *sup.* quem ipse non retulit.

Nàm † verius est, debitorem census 17
in domicilio creditoris, & coram eius iudice pecuniā deponere debere, quā sententiam amplectuntur Rodriguez *de reditibus, lib.* 2. *q.* 18. *n.* 54. Auēdaño *de censib. q.* 102. *n.* 15. Duardus *de censibus, §.* 6. *quæst.* 3. *per tot.* D. Larrea 1. *tom. decision.* 19. *num.* 12. *&* 43. qui eo nituntur fundamento, quòd cū debitor agat de distractione, & dissolutione contractus, forū creditoris sequi teneatur, iuxta *l.* 2. *C. vbi & apud quē.* Ego verò non eā ratione moueor, sed alia, quam Cencius; & Scac-

cia pro sua opinionione expendunt, scilicèt quod debitor census quandò deponit capitale, non comparet sicut actor, sed sicut reus, vt se & bona liberet à cēsuali cōtractu: quod fundamētum contra ipsos retorquetur: nā debitor census respectu sortis principalis, neq; reus, neq; debitor considerari potest, cum ad redemptionem numquam à creditore vrgeri possit Cencius *de censibus, quæst.* 50. *&* *quæst.* 106. nec pacto effici valeat vt quis ad redimendum teneatur, Leotardus *de Vsuris quæst.* 68. D. Ioseph Vela *dissertat.* 28. *&* 29. *ferè per totā*: vbi accurate agit, an censu fundato super alio cē su redimibili, validum sit pactum, vt illo redempto, debitor & hunc redimere teneatur. Cùm igitur debitor cēsus voluntariè compareat, & creditorem ad redimendum ex pacto, & natura contractus censualis habeat adstrictū; manifestum est, non vt reum, sed vt actorem comparere: et iudicem creditoris adeundum, vt eum ad redemptionem, & scripturæ originalis census traditionem compellat. Quæ sententia licèt quoad census redemptionem verissima sit; tamen si de eius redemptione non ageretur, sed de solutione reditūum decursorum, vel alterius simplicis crediti, pro certo haberem, dēpositum coram iudice debitoris fieri posse, quia reditūum ratione, vēditor census, verus creditor est, & non vt actor, sed vt reus comparet: et † solutio
18 eo loco facienda est, in quo peti potest, *l. vlt. D. de condict. triticar. l. quod legatur* 38. *D. de iudiciis, l. vinum* 22. *in fine, D. de rebus creditis.*

Vltimò vltra ea, quæ pro hac sententia considerat Rebuff. *dict. glos.* 9. *in princ.* & illud facit, quòd si cessionarius partis census, vel nominis agat cōtra debitorem cessum, poterit ea exceptione repelli, quòd non sit audiēdus, nisi totum petat: Quemadmodum † enim debitor inuito creditore solu-
19 tionem diuidere non potest, & partem debiti præstare, *l. 2. §. & haram a D. de verborum obligationibus, l. obsignatione, C. de solutionibus, l. tutor, §. Lucius, D. de vsuris*, Scobar *de ratiocinijs comp.* 14. *num.* 15. Auendaño *de cēsibus, cap.* 107. *nu.* 1. *&* 12. Scip. Theodor. *alleg.* 5. *num.* 23. *&* 28. Fachineus *lib.* 10. *controu. cap.* 59. Hector Capycius Latro *decis.* 25. *num.* 14. Gaito *de credito, cap.* 4. *n.* 1045. latè Cencius *de censibus, quæst.* 110. *à nu.* 4. Ita † neque 20
debitor pro parte debiti cōueniri potest, et creditorem repellere poterit, nisi integrum debitum petat, arg. *tex. in l. non tamen* 38. *D. de procuratorib.* Bald. Bart. Alex. & Iason. quos sequitur Ignatius del Villar *in sylua. respon. lib.* 1. *resp.* 15. *quæst.* 7. *num.* 6. Tepatus *var. titul.* 161. *de solutionibus, cap.* 21. *&* *cap.* 20. *vers. sicut*, Bouadilla *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 227. *lit. F.* Cancerius 1. *p. var. cap.* 18. *num.* 2. Cencius, & Fachineus *sup.* Lara *de vita hom. cap.* 27. *n.* 41. ex pluribus iuribus idē probat Anton. Gomez 2. *tom. var. cap.* 10. *nu.* 5. *vers. pulchrum dubitū est*, Camill. Borrell. *in sum. decis. tom.* 3. *tit* 14. *de solutionib. à num.* 106. Quod iusta ratione procedit, nè aliàs debitor pluribus litibus, & expensis vexetur, *l. nulli, C. de iudiciis*, Bart. *in l. in commodato, §. si duobus, D. commodati, & in l. non est, D. de actionibus empti.* Giurba *decis.* 112. *num.* 6. conducit Gratianus *tom.* 1. *discept.* 16. *num.* 30. ibi: *Nè in persona eorum varietur qualitas obligationis, quæ iam inceperat ab vno. & sumpsit initium sine aliqua diuisione, l.* 2. *§. ex his, D. de verbor. obligat.* D. Salgado *de retent. Bullar.* 2. *part. cap.* 14. *num.* 23. Quemadmodùm enim si creditor pro parte ageret, repelli posset, ita & repelli poterit eius cessionarius, cui ob- 21
stant † exceptiones quæ obstarent cedenti, Thesaur. *decis.* 221. Surdus *cons.* 4. *numer.* 7. Greg. XV. *decis.* 121. & ibi Beltraminus, Gratianus *discept.* 356. Monter à Cueua *decis.* 25. Ant. Faber *lib.* 12. *coniect. cap.* 9. Osuald. ad Donell. *lib.* 22. *com. cap.* 3.

Contraria † tamen sententia, quòd 22
cessio

cessio nominis, vel census pro parte fieri possit, verior videtur ex eo: quia indistinctè permissa est venditio, & cessio nominis, & actionis, *l.1. & per tot. C. de hered. vel action. vendit.* neque lege aliquâ decisum inuenitur, id non procedere, si pro parte venderur: ac proindè cùm eo casu cessio expressè prohibita non inueniatur, permissa cè seri debet, Gabriel *conf.61. à nu. 1. lib. 1.* Cencius *de censibus dict. quæst. 82. n. 12. vers. quibus tamen*, vbi pro hac sententia expendit *l. ab Anasthasio, §. si quis autem. C. mãdati*, in quâ licèt improbetur cessio, quæ fraudulentèr fit, partim donationis, partim venditionis titulo; tamen in eâ parte, quæ venditur, cessio sustinetur: & per consequens cessio pro parte tantùm subsistit, in quod adducit Innocent. Gabrielem, & Martam.

Deindè facit † quòd si pluribus, vel
23 pro parte nomen, vel censum cedere nõ liceret, nimis restringeretur effectus dominij, & libera rei suæ dispositio prohiberetur, contra text. *in l. in re mandata, C. mandati.* Vnicuique enim libera esse debet rerum suarum administratio, *l. 2 D. si quis à parente. fuerit manumiss.* ibi: *Iniquum est ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum administrationem, l. 3. tit. 5. part. 5.* plenissimè suo more exornat D. Solorzano *de iure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 27. à num. 66.*

In † cuius sententiæ confirmatio-
24 nem considerat etiam Cencius *d. nu. 12. vers. & eo*, communi totius orbis obseruanti admissam esse cessionem, vel venditionem dimidiæ partis census, vel quòd pluribus vendatur, aut cedatur. Quæ consuetudo sufficiens esse debet, vt huiusmodi cessiones licitæ sint, & permissæ, arg. textus *in l. si quis fugitiuus, §. apud Labeonem, D. de ædilitic. edict.* Vbi propter consuetudinẽ contractus etsi esset illicitus, reputa-
25 tur licitus, & validus: quem † textum expendebam ego in quâdam lite, vt excussarem clientulum à pœnis vsurã-

riis impositis, in quas incidisse prætendebat Regius Fiscalis, ex eo quòd mutuauerat pecunias cũ interesse ad rationem septem, aut octo pro quolibet centum. Sed quia hoc interesse frequẽtèr exigitur, & quotidiè hic casus occurrere poterit, breuiter videndum est, an consuetudo hoc interesse licitum efficere possit, vel saltim à pœna excusare valeat mutuantem?

De grauitate † criminis vsuræ, & eius pœnis, malisque, quæ ex mutuo 26
sub vsuris publicæ vtilitati naicuntur; et generalitèr de omnibus, quæ circa vsuræ crimen accidere solent disputãda, videndus nouiter Ansaldus *de iurisdictione part. 2. tit. 9. cap. 1. cum 2. sequentib.* adquem cum de hac materia acciderit dubitari omninò recurres: nunc verò ad Leotardũ, qui nouissimè locupletissimum *de vsuris tract. edidit.* Suppositâ igitur vsuræ prohibitione dubium præsens est, an cõsuetudo seu potius corruptela, quæ in Hispaniâ viget, percipiendi ex mutuo pecuniarũ interesse ad rationem 6. 7. aut 8. pro centum, sustineri possit? Et † sine du-
bio est, nulla consuetudine effici pos- 27
se, vt aliquo casu permittantur vsuræ, neque totius orbis similem consuetudinẽ id inducere posse, neque licitum facere instrumentum, vel conuentionem, quæ sapiat vsurariam prauitatẽ. Speculator *tit. de vsuris in fine*, Laurent. de Radulph. *tract. de vsuris, quæstion.* 80. multis relatis Carolus de Grassis *excep. 28. à nu. 32.* ex pluribus Ioan. Andreas Dornsperg. *syntag. iur. lib. 2. part. 2. cap. 44. vers. porro*, vbi quòd in foro conscientiæ nulla cõsuetudo potest excusare, & validum reddere cõtractum vsurarium, D. Larrea *alleg. 23. num. 37.* notabiliter Add. ad Farinacium *lib. 1. conf. 15. lit. F.* idem Farinacius *in frag.* verb. *consuetudo, à n. 716.*

Neq; † sæcularis Princeps permit-
tere potest contractus vsurarios, neq; 28
super eis dispensare, imò nec Pontifex ipse, *cap. super eo de vsuris*, Ansald. *de iurisd. dict. tit. 9. cap. 1. num. 54.* Larrea

sup.

sup. nu. 42. vbi *nu.* 32. quòd sententia condemnans ad restitutionem vsurarum nunquam in rem iudicatam trãsit, sequitur post alios Dornsperg. *sup. in* verb. *& hæc exceptio*, Scobar a Corro *de vtroque foro in initio à n.* 133. vbi quòd nulla lex, sententia, neque præceptum iudicis, aut quælibet consuetudo, vel dispensatio Pontificis quicquam operatur in his, quæ contra ius diuinum sunt, & ex quibus peccati occasio oritur.

29 † Ex quibus, hæc sententia quòad forum conscientiæ indubitabilis est, quam nemo ex nostris, qui Christianã fidem, & veram religionem firmitèr, & sollicitèr amplectimur absque hæresis suspicione poterit inficiari, *clem.* 1. *§. fœnè de vsuris.* Quòad forum tamẽ externum, & iudiciale, videamus an prædicta consuetudo saltim à pœna temporali possit excusare? Et cùm huiusmodi contractus frequẽtèr fieri soleant, videtur ita contrahentem nulla pœna affici posse, argum. *l. Labeo*, ibi: *Morem agentium sequi debemus, D. de statulib. l. si quis donaturus*, ibi: *Quoniam ita vsitatum est, D. de vsufructu*, melior textus *in l. si quis fugitiuus, §. apud Labeonẽ*, ibi: *Quia id fecit, quod publicè facere licere arbitrabatur, D. de ædilit. edict. l. si pignore, §. vlt.* ibi: *Nã vsu hoc euenerat, D. de pignorat. action.* Iason *in l. certi condictio, §. si nummos, nu.* 27. *D. si certum petatur*, ibi: *Nota inter cætera vnum benè signandũ, quòd nè dùm nõ est in dolo, imò nec in aliqua culpa, qui facit illud quod est fieri solitum, quamuis sit illicitum*, multis relatis Larrea *dict. alleg.* 23. *nu.* 6. Et in nostra specie Bart. *in dict. §. apud Labeonem, nu.* 1. his verbis: *Quòd si quis fecit aliquem actum, qui æstimatur licitus; tamen contrarium est in veritate, quia sapit vsurariam prauitatem, ex hoc non dicitur vsurarius.*

Et † in indiuiduò, quòd in contractu fœneratitio consuetudo excuset à 30
pœnã, Bertachinus, Couarr. & alij relati à Farinacio *dict. cons.* 15. *num.* 56. *&* 64. & melius *in addit. d. lit. F.* ibi: *Licèt verum sit, quòd consuetudo faciat contractum licitum, qui de sui natura est illicitus, & vsurarius: hoc tamen intelligendum est quò ad pœnam corporalem, vt infrà dicetur, non tamen quoad pœnam gehennalem, & sic non excusat à peccato*, vbi pro hac sententia innumeros refert: vltra eos Salazar *de vsu, & consuet. cap.* 2. *num.* 1. ibi: *Consuetudinem excusare illicitum contractum, essèque qui contrahunt à pœna excusatos tẽporali: ita vt contractus sua natura vsurarius pro licito propter consuetudinem reputetur*, Gutierrez *lib.* 3. *practic. quæst.* 29. *nu.* 21. ibi: *Quòd consuetudo etiam iniusta excusat à crimine, & pœna saltim in foro contentioso.* In terminis vsurarum quando aliqui cõtractus passim fieri cõsueuerunt in patria, Sola *ad constitut. subaudiæ tit. de vsuris, glos. decret. rem. dubiam. num.* 4. ibi: *Vt vsurarius vt quis puniatur, requiritur vt contractus ab eo facti, vsurarij communiter reputentur, aliàs secus: et si talis contractus in ipsa regione frequentatur, consuetudo ipsa à crimine, & pœna excusat*, Cencius *de censibus quæst.* 11. *à nu.* 4. Dornsperg. *sup.* verb. *quod autem*: neque omittam pro hac sententia Tiraquell. *de pœnis temp. casu* 42. videndus Surdus *cons.* 184. *per tot.* præcipuè *à num.* 70.

Conducit † non leuitèr quò ad ex- 31
cusationem pœnæ, plures contractus in quibus de huiusmodi interesse conuentum est, executioni fuisse mandatos, & tolleratos per iudices, vt in terminis arguit Farinacius *d. cons.* 15. *nu.* 57. his verbis: *Quòd si ad supra dicta omnia accedat præsentia, & tolerantia, & iudicia publica quibus executioni demandabantur huiusmodi pacta, vt constat ex infinitis registris, nulla superesset difficultas: eo præsertim quòd additur etiam ad hæc omnia, non simplex taciturnitas, & tollerantia Principis, sed etiam eius factum positiuum*, D. Larrea *dict. allegat.* 23. *num.* 7. ibi: *Quòd maximè procedit vbi actus, qui com-*

communiter, & ex consuetudine celebratur gestus fuerit ab ipso Principe, magis enim ex eo contractus licitus est extimandus, conducit Cancerius *d. quæst. 11. num. 9.* ibi: *Maximè quia huiusmodi contrahendi modus fuit receptus, & visitatus non solùm ab hominibus vulgaribus, & plebeis, verùm etiam à viris graubus, & timoratæ conscientiæ, etiã à prælatis S. R. E. ex hoc enim videtur cessare omnis sinistra suspicio fœnoris, & usurarum*, elegantèr ad rem Ant. Faber *de error. pragm. decad. 1. error. 1.* in principio illic: *Licitas igitur, legitimasque vsuras eas intelligimus, quæ vt Leo dicebat, per redundantem in humana vita peruersitatem tollerãtur à Principibus etiam inuitis.*

Et † generalitèr consuetudo excu- 32
sat à pœna temporali, benè Hondedeus *cons. 34. num. 1. & 3.* Scobar *de raticcinijs cap. 9. num. 41.* Cancerius *3. part. Var. cap. 5. à num. 121.* multis relatis Gabriel Velascus *in loc. comm. lit. C. axiom. 172. cum seqnẽtib.* Neque requiritur quòd sit legitimè præscripta, nec cum requisitis necessarijs probata, Farinacius, vbi proximè Azeuedo *in l. 10. tit. 1. lib. 4. Recop. num. 46.* Farinac. *lib. 2. decis. 199.* ibi: *Quòd licèt huiusmod. stylus non esset formalitèr probatus cum suis requisitis, sufficeret tamen ad effectum excusationis.*

Cæterùm † licèt his fundamentis 33
& rationibus superior sententia fulciatur, tamen sunt, qui tueantur, nullâ cõsuetudine effici posse, vt in crimine vsurarum quis excusetur à pœna temporali: in comprobationem ponderant text. *in cap. dilectos de excessibus prælat.* & post Beroium, Abb. Decium, & Nattam defendit Peguera *decis. crim. 30.* quos refert Farin. *d. quæstion. 95. nu. 6. & cons. 15. in addit. lit. L.* Cencius *de cersib. quæst. 88. à n. 9.*

Hæc difficilem reddunt huius ar- 34
ticuli resolutionem. In eo tamen existimo omninò sequendam esse distinctionem doctissimi Farinacij dictis locis: vt tunc consuetudo contrahendi excuset à pœna, quãdò euidenter nõ constat de vsura; vel esset aliqua probabilis dubitatio, an cõtractus esset vsurarius, vel aliqua subesset causa percipiendi huiusmodi interesse: secus verò si ex facie instrumenti, & cõtractus de vsura constaret: quia tũc nulla excusaret consuetudo, quæ potiùs corruptela esset, *d. cap. dilectos*, conducit Gutierrez *lib. 2. pract. quæst. 181. nu. 4. vers. quinto facit, & num. 12. versic. quintum etiam*, Cynat. *lib. 1. cons. 68. à nu. 25.* Quam distinctionem in prædicta lite secutus fuit Senatus, & in magnis pœnis pecuniarijs, & ad restitutionem interesse accepti condemnauit reum, *ex l. 15. tit. 18. lib. 5. Recop.*

Posthæc † diù scripta peruenit ad 35
manus Carleual. *de iudiciis*, qui *libr. 1. titul. 3. disp. 8. sect. 6. per tot.* latissimè disputat, an validum sit pactum in mutuo, de certo interesse, & ãn in locis vbi huiusmodi contractus exerceri solent, executioni mandari debeant, an vero vsurarij sint reputandi? & verissimè resoluit, vsurarios esse, talesque iudicandos tàm in foro interiori, quã in exteriori, videndus omninò *d. libr. 3. disp. 8 sect. 1.* vbi improbat, & iniquissimam dicit consuetudinem, seu corruptelam aliquorũm tribunalium, in quibus fit condemnatio interesse in pactum deducti, quem stylum pernitiosissimum appellat, & Catholicæ Religioni contrarium: videas de materia doctè agentem Duardum *de censib. §. 3. quæst. 20. à nu. 38. ad finem quæstionis*, & nouissimè Leotardum *de vsuris quæst. 99. à num. 1.* qui sequitur distinctionem, quam nos probauimus *sup. num. 34.*

Redeat † iam ad institutum à quo 36
digressi sumus disputatio nostra. Et nomen debitoris pro parte cedi posse, vt certissimum supponunt, qui disputant, si cessionarius dimidiæ partis concurrat cum cedente ad exactionem nominis cessi, quis eorum præferatur? frustrà enim de prælatione ageretur, si cessio partis esset inutilis. Eius etiam

validi-

validitatem supponunt, quidispurant, quemadmodum cedens partem debiti, teneatur ad traditionem instrumenti; & an si tradidit instrumentum cessionario, possit agere aduersus eum, vt postmodum reddat, ad hoc vt ipse exigat aliam partem, vel quantitatem quam non cessit? Et an cessionarius partis census, possit compellere tertium possessorem ad recognitionē illius? de quibus nos suo loco agemus.

37 Quam † sententiam veriſimam esse censeo, neq; vnquam vidi quicquā oppositum fuisse contra cessionē nominis, vel census, quæ pro parte, vel in partes fuit facta. Quia licet negari nō possit, aliquod damnum ex simili cessione debitori inferri, id tamen in cōsideratione non est, cùm creditor re suo vtatur. Et damnum, quod accidit in consequentiam actus qui licitè fieri potest, non attenditur, *l. cum quidam, D. de iure fisci*, D. Larrea *decis.* 8. *à num.* 15. *&* 101. *& alleg.* 56. *fere per tot.* Neque grauare dicitur, qui iure suo vtitur, vt ex *cap. pastoralis* 53. *in fine, princ. de appellation.* probat Velascus *in locis commun. lit. G. axiom.* 34.

38 Neq; † oberit consideratio illa, quòd cessione pro parte admissa, debitor exigitur pro parte, qui poterit repellere cessionarium, nisi integrum debitum petat, quemadmodum cedētē repelleret, si pro parte ageret. Quæ ratio tanti fuit apud Cencium, vt eum coegerit à sua sententia declinare, & profiteri veram esse cōtrariam, casu quo debitor cessus reclamaret, & non assentiret cessioni. Sed nihilominus ego à prædicta sententia non desisto: nam argumentum procedit, quādò in creditoris potestate esset integrum debitum exigere, & hodie partem peteret, cùm alteram partē postmodùm intenderet in iudicium deducere: tunc enim æquum est, nè audiatur nisi totum petat; at verò in nostro casu hoc ei imputari non potest, quia siue cedentem, siue cessionarium consideremus, vnusquisque integrè, quod sibi debetur exposcit. Vltrà, quòd ex iusta causa partis petitio admittitur, veluti si iurisdictio iudicis ad certam summam limitata esset, vt notant Ignat. del Villar *dict. libr.* 1. *resp.* 15. *quæst.* 7. Cancerius 1. *part. cap.* 18. *à num.* 2. 39

Quotiēs † verò census, vel creditum cum salario, in plures diuiditur solent debitores ad Regium Senatum recurrere, quibus expeditur Regia prouisio, vt non nisi vnicum salarium ab omnibus creditoribus, & participibus exigatur, quemadmodum acti census apud vnicum, seù primum creditorem esset: quæ praxis iusta, & æquua est. 40

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarū, & accusandi ius an sit cessibile?*

2 *Condictio furtiua, actio furti, & aliæ actiones ex delicto descendentes, an rectè cedantur?*

3 *Ius vindictæ cedi non potest. Vindictæ ius si alicui competat, an possit associare sibi socios ad se vindicandum?*

4 *Cathedræ, & eius oppositioni quis cedere non potest. Qui obtinuit Cathedram virtute cessionis factæ per cooppositorem; an in ea manatenendus sit?*

5 *Superficiem, an possit cedere superficiarius inuito domino.*

6 *Bullam Cruciatæ semèl mihi, aut alij applicatam, an alij cedere possim?*

7 *Possessoria remedia, an rectè cedantur. remissiuè.*

8 *Ius aquæ ducendæ ex fonte meo, si vni cēdam, an alij rursus idem ius cedere possim?*

9 *Fideicommissum sub conditione, vel in diem ante conditionis euentum, vel aduentum diei, an cēdi aut dōnari possit?* & num. 11.

10 *Bonorum possessio contratabulas, an cessibilis, & transmissibilis sit?*

12 *Fideicommissum conditionale, an ex præsumpta defuncti voluntate transmissibile fiat?*

13 *Legatum annuum, an cedi possit?*

14 *Ius adeundi hereditatem cedi non potest.*

15 *Ius petendi legitimam, vel eius supplementū, & ius detrahendi Trebellianicam, an cedi possit?*

16 *Ius revocandi donationem propter ingratitudinem, an cedi possit.*

Ius declarandæ caducitatis, an sit cessibile. ibid.

17 *Pactum vt creditoris iuramento stetur circa damna, & interesse, cedi non potest, neque transit in donatarium.*

18 *De alijs iuribus remissiuè.*

Miscellanea, & remissio aliquorum iurium, quæ cedi possunt, vel non.

REmissiuè hîc referam nō nulla iura de quibus dubium est, an percessionem in aliū tranferri possint. Et primò occurit actio † iniuriarum, & accusandi ius, de quo 1
consule Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 26. *glos.* 1. *num.* 50. *&* 84. *& glos.* 3. *à num.* 9. vbi † de conditione furtiuâ, de 2
actione furti, & aliis ex delicto descēdentibus, & latius de actione iniuriarum, & accusandi iure, Farinacius *de inquisitione, quæst.* 12. *num.* 53. *in fin. & tom.* 3. *quæst.* 105. *num.* 108. Plaza *de delictis, cap.* 47. *per totum.* latè Portoles *ad Molinum,* § *. actio à num.* 30. *&* §. *cessio, num.* 3. Visconte *concl. iur.* verb. *ius accusandi,* Hunnius *resol. iur. ciu. lib.* 4. *tract. de action. part.* 7. *quæst.* 10. *per tot.* Monterà Cueua *decis.* 35. *n.* 2. *&* 22. Intriglioluscons. 29. *num.* 59. *&* 60. Ant. de Vallis *lib.* 5. *prag.* 5. *tit.* 28. *num.* 3. Et de pœnalibus actionibus videas dicta sup. *tit.* 5. *quæst.* 6. *per tot. & num.* 35. Et de actione iniuriarum, quæ tendit ad vindictam, an detur in heredem, vel contra heredem, Hermosill. *in l.* 10. *glos.* 8. *num.* 13. *tit.* 4. *part.* 5. Portoles sup. *à num.* 53.

Ius † vindictæ, an cedi possit? videndus Plaza *d. cap.* 47. vbi quòd licēt cedi non possit; tamen potest quis associare sibi alios, qui auxilientur ad sumendam vindictam, D. Solorzano *de iure Ind.* 2. *tom. lib.* 2. *cap.* 25. *nu.* 29. *&* 30. videndus Nicol. Noalis *de trāsmiss. casu* 46. *num.* 20. 3

Cathedræ † & oppositioni eius quis cedere non potest pacto interueniente, & qui obtinuit Cathedram vigore cessionis, an sit manutenendus? Christophor. Sueles *cons.* 98. *per tot.* 4

Superficiem † an cedere possit superficiarius inuito domino? Hypolit. Montanei *in addit. ad Olibanum de actionibus, part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 12. 5

Bullam † Cruciatæ semel mihi applicatam in alium transferre non possum, qua persone cohæret, Torreblāca *de iure spirituali, lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 18. Trullenc. *super Bullam lib.* 1. §. 1. *dub.* 2. summa operū Dianæ verb. *Bulla Cruciatæ, num.* 79. 6

Possessoria † remedia an cedi possint, & tranſeant in cessionarium? dicemus infrà *tit.* 6. *quæst.* 5. *per tot.* 7

Ius † aquæ ducendæ ex fonte meo si cesserim Titio, an possim rursùs cedere Mæuio vt per eundem aquæductum aquam ducat? eo quo modò aquâ vti debeant, vide *l. Lucio Titio, D. de aqua quotid. & æstiu.* 8

Fideicommissum † relictum ab herede sub conditione, vel in diem, licet ante aduentum diei, vel conditionis restitui non possit, tanquàm ex Senatus Consulto Trebellianonamen per viam cessionis, & donationis rectè transfertur: sed aduenientе die, vel conditione mutatur causa, & transit in restitutionem ex Trebelliano, Tu- 9

sarius *de substitutionibus, quæst.* 602. *per totam.*

10 Bonorum † possessio contra tabulas an cedi, vel transmitti possit? dixerit Noalis *de transmissione, casu* 8. *à n.* 6. & 8. qui post Tiraquell. cessibilem non esse resoluit.

11 Legata † vel fideicommissa conditionalia, vel in diem incertum relicta cedi non possunt, ex Bart. Alex. Bald. & aliis Noalis *de transmissione casu* 1. *nu.* 231. vbi per totum, quod neque transmitti valent. An verò fideicommissum conditionale ex præsumpta defuncti voluntate transmissibile fiat? vide infrà *tit.* 4. *quæst.* 8. *num.* 9.

12

13 Legatum annuũ vbi transmissibile est ad heredes, cedi etiam potest, Cyriac. *controu. forens. lib.* 2. *cont.* 298. *à n.* 11. *ad finem.*

14 Ius adeundi hereditatem cedi non potest, licèt hereditas semel adita rectè cedatur, Noalis *de transmissione casu* 8. *num.* 146.

15 Ius petendi legitimam, vel eius supplementum, & ius detrahendi Trebellianicam, an sicut trãsmitti potest, ita & cedi valeat. Noalis *de transmissione casu* 10. *per totum, & n.* 15.

16 Ius reuocandi donationem propter ingratitudinem, an cèdi vel transmitti possit? videas infrà *tit.* 4. *quæst.* 7. *n.* 25. *in fin.* vbi etiam de iure declarandi caducitatem ob non solutum canonem, & *titul. sequenti quæstion.* 3. *numer.* 30.

Pactum vt creditoris iuramẽto credatur circa damna, & interesse, personale est, & non transit ad heredes, neque cedi potest; talisque conuentio in donatarium, vel cessionariũ non trãsfertur, Honorat. Leotard. *de vsuris, q.* 76. *à n.* 7. videas infrà in Miscellaneâ *tit.* 6. *num.* 10. 17

De aliis iuribus, quæ cedi possunt, vel non. Consule latè agentem Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 26. *per omnes glosas*, Iacob. de Arena *de cessione iur. rub.* 4. Grassis *de cessione iur. tit.* 3. Arism. Tepat. *var. tit.* 411. *cap.* 5. *per tot.* Matiençø *in l.* 7. *glos.* 2. *nu.* 25. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop.* Hypol. Montan. *in addit. ad Oliban. de actionib. p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *à nu.* 35. Paul. Gallerat. *de renunciat. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 4. *à nu.* 20. Tusch. *lit. C. concl.* 212. Farinac. *in repertorio, seu Republica iudicum in fragm.* verb, *cessio.* 18

(?)

TRA-

IHS

TRACTATVS DE CESSIONE IVRIVM, ET ACTIONVM.

TITVLVS QVARTVS.

IN QVIBVS CASIBVS DE VNA IN ALIAM PERSONAM TRANSFERATVR ACTIO SINE CESSIONE.

EXORDIVM TITVLI.

SVPERIORI titulo actum est, de his iuribus, & actionibus, quæ cedi possunt: nunc succedit inquirere, quomodò actiones, & iura in alium transferãtur, & transeant. Et quia aliquandò ex cedẽtis facto, aliquãdò sine facto eius, lẽgis potestate actiones de vnâ in aliam personam transferuntur: videndum primò est, in quibus casibus absque cessione possit quis agere, & alterius iura, & actiones exercere.

SVMMARIVM.

1 *Quæstionis vtilitas proponitur.*
2 *Debitor, qui ex sua pecunia soluit creditori, in eius iura non succedit, sed solutione pignus, & obligatio extinguitur, etiã respectu fideiussorum.*
3 *Sui ipsius debitor, & creditor quis esse non potest.*
4 *Debitor soluens creditori, non potest eum compellere ad cedendum iura, & actiones suas: et cessio foret inutilis; quia translationem actionum non operaretur.*
5 *Correus debendi insolidum soluens creditori, in eius iura sine cessione non succedit.*
6 *Fideiussor soluens creditori, in eius iura sine cessione non succedit, compellere tamen potest creditorem, vt iura sua ei cedat.*
7 *Tertius pignoris possessor sponte siue coactè soluens creditori hypothecario, in eius iura sine cessione non subintrat.*
8 *Tertius pignoris possessor, qui soluit creditori anteriori non habita cessione, an doli exceptione se tueri possit aduersus dominum pignoris, vel alios creditores posteriores? & quid si iniustus pignoris possessor sit.*
9 *Actio negotiorum gestorum eo demum casu competit, cùm non proprium, sed aliorum quis negotium gerit.*
10 *Tertio pignoris possessori soluẽti, an ius tantùm excipiendi, an verò agendi etiam ius competat? expenditur, & intelligitur doctrina,* Anton. Fabri, & num. 11.
12 *Tertius pignoris possessor qui soluit, an possit beneficio restitutionis se tueri etiam aduersus potiores hypothecarios creditores? affirmatiuè resoluitur.*

13 *Creditor posterior hypothecarius si soluat creditori anteriori, in eius iura succedit absque vlla cessione.*

14 *Creditor anterior si à posteriore hypothecario pecuniam accipere recuset, satisfacit posterior consignando, & deponendo pecuniam, quo facto legalis subingressio locũ habet.*

15 *Chirographarius creditor si sine pacto, aut cessione soluat debitori, in ius pignoris nõ subintrat, & quid si possideret pignus.*

16 *Extraneus cuius pecunia creditor dimittitur, an in eius iura succedat?* & n. 17. & 20. cum seqq.

18 *Debitori si quis mutuauerit pecuniam vt soluat creditori, an si ci soluat, ex eisdem pecuniis dimissus censeatur.*

19 *Mutuans pecuniam ei, qui statim decessit, an præferatur aliis creditoribus; quasi videatur ex pecunijs mutuatis funeris impensas factas fuisse.*

Incontinenti, quæ fieri dicantur, ibidem.

Incontinenti quandò quis se vlciscendi catur. ibid.

20 *Extraneus qui mutuauit debitori pecuniam vt dimitteret creditorẽ, cum pacto ingrediendi eius locũ, an vt subingressio locum habeat, requiratur creditoris expressus, vel saltim tacitus consensus?* cum num. sequentib.

24 *Extraneus qui sine subingressionis pacto mutuauit debitori, vt solueret creditori, licèt in hypothecariam non succedat, in eum tamen actio personalis creditoris dimissi cum suo priuilegio transit.*

25 *Tertius vel chirographarius creditor soluens creditori, in eius actionem personalem priuilegiatam etiam sine cessione subintrat.*

Ius retentionis, & defensionis, sine cessione transfertur. ibid.

26 *Maioratus possessor, qui suis pecuniis redemit censum impositum cum facultate Regia super bonis maioratus, an in creditoris ius succedat sine cessione,*

Maioratus possessor, an sine facultate Regia possit à tertio pecunias accipere ad redemptionem census cũ pacto subrogationis, & subingressionis. ibid. & num. 27. & 28.

29 *Possessor maioratus si Regiam facultatem habeat ad accipiendas pecunias pro aliorum censuum extinctione, ita vt mutuantes subroget in locum priorum creditorum, an si census redemptus aliquã patiatur nullitatem, eadẽ obstet ei, qui ad illius extinctionem mutuauit pecuniam?*

30 *Ex pecunijs proprijs si possessor maioratus redimat censum, in ius cẽsus non succedit sine cessione.*

31 *Fisco soluens, an in eius iura succedat sine cessione?*

32 *Extraneus, qui dedit pecuniam debitori sub annuo censu, vt dimitteret anteriorem creditorem, cum pacto subingressionis, an in ius anterioritatis succedat, tàm pro sorte, quàm pro reditibus ex illo censu decurrendis?*

QVÆSTIO. I.

Soluens creditori, quandò in eius iura personalia, & hypothecaria succedat, etiã nulla interueniẽte cessione. Subingressionis materia, distinctis regulis explanatur.

SVbingressionis † materiã vtilem, & in Tribunalibus frequentem, simulque propter casuum varietatem, & interpretum diuersas sententias difficilem esse testatur Antonin. de Amato *libr. 1. var. resol.* 1

resol.7.à num. 1. vbi per totum elegãter per varios casus discutit, & resoluit: post eum Carleual *de iudiciis tom.* 1. *titul.*3. *disput.*35. *per totam*, quorum scripta in tredecim capita nouiter scindit Arias de Mesa *lib.* 1. *var. cap.*1. *cum tribus sequentibus, & cap.* 11. *cum septem sequentibus. & cap.* 22. post eos eandem quæstionem reassumit Franc. Tondutus *resolut. ciuil. cap.*26. *multum post hæc visus*: et nouissimè Mercurialis Merlinus *de pignoribus, & hypothecis locis infrà referẽdis*, cuius auctoris tractatus peruenit ad me diù post hæc scripta, & cum iam typis datus erat hic liber vsque *in quæst.*7. *tit. tertij*. Et licèt in hac, & aliis quæstionibus Merlinum in hoc suo vtili sanè, & copioso tractatu referamus, nihil nos ab eo mutuasse inuenies præter nudam sui nominis allegationem: quanta vero ex nostris suis possis addere scriptis, rogo vt examines.

Et licèt posthæc scripta, huius rei disputationem libenter omitteremus, tamen id instituti ratio, & tractatus nostri methodus non permittit, cum hæc quæstio ex his quæ ad præsentem titulum spectant, non vulgaris notæ sit. In quâ fortè sic versabimur, vt neque inutilis, neque iniucundus sit labor noster. Et vt methodicè proceda mus, obserno, eum qui creditori soluit, aut debitorem, aut eorum, fideiussorem, vel tertium hypothecæ possessorem, aut debitoris creditorem, vel extraneum esse. De quibus figillatim distinctis regulis, seu conclusionibus breuitèr, & resolutiuè agendum nobis est.

Prima regula. Debitor † qui ex 2
sua pecunia soluit creditori, in eius iura non succedit; sed solutione pignus, & obligatio soluitur, *princip. Inst. quibus modis tollit. obligatio, l. item liberatur, D. quibus modis pignus, vel hypothec. l. in omnibus* 43. *D. de solutionibus*, Maurus *de solutionibus, cap.*54. *per tot.* Debitorque soluens omnẽ actionem extinguit tàm contrà se, quàm contra fideiussores, vt latè probat Amato *dict. resol.*7. *num.*17. D. Larrea *decis.*20. *num.*12. *circa finem*, Carleual. *de iudicijs, d. disp.*35. *num.*11. Tõdutus *sup. à num.*6.

Quo fit, vt in creditoris iura non 3
succedat: nam si subintrantiam, & subingressionem admitteremus, actio & pasio in eodem subiecto concurreret, vnaque persona sui ipsius debitor, & creditor esset, quod est impossibile, *l. si quis pro eo* 56. *§. item filius, l. Vranius, D. de fideiussoribus, l. Stichum* 95. *§. additio, D. de solutionibus, l. debitori, C. de pactis*, cum aliis innumeris quas suo more congerit doctissimus D.D. Melchior de Valentia *illust. iur. tract.*4. *cap.*7. *ad dict. l. Vranius.*

Quæ res efficit † vt debitor sol- 4
uens non possit petere iurium cessionem, neque creditorem compellere vt ei cedat iura, & actiones: imo neque creditor quamuis vellet, id efficere posset, cùm debitori cessio non fiat, *l. nulla, C. de solutionibus.* Capyc. Latro *decision.*16. *num.*19. Giurba *decis.*83. *num.*22. Mercurialis Merlinus *de pignorib. & hypothec. lib.*4. *titul.*2. *quæst.*77. *num.*5. Etsi de facto cessio fiat debitori, nihil aliud operabitur, quàm liberationem, non verò translationem iurium, *l. si sponsalibus, §.* 1. *in fin. D. de iure dotium*, vbi *glos.* Baldus *in l.*1. *C. de obligation. & actionib. nu.* 22. Hypolit. Montaner. *in addit. ad Olibanum de actionib. part.*2. *lib.*1, *cap.* 4. *nu.* 22. Gutierrez *de gauellis. quæstion.*23. *num.*36. Anton. Amato *resol.* 37. *num.*32. Guzmã *de euiction. quæstion.*35. *n.*100. quod latiùs prosequemur infra tit. sequenti, *quæst.*10. *num.* 11. vbi an in aliquibus casibus possit debitor compellere creditorem ad cedendum?

Secunda regula. Correus † debendi insolidum soluens, in ius creditoris 4
sine cessione non succedit, ex Negusantio, Franch. Ponte, Intrigliol. Costa, Scaccia, & aliis, Anton. Amato

dict. resol. 37. num. 31. vers. *sed huiusmodi.* Et vt in ius creditoris subintret, & pro rata aduersus alium correũ possit experiri, cessionem necessariam esse probat *l. Modestinus, D. de solutionibus.* Si verò correus non obtentâ cessione soluat, an saltim vtilem actionẽ, vel mandati, aut negotiorum gestorũ habeat? latè & doctè differit Ant. Faber *lib. 11. coniect. cap. 1. cum sequentibus*, de quo infrà *tit. sequenti, quæst. 4.*

6 Tertia regula. Fideiussor soluens, actionem creditori competentem nõ acquirit *l. cum alter, l. mandati, C. de fideiussor*, Petrus Surdus *cons. 444. num. 8.* Cancer. *part. 2. var. cap. 5. num. 149.* Iurium tamen cessionem rectè desiderat, & creditorem ad cedendum compellit, vt suo loco dicemus: quod sic accipio, si nomine suo, non si principalis debitoris nomine soluit, *glos. final, in l. Papinianus, D. mandati, l. 11. tit. 12. part. 5.* vbi Gregor. Lopez, Carleual. *dict. disput. 35. num. 5.* An verò in fideiussorem soluentem personalis saltim, & priuilegiata creditoris actio absque vllâ cessione transeat? statim dicemus.

7 Quarta regula. Tertius hypothecæ, vel pignoris possessor, siue sponte, siue coactè creditori hypothecario soluat, in eius locum nisi cessis sibi iuribus non subintrat, vt satis apertè probat Scæuola *in l. mulier 19. D. qui potiores*, multis relatis, vt certissimum supponunt Amato *dict. resolut. 37. numer. 24.* omnesque quos laudabimus infrà *tit. sequent. quæstion. 4.* in qua agendum est, an tertio possessori, qui cessionem non habuit à creditore suâ pecuniâ dimisso, aliquo remedio succurratur, vt possit agere, & conuenire alios hypothecarum compossessores?

8 Sed licèt † cessione iurium indigeat pignoris, vel hypothecæ possessor, vt iuribus, & prælatione dimissi creditoris vtatur; tamen si simplicitèr soluat, dubitari solet, an saltim doli exceptione, vel retentionis remedio se tueri possit, tàm aduersus debitorẽ, pignoris dominum, quàm aduersus alios posteriores creditores. Etsi pignoris dominus in rem agat cõtra possessorem, qui sua pecunia dimisit creditorem, pignusque liberauit, doli exceptione repellendum esse, nisi offerat, quod solutum fuit, probat I. C. *in l. 1. D. quibus modis pignus, vel hypothec. soluit.* melior textus *in l. si creditor 28. D. de pignorat. actione*, vbi alia iura expendit Gothofredus. Quod procedit, licèt tertius, qui possidet, & soluit, iustus vel iniustus pignoris possessor esset, cùm debitor desiderare non debeat commodum cum aliena iactura, & lucrifacere pecuniam, quâ re vera debebat, eaque non soluta vindicare pignus, argument. *l. nam hoc natura, D. de condiction. indebiti, l. naturalitèr, §. fin. l. hæc conditio 66. D. eodem titul, l. bona fides 50. D. de actionibus empti, l. iure naturæ, D. de regul. iuris*, Velascus *in loc. commun. lit. L. axiom. 81. & 82.* Quo fundamento vtitur Anton. Faber *in rationali ad dict. l. si creditor*, vbi asserit, dolo facere debitorem, qui ex pecunia possessoris pignoris locupletior fuit factus, cùm ex ea solutione doli exceptionem aduersus creditorem acquisierit, si pignus vindicare vellit, neque offerat quod solutum fuit, & re verâ debebatur, sequitur Arias de Mesa *libr. 1. var. c. 18. à num. 2.* qui refert Cuiacium, Anguisolam, & alios.

9 In eo † tamen dissentio à Mesa, quatenùs indistincte probat, possessori aduersus debitorem eo etiam remedio consuli, vt quod soluit actione negotiorum gestorũ consequi, & repetere possit, iuxta *l. res obligatas, C. de pignoribus.* Nam vt cum iudicio aduertit Anton. Faber vbi proximè, eo demum casu negotiorum gestorum actio pignoris possessori competere potest, quo debitoris rem gerens, pecuniam exsoluit: quia si non alieno nomine, neque vt debitorem sibi obligaret soluisset; quonam modo hac actione se iubare

iubare posset? quæ non competit nisi ei, qui aliena negotia gessit, *l. 2. & per totam, D. de negotiis gestis, l. pupilli, §. sed si quis, D. eodem titulo.*

10 Vndè † Antonius Faber existimauit, possessori excipienti; non verò ius agendi aduersus debitorem competere, quotiens ipse suum negotium gerens soluit, pro qua sententia cum Bartol. contra Accurs. expendit optimum text. *in l. in hoc iudicium, §. 1. D. communi diuidun.* ibi: *Diuersum est enim, cum quasi in rem meam impendo, tantùm retentionem habeo, quia neminem mihi obligare volui.* Idem etiam probat *l. si quis 28. D. eodem titulo.* Ex quibus iuribus probari videtur, possessorem pignoris, qui eius possessionem amisit, nullo modo posse quod soluit à debitore repetere, sequitur licèt his non relatis Petr. Surdus *cons. 183. numer. 18.* Gratianus *1. tom. disceptation. 117. à num. 21.* quorum licèt meminerit Mesa; non tamen in huius rei comprobationem, & propositum: videndus elegantèr loquens Ioan. Garcia *de expēsis cap. 7. ferè per tot.*

11 Quæ † Anton. Fabri sententia quamuis stricto iure vera sit; tamen de æquitate contrariam admitterem, quandò tertius possessor à possessione cecidit, & pignus ad manus debitoris peruenit; eo enim casu, ei qui suis pecuniis pignus liberauit, subeniri æquitas posset, nè cum eius iactura locupletetur debitor, ita sentit post Accurs. Gothofredus *in dict. §. impendia, lit. N.* ibi: *Si merum ius spectamus, licèt aliàs ex æquitate competat actio.* Neque in iure infrequens est, vt ei, qui possessionem amisit, si actione aliqua destitutus sit, aliquo remedio ex æquitate succurratur, vt quod soluit, vel impendit repetat per actionem de in rem verso, vel ex beneficio, *l. si me, & Titium, D. si certum petatur,* vel incerti condictione, vt in *l. qui exceptionem, §. si pars, D. de condict. indebiti, l. quod si nulla,* ibi: *Quod si nulla retentione facta domum tradidisset, incerti condictio ei competit, D. de legat. 1.* Ioan. Garcia *dict. capit. 7.*

12 Difficiliores † sanè explicatus habet, an tertius pignoris possessor, qui cessionem non obtinuit, possit aduersus posteriores creditores retentionis beneficio iubari? Et licèt sint qui putent, retentione aduersus debitorem tantùm, non verò aduersus creditores posteriores fore adiubandū; tamen articulo plenè discusso, contrarium resoluit Arias de Mesa *dict. resolut. 15. per totam.* Tondutus *dict. cap. 29. num. 5.* Quæ traditio verissima est, quia quoad retentionem, eadem æquitatis ratio viget, siue agat debitor, siue posteriores creditores experiantur; præcipuè cùm ius retentionis, & defensionis sine cessione transeat etiã in singularem successorem, vt ex Gratiano, & Magonio, probat Mesa *num. 14.* quibus iunge quos nos lato calamo referemus *hoc tit. quæstion. 7. à numer. 32.*

13 Quinta regula. Debitoris † creditor hypothecarius si anteriori creditori soluat, etiãsi neque cessio, neque pactum de subingrediendo interueniat, in creditoris dimissi locum succedit, *l. 1. C. qui potiores in pignor. habeãtur, l. si prius 4. C. de his qui in prior. credit. locum succed. l. cum secundus 5. in princip. D. de distract. pignor. l. 34. tit. 13. part. 5. glos. in dict. l. 1. & in l. Aristo. D. quæ res pignor.* præter ordinarios in dictis iuribus, ex innumeris probant Gratianus *discept. 269. nu. 4.* Mãtica *de tacitis lib. 11. tit. 28. à numer. 5.* Gaito *de credito, cap. 4. num. 2678.* Antonin. Amato *1. tom. var. resolut. 7. à num. 1.* Addentes ad Molinã *lib. 1. capit. 10. num. 25. vers. prima conclusio,* Carleual. *de iudiciis, dict. disput. 35. numer. 3.* D. Larrea *decis. 20. num. 12.* Mesa *lib. 1. var. resolut. cap. 15.* Acosta *de priuileg. creditor. prælud. 2. à num. 45. & reg. 3. amp. 2. à n. 2. & reg. 4. amp. 5*

num. 8. vers. *sed & illud*, nullo ex his relato Tondutus *dict. cap.* 29. *num.* 1. Qui prædictam regulam ampliant, etiam in tertio, & quarto, vel alio creditore posteriori, etsi per compensationem soluisset. Vltra quæ resoluunt
14 † priore creditore oblatam sibi pecuniam accipere recusante, satisfacere posteriorem consignando, & deponendo, quo facto absque aliqua cessione legalis subingressio locum habet, vt latè prosequitur Arias de Mesa. Quæ cũ certa, & indubitata sint, nescio quo fundamento, aut ratione motus Mercurialis Merlinus *dict. libr.* 4. *quæst.* 43. *à num.* 18. *& quæst.* 48. *&* 59. ausus sit asserere, creditorem hypothecarium anteriori soluentem, non subingredi eius locum ad effectum agẽdi, nisi cessio interueniat: cessione tamen non indigere ad effectum excipiendi, & retinendi.

15 Hæc † tamen regula vires suas non extendit ad chirographarium creditorem, qui si sine pacto, aut cessione soluat, in ius pignoris non succedit, vt agnoscunt omnes relati sup. Mesa *resolut.* 16. *per totam*, Anton. Faber *in Iurisprud. Papin. tit.* 12. *princip.* 7. *illatio.* 89. *circa princip.* Iacob Cancerius *lib.* 2. *variar. cap.* 6. *num.* 44. Franc. Tondutus *sup. nu.* 2. qui limitat vbi chirographarius creditor posideret, quasi tunc non tanquàm creditor, sed vti possessor consideretur.

16 Sexta regula. Extraneus † cuius pecunia simplicitèr anterior creditor dimittitur, in ius pignoris non succedit. Quàm regulam vt meliùs explicem, considero, duplici modo extraneum soluere posse, & dimittere creditorem: primò quandò ipsemet extraneus soluit: secundò quandò mutuauit debitori pecuniam, vt ipse suo creditori satisfaceret. Primo casu, si extraneus tanquàm emptor nominis soluit, absque alio pacto de succedendo in vniuersum ius creditoris succedit, *l. emptor, C. de hered. vel action. vendit.* Petr. Surdus *cons.* 183. *numer.* 17. Gratianus *cap.* 117. *num.* 17. ex Mantica, & aliis Amato *dict. resolut.* 7. *num.* 12. sequitur eo non relato Arias de Mesa *lib.* 1. *variar. cap.* 14. *num.* 1. Sin verò simplicitèr soluat, neque iurũ cessionem obtineat, in ius pignoris, vel hypothecæ non succedit, sed solùm aduersus debitorem actionem negotiorum gestorum habet, *ex l.* 1. *D. quibus modis pignus, vel hypoth. l.* 1. *&* 2. *C. de his qui in prior. credit. loc. succed. l. Aristo, D. quæ res pignor.* docent Amato *d. num.* 13. Carleual. *dict. disput.* 35. *num.* 4. 7. *&* 8. Addentes ad Molinam *dict. num.* 25. vers. *secunda conclusio*, Mesa *dict. resolut.* 14. *à num.* 2. D. Larrea *num.* 12. Acosta *dict. ampliat.* 2. *num.* 4. Franc. Tondutus *num.* 3. *&* 4. nullo ex his relato Merlinus *dict. lib.* 4. *de pignorib. quæstion.* 76. vbi quod agit actione negotiorum gestorum contra debitorem: vel retent. onem habet si possideat: & reperit *libr.* 4. *quæst.* 190.

In † alio verò, & secundo casu, 17
quandò extraneus mutuam dedit debitori pecuniã, vt creditorem dimitteret, non alitèr eum in locum dimissi creditoris subingredi communitèr firmant interpretes, quàm si hæc tria concurrant. Primum, vt extraneus mutuet pecuniam debitori, eâ lege & pacto, vt creditorem anteriorem dimittat. Secundum, vt paciscatur cum ipso debitore de subintrando in hypothecas, & priuilegia creditoris dimissi. Tertium, vt ex pecuniâ mutuatâ re vera primus creditor sit dimissus. Adquæ requisita reducuntur. quatuor illa de qnibus per *glos. in dict. l. Aristo*, vbi Gothofred. *lit. I. glos. in dict. l.* 1. *C. de his qui in prior. credit. l.* 34. *tit.* 13. *part.* 5. vbi Greg. Lopez, Rodriguez, Mantica, Surdus, Ant. Faber, Amato, quos laudant Carleual. *num.* 12. Larrea *d. decis.* 20. *num.* 12. *in fin.* Addentes sup. vers. *aut soluit de pecunia*, prosequitur ex his Mesa *d. lib.* 1. *cap.* 11. 12. *&* 13. Merlinus *d. lib.* 4. *quæst.* 77. *à num.* 11. Quibus concurrentibus non solùm tran-

transeũt actiones personales, sed etiã hypothecæ, *l. si pupillus, §. fin. D. de rebus eorum, l.* 1. *§. nunc tractemus, D. de tutelæ, & rationib. l.* 1. *C. de his qui in priorũ creditorũ*, Mesa *d. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 1. *&* 2. Vbi *à n.* 7. an sufficiat pactũ de succedendo in locum creditoris, an verò expressa de pignore conuentio sit, necessaria? idemque hæc operari probat. Et *lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 2. *&* 11. rectè ex Crauetta firmat, necesse non esse, vt nominatim de succedẽdo priori creditori agatur, sed sufficere quòd facto ipso, aut aliter de eo constet?

18 Quotiens † autem hæc tria concurrunt, de subingressione nemo dubitat, Quæstio tamen solet esse, an ex propria pecunia mutuantis antiquior creditor sit dimissus; solent enim id inficiari creditores posteriores. Quo casũ si ex aliis probationibus de identitate pecuniæ constare non possit: dicemus creditorem ex ipsis mutuatis pecuniis fuisse dimissum, si in cõtinẽti post acceptam pecuniam, debitorem solui esse appareat, vt ex Bart. Surdo, Menoch. Anton. Fabro, & aliis tradit Amato *d. resol.* 7. *n.* 19. Cyriac. *controu. for. lib.* 1. *contr.* 219. *n.* 65. Mesa *lib.* 1. *c.* 13. *à n.* 3. Noguerol, qui refert Gratianum, & alios *allegat.* 20. *num.* 73. idem Gratianus *tom.* 5. *discept.* 897. *&* 995. *à nu.* 3. Merlinus *dict. quæst.* 77. *nu.* 18. Si verò creditor intra triduum à die acceptæ pecuniæ dimittatur, ex eâ satisfactum fuisse præsumitur, Capycius Galeota *lib.* 1. *controu.* 49. *num.* 15. videndus D. Ioseph Vela *dissert.* 38. *n.* 4. *&* 51. Ex quo infert Surdus *decis.* 55. *nu.* 10. eum, † qui mutauit pecuniam

19 alicui, qui statim decessit, præferendũ esse aliis creditoribus, pro expensis funeris, quia factæ præsumuntur ex pecuniis mutuatis propter temporis breuitatem, videndus Tondutus *dict. cap.* 29. *à n.* 22. vbi coniecturis probari asserit, vtrùm eisdem pecuniis dimissus sit creditor, neque diuersitatem arguit ex eo quòd in alia specie monetæ solutum sit creditori. Quæ vero intra breue tempus, vel incontinenti fieri dicãtur? pleniſsimè inuenies apud Castillum 3. *tom. controu. cap.* 24. *à nu.* 166. Velascum *de priuileg. pauper.* 1. *part. quæst.* 4. *§.* 2. *à num.* 135. (vbi etiam de dictione *statim, confestim, celeriter*) Glurbam *in consuetud. Messan. cap.* 2. *glos.* 6. *per totam, & glos.* 15. *per totam, & cons.* 83. *à num.* 3. 18. *&* 23. vbi etiam quandò quis incontinenti se vlciscì dicatur, de quo Alexand. Trentacinq. *lib.* 1. *variar. tit. de defensione, resolut.* 1. *à num.* 19. Paschalis *de viribus patriæ potest.* 3. *part. cap.* 6. *nu.* 14. Gizarellus *& add. decision.* 18. *per tot.* D. Retes *opus. lib.* 2. *sect.* 3. *c.* 5. *nu.* 4. *&* 5.

Illud † sanè non satis constat, an 20
vt extraneus prædictis tribus concurrentibus, in ius, & actionem creditoris succedat, requiratur etiam ipsius creditoris consensus expressus, vel saltim tacitus, qui resultet ex scientia pacti inter extraneum mutuantem, & debitorem iniri. In qua re subobscurè loquutus fuit Anton. de Amato *dict. resolut.* 7. *à numer.* 27. qui licèt hoc *numero*, creditoris scientiam necessariam non esse firmet; tamen *num.* 26. *&* 27. scientiam eius requirere videtur, prout requirunt Gratianus 4. *tom. cap.* 670. *num.* 10. *& decision.* 7. *num.* 7. *& in add. num.* 1. *&* 2. Franch. *decision.* 97. *num.* 3. Giurba *decis.* 87. *n.* 5. alios referunt Scáccia *de commert. §.* 2. *glos.* 4. *nu.* 416. nouissimè Mercurialis Merlinus *dict. quæst.* 77. *num.* 15. *& dict. lib.* 4. *quæst.* 190. *nu.* 6. D. Larrea *decis.* 20. *n.* 4. *&* 7. quibus ipse accedere videtur, dum hanc opinionem vltimo loco refert, ad tradita per Gratianum *decis.* 11. *n.* 18. multis relatis Vander. *sing.* 53. *num.* 11.

Sed † scientiam creditoris necessa- 21
riam non esse, imò eo ignorãte si prædicta concurrant, legalẽ subingressionem induci, præter relatos per Amatum *nu.* 25. tuentur Arias de Mesa *d. c.* 11. *per totam, & lib.* 1. *c.* 2. *&* 3. *nu. fin.* Mantica *d. lib.* 11. *tit.* 28. *n.* 16. D. Larrea *decis.* 20. *per totam*, qui doctissi-

me

mè articulum discutit: cui sententiæ se adscribere videntur, qui de scientia creditoris non meminere, quasi visum sit eis, non esse necessariam, prout scribunt omissis aliis Iacob. Cãcerius *lib. 2. var. cap. 6. nu. 44.* vers. *si vero*, Carleual. *dict. disp. 35. n. 12. & 29.* Addentes ad Molinã *dict. cap. 10. nu. 25.* Pro qua sententia non semèl vidi iudicatum in hac Regia Vallisoleti Cancellaria. Qui articulus tametsi dubius valdè, & difficilis sit, tamen hæc posterior sententia magis placet, inquã vt descendam, moueor solidissimis fundamentis, quæ pro eâ expedit D. Larrea. Ex eo etiam, quòd si consensus creditoris tacitus, vel expressus esset necessarius, non tàm subingressionis legalis virtute diceretur mutuantem succedere, quàm expressæ, vel tacitæ cessionis potestate: videndus vltra relatos Scipion Theodorus posthæc visus, *allegat. 68. à num. 10. ad finem.*

22 † Quæ sententia meo iudicio adeò procedit, vt etsi creditor ad cuius notitiam peruenit pactum inter debitorem, & mutuantem initum, contradiceret subingressioni, pecuniamque sub eo pacto accipere recusaret, adhuc oblatâ sibi pecuniâ, & postmodum depositâ, mutuans eius locum, pignora, & anterioritatem occuparet: Quia hæc subingressio legalis est, non dependens à voluntate creditoris; quem eo casu existimarem posse etiam ad cedendum compelli. Neque oberit, debitorem non posse creditorem ad faciendam cessionem vrgere, iuxta ea quæ resoluimus sup. et in terminis quandò debitor ab alio mutuã accipit pecuniam, probat Carleual. *dict. disp. 35. num. 21.* Nàm Carleuali opinio secura non est, superiorque doctrina, vt debitor iurium cessionẽ desiderare non valeat, procedit quandò debitor ex sua pecunia solueret, vel nisi iusta petendæ cessionis causa subesset, vt *tit. sequenti, q. 1.* dicemus, quę in nostro casu satis detegitur: quia debitores, qui accipiunt pecunias, vt dimittant alios creditores, id efficere solẽt, vel quia creditores quos dimittere intendunt, molesti eis sunt, & in exigendo acerbi; vel quia vt frequentiùs accidit, pecunias ad leuiores vsuras accipiunt: iniquumque esset, vt in creditoris potestate foret, debitorem eo commodo fraudare: neque est cur spectetur consensus creditoris, qui ius contradicendi non habet, vt aliud agens arguit Ant. Faber *decad. 60. err. 8. infrà princip.* prosequitur Arias de Mesa *dict. cap. 2. à num. 3. ad finem.*

Posthæc † diù scripta peruenit ad 23
manus Franc. Tondutus qui *dict. cap. 29.* doctè prosequitur, an ad subingressionem scientia creditoris sit necessaria: qui licèt resoluat necessariam esse, vbi is de cuius pecunia soluitur, non posset creditorem inuitum ad cedendum compellere; tamẽ sua fundamenta non me mouent, vt à nostrâ sententiâ desistam.

Hæc † quæ diximus necessaria es- 24
se, vt tertius ex cuius pecuniâ creditor fuit dimissus, in eius locum succedat, intelligẽda sunt: vt pẽnitùs & per omnia subingressio fiat cum omnibus iuribus, & prælatione creditori competenti; non tamen etsi aliquod ex his requisitis deficiat, mutuãs remedio destitutus manebit: nàm licèt de subingressione actum non sit, in eum actio personalis cum suo priuilegio transibit, *vt ex l. 2. D. de cession. bonor. l. si ventri, § vltim. D. de priuileg. creditorum.* docet Iacob. Cuiac. *lib. 3. quæst. Pauli ad l. 3. D. quæ res pignori, & lib. 18. obseru. cap. 40.* Capycius Galeota *lib. 1. controu. 56. num. 31.* Anton. Faber *in C. lib. 8. tit. 9. defin. 1.* Larrea *d. decis. 20. nu. 11. in fin.* Gaito *de credito, cap. 4. num. 1678.* Acosta *de priuileg. credit. prælud. 2. à num. 45.* Mesa *lib. 1. c. 12. à num. 3.* Tondutus *nu. 14. & 18.* doctus Merlinus *d. quæst. 77. & 190.*

Quemadmodũ † tertius, vel chirogra- 25
phari° creditor, qui ex suis pecunijs solũt anteriori creditori, quãuis in ius pignoris nõ succedãt, in eos tamẽ personã-

sonalis actio cum suo priuilegio transit, vt præomnibus docuit Surdus *cons.* 444. *per totum*, (qui etiam in fide iussore sine cessione soluente loquitur) Gratianus *discept.* 269. *num.* 1. Mesa *lib.* 1. *cap.* 14. *à nu.* 6. *& cap.* 16. *nu.* 26. Amato *n.* 4. Similiter si possideat, retentionis exceptione se defendere poterunt: quia vt quis retineat, & se defendat, prædicta requisita concurrere necessarium non est, vt defendit post Frach. *decis.* 134. Hieronym. de Leon *lib.* 1. *decis.* 1. *num.* 37. Intrigliol. *decis.* 28. *num.* 5. *& 6.* ex aliis Merlinus *dictis locis; & dict. lib.* 4. *quæstion.* 43. *num.* 18.

26 Ex his † in casu occurrenti dubitabā, de subingressione possessoris maioratus, qui censum super eius bonis cū facultate Regiâ constitutum redemerat. De quo quia pluriès vidi disceptari, vt rem comprehendā, obseruo, possessorem maioratus censum redimere posse, ex alienis vel propriis pecuniis: quādò verò ex alienis pecuniis redimit, licèt prædicta illa tria cōcurrerēt, adhuc in dubium vertitur, an mutuans in locum creditoris succedat, si ad huiusmodi subrogationem Regia facultas non præcesserit. Viderur tamen Regiam facultatem necessariam non esse, sufficereque pactū cum possessore maioratus, vt mutuās in locū prioris creditoris succedat: cū ex hac subingressione nullum maioratui inferatur damnum, aut grauamen; neque noua alienatio, vel obligatio fiat; sed tātùm veteris translatio. Cùm hypothecæ ex hac legali successione quæsitæ non diuersæ (vt nonnulli existimarunt) sed eædem sint, quas primus creditor habebat Amato *dict. resol.* 7. *nu.* 7. Carleual. *d. disp.* 35. *nu.* 15. Mesa *lib.* 1. *resol. cap.* 1. *à num.* 3. ex Negusant. Merlinus *d. lib.* 4. *quæst.* 54.

27 Quæ † sententia sine dubio procederet, si census minoris redditus acciperetur, ad extinctionē alterius sub grauioribus vsuris impositi. Cū m. nor & Ecclesia, quibus sine solemnitate cēsum imponere non licet, possint absque decreto censum constituere ad alterius extinctionem, qui maioris redditus esset, *l. pupillorum* 7. *§. fin. D. de rebus eorum.* Cencius *de censibus, quæstion.* 15. *à num.* 32. *ad* 37. vers. *an emptor, & num.* 45. Amato *resol.* 7. *nu.* 16. ex aliis Noguerol *alleg.* 32. *nu.* 44. D. Larrea *decis.* 20. *nu.* 21. nullo ex his relato Mesa *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 5. Neque audiēdus est Capyc. Galeot. *lib.* 1. *cotrou.* 33. *n.* 13. *in fi.* qui indistinctè asserit, minorē sine solēnitate censum iam cōstitutum in alium transferre non posse. Et possessori maioratus id licere, aliumque in locum primi creditoris subrogare posse, ex *l. pater filiū* 38. *in princ. D. de leg.* 3. firmat Molina *lib.* 10. *c.* 10. *d n.* 25. *& 27.* sequitur Mesa *dict. cap.* 11. *à nu.* 6. Addentes ad Molinam *ibi.*

28 Cæterùm † licèt hæc vera sint, cōsulerem tamē mutuanti, vt non alitèr possessori maioratus crederet pecuniam, quàm cum Regia facultate, quæ in hunc finem vulgo *para crecer censos*, facilitèr expeditur, Noguerol *dict. alleg.* 32. *num.* 45. qua interueniēte cessabit omne dubium, mutuansque securus erit, alias namque, res subiudice erit: vt apparet ex latè traditis per Rodriguez *de creditibus lib.* 2. *quæst.* 16. *à num.* 53. *ad finem quæstionis.*

29 Illud † etiam controuertitur, an si possessor maioratus Regiam facultem habeat, vt possit ad aliorum censuum extinctionem mutuas accipere pecunias, & subrogare mutuantes in locum priorum creditorum; si census aliquis fuerit redemptus ex his quos maioratus soluebat, qui nullitatem aliquam patiebatur, an eadem nullitatis exceptio possit opponi ei, qui censum illum in sui fauorem transtulit? videndi Seraphin. *decision.* 1109. Noguerol *allegation.* 2. *à num.* 55. *& allegation.* 32. *à num.* 84. qui ex Farinacio, & Capiblanco probat, nullitatis exceptionem quam primus cēsus patiebatur, aduersus nouum censum allegari non posse, & sufficere vt tempore redemp-

redemptionis,& subrogationis,cessus validus iudicaretur.

30 † Alio verò casu quandò ex pecuniis propriis possessor maioratus redemit censum,si creditoris cessionē habuit,sine dubio est,in eius locum subrogari,Casanate *cons.*10.*nu.*104. Sin verò simplicitèr redimat,difficultatis est,an dimissi creditoris locum subintret.Communis tamen & vera sententia est,in locum creditoris quoad hypothecas,& prælationem non subrogari,solamque ei negotiorum gestorum actionem competere,Molina *lib.* 1.*cap.*10.*n.*25.vbi Addentes *& lib.* 4.*cap.*9,*num.*22,vers. *in qua quæstione*,ex Anello Amato,& Mieres,Mesa *sup.n.*9.Ego verò ex dictis sup.existimarem etiam sine cessione in actionē personalem creditoris cum suo priuilegio succedere. Vbi verò possessor maioratus succedit creditori census, an maioratus eo ipso quasi confusis actionibus liberetur,& extinguatur cēsus? videndus latè disputans Rodriguez *de reditibus lib,*2.*quæst.* 19. *per totam.*

31 † Alia in præsenti de subingressione dicere omittimus,quia plenè inuenies apud Doctores relatos sup. An verò quæ de solutione priuato creditori factâ resolùimus, procedant etiã in eo,qui sine cessione fisco soluit,differunt Surdus *cons.*444. Gratianus *c.* 269.Mesa *dict.lib.*1.*c.*11.*nu.* 3. *&* 4: Ioan.Baptist.Thoro 2.*tom. comp. decis.*verb.*subingressio an locum habeat*, Gaito *de credito,cap.*4.*nu.*1677. Larrea *dict.decis.*20.*num.*6.*&* 11. Alfaro *de offic.Fiscal.glos.*16.*prin.*36. Paschalis *de virib.patriæ potestatis* 1.*part. cap.*8.*nu.*179.ex Surdo,&Peregrino, Noguerol.*allegat.*11.*num.*58.

32 Superioribus † tamen illud annectere non omittam;an is qui debitori dedit pecuniam sub annuo censu, vt ex eâ dimitteret alium creditorē,succedat in eius ius, & anterioritatem, non solùm pro sorte principali,ex quâ dimissus fuit anterior creditor, sed etiam pro pensionibus,seù reditibus ex illo censu decurrendis.Qui casus vt sine obscuritate procedat suppono,cũ qui dimissus fuit, creditorem ex annuo censu non esse,sed alicuius quantitatis, & crediti non productiui annuorum redituum. Quod dubium excitauit in terminis Franc.Tondutus *resol.ciuil.cap.*21,quo loci resoluit,mutuantem pro sorte tantùm,nõ pro reditibus ex nouo censu maturãdis præferendum esse:nam licet creditor eãdem prælationem habeat pro vsuris, quàm pro sorte principali, *l. Lucius, D.qui potior in pignor.habeantur*,Guzman *de euictionib.g.*13.*à n.*50.Rodriguez *de concurs.*2.*p.art.*1.*à n.*10.Fontanell.*de pactis nupt.claus.*7.*glos.*2.*p.* 8.*n.*76.Noguerol.*alleg.*17.*à n.*17.Acosta *de priu.cred.reg.*2.*ampl.*4.*n.* 17. *& reg.*3.*ampl.*5.*n.*2.Felician.Mainar. Pacific.Gaitus, Barcius quos refert, idem Tondut.*n.*2.Id tamen intelligẽdum est,quãdò interesse,seu vsuræ ab eodem fonte,& contractu pendẽt;nó verò si ex diuerso prout in præsenti, quia vsuræ seu reditus non ex antiquo credito,sed ex nouo census contractu descendunt.In cuius sententiæ cõprobationem vltra alios expendit Scacciam *de cõmert.*§.2.*glos.*5.*nu.*409.qui asserit,eum qui dedit pecunias,vt creditũ quod sub cambiis debebatur solueretur,pro sorte duntaxat principali,non autem pro secundis cãbiis posterioribus creditoribus præferri, pro qua Scacciæ sententia mirè facit, diù post hæc scripta visus Thoro 2. *tom. comp.decis.*verb.*creditor,qui pecuniã.* Sed licèt Tonduti opinio in specie propositâ vera sit:Scacciæ tamen, & Thori sententia non sine dubio est, vt ex infrà suo loco,dicendis apparebit.

SVMMARIVM.

1 *Qui emit pignus à debitore cum pacto*

cto vt ex pretio creditor dimitteretur, & in eius ius succederet: in locum creditoris subrogatur absq; vlla eius cessione.

2 *Pignoris ius acquirit eius emptor, in eum casum quo res ei auocari possit.*

3 *Qui emit pignus à debitore, vt ex pretio dimitteret creditorem, si pactum de subingrediendo non intercessit, an in creditoris iura succedat, non solùm quoad ius retinendi, & excipiendi sed etiam quoad agendi facultatem?* & numer. sequentib.

4 *Variæ expenduntur leges in id, vt emptori pignoris sine speciali subintrantiæ pacto ius agendi competat sine cessione.*

5 *Emptori pignoris in superiori casu ius retentionis tantum competere ex eisdem legibus probatur.*

Intelligitur l. 3. C. de his qui in priorũ creditorũ locum succed. ibidem.

6 *Intellectus* l. 1. D. quib. mod. pign. vel hypoth.

7 *Agitur de vera interpretatione* leg. Aristo, D. quæ res pignori.

8 *Intellectus* Iacobi Cuiacij *reijcitur.*

9 *Amplectitur interpretatio* Accursij *ad eam legem.*

10 *Expenditur pro* Accursij *interpretatione* l. Paulus, D. quib. modis pignus, vel hypotheca soluitur.

11 *Expenditur, & ponderantur species* dict. l. Aristo, & l. si debitor, D. de pignorat. actione.

12 *Quænam fuerit dubitandi, & decidendi ratio in* dict. l. Aristo, & num. 13.

14 *Ius etiam agendi pignoris emptori in prædicta specie concedi æquius esse ostenditur.*

15 *Emptor, qui simpliciter, & absq; vllo pacto pignus emit à debitore, si eius pecunia ad creditorem anteriorẽ hypothecarium peruẽiat, an si possideat pignus, possit beneficio retentionis se tueri aduersus creditores posteriores, qui pignus habent obligatum? affirmatiuè resoluitur.*

16 *Quid interest, an creditor pignus vendat, vel ius tantùm quod habet in pignore.*

17 *Pignus an venditum censeatur per creditorem, an verò ius tantùm, quod in pignore habet distractum, vel cessum intelligatur?*

18 *Emptor qui pignus emit à creditore, an in ius eius succedat; an autem pignoris dominiũ acquirat.*

19 *Emptor pignoris, qui à creditore emit, an per creditores hypothecarios anteriores, vel posteriores possit hypothecaria cõueniri? affirmatiuè resoluitur quoad anteriores, negatiuè verò respectu posteriorum.*

20 *Emens rem in publica subhastatione pro satisfaciendis creditoribus, an possit molestari per alios creditores anteriores, siue posteriores,* & num. sequentib.

21 *Re vendita in publica subhastatione, posteriores creditores nullo alio remedio quàm offerendi iure tubantur. Et an desiderare possint, vt res iterum vendatur, si minori pretio distractam fuisse allegent.*

24 *Fraudari quis non debet sub fide publica, ideo publicæ venditiones nõ facilè sunt retractandæ.*

25 *Emens rem ab hærede cum beneficio inuentarij; vel ab executore testamenti, pro satisfaciendis creditoribus defuncti, an ab alijs etiã anterioribus securus sit?*

Heres soluens posteriori creditori, vt non possit molestari ab anterioribus creditoribus, debet soluere vt heres, & ex pecunijs hereditarijs, non ex propr ijs.

26 *Bonis vẽditis ad instãtiam creditoris in causa executionis, si sentẽtia addi-*

additionis reuocetur per superiorem, an qui obtinuit, debeat agere aduersus creditorem, qui bonorum pretium accepit, an etiam aduersus emptores bonorum.

Confiscatis bonis, si bona reo restitui iubeantur, an possit agere aduersus emptores bonorum, ibid.

27 *Distinguitur inter venditionem factam ad instantiam vnius creditoris, & eam quæ fit formato concursu creditorum ad bona debitoris.*

28 *Creditor certus ad concursum non citatus personaliter, vel incertus per proclama, ius hypothecæ non amittit in bonis distractis pro satisfactione posteriorum creditorum.*

29 *Refertur, & laudatur* Thomas Carleual.

30 *Creditor in diem, vel sub conditione si citatus ad concursum creditorũ non compareat, an bonis debitoris distractis, ius suum & hypothecã amittat?* & num. sequent.

Creditor conditionalis, vel in diẽ, non anteà agere potest, quàm si dies veniat, vel conditio existat.

Dominus census non potest agere pro sorte principali, quia eius respectu creditor non dicitur.

31 *Creditor conditionalis, vel in diem, creditor verè dicitur, & rectè agit, vt adueniente die, vel conditione existente, debitor ad soluendum condemnetur.*

32 *Creditor ex iusta causa rectè agit, vt debitor caueat se adueniente die, vel post euentum conditionis soluturum.*

33 *Maritus qui mobilia in dotem data non nisi post annum à die soluti matrimonij restituere tenetur, cõueniri statim potest, vt caueat se post anni lapsũ bona restituturũ.*

34 *Creditor in diem, vel sub conditione, vel ex causa tutelæ, aliaue non liquida, potest si concursus ad bona debitoris sit, petere vt posteriores creditores quibus soluitur, caueãt adueniente die, vel existente conditione, aut liquidato debito quantitatem, quam acceperunt, restituturos.*

35 *Creditores in diem, vel conditionem, qui citati ad concursum non comparuerunt, non possunt emptores bonorum molestare: idem in creditore censuali resoluitur*, num. 36.

36 *Creditor censualis (si cõcursus fiat ad bona debitoris) non solùm potest agere ad solutionem redituum, sed etiam pro sorte principali census.*

QVÆSTIO. II.

Emptor pignoris an succedat in ius creditoris sua pecunia dimissi absque vlla cessione. Et an molestari possit per alios creditores hypothecarios posteriores, vel anteriores? Interpretatur, & illustratur difficilis textus *in l. Aristo, D. quæ res pignori.*

SVperiori affinis est hæc quæstio, in qua subingressionis materia prosequitur: eiusque præcipuum quæsitum est, quandò pignoris emptor, ex cuius pecunia dimissus fuit creditor, eius locũ, iura, & hypothecam occupet. Pro cuius rei cognitione, duplex considerandus est casus. Primus, quandò quis emit pignus à debitore. Secundus, quandò ab ipso creditore pignus comparauit.

In primo † casu proculdubio est, pignoris emptorem eo pacto ementẽ à debitore, vt ex pretio anteriori creditori satisfieret, & in eius ius, & hypothecam succederet, in locum dimissi credi-

creditoris subrogari: quia hoc casu omnia illa tria interueniunt, quibus concurrentibus tertium siue extraneũ debitori mutuantẽ in locum creditoris subingredi probauimus, docẽt Cuiacius, & Donell. *ad tit. C. de his qui in prior. credit.* Arias de Mesa *lib. 1. cap. 1. per totum*, vbi *cap. 2.* subingressionem locum habere asserit, licet creditor pacti inter debitorem, & emptorem pignoris inuitus, ignarus esset: quæ sententia vera est, neque habenda est ratio Mercurialis Merlin. *de pignoribus, & hypoth. lib 4. quæst. 59.* vbi scientiam creditoris dimissi necessariã esse probat.

2 Neque † obicem facit, emptorem in ius pignoris succedere non posse, cùm in re propria pignus non consistat, *l. neque pignus 45. D. de reg. iuris*, nè circa eandem personam, idemque subiectum, actio & passio concurrat, *l. prætor, D. de tutor. & curat. l. fin. D. de officio prætoris*, Velasens *lit. A. axiom. 65.* Quia respondetur id habere locum, quandò quis pignoris dominiũ irreuocabiliter quæsiuit, *l. ex sextante, §. Iatinus largus, D. de exceptione rei iudicatæ*: nam si reuocabiliter tantũ adquiratur, ius pignoris non dissoluitur: in eũque casum quo res auocari possit ementi, recta est pignoris conuentio, Bart. *in l. si finita, §. Iulianus, D. de damno infecto*, vbi dicit, rem meam posse mihi obligari, eo respectu quo posset à me auocari, Surdo, Franch. Afflict. & aliis relatis Rodriguez *de creditibus, lib. 2. q. 19. nu. 5.* Guzman *de euictionib. q. 28. à nu. 15.* alios dat Mesa *d. cap. 1. num. 10. & cap. 48. nu. 9.* qui vtrobique loquitur de eo, qui sub pacto de succedendo creditori, pignus à debitore emit.

3 Quandò † verò quis etiam ignorante creditore rem pignori obligatam, à debitore emit, eo pacto vt ex pretio creditori satisfieret, nihil tamẽ actum fuit de subrogatione: dubium est, an emptor in ius pignoris succedat? In qua re Negusãtius hypothecariam actionem emptori denegat, eique ius retinendi concedit, quem sequitur Merlinus *dict. lib. 4. quæst. 44.* (vbi quòd debet retinere partem tantùm pignoris æquivalentem, si sit diuiduum) Ponte *cons. 87. à num. 8. lib. 1.* Carleual. *de iudiciis tom. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 35. à num. 18.* Sed aliis contraria sententia placuit; scilicèt emptorem hypothecariam etiam actionem acquirere, per quam non solùm retentionis beneficio se defendere possit; sed etiam vt queat si à possessione cadat, aduersus posteriores creditores, aliũue possessorem agere, vt post ordinarios *in l. 3. C. de his qui in prior. credit. loc. succed.* tenent Gratianus *discept. 117. nu. 17.* Surdus *cons. 183. nu. 17. circa medium*, ex Cuiacio, & Donello hanc sententiam indubitatam asserit Arias de Mesa *lib. 1. var. cap. 3. per totum*, D. Larrea *tom. 1. decision. 20. numer. 17.*

Nec desunt † pro vna, & altera opinione fundamenta. Nam hanc posteriorem fulciunt eius effectæ. Primò ex textu *in l. si potiores 3. C. de his qui in prior. credit. locum succed.* vbi expressè emptori pignoris sub eo pacto vt pretium ad potiorem creditorem perueniret, in eius locum subrogatio conceditur, ibi: *Si potiores creditores pecunia tua dimissi sunt, quibus obligata fuit possessio, quam emisse te dicis, ita vt pretium peruenirent ad eosdem priores creditores, in ius eorum successisti: et contra eos, qui inferiores tibi fuerunt, iusta defensione te tueri potes.* Secundò ex textu *in l. eum qui, D. qui potior in pignore* ibi: *Eatenùs tuendum, quatenus ad priorem creditorem ex pretio pecuniæ peruenit.* Tertiò in huius sententiæ comprobationem expendunt *l. Aristo, D. quæ res pignori*, in illis verbis: *Quo casu emptoris causa melior efficietur.* Ex quibus contendit Connanus, & Cuiacius, aliud ius constitui in mutuante pecunias debitori; aliud verò in eo, qui ab ipso debitore pignus comparauit: vt ille

4

pacto de succedendo indigeat: hic vero, sine eo in ius creditoris subrogetur. Quartò in idem ponderant, *l. 1. D. quibus mod pignus, vel hypothec. solvitur*, vbi ei, qui citra emptionem pignus amici ablentis liberauit, licèt seruiana actio denegetur, tamen si possideat retentio data: ergo si emisset, alia res esset; & non solùm retentio, sed etiam actio ei competeret.

Hæc † licèt pro hac sententia nimis vrgeant, qui contrariam tenent, eisdem fundamentis vtuntur, easdemque leges in contrarium retorquent. Nam ex illis probari videtur, pignoris emptori sub eo pacto, vt antiquior creditor dimittatur, ius exceptionis, defensionis, seu retentionis tantùm competere, vt insinuant (vel vt ipsi contendunt) aperte probant *dict. l. 3. C. de his qui in prior. credit. loc.* ibi: *Iusta defensione te tueri potes, d. l. eam qui*, ibi: *Eatenus tuendum*: quod verbũ *tueor* plerũque ad exceptionẽ, siue ad ius excipiendi, & defendendi refertur, *l. si is, §. Vsus fructus, D. de pignor. l. si quis 22. D. de novationibus, l. statuas, D. de acquir. rerum dominio.* 3

Nec † huic sententiæ quicquam aduersari videtur, neque superiorem coadiubare text. *in dict. l. 1. D. quibus modis pignus, vel hypotheca*: quia ibi non agitur de eo, qui à debitore pignus emit, sed de amico, qui pro absente debitore liberauit pignus, quod si non lueret, sed à creditore iure distrahente compararet, pignoris dominium acquireret, *l. si conuenit 4. D. de pignorat. actione, l. 3. D. de distraction. pignorũ, l. qui à creditore. C. eodem titulo*: quæ species longè diuersa est ab ea, de qua agimus. 6

Similitèr † nec magis proficit, aut officit textus *in dict. l. Aristo, D. quæ res pignor.* nam licèt iuxta Iacobi Cuiacij interpretationem *libr. 3. respon. Pauli*, quem sequitur Arias de Mesa *lib. 1. Var. cap. 12. numer. 6. & 10.* ad rem faciat, mirèque subingressionem emptoris in ius pignoris confirmet; tamen doctissimi Cuiacij intellectum longè extraneum existimo à mente, & verbis I. C. Pauli. Nam Cuiacius eius legis sensum esse asserit: eum qui mutuam dedit debitori pecuniam, licèt pascisceretur, vt ex ea dimitteretur creditor, in locum eius non succedere, nisi simùl ea lege mutuet, vt eadem res sit sibi pignori obligata; vel quòd in ius dimissi creditoris subintret: eum tamen qui pignus à debitore emit eo pacto, vt creditori ex precio satisfieret, iura cõsequi creditoris, quamuis de subintrando in eius locum actum non sit; quasi melioris conditionis sit emptor pignoris, quàm is qui debitori mutuauit pecuniam: quem intellectum verum esse coniicit Cuiacius ex dictis verbis ibi: *Quo casu emptoris causa melior efficietur.* 7

Quæ interpretatio verbis Pauli non conuenit: nam si discrimen inter mutuantem, & ementem assignare voluisset, plusque iuris emptori, quàm mutuanti tribuere, melius & aptius pro illis verbis: *Quo casu emptoris causa melior efficietur*, reponeret, *nisi is emptor esset*, vel hæc: *licèt aliud in emptore esset*, vt euidẽtèr collatis superioribus huius textus verbis apparebit. 8

Quarè † semper in ea tui sententia, in qua & nunc persisto, *dict. legis*, verum intellectum retulisse Accurs. (cum quo ante eum visum ego conueneram) qui docet, id sibi velle Paulum: debitorem si primùm à tertio decem mutuo accipiat, vt ex eis dimittat creditorem, quæ cum effectu ei soluit; deindeque pignus alteri vendat, eumqui mutuauit ius pignoris nõ acquirere, quia de succedendo creditori, & de pignore sibi quærendo non egit, melioremque effici ex solutione sua pecunia facta, emptoris pignoris conditionem: quia ex pecunia mutuantis pignus liberatum habere cepit. 9

Hæc † licèt non ita dilucidè tradiderit 10

diderit Accurs. tamen ex casus positione ad *dict. l. Aristo, & glos.* verb. *emptoris*, satis apertè colliguntur. Quam interpretationem ego nouiter confirmo ex verbis eiusdem met Pauli *lib. 5. respon. in leg. Paulus, D. quibus modis pignus soluitur*, ibi: *Et ideò medij creditoris meliorem causam effectã*, quibus verbis vtitur, vt indicet quòd quotiens pignus liberatur, absque eo quòd ius eius transferatur in aliũ, melior efficitur causa medij creditoris. Quæ verba, & decisio Pauli *in dict. l. Paulus*, mirè conueniunt verbis, & menti eiusdem Pauli *in dict. l. Aristo*.

11 Et quicquid † Iacobus Cuiacius, & Mesa suam interpretationem veram esse dicant, tamen certius est, longè diuersam fuisse Pauli sententiam *in dict. l. Aristo*. In qua eadem ferè species proponitur, quàm quæ agebatur à Pomponio *in l. si debitor, D. de pigner. actione*: inter quas leges id discrimen agnoscitur, quòd in *dict. l. si debitor* 2. antecesserat venditio pignoris mutui receptionem: in dicta verò *lege Aristo*, mutuum præcesserit, deindè pignus fuit distractum, vnoque, & altero casu resoluitur, emptoris meliorem causam effici: diuersâ tamẽ ratione: nã in *dict. l. si debitor*, asseritur frustra de subingressione, & pignoris iure sibi consuluisse mutuantem, postquàm debitor pignus alij vendiderat: at verò *in dict. l. Aristo*, cum mutuans solùm de dimittendo creditore egisset, non verò iniisset pactum, vt res sibi obligata maneret, inde est, vt cum pignus nõ acquisierit, licèt sua pecunia sit liberatum, eius qui posteà emit, melior conditio sit effecta: quiá ex pecunia alterius cepit habere pignus liberatum.

12 Ex his † credo satis exornatum manere, & comprobatum Accurs. intellectum ad *dict. l. Aristo*, in qua id solùm in dubium vertebatur, quis potior esset in pignore, tertius scilicet, qui mutuauit vt dimitteretur creditor, an verò pignoris emptor? ex quo hanc legem perperàm sub rubro, & titulo, *D. quæ res pignori, vel hypothecæ*, repositam esse, cùm debuerit reiici in titulum, *D. qui potiores in pignore habeantur*, rectè aduertit Cuiacius *supr. ad finẽm*, quem sequitur Gothofredus *ad l. Aristo, lit. F.*

13 Qua † interpretatione admissa facilè retorqueri potest *dict. l. Aristo*, contra sententiam pro qua expenditur, & in contrariæ comprobationem: dùm asserit Paulus, eum qui pignus emit à debitore, non ex ipsa emptione adquisisse pignus, aliàs enim, in nullo eius causa, & conditio ex mutuo, & liberatione pignoris ex pecuniis mutuantis factâ, melior efficeretur. Nisi dixeris, in ea specie emptorem ius pignoris ex emptione consecutum non fuisse, quia simpliciter, & absque vllo pacto quòd ex pretio dimitteretur creditor, emptionis contractum perfecit.

14 Cuius † articuli resolutio ex his difficilis redditur, & licèt pro ea sententia, quæ retentionem tantùm, non verò pignoris ius emptori eo casu concedit, quo pactum interposuit vt ex pretio solueretur creditori, multa expendat Carleual. *dict. disp.* 35. *num.* 20. tamen contrariam veriorem, & æquiorẽ iudico. Moueor in id, præcipuè ex generalitate textus *in dict. l. 3. C. de his qui in prior. credit. loci succed.* ibi: *In iis enim successisti*: tùm etiam quia emptor pignoris, qui cũ creditore egit, vt pretium ad antiquiorem creditorẽ peruenire, fortius ius eõsequi debet, quàm is qui simpliciter, & absque vllo pacto emit: eo etiã potior erit, qui citra emptionem ea lege mutuauit, vt antiquior creditor dimitteretur, vt rectè considerat Arias de Mesa *lib. 1. variar. cap. 17. num. 22.*

15 Quandò † verò quis rem pignoris nexui subiectam simpliciter, & absque vllo pacto emit à debitore, si eius pecunia, & rei pretiũ ad antiquiorẽ pignoratitium creditorẽ peruenerat, sum-

mè controuersum inuenio, an emptor aliquo remedio se tueri possit aduersus posteriores venditoris creditores hypothecarios? Et licèt constans sit, emptorem in ius pignoris non succedere, neque ei aliquam actionem competere; tamen an ei si possideat, retinere rẽ liceat, dubium est. Quem articulum, ad partes discutit Franch. *dec.* 134. *per tot.* Mantica *de tacitis lib.* 11. *tit.* 29. verioremque sententiam esse resoluunt, quæ emptori fauet; et ei aduersus posteriores creditores ius excipiendi, & retinendi cõcedit: quia ex hoc, secundo creditori nulla infertur iniuria: cùm si primus creditor dimissus non esset, hypothecariam exercere non posset: nec debet cum incommodo, & iacturâ emptor, s consequi lucrum: pro qua sententia decisum refert Beuintend. *decis.* 50. sequuntur innumeri quos refert Amato *resol.* 7. *num.* 42. eo non relato Anas de Mesa *lib.* 1. *var. cap.* 4. vbi in eius comprobationem expendit text. *in l.* 3. §. *si tamen, D. de distract. pignor.* cuius ante eum meminerat Beuintend. *dict. decis.* 50. vltra eos hanc sententiam a quorem esse dicit Iacobus Cancer. *lib.* 2. *var. cap.* 6. *num.* 44. verl. *item limita*, a qua recedendum non est, quicquid dicat Mercur. Merlinus *sup. dict. quæst.* 44. *num.* 27. *& quæst.* 190. *à nu.* 3. Ponte *cons.* 87. *lib.* 1. & dubitet Carleual. *de disp.* 33. *nu.* 18.

16 Alter† & secundus casus est, quando ab ipsomet creditore pignus comparatur: quo casu dubium est, an intelligatur, creditorem ipsam rem pignoratam vendidisse, an verò ius tantùm sibi in pignore competens distraxisse. Quæ speculatio non tenuis momenti est, cum inter hæc multum interfit, vt aduertit Rodriguez *de reditibus lib.* 2. *quæst.* 17. *à nu.* 17. vbi quatuor differentias notat, inter pignoris venditionem, vel iuris sui cessionem a creditore factam, quas breuitèr referã. Prima est, quòd creditor liberè ius suum etiam inuito, & ignorante debitore, in alium transferre potest; rem tamẽ pignoratam non aliter ei licet alienare, quàm si ea lege res pignori data sit, vel seruatis debitis, & consuetis solemnitatibus, de quibus *in l.* 1. *& per totum, D. de distract. pignor.* Secunda, quod creditor variis in casibus ius suũ cedere cogitur, *vt tit. seq.* videbimus, at vero pignus distrahere numquàm compellitur. Tertia, quod cesso iure, & translatis in aliũ creditoris actionibus, potest quilibet, qui cedenti pecuniam offerre poterat, eius etiã cessionario offerre; at verò pignore iure creditoris vẽdito, nullus ex posterioribus creditoribus ius offerendi habet, *l. cum prior in princ. D. de distraction. pignor. l.* 1. *& 2. C. si antiquior credit. pign. distraxer.* Quarta, quia cessionem iuris quilibet a creditore accipere potest, etiam fideiussor, & coheres: cum tamen ij pignus emere nõ valeant, *l.* 1. *C. de dolo*, & latè dicam *tit. sequenti.*

17 Cùm† igitur multùm referat, an quis pignus vendat, vel ius quod in pignore habet, distrahat; vtile erit scire, quando pignus, quando verò ius quod in eo habet creditor alienauerit. Et in dubio ius pignoris, non dominium rei pignoratæ venditum censebitur: sicut cùm pignus pignori datur, non videtur rem ipsam pignorari, sed potius nomen debitoris, & ius pignoris, *l. si quis domum*, §. 1. *D. locati, l.* 1. *C. si pignus pignor. datum sit*, Rodriguez *vbi proximè*, cui nullum addidit Mesa *dict. lib.* 1. *var. cap.* 15. *numer.* 28. quibus iunges Balduinum *de pignoribus in princip. & rursus ante medium.*

18 Et† licèt pignore vendito existimauerit Negulant. *de pignor.* 3. *memb.* 5. *part. num.* 42. verl. *limitat*, emptorem in ius creditoris succedere, quem sequitur Surdus *cons.* 183. *nu.* 17. Gratian. *discep.* 117. *n.* 17. Mantica *de tacitis lib.* 11. *tit.* 28. *nu.* 14. tamen verius est, emptorem in ius eius non substitui, sed pignoris dominum acquirere: quod

quod satis mihi probat *text. in l. si creditor* 13. *D. de distract. pignor. l. in creditore* 38. *D. de euictionib.* quibus locis expressè asseritur, creditorem, qui iure creditoris vendidit, cedere teneri pignoratitiam actionem, quam habet contra debitorem, vt re euicta aduersus eum experiri possit emptor: quâ cessione non indigeret, si ex ipsa pignoris venditione, ius omne creditoris in emptorem pignoris translatũ fuisset: quam sententiam contra Neguſantium, & alios rectè defendit Mesa *lib. 1. var. cap.* 25. *à nu.* 16. *ad* 30.

His † cognitis succedit videre, an 19
pignoris emptor per debitoris creditores anteriores, vel posteriores possit molestari? In quo dubio certum est, respectu creditorum anteriorum, emptorem siue à debitore, siue ab alio posteriore creditore pignus emat, non esse securum, & per hypothecariam actionem posse cõuenirí, vt rem dimittat, aut soluat, Greg. Lopez *in l.* 54. *titul.* 5. *part.* 5. *glos. fin. in fin.* vbi latè Hermosilla. Cũ ius pignoris semèl creditori quæsitum ei auferri non possit, *l. debitorem* 15. *C. de pignoribus, l. si debitor* 12. *C. de distract. pignor.* Gregor. Lopez *in l.* 46. *tit.* 13. *part.* 5. *glos.* 2. Ant. Faber *in C. lib.* 8. *tit.* 20. *defin.* 1. Respectu verò creditorũ posteriorum emptor securus erit: quia vendito pignore per antiquiorem creditorem, posteriori nulla persecutio, vel hypothecaria actio manet, *l.* 1. *C. si antiquior. creditor. pign.* Anton. Faber *de error. prag. decad.* 1. *error.* 6. Quandò verò posteriori creditori, aduersus emptorẽ ius offerendi competat? videndi latè agẽtes Thesaur. *decis.* 152. Felician. *de cẽsib. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 14. Ioan. Baptist. Thoro 1. *tom. comp. decis.* verb. *ius offerendi*, Arias de Mesa *lib.* 1. *var. cap.* 37. *& cap.* 6. 8. *&* 25.

Magis † obscura res est, cùm pignus in publicâ subhastatione pro satisfaciendis creditoribus ad eorum instantiam distrahitur. Et vbi ex pignoris subhastati pretio antiquior creditor fuit dimissus, emptor curiæ respectu creditorum posteriorum securus est; quorum hypothecæ penitùs extinctæ manent, *l.* 2. *l. si cum prior*, vbi Bart. *D. de distract. pignor.* Hieron. de Leon *decis.* 1. *nu.* 26. aliis relatis Christoph. Suelues *cons.* 7. *à n.* 3. Fontanella *decis.* 223. *nu.* 5. Guzman *de euictionib. quæstion.* 34. *n.* 24. Emptorque potent retentione, & exceptione, quod ab antè riore creditore emerit, se iubare, vt ex innumeris probat Milanens. *libr.* 2. *decis.* 1. *à nu.* 169. *ad finem*: quod procedit, quãuis iura emptori cessa nõ fuissent Hieron. de Leon *dict. decis.* 1. 20

Posteriores que † creditores nullo alio iure quàm offerendi iubantur: licèt si propter paupertatem offerre non possint, in Subaudiæ Senatu disputatum iam sit, an si minori pretio rem distractam fuisse asserant, possint desiderare, vt iterum vendatur? et in fauorem creditoris posterioris decisum fuisse refert Ant. Faber *ad tit. C. de distract. pignor. def.* 27. videndus *d. tit. decad.* 1. *error.* 6. An verò creditor anterior possit ad instantiam posterioris, vel ipsius debitoris cogi vt pignus vẽdat, vel saltim vt exhibeat, & ostẽdat vt vendi, & distrahi possit, differit Gratianus 5. *tom. discept.* 941. *à n.* 1. *ad* 12. Fontanell. *de pactis nupt. claus.* 7. *glos.* 2. *part.* 8. *à num.* 62. *& claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 8. *à nu.* 1. *& per tot.* 21

Vbi verò † in publica subhastatione pro satisfactione creditorum posteriorum pignora venduntur, an creditores anteriores hypothecariâ actione possint pignorum emptores conuenire; an verò ad prętũ duntaxat agere possint contra creditores posteriores, ad quos pecuniæ pertinerũt, ingens dubium est, quod Regiâ decisione indigere testatur Fontanella *de pactis nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 8. *nu.* 52. *in fine*, ibi: *Velem quod in comunitis generalibus vbi est proprius locus remedium his adhiberetur, statuendo si debet, vel non debet emptor esse securus.* 22

23 Creditorum † autem posteriorum ius ex eo fulcitur: quia nulla videtur esse ratio cur ius hypothecæ amittat, *l. cum notissimi, §. sed cum illud, C. de præscription.* 30. *vel* 40. *annorum*, neque aliorum creditorum, maximè posteriorum, factum eis debet præiudicare, argument. textus *in l. & suum heredem, §. hodie cum leg. sequent. C. de pactis*: quam sententiam ex Seraph. & aliis veram dicit Gratianus *1. tom. discept.* 37 *à num.* 34. *ad finem*, vbi creditoris arbitrio, & electioni relinquit, an velit agere contra emptorem, vel aduersus posteriorem creditorē, vt ab eo auocet pecuniā. Quibus se subscribit Suelues *dict. cons.* 7. qui asserit, emptorē aduersus posteriores creditores statim esse securum; aduersus anteriores autem non aliter, quàm si præscriptione 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes se tueretur. In eandem etiam opinionem descendit Fontanella *decis.* 223. *nu.* 5. ibi: *Primo casu non est deneganda audientia primo ac magis priuilegiato creditori contra emptorem vt soluat, aut deserat; quia per venditionem non fuit sublata ipsius hypotheca*; facit notanter Acosta *de priuileg. creditor. reg.* 3. *limit.* 3. *nu.* 58. *in fin.* qui asserit, creditorem executionis ius non habere contra eum, qui emit rem debitoris in publica subhastatione; licèt res esset specialiter hypothecæ subiecta, cum clausulâ de non alienādo; hypothecariâ tamen actione aduersus eum rectè experiri posse.

24 Contraria † tamen sententia, quæ emptoribus fauet, nō leuibus adstruitur fundamentis. Primum erit, quia æquum non est, huiusmodi emptores sub fide publica, & iudicis distrahentis auctoritate fraudari, *l. 1. C. de his qui veniam ætatis impetran.* quod pernitiosum valdè esset: cùm nemo ad publicas venditiones accederet, argum. textus *in l. ait prætor*, aliàs *l. si sine, §. quæsitum, D. de minor. l. si ex causa in prin. D. eod. tit.* Qua ratione publicas venditiones non facilè retractandas, monet Fab. *in C. lib. 7. tit. 32. def. 4. &* 14. Mesa *lib. 1. c. 20. n. 4.* Adstipulatur ratio tex. *in l. si ob causam, C. de euictionibus*, ibi: *Aduersus eos debuisse dari actionem, quibus pretij solutio proficit.* Qua ex causâ, eū qui à creditore prædium pignori obligatum emit, de proprietate vinci non posse, docet Imperator *in l. qui à creditore* 18. *C. de distraction. pignor.* Venditionesque sub hasta factæ perpetuam debent firmitatē habere, *l. fin. C. si propter publicas pensitat. l. quæcumque, C. de fide instrumen. & iure hastæ Fiscal. l. si hypothecas, C. de remission. pignor.*

Cui † & illud fauet, eum qui rem 25
emit ab herede cum beneficio inuentarij, etiam aduersus creditores anteriores defuncti securum esse, quibus tantùm conceditur recursus aduersus posteriores creditores, quibus ex pretio fuit satisfactum, *l. fin. §. etsi præfatam*, vers. *sin verò, C. de iure deliberandi.* Quod ad eos etiā, qui ab executore testamenti comparauerunt, extendit Telio Fernandez *in l. 32. Tauri, numer. 9.* qui licèt hanc doctrinam temperet, & intelligat quando creditores anteriores ad solutionem faciendam citati essent personalitèr, vel saltim per proclamata: tamen alij sentiūt emptorem securum esse, quamuis citatio personalis, specialis, vel generalis nō præcesserit, vt contra Tellum, & Frāch. resoluit ex Albar. Velasco, & Carocio Iacob. Cancer. *3. part. var. cap. 2. à num.* 149. *ad* 156. cui accedere videtur Amato *cons.* 88. *num.* 17. quem refert Riccius *in addit. ad dict. decision.* 272. Neque omittam quod tradit Frāch. *dict. decis.* 272. *à num.* 4. quem sequitur Cancerius *dict. cap. 2. nu.* 148. heredem cum beneficio inuentarij, qui soluit creditori posteriori primo venienti, licèt non possit molestari per alios creditores anteriores, id intelligendum est, quando soluit posteriori, vt heres, & ex pecuniis hereditarijs: nàm si de propriis pecuniis solueret, teneretur creditoribus anterioribus; tametsi

tametsià creditore posteriore cui solvit cessionem habuisset.

Facit † vltrà, quòd factâ execu-
26 tione, si bona vendantur ad instantiam creditoris, ea posteà reuocata per iudicem appellationis, bona quæ in subhastatione tertius comparauit, non restituuntur debitori; neque ei aduersus emptorem actio competit; sed tantùm ad pretium, damna & interesse agere potest, Rodriguez *de execut. cap. 6. nu. 53.* ex aliis Hermosilla *in l. 56. tit. 5. part. 5. glos. 8. nu. 22.* ex Fontanell, Guzmã *de euictionib. quæstion. 34. num. 39.* idem Fontanella *de pact. nupt. claus. 7. glos. 2. part. 10. à n. 22.* Ioan. Baptist. Thoro *1. tom. comp. decis.* verb. *actio an detur.* Anton. Faber *in C. lib. 8. tit. 19. def. 4.* D. Larrea *allegat. 43. num. 21. & 22.* videndus Carleual. *de iudiciis lib. 1. tit. 3. disput. 24. à num. 11. ad 18.* Quemadmodum confiscatis bonis, si quis fuerit restitutus, bona quæ apud tertium emptorẽ sunt, non recuperat, latè Petr. Surdus *cons. 203.* Mastrill. *de indulto, cap. 22.* Larrea *dict. allegat. 43.* quæ latè, & distinctè prosequitur Farinacius omninò videndus *de inquisit. quæst. 6. à nu. 33.* Quam interpretum traditionẽ ego sic accipio, vt is cuius bona in publica subhastatione vendita fuerunt, vel ex causâ confiscationis distracta, nõ possit ea ab emptoribus auocare, nisi pretio soluto; si tamen eis pretium offeratur, nulla est ratio, cur restitutionẽ bonorum recusare possint; cum ex hoc nulla eis inferatur iniuria; maximamque aliàs pateretur is, cuius bona vel nullitèr, vel sine causâ fuerunt distracta, si eis carere necesse haberet, conducit Cancer. *2. part. var. cap. 7. num. 27.* Tondutus *quæst. ciuil. cap. 42. à num. 9.* vbi quomodo qui confiscationem bonorum passus fuit, si per viam gratiæ, vel iustitiæ restituatur, bona recuperet a tertiis possessoribus, in quos fuerant alienata.

Hæc † satis pro hac sententia vr-
27 gere videntur; sed pro eius verâ resolutione distinguendum existimo, inter venditionem bonorum in publicâ subhastatione ad instantiã vnius creditoris factã; et inter eam, quæ fit instantibus, & concurrentibus pluribus creditoribus, formato iam concursu ad bona communis debitoris. Nã primo casu emptor secutus non erit, neque ex illâ venditione creditor anterior, qui citatus non fuit, ius suum, & hypothecã amittet in quâ specie prima sententia procedit. In alio vero & secundo casu rursus distinguendum cẽ seo: nam si creditores anteriores specialitèr seu personalitèr fuerint citati; vel saltim generalitèr per proclamata, si incerti essent; ius hypothecæ amitterent, & emptorem bonorum molestare non possent, *l. si eo tempore, C. de remiss. pignor. l. si hypothecas, C. eodem titulo*, ex innumeris Ant. Amato *tom. 1. var. resol. 11. per totam, & num. fin.* In quo casu admitterem sententiam eorum, qui creditoribus contra emptores actionem, & hypothecam denegant, quam sequitur veriorem dicens (licèt dubius) Fontanella *de pact. nuptial. claus. 5. glos. 8. part. 8. à numer. 40. ad 53.* Guzman *de euictionib. dict. quæst. 34. à num. 33.* D. Larrea *decisio. 75. num. 12.* Zeuallos *de cognit. per viã viol. 2. part. quæst. 16. à num. 37.* Hieronym. de Leon *lib. 1. decis. 70. à nu. 8.*

Si verò † creditor aliquis ex cer-
28 tis, ad concursum citatus non fuit; vel incertus per proclamata, vel edictum non fuit vocatus, ius hypothecæ non amitteret, *dict. l. si eo tempore, dict. l. si hypothecas*: vltrà relatos per Amatum *dict. resol. 11.* multos laudat Gaito *de credito, cap. 4. quæsit. 11. numer. 2164.* qui asserunt, non alitèr creditorem ius pignoris amittere, quã si ad eius subhastationem fuerit citatus, vel saltim per proclama si incertus creditor esset.

Posthæc † scripta peruenit mihi
29 doctissimus Carleual. de iudiciis, qui *lib. 1. tit. 3. disp. 22. per tot.* differt, an pignoribus ex causâ iudicati distractis,

ctis, extinguantur hypothecæ creditorum? qui vt videre erit, rem non ita dilucidè vt nos aperuit, neque meminit eorum quos nos retulimus.

30 Illud † verò remissiuè proponit Anton. Amato *dict. resol. 11. num. 16.* an creditor in diem, vel subconditione, vel creditor censualis, si citati non cõpareant ad concursum, ius suum, & hypothecas amittãt. In quo dubio videtur iura sua non perdere, quia creditor conditionalis ante conditionis euentum agere non potest, cùm expressa, vel tacita conditio suspendat exercitium actionis, *l. cedere diem, D. de verb. signif.* multis relatis Rodriguez *de executione, cap. 1. art. 4. nu. 31.* Giurba *dec. 60. nu. 13.* Cencius *de censibus quæstion. 95. nu. 26.* Noguerol *alleg. 37. nu. 44* Larrea *alleg. 38. nu. 4. & 25.* Castillo *tom. 6. contr. cap. 119. à numer. 1.* Quod in creditore in diem similitèr procedit, vt ex variis iuribus probat Rodriguez *de executione, cap. 5. num. 10.* Grass. *excep. 41.* Carpan. *ad statut. Mediol. tom. 1. cap. 42. à nu. 27.* Similitèr neque creditor annui reditus pro eius capitali agere poterit, quia respectu sortis principalis creditor non est, neque ad redemptionem compellere potest debitorem, vt post Couarr. Gregor. Lopez, Lasart. Rodriguez *de annuis redditibus lib. 1. quæst. 4. nu. 5. & lib. 2. quæst. 1. à nu. 2. & quæst. 16. nu. 19. & 29. & quæst. 19. num. 10.* Milanens. *lib. 2. dec. 2. à n. 9.* Rodriguez *de execut. cap. 6. n. 49. & 50.* Felicianus *de censibus tom. 1. lib. 4. cap. vnic. nu. 11. & lib. 3. cap. 2. nu. 17.* vers. *è contra,* & vers. *nec vim habent,* Cyriacus *lib. 1. cont. forens. cont. 24. num. 29.* Fontanella *de pactis nupt. claus. 4. glos. 18. part. 5. num. 10.* Cencius *de censib. quæst. 106. à nu. 1. & quæst. 72. nu. 7.* Vander. *sing. 46.* Marius Muta *dec. 98. ferè per totã,* D. Ioseph Vela *dissert. 28. à num. 11.*

Sed † huiusmodi creditores com-
31 parere teneri, aliàsque ius hypothecæ amittere, ex eo suadetur, quòd creditores conditionales, vel in diem verè creditores sunt, *l. creditor, D. de verb. signific. l. conditionalis cum l. sequenti, D. eodem titulo,* probat latè Asinius *de executione, §. 6. cap. 55. per tot.* qui licèt agere non possint, vt eis ante diē, vel conditionis euentum soluatur; tamen si aliqua iusta causa existat, rectè desiderant, vt debitores ad soluendũ cum dies venerit condemnentur, Surdus *dec. 120.* vbi latè Hodierna, Carpan. *ad stat. Mediol. dict. cap. 42. num. 27.* Cencius *quæst. 96. à numer. 12. & quæst. 98. à num. 26.* Ioan. Baptist. Thoro *in comp. dec. 1. tom.* verb. *agere ante tempus,* Cancer. *2. part. var. cap. 7. nu. 41.* vers. *quando tempus,* Capycius Latro *dec. 114.* Quemadmodum † ex iu- 32
sta causa rectè intẽdit creditor, vt debitor caueat se adueniente die, vel purificata conditione soluturum, *l. in omnibus, D. de iudiciis,* Anton. Faber *lib. 15. coniect. cap. 2.* Afflict. *dec. 279. in fine,* ex aliis Acosta *de priuileg. credit. reg. 3. limit. 5. num. 1.* Vndè † maritus, 33
qui ad soluendam dotem in mobilibus consistentem, habet anni dilationem, *l. vnica, §. exactio, C. de dotis promiss. l. 31. tit. 11. part. 5.* Giurba, Gratianus, & alij quos infrà inuenies *tit. 5. q. 12.* potest cogi, vt caueat trãsacto anno dotẽ restituturũ, Frãch. *dec. 218.* Surdus, Riccius, & alij quos refert Latro *dec. 64. nu. 4.* Cancerius *1. part. var. cap. 9. à num. 102.* Giurba *ad const. Messan. cap. 13. glos. 6. num. 32.*

In quâ † controuersiâ vera senten- 34
tia est, creditorem in diem, vel subcõditione, vel ex causa tutelæ, aut administrationis, posse quandò debitor decoctus est, vel ad eius bona concursus est creditorum, vulgo *pleyto de acreedores,* comparere & agere; non vt sibi soluatur, sed in id tantùm vt sibi cautio præstetur per creditores posteriores, seu bonorum emptores, vt adueniente die, vel existente conditione, aut liquidato credito, restituent quod acceperunt, *l. quæsitum, D. de pignoribus, l. creditoribus, D. de bonis auctor. ind.*

iud. possidem. l. grege, §. *si sub conditione*, *D. de pignorib.* Rodriguez *de concurs. 2. part. art. 1. nu. 9.* Castillo *in l. 64. Tauri, nu. 97.* Afflictis, Carrasco, Barbosa, quos sequitur Acosta *de privileg. credit. reg. 3. ampl. 11. num. 27.* & latius *reg. 5. ampl. 6. nu. 17. per tot.*

35 Vnde † cum iis creditoribus ius experiundi, & comparendi in concursu non denegetur, legitimè citari poterunt, qui si non compareant, bonorum emptores rursus molestare nō poterunt, ad tradita per Peregrinum *de iure fisci, lib. 5. cap. 1. nu. 200. in fin.* Asinium *de executione*, §. *6. cap. 59. ferè per tot.* qui ex multis probant, proclama vt compareant creditores, afficere eos, quibus aliquid in diem, vel sub conditione debetur.

36 Quæ † fortiori ratione in creditore censuali procedunt, qui licèt regulariter ad sortem principalem agere non possit, ex dictis supra tamen si formato concursu aliis posterioribus creditoribus soluendum sit, nō solùm ad pensiones decursas, & reditus census agere poterit, sed etiam sors principalis census est ei soluenda, ex ratione *dict. l. quæsitum*, Franc. Milanens. *dict. decis. 2. nu. 16. &* 17. & ita practicatur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor cuius debitor rē minori pretio distraxit, an pro suo interesse possit contra emptorem agere remedio, l. 2. C. de rescin. vend.*

Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. *cessibile est.*

2 *Creditoribus venditoris, qui vltra dimidiam iusti pretij læsus fuit, agere licere remedio*, dict. l. 2. *qui sentiant.*

3 *Secundus creditor potest agere remedio* dict. l. 2. *aduersus emptorem, qui emit rem à primo creditore, iuxta* Franch. & Riccium.

4 *Contrariam sententiam defendit* Morotius.

Remedium dict. l. 2. *personale est, & inter contrahentes tantùm competit.*

5 *Creditori quando liceat agere aduersus eum, qui rem emit à debitore suo minori pretio.*

6 *Amplectitur sententiā* Morotij, *quæ denegat secundo creditori remedium* dict. l. 2. *quando creditor anterior iure suo rem communis debitoris distraxit.*

Læsio intra dimidiam locum habet in venditione facta in publica subhastatione iudicis auctoritate.

7 *Emens a creditore ex pacto distrahēte pignus, an possit molestari ex eo, quod minoris emerit, si fraudis particeps non sit. Et quid si in venditione læsio enormissima interueniat*, num. 8. *vbi intelligitur opinio* Anton. Fabri.

9 *Debitor vbi potest agere aduersus emptorem pignoris, qui viliori pretio emit a creditore, an ipsius cessione indigeat.*

10 *Creditor missus in possessionem bonorum iudicis auctoritate, locationi factæ per debitorem stare tenetur.*

In locationis contractu læsio vltra dimidiam locum habet. ibid.

11 *Creditor missus in possessionem rei, quam conduxerat debitor, an possit sine cessione rescindere locationem prætextu læsionis vltra dimidiam. vide* à num. 10.

Defenditur Pineli *opinio, & intelligitur.* ibidem.

12 *Creditor an pro suo interesse possit facere insinuari donationem factā debitori suo.*

Insinuatio quid sit, vbi remissiue in quibus donationibus necessaria sit, nec ne.

13 *Insinuatio ex quo temporis lapsu præsumatur.*

14 *Coram quo iudice debeat insinuari donatio facta per clericum laico,*

&

& è contra. remissiuè.

15 *Insinuationi an renunciari possit, & an specialis insinuationis renũciatio iurata sit necessaria, vel sufficiat iuramentum generale de nõ contraueniendo. remissiuè.*

16 *Creditor quando facere possit, quòd insinuetur donatio facta debitori suo.*

Insinuationem an petere debeat donans, vel donatarius. & de forma insinuationis. ibid.

17 *Creditor an possit, nè debitor suus incidat in commissum, soluere pro eo canonem, inuito domino emphyteusis.* cum n. sequent. & nu. 22.

Quilibet etiam extraneus pro debitore etiam inuito, & ignorãte soluere potest creditori, etiam inuito.

Extraneus soluens pro debitore inuito, & reluctante licèt eum liberet, actionem negotiorum gestorum non acquirit.

18 *Dominus emphyteusis ab alio, quã ab ipso emphyteuta canonem accipere non cogitur.*

Ex solutione canonis inducitur directi dominij recognitio.

19 *Extraneus soluens pro alio, eius iuribus non præiudicat.*

20 *Creditor ab alio accipere tenetur solutionem, si id in damnũ eius non cedat.*

In cõmissum quando quis incidat ob non solutum canonẽ, & an aduersus omissam solutionẽ restituatur minor?

Heredum vnus si non soluat canonẽ, an alios faciat incurrere in pœnã?

21 *Maritus soluendo, vel non soluendo canonem, an vxori præiudicet?*

22 *Creditor etiam inuito domino emphyteusis potest pro debitore suo canonẽ soluere, nè incidat in cõmissum.*

Post incursam caducitatem an creditor admittatur ad soluendum canonẽ pro debitore, petita restitutione in integrum ex clausula generali.

23 *Creditor pro debitore canonem soluere potest, licèt emphyteusis eius natura esset, vt obligari nõ potuisset sine domini consensu.*

24 *Creditor, vel alius quilibet, an pro suo interesse possit alterius ius in iudicium deducere: & quid per viam exceptionis,* & num. 29.

25 *Creditor potest opponere aduersus alium debitoris sui creditorem omnes exceptiones, quas ipse debitor obiicere posset: vbi in indiuiduo de exceptione præscriptionis, non numeratæ pecuniæ, nullitatis, & aliarum.*

Ius excipiendi transfertur regulariter sine cessione, ibid.

26 *Creditores mulieris ad cuius bona concursus est creditorum, possunt aduersus alios, & sua credita, opponere læsionis, & indotationis exceptionem.*

27 *Creditor posterior, an possit aduersus donatarium debitoris sui opponere, vt non nisi in id quod facere possit, debitor sit conueniendus,* & num. 28.

Creditor posterior ex causa onerosa, an præferatur donatario, & creditori anteriori ex causa lucrativa? ibid.

29 *Creditor cuius debitor cessit bonis, vel fecit concursum, an possit debitoris sui actiones exercere, sine cessione?*

30 *Debitor qui fecit concursum, omnes actiones in creditores, & bonorum administratorem, seu curatorem transfert, quibus ipsi rectè experiuntur, nisi ex animo debitoris penderent.*

Ius petendæ, & declarandæ caducitatis, an transeat in heredes?

31 *Summa, & resolutio quæstionis.*

32 *Pacto de retrouendendo competenti debitori, an vti possit creditor eius sine cessione?*

QVÆS-

QVÆSTIO. III.

Creditor an pro suo interesse possit vti sine cessione remediis, iuribus, & exceptionibus debitori suo competentibus? Disputatio nō vulgaris, in qua plura in foro vtilia enarrantur.

SIngularis simùl, & vtilis est, huius quæstionis dissertatio, cuius veram resolutionem. ex sequentibus accipies.

1 Et primò † occurit inspicere, an creditor, cuius debitor rē minori pretio distraxit, possit absque cessione aduersus emptorem agere remedio, *l. 2. C. de rescindend. vendition.* quod remedium quamuis cessibile sit Cartar. *decis.* 18. tamen nisi cedatur, creditorem eo vti non posse videtur, cùm ius & actio de vna in aliam personam sine cessione non transferatur, vt ex pluribus firmauimus sup.

2 Sed † creditoribus venditoris, qui vltra dimidiam læsus fuit, si eis aliter satisfieri non possit, quia venditor soluendo non est, hoc remedium concedi probat Maynardus *decis. Tholos* 70. *lib.* 3. sequitur Hermosilla *in l.* 56. *glos.* 4. *num.* 70. *tit.* 3. *part.* 5. multis relatis Marius Cutell. *de donat. cōt. mat. tract.* 1. *disc.* 2. *part.* 6. *à nu.* 184. vbi etiam ex Rodriguez, & Mastrillo probat, creditorem posse exercere pactum de retrouendendo, ad fauorem debitoris sui interpositum.

3 Quam † doctrinam ampliat Præses Franch. *decis.* 224. vt secundo creditori hoc ius, & *dicta l.* 2. actio competat aduersus emptorem, qui emit rē a primo creditore, iure creditoris pignus distrahente; cui licèt ius offerendi deneget (ex dicendis infrà) tamen læsionis remedium concedit, quem ex aliis sequitur Franch. *dict. decis.* 224. Hermosilla *dict. num.* 70.

Secundo † verò creditori *dict. l.* 2. 4 beneficium non competere, contra Franch. defendit Morotius *de iure offerendi, num.* 25. ex eo quia *dict. l.* 2. non habet locum in venditione quæ iure creditoris fit; nam si creditor iure suo, ex facultate sibi concessa per debitorem pignus distrahat, neque debitor ipse se læsum dicere poterit, consequēterque, neque secundus creditor: eoque casu debitori consulendum erit per *l.* 1. *& 3. C. si vendit. pignor. agatur.* Tùm etiam ex eo, quia cum remedium *dict. l.* 2. personale sit, Hermosilla *in d. l.* 56. *glos.* 7. *à num.* 38. solùm contrahētibus interse, non verò secundo creditori cōpetere poterit, iuxta Cremens. & Signorol. quos allegat.

Ex his † dubiis redditur, & difficilis præsens articulus, in quo quandò debitor ipse vendidit, si soluendo non sit, maximè si in fraudem alienauit; exīstimarem tutius esse, vt creditor ageret aduersus debitorē, vt ei actiones suas, *& dict. l.* 2. remedium cederet, ad tradita in terminis per Pinelum *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. cap.* 2. *num.* 2. *in fin.* nec enim ex eo quòd creditor debitorem habeat obligatum, eius actiones exercere licere ei debet; sed tantùm in id agere, vt sibi cedantur, elegantèr Ant. Faber cuius verba statim expendemus, quas si cedere recusaret debitor, vel absens esset, admitterem vt creditor *dict. l.* 2. remedio vteretur: quo casu rectè procedit traditio Maynardi, Hermosill. & Cutell. supra. 5

Difficilior † sanè est, alter casus, 6 quo creditor iure suo vendit, an possit secundus creditor aduersus emptorē agere *dict. l.* 2. remedio? In quo licèt magna sit auctoritas Præsidis Franch. tamen cum Morotio verius iudico, secundo

cundo creditori idius non competere, cùm nec debitor ipse cuius persona, & ius agit, eo vti posset, neq; se læsum dicere. Nam quamuis pignoribus in publica subhastatione ad instantiã creditorum distractis, læsio vltra dimidiam locum habeat, innumeris relatis probant Hermosilla *in dict. l. 56. glos. 4. à num. 96.* Anton. Amato *2. tom. Variar. resol. 61. nu. 2.* Acosta *de priuileg. credit. reg. 1. ampl. 5. à num. 43.* quibus addo Cancer. *1. part. cap. 13. à nu. 26.* ex *l. 1. & 6. tit. 11. lib. 5. Recop.* Rodriguez *de execut. cap. 6. à num. 58.* (qui limitat in casu *l. 20. tit. 7. lib. 9. Recop.*)

7 tamen † quandò pignus per creditorem ex pacto ritè distrahitur, emptor qui bona fide emit, nullo casu molestari potest; sed ad superfluum pretij venditor conueniri debet, *l. si creditore fin. C. si vendit. pignor. agatur*, Anton. Faber. ibi *def. 1.* Si autem emptor fraudis particeps fuerit, in subsidium, ideft creditore non existente soluendo, tenebitur *l. 1. & 3. C. eodem titulo*, Ant. Faber *de error. prag. decad. 1. error. 6. & 8.* vbi per totum defendit contra pragmaticos, emptorẽ si fraudis particeps non fuit, esse securum, tametsi læsio enormissima in vẽditione interueniat, consequentèrque neque debitorem, neque ex eius personâ posteriores creditores quicquam petere posse; etsi creditor soluendo non existat.

8 Quam † Antonij Fabri sententiã licèt vbi læsio enormissima interuenit non probem, eoque casu in subsidium debitorem aduersus emptorem agere posse verius sentiam: tamen vbi læsio tantùm enormis adfuit, ab eius iudicio non recederem (quamuis cõtrarium placuerit Pinelo *in dict. l. 2. c. 2. à num. 2.*) vndè cùm debitori remedio *dict. l. 2.* agere non permittatur; ex eius personâ eo se iubare non poterũt creditores: quicquid decisum referat Franch. quem rectè refellit Morotius *sup. à num. 25. & 28.*

9 Vnum † tamen ad rem nostram nimis singulare aduertit Anton. Faber *dict. error. 8.* quòd vbi ex eo, quòd pignus viliori pretio distractum est, actio competit debitori aduersus creditorem; vel si is soluendo non sit, contra emptorem vt superfluum pretij reddat, non potest secundus posteriorque creditor eo iure vti, nisi cessis sibi actionibus per debitorem. Fabri verba sunt: *Necesse est vt actionem, quæ debitori competit aduersus emptorem, accipiat à debitore per cessionem, vt debitoris iure vti possint, non enim ex eo solùm quod debitorem habeant obligatum cũ ipsius bonis omnibus, & iuribus, videri possunt habere ius exercendi actiones: sed tantùm inspetẽdi proposita in actiones ipsas hypothecaria vt sibi cedantur; proindeque eo demum casu permittendum his est, vt petant & impetrent cessionem, quo debitor ipse agere posset.*

Ex quibus † examinanda venit 10 alia doctrina Anton. Amati *tom. 2. Variar. resol. 68. nu. 7.* qui in dubium adducit, an creditor, qui auctoritate iudicis ex causâ iudicati successit, & missus fuit in possessionem bonorum debitoris ex primo, vel secundo decreto (qui locationi per debitorem sine fraude factæ stare tenetur, vt ex multis probat idem Amato *num. 4.* quibus adde. Gutierrez *lib. 2. canon. cap. 8. n. 48. & 49.* Giurbam *decis. 63. à num. 7.* Alex. Ludou. *decis. 68.* vbi Beltramin. idem Amat. *tom. 1. resol. 29. numer. 8.* Hodiern. ad Surdum *decis. 40.* Scapucin. *de singulari successore limit. 9.* Rodriguez *de executione, cap. 4. num. 55.* vers. *ex qua doctrina*) possit remedio *dict. l. 2.* agere aduersus conductorem, sicut ipse debitor poterat? Certum nãque est, in locatione læsioni vltra dimidiam locum esse, agique posse *ex dicta l. 2.* non solùm durante, sed etiam finita conductione, vt ipse Amato ex pluribus firmat *num. 1. & 2.* optimè Pinel. *in dict. l. 2. cap. 3. à nu. 17.* Hermosilla *in l. 55. glos. 1. à nu. 3. & 9. tit. 5. part. 5.* Carpan. *ad stat. Mediol. 2. tomo cap. 379. num. 20.* videndus Ant. Faber *de error. pragm. decad. 8. error. 8.*

per

per tot. Salzedo *ad l. nou. Recop. in l. 3. c. 3. tit. 14. lib. 3. à n. 7.* vbi etiã in locationibus herbarũ, seu pasquorũ, læsioni vltra dimidiam locum esse, contra alios probat.

11 In quo † articulo resoluit Amato, creditorẽ missum in possessionem rei conductæ per debitorem, remedio *l. 2.* agere posse, læsionis que ratione rescindere locationẽ. Contrarium tamẽ docet Pinel. *in d. l. 2. p. 1. c. 3. n. 36.* quẽ licèt reprobet Amato, eius sententia verior mihi videtur, qui sentit non aliter admittendum creditorẽ, quàm si à debitore iura cessa habeat: pro quo satis apertus est text. *in l. in venditione §. 1. D. de bonis auth. iud. possid.* Neq; iustè Pinelũ carpit Ant. Amato, quia ipse non asserit, remedium *d. l. 2.* in locatione locũ non habere; sed tantùm probat, creditorẽ, qui auctoritate iudicis missus fuit in possessionem bonorum debitoris, læsionis prætextu locationem sine fraude antea factam infringere non posse.

12 Secundo † pro nostræ principalis quæstionis resolutione occurrit; an creditor eius cui facta fuit donatio excedens 500. solidos, possit pro suo interesse donationem insinuare: quæ insinuatio nihil aliud est, quàm donationis præexistentis in scripturam redactæ facta coram iudice competenti descriptio, & publicatio, Anton. Tepa. *tit. 495. c. 7.* vers. *primo,* ex Camill. Borrell. Fontanell. & aliis, Hermosilla *in l. 9. tit. 4. p. 5. glos. 1. à n. 27.* vbi latissimè prosequitur insinuationis materiam per omnes glosas: omninò videndi Gutierrez *de iuram. confirm. 1. p. c. 7.* Cyriac. *lib. 1. cont. 10. à n. 72.* Fontanell. sup. Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 3. c. 11. per tot.* latissimè Carpan. *ad Stat. Mediol. tom. 1. c. 324.* Tond. *q. ciuil. c. 56. & 57.* Merenda *contr. iuris lib. 1. c. 12. cum quatuor seqũtibus,* Marius Cutell. *de donat. contemp. matrim. tract. 2. disc. 1. spec. 4. per tot. & tract. 1. disc. 2. p. 3. à n. 3.* vbi de donatione quæ fit causâ ingressus monasterij: et *p. 10. n. 12. circa med.* vbi de donatione ratione emãcipationis: et *p. 11. nn. 52.* vbi de donatione ex causa studij. Marta *in comp. decis. to. 3. verb. insinuatio.* Et quo † temporis lapsu insinuatio præsumatur, Anfaldus *de iurisd. dict. 3. p. tit. vnico, c. 14. per tot.* Vbi *à n. 16.* coram † quo iudice insinuari debeat donatio facta per clericũ laico, vel è contra, de quo etiam Siguẽça *de claus. c. 21. n. 7.* Tondut. *d. c. 56. nu. 24.* qui innumeros referunt: et de iudice insinuationis apud nos est, *l. 9. in fin. tit. 4. p. 5.* vbi Greg. Lopez. An tautem insinuario donationis renunciari possit: et an specialis renunciatio iurata sit necessaria, vel sufficiat iuramentũ generale de non contraueniendo, differunt latè Hermosilla *in l. 9. tit. 4. p. 5. glos. 15. à nu. 18.* Muta *decis. 25. n. 26.* Cancer. *1. part. var. c. 8. & 3. p. cap. 7. à nu. 307.* Gutierrez *in l. nemo potest, D. de leg. 1. à nu. 340. & de iuramento 1. p. c. 7. n. 2.* latissimè Camill. Borrell. *d. c. 11. à n. 79.* qui innumeros pro vna, & altera sententia refert, Anfald. *d. c. 14. à nu. 31.* optimè Bellon. *cons. 18. à n. 66. & cons. 58. à nu. 80.* Fachin. *lib. 3. cont. 83.* qui refert Seraphin. Costa *de retrotract. cap. 8. casu 24. à nu. 10.* Fõtanell. *claus. 4. glos. 29. n. 5.* Gallerat. *de renunciat. tom. 2. cap. 90. à nu. 2. fol. 364.* Cyriac. *lib. 1. cõt. 128. à n. 99.*

13 14 15

Quàm † insinuationem creditorem pro suo interesse petere posse firmat Bart. *in l. si res, num. 3. D. quibus modis pignus, vel hypothec. solvitur,* vbi Alex. *in addit. lit. D.* ex Rebuff. Sperell. Monter à Cueua *decision. 42. num. 96.* quorum placitis assentirem, quandò donans (vt communiter fieri solet) donatario ad insinuandam donationem in ipso donationis instrumento, vel extra, mandatum dedisset, ipseque debitor donationem iam acceptasset: nam si hæc non concurrerent, creditor donationem insinuare non posset, neque donatarius ipse, vt sentit Gutierrez *dict. cap. 7. à n. 12. & 14.* vbi insinuationis faciendæ

16

dæ praxim describit, quam repetit ex Ant. Gomez, Siguença sup. licèt Hermosill. *in d. l. 9. glos. 16. n. 9.* ex Magonio, & aliis referat, à solo donatario insinuationem peti posse.

17 Tertiò † in eandē rem facit, an creditor pro suo interesse, nè debitor nō soluendo canonē, incidat in cōmissū, possit canonē soluere domino emphyteusis etiam inuito, & reluctanti. Et licèt quilibet etiā extraneus pro debitore, creditori etiam inuito soluere possit, soluendoque debitorē etiam ignorantem, & inuitū liberet, *l. soluēdo, D. de negot. gest. l. solutionē, D. de solutionib. l. soluere, D. eod. tit. princ. Inst. quib. mod. tollit. oblig.* ex innumeris Scaccia *decōmert. §. 2. glos. 5. q. 3. à n. 77.* Giurba *decis. 91. n. 1.* Auend. *de mē tu lib. 2. c. 24. n. 12.* Cencius *de censib. q. 105.* Borrell. *in sum. decis. to. 3. tit. 14 n. 11.* nouitèr Hunnius *resol. iur. ciu. lib. 3. tract. 8. q. 2.* adeò vt si creditor solutionē accipere recuset, debitor liberetur, si pecunia oblata & depositata sit. Sed etsi extraneus soluendo pro debitore etiā inuito, eū liberet; non tamē aduersus eū negotiorum gestorum actionē habebit, vt firmat Beltram. *in addit. ad Alex. Ludouis. decis. 111. n. 8. in fin.* Cyriac. *lib. 1. cont. 33. n. 4. & 5.* Osuald. ad Donell. *lib. 15. com. cap. 16. lit. E.* Heringius *de fideiuss. c. 25. à nu. 86.* Tondut. *q. ciuil. c. 32. n. 11. & 18.* Vander. Hooc *sing. 37.* vbi latè quandò is, qui alterius negotia eo inuito administrauit, actionem habeat, vt recuperet quæ vtiliter impendit.

8 Quæ licèt † vera sint in creditore emphyteutico nō procedūt, qui non ab alio, quā ab emphyteuta, vel eius procuratore, pensionē accipere cogitur laic. *in l. 1. n. 71. C. de iure emphyt.* Tepat. *var. tit. 141. de solutionib. c. 6. vers. emphyteuta,* Surd. *decis. 174. n. 32. & decis. 180. n. 10.* Cyriac. *lib. 1. cont. 59. n. 12.* Gratian. *discept. 8. n. 8.* quòd cā ratione admissum esse asserit Ludouic. *decis. 35. nu. 5.* cui plures addit Giurba *sup. n. 5.* quia emphyteuta tenetur soluere canonē, non solùm vt se liberet, & euitet cōmissi pœnam; sed etiā ad recognitionem directi dominij, quam alius, quā ipse emphyteuta, vel qui eius mandatū habeat, facere nō potest: quia ex solutione, quā tertius facit dominiū directum recognitum nō videtur, in præiudicium eius pro quo solutio fit: cum tertius † soluendo, alterius 19 iuribus præiudicare nō possit, Decian. *cons. 43. n. 35. lib. 3.* Surd. *cons. 419. nu. 36. & 39.* Galeota *lib. 1. cons. 62. à n. 54.* in terminis quòd ex solutione pēsionis à tertio factā, etiāsi procurator sit; si speciale mandatum non habeat, nulla domino acquiratur possessio, Cancer. *2. p. c. 14. nu. 30.* conducit singulariter D. Franc. Merlin. statim referendus *n. 5. & 6.* Quæ res facit, vt ex solutione, quam tertius facit, non interrūpatur præscriptio, Cancer. *1. p. var. c. 14. à n. 75.* Fontanell. *de pactis nupt. claus. 4. glos. 18. p. 5. à n. 37.* apud quos latè quando solutio per tertium, vel sindicum vniuersitatis, de eius mādato facta videatur D. Franc. Merlin. *cent. 1. contr. c. 78. nu. 4. & 16.* & ferè per totum.

Cui rationi † alia adiungi potest, 20 quòd creditor solutionē extranei admittere cogitur, quando solutio in eius damnū non cedit, vt ex Caballino dixit Tepat. *d. c. 6. vers. soluere quis,* ex eo tamen quod creditor solutionem canonis à tertio accipiat, damnū sentit, cùm ius petendæ caducitatis amittat, Montera Cueua *decis. 42. num. 96.* Costa, Corbulus quos refert Giurba *d. n. 5.* Quando verò ob non solutū canonē, emphyteuta vel eius heres incidat in cōmissum, et an minor aduersus omissam solutionem restituatur? latissimè disseruit Camill. Borrell. *in sum. decis. 1. tom. tit. 33. à numer. 69. ad 94.* Velascus *de priuileg. pauperum 1. part. quæstion. 33. à num. 9.* Acosta *de priuileg. creditorum, regul. 1. ampl. 11.* An autem si vnus heredum non soluat partem suā, faciat alios incurrere caducitatis pœnam? videndi Zeuallos cō-

mun.

mun. quæst. 6. & 78. Mantica *de tacitis lib. 2. tit. 26. à nu. 16.* Carpan. *ad stat. Mediol. 2. tom. c. 409. à nu. 136.*

21 Borrell. *sup. à num. 262. & 396.* An † verò maritus soluendo, vel non soluēdo canonem vxori præiudicet, & faciat eam incidere in pœnā, Surd. *decis. 102. n. 6. & 20.* Cabedo *dec. 154. n. 7. p. 1.* Fōtanella *de pactis claus. 5. glos. 8. part. 13. nu. 21. in fin. & claus. 6. glos. 6. part. 2. nu. 16. & glos. 2. part. 5. n. 72.* Borrell. *sup. nu. 318.* qui resoluunt mariti negligentiam mulieri non obesse.

22 Quæ † licèt ex iuris ratione ita se habeant; tamen creditor pro suo interesse, etiam renuente creditore, pro emphyteuta absque cessione, vel mādato pensionem soluere poterit, quāsi creditor accipere recuset, deponēdo pecuniam conseruat ius debitoris, eumque à caducitatis pœna liberat, vt ex infinitis ferè concludunt Anton. Amato *lib. 1. var. cap. 37. à num. 1. ad 6.* Giurba *decis. 91. per tot.* Carpan. *dict. cap. 409. à nu. 154.* Borrell. *d. tit. 33. à nu. 329.* nouissimè Merlin. *de pignor. & hypoth. lib. 4. q. 76. & à nu. 8.* pro quibus facit optimus text. *in l. lex vectigali 31. D. de pignorib.* ibi: *Cum in solutione vectigalis tàm debitor, quàm creditor cessassent,* vbi Gothofred. *lit. B.* Anton. Faber *lib. 8. coniect. cap. 15. in fin.* Quod procedit ante caducitatē incursam; nàm si ius quæsitum iam esset domino, creditores morā purgare non possent Giurba sup. Acosta *d. ampl. 11. nu. 17.* Sed an petita restitutione in integrum ex clausula generali, si debitor aliàs soluēdo non sit, creditores adsolutionem pensionis admittantur? disputat latè Giurba *supr.* omnino videndus.

Illud † hîc aduertere non omittam

23 periculosam videri doctrinam, quam ex Alciato, & Corbulo, refert Borrell. *sup. num. 334.* quòd creditor non admittitur ad soluendum pro emphyteuta, si emphyteusis eius naturæ esset, vt obligari non potuisset sine domini cōsensu. Nam verius dicerem, eo etiam casu creditorem ad soluendū esse admittendum, cùm eius interfit, nè debitor incidat in pœnam, vt ex fructibus emphyteusis posit creditū exigere.

Quartò † quæstioni nostræ conue- 24
nit, Cancer. *lib. 2. var. c. 16. n. 131. & à n. 126. in fin. & 128.* qui dubitat, an agendo possit quis pro suo interesse, alterius iura deducere in iudicio? In quo dubio resolut, ex iure in alterius persona fundato alium experiri non posse, *l. si pupilli, §. videamus, D. de negotiis gestis,* licèt aliud dicat, quandò ex iure proprio quis ageret, etsi ex iure tertij dependeret, *vt in l. si post mortem, §. fin. D. de bonor. possession. cont. tab.* Excipiendo tamen asserit, posse creditorem aduersus alium creditorē in causa graduationis bonorum debitoris, etiam eo inuito deducere omne id, quod debitor posset, veluti præscriptionis, vel non numeratæ pecuniæ exceptionem, vel quamlibet aliā peremptoriam.

Sed † licèt Iacob. Cācer. quoad ius 25
excipiēdi in creditorē loquatur; quoad ius agendi de tertio simpliciter loquitur. Quarē ad rē nostrā aptius vnū & alterū casum, scilicet quando creditor ex persona debitoris agere, vel excipere possit, differit Acosta *de priuileg. cred. in præfat. ad reg. 1. à n. 94.* vbi quoad ius excipiendi resolut, eo vti posse creditorē, omnesque exceptiones, & defensiones proponere, quibus debitor ipse impugnare posset creditū. Vt in exceptione non numeratæ pecuniæ, probat *l. penult. C. de non numerat. pecun.* Mantic. *de tacitis, lib. 11. tit. 23. n. 2.* multis relatis Gaito *de crēdito, c. 4. à n. 1756. & 1827.* Acosta *n. 99. vers. idque clarius,* Hermosill. *in l. 9. tit. 1. p. 5. glos. 5. n. 22. & 45.* D. Frāciscus Merlin. *cent. 1. contr. c. 19. n. 4.* Et in præscriptionis exceptione, vltra Cācer. *sup.* Acosta *in d. præfat. nu. 69. & reg. 3. amp. 3. n. 63. & reg. 3. lim. 3. nu. 17. & 21.* Et de exceptione nullitatis aduersus cōtractū *in reg. 3. in præfat. n. 101.* Potest etiā creditor fideiussorem

agentē virtute cessionis repellere, ex eo quòd non oppossuerit exceptiones sibi, & principali debitori cōpetentes, idē Acost. *reg.* 3. *amp.* 2. *n.* 90. Huius rei ratio reddi potest: quia ius excipiendi regulariter sine cessione transit Bertazolus *claus.* 29. *glos.* 6. *nu.* 8. Parlad. *lib.* 3. *diff.* 36. *nu.* 8. Cancer. 2. *part. c.* 1. *nu.* 144. Virgilius *de legitim. personæ in prælud. num.* 158. ex aliis nouissimè Franc. Tond *resol. ciuil. cap.* 29. *nu.* 5.

26 † Ex quo ipse Tondutus *cap.* 45. *à num.* 1. *ad* 8. infert, & consuluisse testatur: quòd si ad bona mulieris concursus sit creditorum, possunt creditores, qui eam proprio, & priuato nomine obligatam habebant, excipere de nullitate aliarum obligationum, quas ipsa simùl cum marito contraxerat, ex eo quòd vltra dotis suæ medietatem laesa, & indotata sit, quamuis ipsa mulier similem nullitatem non opponeret, neque animum suum declararet, Gratianus 4. *tom. discept.* 691. *à num.* 15. *&* 24.

27 Hæc verò † an procedant in exceptione, & beneficio donatori competenti, vt conueniri non possit vltra quàm facere possit? Anque beneficio ei competenti, nè egeat se iubare possit creditor posterior, aduersus donatarium debitoris sui anteriorem? dubium non leue est. Cuius resolutio expostcit, vt videamus prius, an creditor posterior ex causa onerosa, sit præferendus in concursu ad bona debitoris, creditori anteriori ex causa lucratiua, veluti ex donatione. Cuius articuli disputationem licet libens susciperem; tamen nè quæ ab aliis copiosè dicta sunt repetamus, referam tantùm interpretes, qui nouiter, & doctè quæstionem hanc ad partes agitarunt; pro vnaque, & altera sententia videndus doctus Noguerol *allegat.* 14. *à num.* 68. vltra laudatos ab eo, Paschalis *de viribus patriæ potestatis*, 2. *part. cap.* 9. *numer.* 45. qui pro vtraque sententia multos refert, & cogitandum relinquit, latissimè Antoninus Amato 2. *tom. resolut.* 26. *per totam*, Rodriguez *de concursu credit. part.* 2. *artic.* 1. *à num.* 19. Hermosilla *in l.* 4. *tit.* 4. *part.* 5. *glos.* 2. *à nu.* 5. omnium latissimè Gaito *de credito cap.* 4. *quæst.* 11. *à num.* 1235. *ad* 1296. & in secunda editione longè latiùs contra Rouitum *in appendic. ad dict. quæst.* 11. *ad num.* 1235. *resolut.* 1. *cum sequentib.* & contra Carleual. *in addit. ad cap.* 4. *quæst.* 11. versic. *extenditur principaliter*, quem sequitur D. Franc. Merlin. *centur.* 2. *controu. cap.* 19. *per totum*, Acosta *de priuileg. credit. reg.* 1. *ampl.* 4. *à num.* 30. *& reg.* 3. *ampl.* 25. *num.* 73. Ex quibus verissimè resolues donatarium cum hypotheca, vel constituto, creditori posteriori ex causâ onerosa præferendum esse.

28 Quia admissa † sententia, subintrat dubium, an creditor posterior ex causa onerosa, possit aduersus donatarium ex causa lucratiua agētem, ex persona debitoris excipere, quod donans (communisque debitor) non debeat vltraquàm facere possit cōueniri, deducto eo nè egeat: vt eo modo creditor posterior potior remaneat, sibique ex bonis, quæ donās huius exceptionis beneficio retinet, satisfiat. Qua in re Cumanus existimauit, creditores eō beneficiō vti posse: cuius præcipuum fundamentum est, text. *in l. si suo, C. de non numerat. pecunia*; quē sequitur Rouitus *decis.* 48. *à num.* 21. Contra tamen sentit, & concludentibus fundamentis probat Gaito *vbi supra*, præcipuè *in appendic. part.* 2. *resol.* 2. *per tot. & part.* 3. *resol.* 1. *per tot.* vbi latè contrariis satisfacit, & ostēdit beneficium hoc personale esse, quod in creditorem, vel cessionarium nō trāsit, sequitur Merlin. *dict. cap.* 19. apud quos latissimè disputatū inuenies. Et de priuilegio nè quis conueniatur vltra quàm facere possit; & quibus cōperat, & quod sit personale, videndi Cyriac. *lib.* 1. *cont.* 5. *à nu.* 175. Tondutus *resol. ciuil. q.* 71. *n.* 20. latissimè Hunnius *in encyclop. iur.* 2. *p. tit.* 29. *per tot.*

Ius

29 Ius† tamen agendi, an in creditores transeat, quandò debitor cessit bonis, vel fecit concursum, dubitat Acosta vbi proximè *nu.* 96. vers. *tam etiã*, qui asserit debitoris personam in concursu considerabilem non esse, cùm creditoribus propalare, & relinquere teneatur omnia bona, sub quibus iura & actiones includuntur, quas si cedere recuset, officio iudicis ad cedendum compellitur.

30 Ego verò† existimarem, concursu legitimè facto, creditores, & administratorem bonorum omnes actiones debitori competẽtes absque vlla cessione exercere posse, quia ex quò cõcursum fecit debitor, omnes actiones, & iura sua cessisse videtur, *l.* 2. *§. quæque*, ibi: *Eisque actiones, & in eos vtiles competunt*; *D. de curat. bonis dando*, diximus sup. *tit.* 1. *q.* 1. Quòd tamen cum ipso Acosta, *nu.* 102. limitarem, quandò ius quod creditores intenderẽt exercere, ex animo tãtùm, & personâ debitoris penderet, veluti ius petendæ, & declarandæ caducitatis ob non solutum canonem: nam cùm ius hoc personæ domini directi cohæreat, adeoque personale sit, vt neque transeat in heredes, neque contra heredes emphyteutæ Arisi. Tepat. *tit.* 377. *c. cap.* 5. vers. *emphyteuta cessans*, & vers. *quod dicitur*, Cancerius 3. *part. c.* 21. *nu.* 256. latè Horat. Carpan. *ad stat. Mediol.* 2. *tom. cap.* 409. *à nu.* 165. Camill. Borrell. *in sum. decis.* 1. *tom. titul.* 33. *nu.* 157. Noalis *de transmissione cap.* 48. (qui intelligit dummodo dominus scierit, & potuerit caducitatẽ declarare, non aliàs) Virgilius *de legitimat. personæ in præludio, n.* 162. in creditores sine cessione nõ transibit: quic quid contrarium ex Paulo de Castro sentiat Tondutus *resol. ciuil. c.* 45. *n.* 7. vide infrà *quæst.* 7. *à num.* 24.

Ex quibus† iam nostræ quæstionis
31 veram resolutionem accipies, verissimèque resolues, ius excipiẽdi sine cessione ad creditorem transire, nisi personalissima exceptio sit, qualis est beneficij illius, nè quis vltra quã facere possit conueniatur. At verò quoad ius agendi; si debitor concursum bonorũ fecit, eius creditores actiones absque cessione exercere poterũt, nisi personales sint, sing. text. *in auth. vt actione inst. de dot. coll.* 7. *nouell.* 71. *in principio*. ibi: *Non enim dedimus dandum, & damus hoc priuilegiũ, aut heredibus, aut creditoribus*, cuius meminit Rodrig. *de concurs.* 1. *p. n.* 17. Menoch. *lib.* 4. *præsump.* 189. *n.* 148. vers. *primo textus*, Schiffordeg. *lib.* 3. *tract.* 23. *q.* 23. Acosta *de priuileg. credit. prælud.* 2. *nu.* 25. vel ex debitoris volũtate, & declaratione penderent, qualis est ius illud petendæ, & declarandæ caducitatis. Sin verò debitor concursum nõ fecisset, neque cessisset bonis, creditores cessione indigebunt, ad quam faciẽdam debitorem cõpellere poterũt. Si tamẽ debitor absens esset, vel cedere recusaret poterũt creditores, sine cessione eius iura, & actiones exercere.

Et huic nostræ resolutioni conue- 32
nit, quod nemine relato refert Mesa *lib.* 1. *var. resol. c.* 49. *nu.* 27. scilicèt creditorẽ non posse exercere pactum de retrouendẽdo debitori suo competens absque cessione. Et licèt Cutell. relatus sup. *n.* 2. ex Rodrig. & Mastrill. sentiat, creditorẽ vti posse pacto de retrouendẽdo debitori suo cõpetenti, sequitur nouissimè Merlin. *d. tract. de pignor. lib.* 2. *q.* 31. eorũ opinio mihi displicet, nisi prout ipse Merlin. asserit, debitor mortuus esset, vel abesset: aliàs enim verius est, cessionẽ esse necessariã. Similitèr & ad hanc nostrã distinctionẽ, & resolutionẽ reducendus est, idẽ Merlin. *d. lib.* 2. *q.* 29. *& lib.* 3. *q.* 73. *n.* 50. vbi probat facultates & iura, quæ cõpetunt debitoribus, communia esse eorũ creditoribus, possèq; ad suũ cõmodũ ex personis debitorũ vtiles eorũ actiones exercere: id namque intelligendũ est, factâ per debitores cessione; vel vbi cessionẽ facere recusarent, aut abessent. In eo tamen assentior Merlino quatenus dictis locis red-

ditori ex persona debitoris sui ius excipiendi, & retinẽdi sine cessione cõcedit.

SVMMARIVM.

1 *Creditor personalis debitorem debitoris sui sine cessione conuenire non potest.*

2 *Bona illata per conductorem in domum, vel prædium vrbanum conductum, tacitè obligata manent pro pensione.*

3 *Idem obseruatur in inuectis, & illatis per secundum conductorẽ, qui à primo conduxit.*

4 *Dominus prædij locati non potest agere actione personali sine cessione aduersus eum, qui à primo conductore subconduxit, nisi in subsidiũ.*

5 *Creditor personalis debitoris calamitosi, potest conuenire debitoris debitorem sine cessione, vel eum compellere ad cedendum.*

6 *Reprobatur assertio* D. Petri Noguerol.

7 *Personalis creditor vt debitoris debitorem possit sine cessione conuenire, quæ interuenire debeant.* & numer. sequent.

8 *Requiritur primò, quòd principalis sit condemnatus.*

9 *Secundò requiritur, excussio in bonis principalis debitoris; sed alij contrà: distinguendo resoluitur.*

Nomina debitorum in executione capi non possunt, nisi in aliorum bonorum subsidium.

10 *Requiritur tertiò, vt debitoris debitor fateatur debitum.*

11 *Executor executorialium ad quantitatem, quando possit exegui debitorem debitoris sui.*

Laudatur D. D. Francisc. Salgado & Somoza, *Regius Senator.*

12 *Debitor debitoris, an possit petere remissionem ad suum iudicem; an verò respondere teneatur coram iudice executore?* cum n. sequentib.

14 *Aliud & quartum requisitum vt creditor exigat à debitore debitoris: scilicet, vt prius missio in eo nomine fiat.*

15 *Creditor agens contra debitorem debitoris, non aliter agere potest, quã ipse debitor principalis posset: idẽ in fisco creditore procedit.*

16 *Prosequitur dubium, an coram eodem iudice, qui exequitur debitorem, eius debitor se defendere teneatur? & distinguendo resoluitur, & comprobatur vsque* ad numer. 23.

18 *Sententia lata contra debitorẽ, exequitur contra depositarium, vel cõmodatarium bonorum eius.*

19 *Sententia lata per iudicem laicum, vbi exequi potest contra clericũ, an compulsio debeat fieri per sæcularẽ iudicẽ, vel per Ecclesiasticũ?*

20 *Expenditur* l. 3. C. quando fiscus, vel priuatus.

21 *Quid interest, quòd constet de debito per confessionem debitoris; aut per instrumentum?*

22 *Executio sententiæ latæ per iudicẽ ordinarium, an possit exequi contra debitorem debitoris exemptum à potestate ordinaria.*

23 *Creditor si conueniat debitorem debitoris sui, non poterit differre solutionem, ex eo quòd instrumentum quod est apud creditorem sibi non traditur: et quomodò ei cõsulendum sit.*

24 *Creditor hypothecarius an possit agere sine cessione contra debitorem debitoris, cuius nomen habet specialiter, vel generaliter obligatũ,* cum num. sequent.

25 *Nomina debitorũ pignori dari possunt; et subgenerali bonorum obligatione veniunt.*

26 *Reprobatur* Ioan. Baptist. Thoro.

27 *Actionem personalem contra debitorem habere non potest, nisi qui cũ eo contraxit.*

28 *Ex pignoris datione dominium non transfertur, sed tantùm pignoris dist:a-*

distrahendi facultas.

29 *Ex nominis venditione, aut in solutum datione, nihil aliud acquiritur, quàm vtilis actio ad exigendū debitorem.*

30 *Mulier pro repetenda dote non potest agere actione personali contra mariti debitores.*

31 *Creditor vt agere possit contra nomē debitoris, requiritur vt non solùm sit pignori obligatum, sed etiā cessum.*

32 *Ex nominis pignore, vtilis contra debitorem eius quæritur actio creditori.*

33 *Chirographarius creditor aduersus debitorem debitoris vtilem actionem non habet.*

34 *Creditor, cui nomen fuit obligatum, eandem actionem habet contra eius debitorem, quam haberet nominis emptor.*

35 *Creditor & debitor si concurrant ad executionem nominis obligati, quis præferatur?*

36 *Creditorē vtilē actionē habere aduersus debitorē, cuius nomen fuit expressè, vel tacitè obligatum, etiam sine citatione, aut excussione debitoris principalis, qui sentiant.*

37 *Discrimen assignatur inter pignus nominis, & alterius rei corporalis.*

Ex pignore nominis, transfertur in creditorem ius vtile, quod est velut quædam cessio.

38 *Creditor aduersus debitorem nominis obligati, neque personali actione, neque executiuè agere posse, in praxi verius defenditur.*

39 *Vtilis actio creditori aduersus debitorem nominis obligati, eo casu competere posset, quo instrumentū traditum ei fuisset.*

40 *Intelligitur* l. nomē, C. quæres pignori.

41 *Reprobatur opinio* Ant. Fabri.

42 *Agitur de interpretatione* l. heredem, C. de heredit. actionib. *& reiicitur intellectus* Baldi.

43 *Reiicitur altera interpretatio* Anton. Fabri *ad eam legem, & eius vera ratio assignatur.*

44 *Resolutio quæstionis.*

45 *Fiscus creditor ex contractu, vel ex delicto an possit conuenire debitorem debitoris?*

QVÆSTIO. IV.

Creditor an possit conuenire debitorē debitoris sui absque cessione? Vbi varia iura explicantur, & interpretum placita recensentur.

PRæsens quæstio proxima est superiori, quā apud melioris notæ interpretes, tā practicos, quàm theoricos summè controuersam inuenio, qui adeò variè, & obscurè loquuntur, vt percipi non possit quandò creditor debitorem debitoris sui sine cessione possit conuenire: quod vt qua possim claritate explicē. Primùm de creditoribus personalibus: deindè de creditoribus hypothecariis: vltimòque de Fisco loquar.

Circa † personalem creditorem, 1
apud omnes constat, sine cessione debitorem debitoris sui non posse conuenire, *l. penult. C. de nouation.* ibi. *Alioquì aduersus eum experiri pro chirographario debitore tuo frustra conaris.* Arisin. Tepat. *tit. 519. cap. 5.* vers. *aduersus debitorem*, Iacobus Cuiacius *ad l. 3. C. de oblig. & actionib.* Anton. Faber *de error. prag. decad 5. error. 10. in fine*, ex *l. heredem, C. de hered. vel action. vendit.* idem Faber *in rationali ad l. si conuenerit, D. de pignorat. act. lit. A. circa finem.*

Inde † est, vt licèt dominus do- 2
mus conductæ, alterusvè vrbani prædij,

dij, non solùm bona illata, & inuecta per conductorē obligata habeat pro pensione, *l. certi iuris, C. de locato, l. itē quia, D. de pactis, l. 5. tit. 18. p. 5.* multis relatis Acosta *de priuileg. credit. regul. 3. ampl. 3. à nu. 1. & per tot.* Forcatulus *dialog. 17.* Alex. Trentacinq. *lib. 3. var. tit. de locato resol. 5.* D. Pichard. *in § item Setuiana, Instit. de actionib.* Mendoza *de pactis lib. 2. cap. 4. nu. 17.*

B Sed † etiam inuecta, & illata per secūdum eiusdem prædij vrbani cōductorem, qui à primo conduxit, *l. solutum, § solutum, D. de pignorat. action.* Acosta *dict. ampl. 3. à num. 23.* cui addo Zuallí *commun. quæst. 202.* Noguerol *allegat. 1. à num. 84.* Iul. Paccium *cent. 5. quæst. 19.* Tamen † dominus actione personali secundum conductorem

4 ad pensionis sibi debitæ solutionem compellere, neque cōuenire nō poterit, Iulius Cæsar Glusianus *in tractatu de bonis in solutum dandis libr. 2. c. 35. num. 476.* nisi in subsidium primo conductore excusso, vt resoluit Iacob Cancer. *1. part. var. cap. 14. nu. 3.*

Hæc † tamen limitabis, in creditore debitoris calamitosi, qui belli in fortunia fuit passus, qui indistinctè siue chirographarius siue hypothecarius creditor sit, poterit huiusmodi debitorem ad cedendum actiones suas compellere; vel sine cessione, siue adsit, vel absit debitor, aduersus debitores eius experiri, *authent. nè quis cogatur bonis cedere. nouell. 135. in fin.* vbi Mathias Stephan. *nu. 9. & 10.* & Iacobus Cuiacius in fine, qui asserit, creditoribus pro extremo subsidio licere bona debitorum conquirere, & vindicare, cōuenireque debitores debitoris, explicat latè Mancius *in patrocin. debitor, decad. 2. quæst. 2. à numer. 44. ad 83.*

5 Ex † qua verissima doctrina, seu principio, colliges non rectè scripsisse doctum sanè virum, & Primarium aduocatum Noguerol *alleg. 35. à nu. 17.* dum asserit, creditorem personalem contra debitorem debitoris sui actionem dirigere posse, si concurrat, quòd debitor debitoris fateatur debitum, et quòd creditor in sui fauorem condemnatum habeat debitorem; vel saltim quòd contra eum publicū habeat instrumentum. Hæc enim assertio vera non est, neque vllus vnquàm dixit, creditorem personalem, qui debitorē suum condēnatum nō habet, aduersus debitorē eius posse experiri. Et re verâ Noguerol terminos confundit, vt ex Surdo relato apparet: nam Surdus *num. 27.* tantùm probat, creditorem si condemnatum habeat debitorē, cui alius debitor est, vel ex instrumento, aut sententiâ, posse aduersus hunc debitorem debitoris sui agere, quamtūuis ipse secundus debitor inficiaretur debitum: non verò asserit Surdus, creditorem, qui publicum habet instrumentum, posse debitorem debitoris cōuenire, si debitum fateatur; tametsi condemnatio, & sententia aduersus principalem debitorem non præcesserit. Quare cautè legendus est etiam Ludouic. Posthius *post tract. de manutentione decis. 247. num. 13.* qui indistinctè probat, stante debitoris inopiâ posse creditorem viam executinam, quam aduersus debitorē habebat, cōtra debitorem debitoris sui exercere.

Conuincitur † etiam ex eo Noguerol, quia vt ex principio, *num. 27.* cōstat, ipse loquitur de creditore personali; cuius respectu procedunt requisita, *l. à Diuo Pio, § sic quoque, D. de re iudicata, & l. 1. & 2. C. quando fiscus, vel priuat.* Qui vt conuenire valeat sine cessione debitorem debitoris, quæ necessaria sint, non satis liquet. Pro cuius rei perfecta resolutione, & eorum quę inuolutè retulit Noguerol. aduerto, creditorem personalem debitorē debitoris posse cōuenire, si in causam iudicati nomen eius sit captum, vt rectè obseruat Iacobus Cuiacius *ad dict. l. 3. C. de actionib. & obligationib.* Rodericus Suarez *in l. post rem iudicatā, quæst. 2.* Parlad. *rer. quot. 2. part. c. fin. 5. part, §. 3. nu. 43.* cum aliis statim referen-

ferendis, sed hoc non simplicitèr, & vbique procedit, sed vbi sequentia cõcurrunt.

8 Et primò † necessarium est vt creditori personali ius hoc concedamus: quòd principalis debitor condemnatus sit, agnoscit Gutierrez *de gauell. q. quæst.* 164, *nu.* 18. Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *var. resol. tit. de solutionib. resol.* 16. *num.* 1. Petr. Surdus *cons.* 4. *nu.* 26. vers. *prædictis sic*, ex Farin. Asinio, & Pacifico, Thoro 3. *p. comp. decis.* verb. *creditor agere an possit*, Posthius statim referẽdus, Cyriac. *lib.* 3. *cõt.* 44. *à n.* 66.

9 Secundo † requiritur vt principalis debitor sit excussus, & soluendo nõ esse appareat, *l.* 2. *C. quando Fiscus, vel priuat.* vbi cõmuniter Doctores, Trentacinq. *dict. num.* 1. Thoro, *vbi proximè*, Alfaro *de officio Fiscalis*, *glos.* 16. *priuileg.* 4. *nu.* 32. quod quoad excussionem, sine difficultate non est: quia controuersum inuenio, an excussio sit necessaria? vt constat ex latè traditis à Surdo *dict. cons.* 4. *à num.* 32. Posthio *decis.* 338. *num.* 2. *&* 3. Tamen ego in hoc articulo distinguendum censeo, inter pignus nominis iudiciale, & cõuentionale: nàm debitor cuius nomẽ pignoris loco in executionem iudicati capitur, habet exceptionem ordinis, & excussionis, quandò alia condemnati bona sunt, mobilia aut immobilia, quæ sine aliqua controuersia capi, & distrahi possunt: quia certum est nomina debitorum non obligata, in executione capi non posse, nisi a his bonis non existentibus, *dict. l. à Diuo Pio*, *§. sic quoque*, Parlador. *dict.* 3. *part.* §. 3. *num.* 43. Rodriguez *de execut ione, cap.* 5. *num.* 76. Hieron. de Leon *decis.* 163. *num.* 1. Mancius *in patrocin. debitor, decad.* 44. *à num.* 52. *& decad.* 2. *quæst.* 2. *nu.* 76. elegantèr Anton. Faber *lib.* 8. *coniect. cap.* 7. *& in rationali ad leg. si conuenerit*, *D. de pignorat. act. Fiore*, qui in individuo distinguit, inter pignus nominis conuentionale, & iudiciale: eandem distinctionem sequitur *in C. ad tit. quãdò, Fiscus, vel priuatus, defin.* 2. Is verò cuius nomen expressa cõuentione pignori datum est, si conueniatur, exceptione nõ factæ excussionis se iubare non poterit, Bald. *cons.* 25. *lib.* 4. Anton. Faber *sup. & decad.* 5. *error.* 10. Surdus ita intelligendus *dict. cons.* 4. *à n.* 32. Rodriguez *de executione, cap.* 4. *num.* 54. plenissimè Gaito *de credito cap.* 4. *à n.* 369. latè Scaccia *de cõmert. §.* 2. *glos.* 5. *à num.* 417. videndi Trentacinq. *tit. de solutionib. resol.* 29. Ioan. Andreas Dornsperg. *syntag. iuris libr.* 2. *part.* 1. *cap.* 28. vers. *secundo quando*, qui inter hypothecam rerum corporalium, & nominis debitoris, elegans discrimen constituunt, Hieron. de Leon *dict. decis.* 163. *à num.* 8.

10 Tertiò † requiritur, quòd debitoris debitor debitum fateatur, *l. si debitum*, vbi Bart. & Bald. *C. quando Fiscus, vel priuat. l. à Diuo Pio*, *§. sed vtrum, D. de re iudicata*, Trentacinq. Surd. Parlador. Thoro, Anton. Faber, & Cuiacius sup. quibus addo Hermosillam *in l.* 52. *tit.* 5. *part.* 5. *glos.* 7. *num.* 50. Franc. Tondut. *quæst. & resol. ciuil. cap.* 56. *num.* 13. *&* 14. D. Salgad. *de Reg. protect.* 4. *part. cap.* 8. *à nu.* 247. *& de retentione Bullar.* 2. *part. c.* 28. *à num.* 1. qui latè; & doctè prosequitur. Quæ requisita recenset Rota apud Farinacium 2. *part. decis.* 270. *nu.* 2.

11 Quibus † locis elegantèr ostendit doctissimus dominus D. Franc. Salgado, eo casu executorem executorialium expeditarum ad quantitatem, posse exequi debitorem eius, contra quem ad executionem proceditur: si debitor confessus esset se debere quãtitatem; vel si ad eam per instrumentũ guarentigium obnoxius, & obligatus appareret; vel à suo creditore per rẽ iudicatã victus, & condemnatus existeret, Posthius *dict. decis.* 338. vbi *à nu.* 3. asserit, sufficere vt de debito cõster per apocham trino teste munitam: nã si per confessionem, vel sententiam in rem iudicatam transactam, vel per publicum, & guarentigium instrumentũ de de-

de debito constet, ipsequedebitor inficietur debitum, executoris potestas nulla erit, causamque & debiti liquidationem remittere tenebitur ad iudicem ordinarium, vt coram eo debitum probetur: alitèrque sentientem Surdum maturo iudicio, & verisimè refellit.

22 † His igitur concurrentibus agnoscit Salgado, quem sequitur Noguerol *dict. alleg. 35. a num. 17. & allegat. 40 num. 67.* posse executorem, qui iudicatum exequitur, absque vllius excessus reatu exigere à debitore debitoris quod ipse debet; debitoremque si fortè pro obtinenda remissione causæ ad suum iudicem ordinarium, ad Regiam Cancellariam per viam violentiæ recurrat, audiri non debere: quia quantitas quæ his interuenientibus apud debitorem debitoris est, consideratur, acsi in potestate creditoris cõdemnati esset.

23 Sed † licèt hæc grauissimi viri doctrina, & distinctio, in ea parte quæ habet, causam iudici ordinario remittẽdam fore, vbi debitor debitum nõ fatetur; vel de eo per rem iudicatã, vel instrumentum non apparet, verisimile sit, vt agnoscunt etiam Ant. Faber, & Cuiacius sup. iurisque apertis testimoniis comprobetur, qualia sunt *l. a Diuo Pio, §. si quoque, D. de re iudicat. l. si in causa, C. quando Fiscus, vel priuatus, l. 3. C. eodem titulo, authent. de collatoribus. §. cæs autem*, vers. *si autem aliquis, collat. 9.* Tamen dùm probat, iudicem executorem debitorem debitoris ad solutionem posse compellere, quin causæ, & viæ executiuæ remissionem ad suum iudicem petere valeat, non sine difficultate est.

24 Nam † vltra prædicta requisita, vt creditor debitorem debitoris possit conuenire, reperio aliud etiam desideraſſe Alexandrum Trentacinq. *d. resol. 16, num. 1.* vers. *secundo declaratur*, scilicèt vt prius fiat missio in ipso nomine, antequam exigi possit: quod his verbis profitetur hic auctor: *Licèt autẽ dictã fuerit, tria tantũ requisita necessaria esse; tamen debet adesse quartũ requisitum, quod prius fiat missio in ipso nomine, antequam ipsum nomen possit exigi: cum hæc sit forma tradita, in d. l. a Diuo Pio.* Quæ Trentacinq. traditio iure nostro Regio non leuitèr adstruitur, *ex l. 2. tit. 27. part. 3.* ibi: *E que todo esto non cumpliesse, deben entregar al vencedor de las debdas manifiestas, que deben al vencido, fasta que se cumpla la quantia de la sentencia.* Priusque nominis addictionem debere præcedere sentire videtur Parlador. *dict. §. 3. nu. 43.* vers. *sed & nomine.* Cui sententiæ apertius se subscribit Hermosilla *in l. 52. tit. 5. part. 5. glos. 7. num. 49.* ibi: *Si in nominibus debitorum executio fiat, post addictionem, & adiudicationem creditori de eis factam, creditor cõtra eos executiue agere poterit, si creditori eorum, ius exequendi competebat.*

Post † nominis addictionem, & 15
adiudicationem ab executore factã, videtur ipsum ampliùs cõtra debitorem nominis procedere nõ posse, sed apud suum iudicem ordinarium conueniendum esse per creditorem, cui nomẽ fuit adiudicatum. Quia licèt in causam iudicati nomen debitoris capi receptum sit, hoc ita fieri debet, vt debitoris debitor ex ea capione, vel executione non lædatur, Anton. Faber *in suo C. lib. 4. tit. 10. defin. 6.* ideòque dici solet, creditorem, qui experitur contra debitorem debitoris, non aliter, aliaue forma agere posse, quã ipse debitor principalis agere deberet, vt rectè obseruat Iacob. Cancer. *2. part. var. cap. 3. a num. 137.* ibi: *Creditorem non posse plus iuris habere, in tuteſuæ obligationis, in exigendo debitore debitoris sui, quam habet debitor suus illorum creditor*, conducit elegantèr Gutierrez *de gauell. quæst. 164. a num. 8.* qui asserit, Fiscum licèt aduersus debitorem gauellarum agat summatim, & executiuè, eumque per carcerem, & alias pœnas possit ad solutionem vrgere, eo tamẽ iure vti non posse, si aduersus

uersus debitorem debitoris experiatur, quem suis remediis, & priuilegiis Fiscalibus non poterit conuenire, sed iure ordinario, quemadmodùm eius debitor agere poterat.

16 Quæ † aperte suadent, causam siue ordinariam, siue executiuam, ad forũ subdebitoris esse remittendam, quia si debitor cõdemnatus ageret, forum rei necessariò sequi deberet: et non est cur eius creditori plus iuris tribuamus. Pro quo fortiter facit, quiasi creditor clerici cederet aduersus eum actionem, vel eam daret in solutũ creditori suo, nulli dubium est, clericum non nisi coram suo Ecclesiastico iudice esse conueniendum, vt suo loco dicam: ergo cessio tacita, & vtilis actio, quæ aduersus clericum competit pro exactione nominis in causam iudicati capti, non debet maioris efficaciæ esse, quàm expressa: nullaque cõgrua ratio reddi potest, cur clericus, vel alter, qui fori priuilegium habet, à creditore suo conuentus, fori priuilegium amittere debeat.

17 Quapropter † pro vera huius articuli resolutione, ego vltra omnes distinguendum putarem: an debitor nominis fateatur debitum, sequè debitorem agnoscat, an verò se nihil debere asserat, etsi de debito per sententiam, aut instrumentum constet: quia se iam soluisse, vel alia exceptione tutum esse prætendit. Nam primo casu quo debitor debitum agnoscit, eiusque sequestrationem inire patitur, existimarem per executorem ad eius solutionem posse compelli, quasi videatur eo casu pecuniam in potestate creditoris esse, debitorque quasi eius depositarius reputatur. Et † quemadmodùm

18 sententia lata contra debitorem, cõtra eius depositarium in pecunia quæ apud eum est, exequitur, Parlador. *d. §. 3. num. 45.* Rodriguez *de executione, cap. 4. num. 55.* D. Salgado *de. ega protect. dict. cap. 8. num. 256.* nouissimè Mercur. Merlin. *de pignorib. & hypothec. lib. 2. quæst. 84. nu. 128.* Sicut exequitur contra conductorem, vel commodatarium rei cõdemnati, Salgado *dict. cap. 8. nu. à n. 12.* D. Valenzuela *cons. 116. num. 16.* Ita etiam directè exequi potest sententia contra debitorem, qui se talem esse fatetur, eumque poterit executor ad solutionẽ per iuris remedia cõpellere, perindè ac si res penes condemnatum esset. Quo sensu accipiendus est D. Salgado, & Noguerol sup. post hæc vius Carleual. *de iudiciis lib. 1. tit. 3. disp. 1. num. 8. & disp. 6. num. 4.* Sed † an eo

19 casu compulsionem possit facere iudex laicus aduersus clericum, decidere poteris ex traditis per Zeuallos *de cognit. per viam violentiæ 2. part. cap. 76.* Carpium *de executorib. testam. 3. p. cap. 10. à num. 36.* D. Velam *differt. 45. à num. 91.* D. Salgad. *dict. 4. part. cap. 14. à num. 89. & de retentione Bull. 2. part. cap. 29. num. 16. & 17.* doctus Parexa *2. tom. de edit. instrum. tit. 6. resol. 9. per totam.* In alio verò casu quando et si de debito constat, tamen debitor se nihil debere asserit: quia exceptione aliquâ se tutum esse prætendit, verius puto executoris nullas esse partes, vt compellat debitorẽ ad solutionem, sed coram suo iudice ordinario causa, & exceptio discutienda veniet.

Quæ † verissima distinctio expressè probatur *ex l. 3. C. quando Fiscus, vel priuatus*, ibi: *Si debitam non inficiatur hi, quos obnoxios debitoribus Fisci esse proponis, potest videri non esse iniquum, quod desideras, vt ad solutionem per officium procuratoris, (Fisci) compellantur: nam si quæstio aliqua refertur, id concedi non oportere, etiam ipse perspicis.* Nescio quid aptiùs ad rem nostram: nam in prima parte textus, vbi debitor se debitorem esse fatetur, executorem, procuratoremque Fisci eum compellere posse asseritur. In secunda verò parte, procuratori Fisci compulsio, & exactio interdicitur, si quælibet quæstio, vel inficiatio per debitorem referatur.

Nec

21 Nec † turbat hanc nostram sententiam argumentum illud, quod paria sunt constare de debito per partis cõfessionem, vel per instrumentum, aut rem iudicatam: quia re vera hæc multum differunt: nam vbi debitor patitur seu consentit, vt nomen quod ipse debet pignori capiatur, ex eiusque consensu, & declaratione, pecunia (vt fieri solet) apud eum sequestratur, & præcipitur vt nulli alij, nisi ex mandato iudicis exequentis soluat: nullâ in posterùm exceptione se poterit iubare: iustèque per carcerem, & aliis remediis compellitur ad solutionẽ (vulgo *por mandamiento de apremio*:) at verò quamuis de debito constet, per instrumentum, vel sententiam; tamen si debitor se soluisse, vel alia ex causa se non debere excipiat, id causæ cognitionem requirit, quæ ad viæ executiuæ terminos, & decem dies executionis per suum iudicem faciendæ, debet reseruari.

22 Iuxta † quam distinctionem, si casus occurreret consulerem & iudicarem, tàm vbi de excessu iudicis executoris ageretur, quàm vbi ad Regium Senatum traheretur processus, quasi ex cognitione iudicis executoris prima instantia iudici ordinario debita iuxta Trident. decretum *Sess. 24. cap. 20.* percuteretur, & offenderetur. An verò executio sententiæ latæ per ordinarium iudicem contra debitorẽ, possit exequi contra debitoris debitores exemptos à iurisdictione ordinaria? Cochier (posthæc scripta visus) *de iurisdictione in exemptos tom. 2. part. 2. quæst. 41. cum sequent.*

23 Illud † hîc aduerto, quòd vbi nomen debitoris legitimè in causam iudicati capitur, non potest debitor eo prætextu solutionem differre, quòd instrumentum debiti, & obligationis suæ, quæ apud creditorem suum est, sibi tradatur, nè fortè per creditorem postea molestetur: Nam satis eius indemnitati prospicitur, si pronunciet iudex, ex eâ solutione se liberum esse, & instrumentum pro cancellato declaret, ac si ipsi creditori soluisset, vt decisum refert Anton. Faber *in C. lib. 4. tit. 10. defin. 6.* Et ex *l. 2. C. quãdò Fiscus, vel priuatus*, in eisdem terminis probat Mancius *in patrocin. debitor. decad. 2. quæst. 2. à num. 73.* vbi concludit his verbis, *quo in casu securè debitor debitoris soluere, & pecunias in manibus iustitiæ, vel Curiæ deponere, sicq; liberari potest, secundum Bart. &c.*

Diximus † de creditore personali, videamus de hypothecario; qualiterque is contra debitorẽ debitoris sui experiatur, quandò nomẽ debitoris generalitèr, vel specialitèr, tacitè vel expressè pignori fuit obligatum: quæ inspectio superiorem longè superat difficultate, & subtilitate. Pro cuius resolutione interpretes in primis illud iactant, quod & nos agnoscimus: debitorum † nomina non solùm specialitèr posse obligari, sed in generali bonorum obligatione venire, *l. nomẽ 4. C. quæ res pignor. l. si conuenerit, D. pignorat. actione, l. si conuenerit, D. de pignoribus, l. postquam 7. C. de hered. vel action. vendit.* docent post antiquos Gasp. Thesaur. *lib. 2. quæst. forẽs. quæst. 2.* Gratianus *discept. 507. num. 1.* Alexand. Trentacinq. *lib. 3. titul. de verbor. obligat. resol. 5.* Hieron. de Leõ *lib. 2. decis. 163. à num. 4.* latissimè Gaito *de credito cap. 4. à num. 326.* aliis relatis Noguerol *allegat. 35. nu. 3.* Capycius Latro *decis. 24. num. 25.* Ioan. Baptist. Thoro *3. tom. comp. decis.* verbo, *creditor agere an possit, infrà princip.* Anton. Faber *de error. prag. decad. 5. error 10.* Donell. *lib. 15. commen. c. 43.* Cuiacius *in l. 3. C. de obligat. & actionibus*, plenissimè Acosta *de priuileg. cred. reg. 3. in præf. a nu. 60.* vbi an nomina appellatione omniũ bonorũ mobiliũ, & immobiliũ cõprehendantur? Et quâ ratione contra stricti iuris rigorem conuentionem de nominis pignore tueatur Prætor, elegantissimè agit Ant. Faber *lib. 8. coniect. cap. 15. & 16.* quem laudat Osuald. *ad Donell.*

nell. dict. cap. 43. idem Faber *in rationali ad dict. l. si conuenerit.*

26 Qua † in re vt distinctè procedam aduerto, dubium in eo versari, an creditor hypothecarius nullo ex tribus requisitis de quibus supra egimus cõcurrente, possit personalem actionem directè intendere aduersus debitorem nominis sibi obligati: nam illis interuenientibus, nulli dubium esse posset, creditori hypothecario actionem competere, quam creditori personali iura concedunt. Quæ prænotare libuit, nè fortè decipiaris ex traditis a Thoro *dict.* verb. *creditor agere*, vbi postquàm creditorem aduersus debitorem nominis obligati agere posse resoluit, ita scribit: *Benè tamen est, quod creditor vt possit agere contra debitorem debitoris sui, tria requiruntur. Primò quod talis debitor teneatur ad debitum. Secundò, quod principalis debitor fuerit condemnatus. Tertiò, quod idem principalis debitor fuerit excussus, & non sit soluendo.* Ex quibus verbis hæc requisita etiam in hypothecario creditore requirere videtur, sed non rectè: quia alia res est, creditoris hypothecarij; alia verò creditoris, qui in causam iudicati debitoris sui nomina capit, de quo in *l.* 1. *& per totum, C. quando Fiscus, vel priuatus*, vt doctè obseruat Cuiacius *ad dict. l.* 3. *C. de obligationib. & actionib.* prædixerat Bald. *cons.* 25. *lib.* 4. *numer.* 1. ibi: *Tres sunt casus, quando quis vult exigere debitorem debitoris sui, & non habet nomen obligatum, & tunc loquitur, l. in causæ, C. quando Fiscus, vel priuatus.*

Quo † animaduerso videamus, an 27 creditor, cui debitoris nomen specialiter obligatur, personali actione saltim vtili debitorem nominis, compellere possit ad solutionem, an verò hypothecariam tantùm actionem aduersus eũ valeat exercere. Huiusmodique creditorem personalis actionis, vtilis neque directæ exercitium non habere, sua detur primò, quia actionem personalem alter habere nõ potest aduersus debitorem, quàm creditor ipse, vnde aduersus debitoris debitorem nemo agit, nisi cessio, delegatio, vel constitutum interueniat, Cuiacius *vbi proximè*, qua ratione motus Anton. Faber *in rationali ad l. si cõuenerit, D. de pignorat. actione* docet, aduersus debitorem debitoris mei, cũ quo non contraxi, nullam mihi actionem posse competere.

Secundò † facit, quòd ex causa 28 pignoris dominium non transfertur, sed tantùm distrahendi pignoris facultas competit; neque enim ex eo, quòd fundum mihi obligatum habeã, hoc ipso quod obligatus est, mihi acquiritur, & efficitur propriùs: ergo ex nominis pignore, distrahendi tantùm facultatem, non verò exigendæ pecuniæ ius creditor habebit: vt rectè notat Anton. Faber *dict. decad.* 5. *error.* 10. *in princip.* Cui non absimilè est, quòd licèt habeam bona debitoris mei obligata; non tamen bona debitoris mei sunt mihi debita, vt ex Surdo, Pacit. & Manent. probat Ioan. Baptist. Thoro *vbi proximè.*

Tertiò † quia si ex eo solùm quòd 29 nomen debitoris pignori datum sit, liceret creditori aduersus eius debitorem vtili actione experiri, & exigere pecuniam: nõ tam nomen in pignus datum censeretur, quàm venditum, vel datum in solutum: cùm ex nominis venditione, aut datione in solutum, nihil aliud acquiratur, quàm vtilis actio, per quam exigi possit pecunia, *l. nominibus, C. de obligation. & actionibus, l. in solutum* 5. *C. quando Fiscus, vel priuatus*, Schifordeg. *lib.* 3. *tractat.* 23. *quæst.* 3. quo argumento, in aliam tamen rem, vtitur Anton. Faber *lib.* 8. *coniect. c.* 15. *ante fin.* Aliudque esse in pignus dare; aliud in solutum concedere, optimè Hodierna *ad Surdum decis.* 113. *num.* 11.

Quartò † idem comprobat *l. he-* 30 *redem; C. de heredit. action.* vbi mulieri prò dote repetenda actionem

personalem contra mariti debitores denegant Imperatores: cùm certum sit, mulierē pro dotis restitutione bona, & actiones mariti obligatas habere, *l. vnica, C. de rei vxoriæ actione, l. assiduis, C. qui potiores in pignor.*

31 Quam † sententiam licèt his non munitam rationibus verissimam esse, contrariamque à iuris ratione abhorrere, testatur Ant. Faber *d. decad. 5. error. 10.* cui accedit Gaitus *de credito c. 4. à num. 367.* quibus addo Hieron. de Leon *lib. 1. decis. 26. per totum*, vbi decisum refert, ex eo quòd census debitor ad eius securitatem alium census sibi debitum obligauit, simulque cessit actiones, potuisse creditorem contra debitorem debitoris sui executiuè agere: quam sententiam in eisdem terminis sequitur Cencius *de cēsibus quæstion. 67. à num. 59.* qui asserit, quod ad hoc vt creditor census possit exigere reditus à debitore debitoris, non solùm requiritur vt nomen debitoris, seu alter census sit obligatus, sed etiam quòd creditori fuerit assignatus, & cessus pro satisfactione sui crediti, vt notanter probat hic auctor his verbis: *Ad effectum autem vt quis possit fructus census exigere, non sufficit quòd habeat censum illum pro suo credito obligatum, & hypothecatum, cum per hypothecam non acquirat titulum, neque possessionem rei hypothecatæ, sed tantummodo actionem ad consequendum suum creditum, super illa re, ad text. in § item seruiana, Institut. de actionib. Neguſant. de pignoribus 1. part. numer. 4. quorum auctoritate resoluit Rota coram R. P. D. Manzanedo in illa Romana fructuum dotis de Paucellis 14. Maij 1623. quæ est post tractat. decis. 336. numer. 2. sed opus est, vt census ille verè, & cum effectu fuerit creditori assignatus, & cessus pro satisfactione sui crediti, qua cessione præcedente vtique illi debentur fructus:* eandem etiam sententiam probauit Anton. de Vallis *tractat. var. lib. 5. quæst. 28.* in idque etiam expendi potest D. Franc. Merlin. *cent. 2. controu. cap. 60. numer. 25.* vbi ex Cyriaco probat, vxorem cui de dotibus plenè satisfactum non fuit in bonis mariti, posse contra nomen debitoris ipsius, vtili hypothecaria agere absque aliqua cessione: ex quo videtur, pignoratitio creditori aduersus nomē debitoris hypothecariam tantùm, non verò personalem actionem competere.

Hæc † licèt hanc sententiam indu- 32
bitatam reddere videantur; tamen contraria quæ pignoratitio creditori vtilem personalem actionem aduersus nomen obligatum, eiusque debitorem concedit, sequentibus adstruitur fundamentis. Primò pro ea expenditur text. *in l. nomen 4. C. quæ res pignor. obl. gar. possint.* in quâ dissertis verbis asseritur, posse creditorem, cui nomen obligatum est, vtilibus actionibus ad satisfactionem compellere debitorem debitoris, ibi: *Vtilibus actionibus satis tibi facere vsque ad id, quod tibi deberi à creditore eius probaueris compelletur.* Quæ verba necessariò de vtili personali actione, non de hypothecariâ sunt intelligenda: nam per hypothecariam, non posset creditor directè ad soluendum cogere debitorem.

Secundò † facit textus *in l. solue-* 33
re penultim. C. de nouationib. & delegat. vbi creditori ex eo denegatur, vt possit aduersus debitorem debitoris sui experiri, quia creditor chirographarius erat, Iacob. Cuiacius *lib. 8. obseruat. cap. 19.* quem sequitur Gothofred. *ad dict. l. penultimā, lit. Z.* ergo tacitè hypothecario creditori experiri permittitur contra debitorem debitoris.

Tertiò † hanc partem iubat, *l. post-* 34
quam 7. C. de hered. vel action. vendit. vbi eadem actio creditori conceditur aduersus debitorem nominis sibi pignorati, quæ competeret nominis emptori: at emptor nominis vtilem perso-

nalem

nalem actionem sine cessione habet, vt dixi sup. & inferius dicam: ergo idē in creditore hypothecario admittendum erit.

35 Quartò † satis expressè hæc sentētia fulcitur *ex l. si conuenerit* 18. *D. de pignorat. actione*, vbi creditori, cui nomen debitoris in pignus datum fuit, actio & exactio conceditur: adeò vt si creditor, & debitor ad exigendum concurrant, potior sit causa creditoris: vtilisque actio quæ creditori ex pignore nominis quæritur, directæ quæ apud debitorem manet præferatur.

36 In hanc † posteriorem sententiam, sed non ita exornatam, descendunt verissimam profitentes omnes ferè interpretes iam theorici, quàm practici, innumeros pro ea referunt Arisminum. Tepatus *variar. titul.* 50 1. *de pignoribus, cap.* 18. versic. *nomen*, Alexan. Trentacinq. *libr.* 3. *variar. titul. de solutionibus, resolut.* 29. *à numer.* 5. *&* 8. Gratianus 2. *tom. cap.* 356. *n.* 32. *&* 3. *tom. c.* 509. Giurba *decis.* 87. *n.* 28. Leō *lib.* 2. *dec.* 163. Cyriac. *lib.* 3. *cōtr.* 430. *n.* 1. *&* 8. Thoro *dict.* verb. *creditor agere an possit*. Milanens. *lib.* 2. *decis.* 9. *num.* 90. *&* 127. plenissimè doctus Noguerol *allegat.* 35. *à num.* 1. *& per tot.* Iacob Cancer. 2. *part. var. cap.* 6. *num.* 83. Anton. Faber *in C. titul. de cōpensationib. defin.* 3. nonissimè Mercurialis Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *quæst.* 30. qui omnes non solùm loquuntur in creditore, cui nomen specialitèr obligatur, sed in eo cui generalitèr obligata sunt bona debitoris, cuius vtilis actionis exercitū sine excussione, & citatione principalis debitoris cōcedunt, Cyriacus *lib.* 1. *contr.* 47. *num.* 3. vbi per totam, quòd creditor virtute generalis obligationis bonorum potest agere aduersus nomen debitoris legatum suo debitori, licèt non constet de agnitione illius, dummodo nō appareat de expressa repudiatione. Ex theoricis etiam superiorem sententiā probarunt Iacob Cuiac. *ad dict. l.* 3. *& d. lib.* 8. *obser. cap.* 19. Donell. *lib.* 15. *com. c. fin.* Ant. Faber sibi cōtrarius *in rationali ad dict. l. si conuenerit*, ibi: *Sed tantùm vt exemplo eius, qui nomē emit, cui actiones vtiles ex ipsius persona accommodatæ rescripto D. pij etiā ei cui nomen pignori datum, æquè vtiles actiones accommodari debent, d. l. nomen*: et rursus in verb. *solent autem*, reprehendit eos, qui asserunt, actionem quæ cō petit aduersus debitorem debitoris, hypothecariam, non verò personalem esse: eandem sententiam sequitur idē Faber *lib.* 8. *coniect. c.* 16. ibi: *In eo autē pignoris huius vtilitas versabitur, quòd habiturus sit creditor creditoris vtilem actionem personalem contra debitoris debitorem*. Videas nunc rogo, quā expressis repetitisque verbis hanc sentētiam tueatur, & probet Anton. Faber, quam *dict. decad.* 5. *error.* 10. à rectâ iuris ratione aborrere dicit.

37 Cuius † sententiæ rationem, simulque & discrimen inter pignus nominis, & alterius rei corporalis, post alios assignat Noguerol. *d. alleg.* 35. *num.* 4. *&* 9. quòd peculiare sit nominis pignus, & diuersum à cæteris hypothecis rerum corporalium: quia earū virtute, constituitur in eis quodam ius reale, cuius ratione possunt creditores hypothecariam aduersus res corporales exercere: at ex pignore nominis, transfertur in creditorem ius vtile, quod est velut cessio debitoris, cuius virtute potest directè creditū exigere, tāquàm si à suo debitore specialem cessionē haberet, absque eo quòd sit necessarium, prius cum debitore litem agere, in comprobationem refert Surdum, Gratianum, Sesse, Cyriacū, Cancerium, & Thomatū, quibus addes Ant. Fabrum *in rationali ad d. l. si conuenerit lit. A.* ibi: *Qui debitoris sui nomen pignori dedit, non alia vtique mē te, quàm vt creditori pignoratitio exigere illud liceret, ac proindè agere in necessariam cōsequentiam*, mirè pro hac sententiā facit Gratianus *dict. cap.* 507. omninò videndus.

38 Anceps † nimis,& dubia redditur huius quæstionis resolutio,& licèt fatear,posteriorem sententiam magis communem esse,imò ab omnibus ferè sine dubio receptam; tamen de eius veritate dubito,& in praxi, neque vidi,neque vnquàm audiui fuisse receptam. Aiuntque, & ratione alienum videtur, vt creditor,cui nomen fuit obligatum,agere possit personali actione, vel executiuè conuenire debitorem debitoris, cum quo nō cōtraxit:tanto que magis si nomen non specialitèr, sed ingenerali solū obligatione, & hypotheca fuit comprehensum.Multa enim damna oriri possent ex eo, quòd creditori actionem personalem contra debitoris nomen exercere permitteretur: nàm debitor conuentus, solueret forte debitum,& obligationem, aduersus quam exceptione solutionis,falsitatis,vel alia simili se tueri posset debitor principalis. Quapropter in praxi verius dicerem, creditorem aduersus debitorem nominis obligati vtili personali actione directè agere non posse, longèque minus executiuè:siue generalitèr,siue specialitèr, tacitè vel expressè nomen debitoris obligatū fuisset; nisi simul cum hypotheca nominis, cederetur actio contra debitorem.

39 Et licèt † de iure communi tot iuribus vtilis actio creditori pignoratitio concedatur,tentari tamen posset, prædicta iura intelligenda esse, casu quo nomen, & cautiones debitorum seu chirographa expressâ conuentione tradita fuissent creditori, pignusque propriè idest per traditionem fuisset constitutum,*l.si rem 9. §. propriè,D.de pignorat.actione*, Gaito *de credito cap.4,quæsit.4.per totum, à numer.33.* tunc enim per traditionem chirographi vtilis actio competeret creditori:à quâ interpretatione, non aliena sunt verba textus *in dict.l.si cōuenerit,dict.l.postquam.*

40 Neque † obicem faceret *dict.l. nomē*:nàm licèt Imperator in primâ textus parte doceat,nomen quoque debitoris pignori generaliter, & specialitèr dari posse : tamen secunda pars decisionis ad eum tantùm casum referenda est,quo specialitèr, & expressè nomen pignoratur,tradito scilicèt instrumento,& chirographo creditori.

41 Quamuis enim † Antonius Faber in rationali ad *ad d.l.si cōuenerit*,existimet, tradito instrumento nominis, posse creditorem directas actiones exercere, quia ex traditione instrumenti earum exercitium mandatum videtur:tamen in hoc huic doctissimo viro non assentior: tum,quia in *d. l.si conuenerit*, debitor soluens creditori creditoris sui, ipso iure non liberatur,sed ope exceptionis, quod apertè supponit, creditorē vtiles dūtaxat actiones habere: non verò directarum exercitium:nam si has exercuisset, ipso iure debitor consequeretur liberationem, ac si creditori suo solueret, ad tradita per ipsum Fabrum *dict.error.10.& dict.cap.16.* Tum etiam,quia vt suprà latè diximus *titul. 1.quæst.3.* ex traditione instrumenti non semper, & indistinctè actiones mandatæ censentur,sed vbi causa habilis præcessit traditionem;vndè cùm traditio nominis creditori facta, sui crediti tantùm securitatem respiciat, inde est vt ex ea directæ actiones mādatæ non videantur,sed vtiles dumtaxat creditori competant.

42 Haud leuitèr † pro illa sententiâ, quòd de iure communi creditori hypothecario vtilis non competat actio aduersus debitorem debitoris, facit textus *in dict. l. heredem, C. de hered. actionib.* vbi expressè denegatur mulieri dotem repetenti, actio personalis contra mariti debitores.Cui etsi varièlatis facere intendāt contrariæ sententiæ assertores, & existimauerit Bald.*cons.25.lib.4.* mulieri in eo textu actionem tantùm de dote contra mariti debitores denegari;nō verò vtilem actionē ex persona mariti;

tamen

tamen hæc interpretatio tanto viro digna nõ videtur: quia credibile nõ est, indubitationem vnquam incidere potuisse, an mulieri cõtra mariti debitores actio de dote competeret?

43 Similiter neque placet alia Anton. Fabri interpretatio *in dict. l. si cõmenerit*, existimantis, ideò mulieri denegatam fuisse actionem personalem, *in dict. l. heredem*, quia eo tempore tacita hypotheca dotium fauore nondum erat inducta, neque vsque ad Iustinianum *in dict. l. vnica, C. de rei vxoriæ action. dict. l. assiduis, C. qui potiores*, vnde nihil mirum est, si vtilis hæc actio ex pignore nominis descendens, mulieri in eo textu non concedatur. Quia quamuis tẽporibus Diocletiani, & Maximiani priuilegium tacitæ hypothecæ dotibus concessum non esset; tamen eo tempore, quo hæc decisio inter aliàs Codicis fuit compilata, tacitam hypothecam pro dotibus mulieres habebant; nihilominus tamen inseri placuit, vt sciretur, tacitam bonorum omnium mariti hypothecam eius virtutis non esse, vt ex eâ competat vtilis personalis actio contra mariti debitores; sed tantùm hypothecaria, vt doctè notat Gothofredus *in dict. l. heredem, lit. K.* ex Cyriaco doctus, & elegans D. Francisc. Merlin. *dict. centur. 2. cap. 60. numer. 25.*

Ex quibus resolues, nullam nominum, & iurium hypothecam spe-
44 cialem, vel generalem; tacitam, vel expressam, tribuere creditori vtilem actionem aduersus debitores debitoris: nisi vbi nomen ipsum pignori datum, & traditum esset creditori: quo casu de iure communi iuxta relatos per Noguerol, & Antonium Fabrum id actum videtur, vt creditor nomen sibi traditum exigere possit vsque ad quantitatem, pro qua pignoratũ fuit: quod licèt de iure communi procedat, in praxi tamen non sine magnâ difficultate obtineri posset.

De Fisco restat agere, quo mo-
45 do debitores debitoris sui conueniat; tàm pro debito, quod ex contractu, quã pro eo quod ex delicto descendit: quem articulum latè disputarunt Iacobus Cuiacius *ad dict. l. 3. C. de obligationib. & actionib.* Alexand. Trentacinq. *dict. resolut. 16. à numer. 3.* Gutierrez *de gabellis quæstion. 164. à nu. 8. & 18.* Peregrinus, & alij quorum meminit Alfaro *de officio Fiscalis, glos. 6. priuileg. 4. per totum*, ad quos te remitto.

SVMMARIVM.

1 *Legata aliquandò augmentum, aliquandò diminutionem patiuntur.*
2 *Quæstio in tres partes diuiditur.*
3 *Legatorum diminutio propter facultatum defectum.*
4 *Legata speciei, si hereditas soluendo non sit, an diminutionem etiam patiantur? Negatiua sententia refertur.*
Legati speciei dominium recta via in legatarium transit à die mortis defuncti.
5 *Speciei legatæ periculum, & diminutio ad legatarium spectat; aliud in quantitatis legato.*
6 *Legatum quantitatis an transeat recta via, & eius dominium in legatarium à morte defuncti.*
7 *Verius est, diminutionem legatorum æquè ad legata speciei, quàm quantitatis pertinere.*
8 *Legata piaan etiam diminutionem patiantur: negatiua sententia refertur.*
9 *Dotis legatum diminutioni non subiicitur, & vt æs alienum deducẽdum esse, qui sentiant.*
10 *Libertatis legatum diminutionem non admittit.*
11 *Alimentorum legatum an diminuendum sit?*
12 *Falcidia an sit detrahenda ex legatis*

tis piis?

13 *Legata pia diminuenda etiam esse, alij verius dicunt.*

14 *Pro resolutione duplex casus consideratur.*

15 *Legata pia si quis ascendentes, vel descendentes relinquat, si excedãt tertium, vel quintum bonorũ, diminutionem patiuntur.*

Legitima ascendentium, vel descendentium quæ sit de iure nostro Regio?

Funeris impensa, & alia legata gratiosa ex quinto bonorum deducenda sunt, si quis descendentes reliquit.

Deductio tertij, & quinti quomodo facienda est, si legata vires patrimonij ascendant, remissiue.

16 *Fiscus, vel parens non potest vltra quintum, vel tertium legare, etiã ad exonerationem conscientiæ, vel pro malè ablatis, quamuis confessio, aut declaratio iurata esset. Et quid in foro conscientiæ, si esset verosimilis,* num. 18.

17 *Libertatis fauore multa contra iuris regulas recepta.*

Libertatis legatum filiorum legitimam non offendit.

19 *Legata pia respectu legatariorum inter se diminutionem patiuntur, patre, aut filio instituto.*

20 *Limitatur nisi ex qualitate legati, coniectura eliceretur contraria voluntatis.*

Legatum pro exoneratione conscientiæ licèt legitimam ascendentis, vel descendentis non offendat; tamen respectu aliorum legatorum integrè solui debet.

21 *Legatũ pro exoneratione conscientiæ, & pro male ablatis multa specialia habet.*

22 *Legatum pro dote mulieri extraneæ factum, diminutionem sicut alia legata recipit: secùs si filiæ sit relictum.*

23 *Herede extraneo instituto, si legata vires patrimonij superant, ad bona defuncti reducuntur, posteaque ex eis falcidiam detrahit heres.*

24 *Priuilegium legatis piis concessum, vt ex eis falcidia non detrahatur, an heredis, an verò aliorũ legatariorum damno cedat? triplex sententia refertur.*

25 *Quartæ falcidiæ detractio in vsu etiam de iure nostro Regio est.*

26 *Legata vbi diminuenda veniunt, quia hereditas omnibus soluendo non est, an debeat prius satisfieri primo scriptis, & nominatis; an verò pro rata omnia legata damnũ sentire debeant, Duplex sententia refertur, posterior eligitur.*

27 *Legata vbi pro rata diminuuntur; an debeat diminui pro rata onus eis iniunctum? affirmatiua sententia refertur. Expenduntur* l. pœnalis, §. si Titio, D. ad legem falcidiam, l. Plautius 43. §. penult. & fin. D. de condit. & demonstrat. l. cum pater 79. §. cum existimaret, D. de legat. 2. l. facta 63. §. si Titius, D. ad S. C. Trebellianum.

28 *Anniuersarij, vel capellaniæ bonis diminutis, an missarum onus pro rata diminuatur?*

29 *Legato diminuto, onus ei iniunctũ non minui, ex variis iuribus probatur.*

30 *Quando ex diminutione legati, diminutio oneris sequatur, distinguẽdo resoluitur,* & num. 31. & 32.

Intelliguntur dict. l. pœnales, §. si Titius, dict. l. cum pater, §. si pars dict. l. liberto, §. 1. dict. l. maritũ, §. 1. dict. l. si mihi 97. D. de leg. 1. dict. l. si facta 63. §. si Titius, D. ad S. C. Trebell.

33 *Bona ex quibus quis aliquid soluere grauatus est, si augeantur, an etiam augeri debeat onus?* cum numer. sequentib.

Anniuersarij bona, & fructus si augeantur, an missæ, & diuina officia augeri debeant?

35 *Testator si leget aliquam quantitatem*

tem ad opus piũ perficiendum; si opere perfecto aliquid superstit, an id ad heredem pertineat, vel ad legatarium; an verò in alio pio opere erogandum sit, & nu. 36.

37 *Legatarij an cessione heredis indigeant, vt ab aliis collegatariis, qui integra legata perceperunt, condicere possint partem eis indebitè solutam? Tribus remediis legatariis succurritur pro casuum diuersitate*, & num. sequentib. *ad finem quæstionis.*

QVÆSTIO. V.

Legata testamento relicta, vbi diminuenda veniunt, quia hereditas soluẽdo nõ est, si heres aliquibus legatariis integrè soluat, an collegatarij aduersus eos agere possint, & partẽ cõdicere sine cessione? an verò heres debeat illis cedere cõdictionem indebiti? Vbi varia, & difficilia iura veram accipiunt interpretationem.

1 INterdùm † accidit, legati quãtitatem augeri, interdùm verò diminui; vt variis exẽplis probat Donellus *lib. 8. comment. cap. 20. & 22.* vbi Oſuald. Diminuuntur autem legatã, quãdò ad integrã legatorum præſtationem hereditas non ſufficit, ſæpius enim accidit, vt ex Frãch. & Muñoz de Scobar, aduertit D. Caſtillo *tom. 4. cont. cap. 51. nu. 19.* Anell. Amatus *conſ. 37. in print.* vt teſtatores longè plus quàm morũ bonis eſt, legando cõſumant; quo caſu quæri ſolet de imminutione legatorum, & quâ lance damnum ſentire debeant legatarij; cùm legata vires hereditarias tranſcendunt.

2 Hæc noſtræ † quæſtionis diſſertatio eſt, quam tribus expoſitis, breuiter abſoluemus. Primum erit, an vbi legata vires patrimonij excedunt, omnia indiſtinctè diminutionem patiantur? Secundum, an legata iuxta ordinem literæ prius ſoluenda ſint; an verò vnicuique legatariorum legatum pro ratâ diminuendum veniat; ita vt omnium tàm qui primo, quàm qui vltimo loco ſcripti ſunt, vna fortuna eſſe debeat? Tertium, an ſi heres aliquibus legatariis integra legata ſoluat, poſſint collegatarij partẽm indebitè ſolutam, & quæ diminuenda erat, abſque vllâ heredis ceſſione condicere?

3 Circa † primum conſtans res eſt, propter defectum facultatum, legatorum fieri diminutionem, *l. ſi quis teſtamento, §. apud Iulianum*, aliàs *l. is qui ſolo, D. de legat. 1. l. in quantitate, §. fi. D. ad l. falcidiam, l. quærebatur 81. D. eodem tit.* vbi notant communiter interpretes, Gothofred. *in dict. §. apud Iulianum.* Id tamen controuertitur, an omnia legata ſiue pia, ſiue profana ſint, ſiue quantitatis, aut ſpeciei, diminuenda ſint?

4 Et † diminutionem ad ſpeciei legata non ſpectare, integreque ſoluenda eſſe, & ſolùm quantitatis legatarios ſentire debere iacturam, ex eo probatur, quia ſpecies commodãm non patitur diuiſionem: legatariuſque ſpeciei melioris cõditionis eſt, quam legatarius quantitatis, quia in ſpecie legatâ magis dilectus cenſetur, cuius dominium recta via in eum tranſit, *l. à Titio in fine, D. de furtis, l. ſi tibi, §. cum ſeruus, D. de leg. 1.* Virgilius *de legitimat. perſonæ, cap. 20. num. 14.* Donell. *lib. 8. com. cap. 18.* Gutierrez *lib. 2. pract. quæſt. 98. num. 13.* Ideoque † rei legatæ periculum ad eum pertinet, & peremptâ ſpecie amittit legatum: adeò vt neque eius æſtimationem petere poſſit, *l. quidam teſtamento. §. eiſi tibi l. cum res. §. culpa, D. de legat. 1.* Quod

5 lega-

legatario quantitatis non accidit, vt vtrumque probat Mantica *de coniecturis lib.9.tit.12.* cùm genus perire non possit, *l.interdum, C. si certum petatur.* & res certa non sit quæ legatarij periculo perire possit, aut qua statim in eius dominium transeat. Ex quo † legatum quantitatis eiusque dominium recta via in legatarium non transire, post Bart. Bolognet. & alios resoluit Michael Grals. *§. legatū, quæstion.69.num.7.* sequitur Franch. *decis.* 236. *num.*6. quorum meminit hæc latè referens D. Castillo *dict. cap.* 51. *nu.* 26. pro qua sententia quòd legata speciei diminutionem non patiantur, velut expressè facere asserit text. *in l. si fideicommissum* 11. *D. vt in poss. legat.* quam in individuo tuentur multi laudati à Zeuallos *com. quæst.*103. *à nu.* 35. Franch. *num.* 5. Simon de Prætis *lib.*4. *interp.* 1. *dub.*2. *num.*8. Costa *de ratione ratæ quæst.*107. *nu.*3. *& quæstion.*140. *num.*4.

7 Contraria † tamen sententia, quòd legata speciei æquo modo diminutioni subiaceant, receptior & verior est: quia testatorem æqualem affectionē habuisse præsumitur legatariis speciei, quàm quantitatis: quarè æqualis etiā eorum fortuna esse debet, vt latè probant Scobar *de ratiociniis comp.*10. *à num.*9. Azeuedo *in l.*13. *num.*19. *tit.* 6. *lib.*5. *Recop.* Gaspar Thesaur. *libr.*3. *quæst. forens. quæst.*114. *nu.*2. Castillo vbi proximè, Addentes ad Franch. *dict. decis.*336. Gratianus 4. *tom. cap.* 646. Aluarado statim referendus, ex Anton. Gomez, & aliis Cancerius 3. *part. var. cap.*20. *à nu.*300. qui in adducit text. *in dict. l. quærebatur*, nouiter Acosta *de priuileg. credit. in præfat. ad reg.*5. *num.*3. Pater Sāchez *in summa lib.*4. *cap.*15. *num.*40. Hector Capycius Latro *decis.*12. *nu.*5. Virgilius *de legitim. person. cap.*20. *num.*9. nouissimè Franc. Tondutus *quæst. ciuil. cap.*73. *num.*7.

8 Nec minor † dubitatio est, circa legata pia, an etiam communem fortunam sequi debeant, & æqualiter cum aliis legatis profanis diminui? In quo dubio sunt qui existiment, legata pia sine diminutione soluenda esse, quasi videatur testatorem maiorē affectionem his legatariis habuisse, & voluisse præcipua, & sine diminutione præstari, Bart. *in l. si quis seruum, §. fin. D. de leg.*1. Castrens. *in dict. §. apud Iulianum*, Tiraquel. *de priuileg. piæ causæ, priuileg.*72. Molfes. *cons.*13. *num.* 26. Ex quo † dotis legatum diminutioni 9
subiectum non esse, & tanquàm æs alienum deducendum fore, voluerunt Bart. *in l.*2. *§.*1. *D. de priuileg. cred.* Alex. *in l. si cum dotem, §. si pater, D. soluto matrimonio*, Bald. Nouell. *in l.*1. *nu.* 471. *D. soluto matrimonio*, Surdus *de alimentis, tit.*8. *priuileg.*30. *num.*4. Anton. Faber *in C. lib.*1. *tit.*2. *defin.*38. *& lib.*6. *tit.*11. *defin.*15. Quemadmodùm † libertatis legatum, ex hoc piæ causæ 10
fauore, diminutionem non admittit, *l. si seruus. §. incertam cum l. sequenti, D. ad leg. falcidiam, l.*1. *§. in quibusdā, D. si cui plusquam per leg. Falcid.* Gregor. Lopez *in l.*1. *tit.*11. *par.*6. Et † ali- 11
mentorum legatum eâdem ratione diminuendum non fore contendit Surdus *dict. priuileg.*30. *per tot.* Eadem † 12
pietatis ratio efficit, vt ex legatis piis falcidia non detrahatur, iuxta ius Codicis, & authenticorum, *l. si quis ad declinandam in fine, C. de Episcop. & cleric. authen. similiter, C. ad l. Falcidiam*, ex innumeris probat Surdus *dict. tit.* 8. *priu.*18. *à nu.*3. Gutierrez *de gauell. quæst.*74. *nu.*6. Zeuallos *com. quæst.* 27. *& quæst.*155. Fontanell. *de pactis nupt. clauſ.*6. *glos.*3. *part.*5. *numer.*44. Cancerius *lib.*1. *var. cap.*2. *numer.*12. Gabriel Velasc. *de priuileg. paup.*3. *tomo in proœm. num.*44. *& quæst.*8. *nu.* 298. Camill. Borrell. *in sum. decis.*3. *tom. tit.*17. *num.*62. Carualho *de vna, altera quarta part.*2. *à num.*141. Ansaldus *cons.*123. *à num.*48.

Sed † legata pia diminutionem et- 13
iam pati defendunt alij, quam sentētiam *ex l. si certarū, §. fin. D. de testam. milit.*

milit. l. si post, D. ad l. falcid. probarunt Azeuedo *in l. fin. nu.* 19. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recop.* Peregrin. *de fideicom. art.* 4. *nu.* 63. Aluarado *de coniect. ment. defunct. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 27. Pater Sanchez *dict. cap.* 15. *num.* 40. Riccius *part.* 1. *num.* 221. *& in addit. ad Franch. decis.* 236. Parlador. Cancer. & Acosta vbi proximè, Costa *de remed. subsidiar. rem.* 84 *num.* 6. Amatus *dict. cons.* 37. *numer.* 5. Virginius *sup. num.* 9. Tondutus *sup. à num.* 7.

14 In qua† controuersia, pro vera resolutione constituo, duobus in casibus accidere posse, vt de hac diminutione legatorum dubitetur. Primus quando quis ascendentes, vel descendētes heredes instituit. Secundus quandò instituit aliquem extraneum: extraneum verò dicimus eum, qui necessarius heres non est.

15 Primò† casu vbi quis ascendentem aliquem, vel descendentem heredem instituit (quorum legitima iuxta nostrum ius Regium est, ascendentium, omnia bona filiorum excepto tertio: descendentium verò omnia bona parentum excepto quinto, *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop. l.* 10. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recop.* vbi Matienzus, multis relatis Castillo *tom.* 5. *cap.* 94. *num.* 16. *& tom.* 6. *cap.* 137. *à num.* 51. ex aliis D. Ioseph. Vela *tomo* 2. *differt.* 33. *num.* 31. *& differt.* 49. *num.* 31.) certum est, nullum legatum gratiosum quamtumuis pium sit, eorū legitimā posse minuere, Costa *de ratione ratæ, quæst.* 28. *num.* 3. sed ex solo quinto, aut tertio legata soluenda esse, quæ si quintum aut tertium excesserint minuenda erunt, & ad quintum, vel tertium reducenda venient, *l.* 13. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopil.* vbi Azeued. Matienzus, & Angul. quâ cauetur funeris impensam, & alia legata gratiosa de quinto deducenda esse, Gutierrez *lib.* 3. *pract. quæst.* 58. multos laudat D. Ioseph Vela 2. *tom. differ.* 42. *n.* 6. *&* 7. Quomodo autem deductio tertij, & quinti facienda sit, quando legata vires patrimonij ascendūt? Scobar *sup. num.* 6. Azeuedo *in dict. l.* 13. *num.* 20.

Ex quo† receptum est, filium etiam 16
piæ causæ fauore, si habeat ascendentes, vltra tertium disponere non posse: quemadmodum neq; parens vltrà quintum: quamuis eorum hereditates opulentissimæ sint; vt contra Laram resoluit Azeuedus *in l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop. à num.* 67. Indè est vt pater non possit filiorum legitimas minuere, etiamsi legasset ad exonerationē cōscientiæ, & in malè ablatorum restitutionem, *cap. quicumque* 10. *quæst.* 1. *vlt. glos. in dict. l. ad declinandam, C. de Episcop. & cleric.* nisi alitèr quàm ex parentis cōfessione, sordida & malè acquisita probarentur: eius namque sola assertio etsi iurata non sufficeret, vt latissimè exornat Marius Giurba *ad cōsuet. Messan. cap.* 2. *glos.* 7. *à num.* 1. Et in debiti confessione à patre etiam cū iuramento, & ad exonerationem cōscientiæ factâ, idem probat D. Castillo 5. *tom. controu. cap.* 111. *à num.* 11. D. Valenzuela *tom.* 2. *cons.* 174. *à num.* 1. *& cons.* 86. *à num.* 5. *tom.* 1. D. Ioseph Vela *dict. differt.* 42. *à num.* 1. per textum *in l. qui testamentum, D. de probationib.*

Et† licèt libertatis fauore, tot cōtra iuris regulas statuta sint, vt elegātèr variis exemplis adductis probat Anton. Faber *in Iurisp. Papin. titul.* 3. *princ.* 2. *illat.* 2. *cum sequentib.* tamen libertatis legata legitimam filiorum non offendunt, Greg. Lopez *in l.* 2. *tit.* 11. *part.* 6. Azeuedo *in dict. l.* 13. *numer.* 19. 17

Quæ† diximus, patrem, vel filium 18
legando ad exonerationem conscientiæ, etiam cum iuramento, non posse legitimam iure debitam grauare, elegantèr probat vltra relatos Pater Sanchez *de stat. religios. lib.* 7. *cap.* 13. *quæstion.* 3. *num.* 43. vbi notanter temperat in foro conscientiæ, si confessio patris, vel filij verisimilis videretur.

Ex quo† iam inferes, quòd quo- 19
tiens pater, vel filio herede instituto, dubium

dubium est de diminutione legatorũ, id respectu eorum intelligendum non est: quia indistincte omnia legata gratiosa quoad eos diminutionem patiũtur. Vndè controuersia solùm versabitur respectu legatariorum inter se: veluti si pater 500. in bonis habẽs, 150. diuersis personis legasset, ex quibus certum est, filium 50. deducturum, vt integram legitimam consequatur: hoc igitur casu dubium erit, an illa 50. quæ ex omnibus legatis filius deduxit, æqua lance omnibus legatariis detrahẽ da sint, vt omnes pro rata damnum, & diminutionem sentiant; an verò legata pia integrè sint soluenda? Quo in dubio verisima sententia est, hãc deductionem æqualiter pia legata pati; vt in iisdem terminis quandò pater, vel filius instituti sunt, firmant Parlador. *lib.* 1. *cap.* 18. Azeuedo, Franch. Cancer. Acosta, & alij laudati *sup.*

20 Quam † verisimam sententiã ego limitarem, quandò ex qualitate legati, coniectura eliceretur, voluisse testatorem legata pia sine diminutione persolui, Rolandus à Valle *cons.* 25. *à nu.* 3. *vol.* 4. D. Castillo *dict. cap.* 51. *num.* 27. vers. *guarto denique*: veluti si ad exonerationem conscientiæ legasset, vel pro malè ablatorum restitutione: nam licèt hoc legatũ, prout diximus, filiorum legitimæ, neque creditoribus non præiudicet, Anton. Faber *in C. lib.* 1. *tit.* 2. *defin.* 38. tamen integrè soluẽdum erit respectu aliorum legatariorum: cum hoc legatum gratiam ipsius testatoris respiciat; alia verò legatariorum commodum concernant: et testatorem suam vtilitatẽ alienæ anteponere voluisse credendum est, *l. Præses, C. de Ieruit. & aqua.* Quo fundamẽto, & aliis sequitur hanc sententiam Petr. Surdus *dict. tit.* 8. *priuil.* 30. Hector Capyc. Latro *decis.* 12. *per totam*, vbi pro contraria refert Bart. Paul. de Castro, & Alex.

21 Nec † mirum quòd legatum pro exoneratione conscientiæ, & male ablatis non sentiat diminutionem, multa enim huic legato specialia conceduntur, quæ referunt Carocius *decis.* 7. *per tot.* Tuschus *lit. L. conc.* 52. Carpio *de executoribus lib.* 1. *cap.* 22. *à nu.* 50. *& lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 9. *& lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 10. *& lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 9. Auendaño *de metu lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 105. Gaito *de credito cap.* 2. *tit.* 3. *à nu.* 224. Giurba *ad cons. Messan. cap.* 2. *glos.* 11. *num.* 11. *& glos.* 12. *à num.* 1. *ad* 18. *& à num.* 35. nullo ex his relato doctiss. D. Solorzano *de iure Indiar.* 2. *tom. lib.* 2. *c.* 24. *à num.* 118.

Similitèr ex eâdem præsumpta testatoris voluntate colligunt Doctores, quòd licèt legatum pro dote fœminæ extraneæ factum, diminutionẽ recipiat; tamen si filiæ factum sit, integrè debet persolui: cùm videatur testatorem propriam sobolem alienæ præponere voluisse: quam distinctionem inter legatum dotis filiæ, vel extraneæ fœminæ factum, post alios sequitur Surdus *dict. priuileg.* 30. *num.* 4. Peregrin. *de fideicom. art.* 4. *numer.* 64. Gaspar Thesaur. *quæstion. forens. lib.* 3. *quæst.* 114. *num.* 3. 22

In altero † & secundo casu, quandò extraneus heres institutus est, si legata vires patrimonij excedant, ad bona defuncti reducenda sunt, legatis pro rata diminutis: posteaque ex his falcidiam detrahet heres, textus formalis *in dict. l. si quis testamento* 82. §. *apud Iulianũ* alias *l. is qui sola, D. de leg.* 1. his verbis: *Is qui sola triginta reliquerat, Titio triginta legauit Seio* 20. *Mæuio* 10. *Masurius Sabinus probat, Titium* 15. *Seium* 10. *Mæuium* 5. *cõsecuturos, ita tamen vt ex his pro rata portioni falcidiæ satisfiat.* 23

Quæstionis † tamen est, vtrum priuilegium legatis piis concessum, vt ex eis falcidia non detrahatur (vt sup. diximus) cedat damno heredis, an verò aliorum legatariorum? In qua re tres inuenio sententias. Prima, quòd priuilegium damno heredis cedere debet, iuxta Cuman. *in l. qui quadraginta in princ. D. ad l. falcidiam*, Socin. *cõs.* 48. 24

vol.

vol. 1. Tiraquell. *de priuileg. piæ caus. priuil. 26. in fine:* quam sententiam cõmunem testatur Bellonus *de iure accrescendi, cap. 6. quæst. 4. nu. 6. & 14.* Secunda tenet, id damno legatariorũ cedere, heredemque ex alijs legatis integram falcidiam habiturum, Bart. & Castrens. *in dict. l. qui quadraginta,* ex Ruino, & Mantica veriorem dicit Petr. Surdus *de alimentis tit. 8. priuil. 18. à num. 20.* pro quibus facit text. *in l. planè 35. D. ad leg. falcidiam.* Tertia sententia asserit, id tàm heredis, quam legatariorũ damno accidere, quia legata pia ante omnia vt æs alienũ detrahũtur, *l. sed si non seruus, l. æris alieni, D. ad l. Falcidiam:* quarè heres minorem quartam habet; & legatarij minùs, quã in legatis est percipiunt sequitur Cãcer. *1. p. var. c. 2. n. 12.* de praxi testatur Tondutus *q. ciuil. dict. cap. 73. à num. 10.* videndus omninò, & Bellonus *à num. 6. ad 27.*

25 Hæc † quæ de quarta falcidia diximus, in vsu non esse non existimes, nàm de iure nostro Regio falcidia, & trebellianica in testamentis locũ habent, vt post Richard. Molinam, Parladorium, Matienzum, & Azeuedum testatur D. Castillo *de vsufructu, cap. 60 à num. 6.* videndus Aluarado *de coniectur. ment. lib. 4. cap. 1. num. 22.*

26 Secundum † nostræ quæstionis examen erit, an vbi legata patrimonij vires ascendunt, & omnibus soluendo non est, debeat prius satisfieri primò scriptis, & nominatis; an verò vnicuique pro rata portionis sibi relictæ legatum minui debeat? Quem articulum latè discutit Scobar *dict. comp. 10.* pro vna, & altera sententia varias leges, & fundamenta refert Castillo *dict. cap. 51. à num. 19.* vbi resoluit, non iuxta ordinem literæ legata soluenda esse, sed pro rata diminuenda fore, *dict. §. apud Iulianum, l. in quantitate, §. fin. D. ad leg. falcid. l. 2. §. 1. D. de condict. indebiti, l. is cui, §. si plures, D. vt in poss. legat.* sequitur Anton. Faber *dict. tit. 2. defin. 38. & tit. 11. defin. 15.* Cãcer. *supr. numer. 305.*

Hinc † in aliud dubium incidimus, 27
an vbi legata pro rata diminui diximus, debeat etiã pro rata minui onus eis iniunctum? Et onus minuẽdum esse probat expressus textus *in l. pœnales, §. si Titio, D. ad l. falcidiam, l. plautius 43. §. penult. & fin. D. de conditi. & demonstrat. l. cum pater 79. §. cum existimaret, D. de legat. 2. l. facta 63. §. si Titius, D. ad S. C. Trebell.* Quemadmodùm † diminutis bonis anniuersarij, vel capellaniæ, minui debet onus missarum, & alia onera, vt ex *l. 2. C. de alluuionibus,* multis exornat D. Lara *de anniuers. & capellaniis lib. 1. cap. 15 per totum,* latè Guzman *de euictionib. quæst. 30. num. 93.* 28

Cæterùm † legato diminuto, onus 29
ei iniunctum non minui, probatur *ex l. maritum 25. §. 1. D. ad l. falcid. l. liberto 31. D. de annuis legat. l. cum pater 77. § si pars,* vers. *si tamen, D. de leg. 2. l. facta 63. §. si Titius, D. ad S. C. Trebellian.* quibus cauetur, propter diminutionem rei legatæ, onus legatario iniunctum non minui.

In quorum † iurium concordiâ, & 30
intellectu post *glos.* variant interpretes practici, & rhetorici, vt constat ex latè traditis per Franch. *decis. 362. per tot.* vbi Addentes, Anell. Amar. *cons. 37. per tot.* Goueanum *in dict. l. pœnales, §. si Titio,* Donell. *lib. 8. comm. cap. 18. vbi Osuald. lit. G.* Iacob. Cuiac. *tractat. 6. ad African. in l. ex asse, D. ad Trebell.* Iulium Paccium *cent. 6. quæst. 17.* ex omnium tamen mente prædicta iura rectè intelliges, si distinguas, an onus ipsam rem legatam afficiat, quia grauamen est de eâdem re, vel ipsius parte, quod onus intrinsecum dicitur: an verò simpliciter legatarius aliquid dare grauatus sit, quod onus extrinsecum appellatur: quia nõ de ipsa re legata: sed de aliõ grauamen soluendũ est, ita post *glos. in dict. l. plautius,* Frãch. *dict. decis. 362. nu. 8.* ex Herculano & aliis Amato *sup. num. 3.*

Primo † casu, quandò onus intrin- 31
secum

secum est, ipsamque rem legatam afficit, considerandum est, an eandem rē restituere quis grauatus sit, an verò ipsius rei partem, vel an ex fructibus rei aliquid præstari testator iusserit? Nām quandò id quod quis accipit restituere rogatur, si eius rei diminutio contingat, legatarius satisfacit, si rē prout adie peruenit restituāt, *l. si mihi 97. D. de legat. 1.* at verò si partem rei legatæ quis restituere grauetur, & aliqua eius pars deficiat, pro ratâ etiam onus in iunctum minuetur, vt in specie *dict. l. pœnales, §. si Titius, D. ad l. Falcidiam*, Parlador. *lib. 3. differ. 17. §. Vnico, nu. 7.* nisi onus libertatis, vel alimentorum fauorem respiciat, *dict. §. si Titius, d. l. cum pater, §. si pars.* Vbi verò ex reditibus rei aliquod onus iniungitur legatario, licèt fructus aliquâ ex parte diminuti sint; si tamē qui supersunt, & collecti sunt, ad oneris præstationem sufficiant, onus minimè minuitur, *l. liberto, §. 1. D. de annuis legatis, l. maritum, §. 1. ad Trebellian.* Si verò fructus non sufficiant, aut nulli sint collecti, tunc vel in parte minuetur onus; aut in totum cessabit, *l. cum certus, D. de tritic. vino, & oleo leg. l. si debitor 39. §. 1. D. de contrah. emption.* Cuius rei elegantem rationem reddit Paulus *in dict. l. cum certus*, ibi: *Et quasi taxationis vicem obtinere:* nàm si fundus non taxationis, & restrictionis; sed demōstrationis causâ fuisset adiectus, onus propter diminutionem fructuum, aut quia ex fundo nulli percepti fuissent, nō minueretur, *l. Lucius 11. D. de annuis legat.* De quorum iurium intellectu, & quandò locus demonstrationis, vel taxationis causâ videatur adiectus, videndi Iul. Paccius *cent. 6. quæstion. 34.* Gratianus *discept. 256.* latissimè D. Castillo *tom. 4. controu. c. 44. per tot.* D. Franc. Merlin. *cent. 2. contr. cap. 82. per totum.*

32 † Alio verò casu, quo onus extrinsecum est, & legatarius aliquid simplicitèr, non verò rem ipsam, vel ex re præstare damnatur: propter rei diminutionem onus non minuitur, *dict. l. si mihi 97.* dūmodo quod remanet, sufficiat ad oneris præstationem, & implementum, nè aliàs legatarius de suo damnum sentiret et ita accipio textū aliàs difficilem *in dict. l. facta 63. §. si Titius, D. ad Trebell.* in cuius interpretatione anxius hæret Amatus *sup.*

E conuerso† autem quæri solet, an 33
auctis bonis, & fructibus ex quibus quis aliquid soluere grauatus fuit, onus etiam augeri debeat? Etsi habito respectu ad fructus onus imponatur, propter augmentum superueniens, onus augeri debere, in ea specie probat D. Lara *dict. cap. 15. à num. 18.* quandò fructus anniuersarij augentur, quo casu numerus missarum crescere debet, sequuntur Decius, Osascus, Aluarado quos refert: mouētur ex eo, quia commodum ab incommodo regulatur, & ècontra, *l. secundum naturam, D. de reg. iuris, l. etsi contra 35. in fine, D. de vulg. & pupil.* Et auctis fructibus beneficij, suffragia, & alia diuina officia augenda esse, ex Feder. de Senis, Lambertin. & Bursato, tradit Mieres *de maioratibus 1. part. quæstion. 10 num. 29.*

Notandum† tamen est, superiorē 34
doctrinam eo casu interpretes admittere, quo habito respectu ad fructus onus iniungitur: nàm si ad fructus, vel reditus consideratio habita non esset, veluti quandò res magni valoris, & reditus alicui legatur cum onere modicæ annuæ quātitatis pro aliquo anniuersario, etiam si fructus rei nimis crescerent, ad aliud non teneretur legatarius, quàm ad præstationem illius modicæ quantitatis; & augmētum ad ipsum pertineret: quia tunc onus quātitatem fructuum non respicit. Quòd secus esset, si anniuersarij institutio nō in alium finem, vel fauorem tenderet, quàm vt missæ, & suffragia dicerēntur: nam is cui grauamen vt nudo ministro, & executori imponitur, quod superst ex fructibus, in suum commodū conuertere non posset, sed in aliis suffragiis

fragiis, & piis operibus erogandum esset.

35 Quibus† concinit illud, de quo D. Franc. Sarmiento *lib. 3. select. cap. 8. n. 29.* an vbi testator reliquit aliquã pecuniarum quantitatem ad opus pium perficiendum, si opere perfecto aliqua quantitas superfit, residuum remanere debeat apud legatarium, an verò apud heredem; vel debeat in alium pium vsum conuerti? In quo dubio illud sine controuersiâ est, id quod superst, in aliud pium opus conuertẽdum non esse, Sarmiẽto sup. cuius meminit Castillo *lib. 2. controu. cap. 28.* vers. *Simonem de Prætis*: nisi aliud ex mente testatoris appareret, Molina *de iust. & iure, tom. 1. disp. 249. num. 9.* sequitur Carpio *de executorib. testam. lib. 3. cap. 4. num. 40.*

36 An† autem ad legatarium, an verò ad heredem, residuum quod facto opere superst pertineat? in obscuro est. Et licèt alij pro legatario, alij pro herede respondeant; tamen verisimè distinguendum erit, an testator eum, cui opus faciendum commisit, elegerit vt nudum ministrum, & executorem; an verò vt legatarium. Nam primo casu residuum ad heredem pertinebit, *l. si quis Titio 17. D. de legat. 2. l. Lucius 88. §. à te peto, D. de leg. 2.* In alio verò casu quod superst, legatarij commodo cedet. Quam distinctionẽ probat Peralta *in d. l. si quis Titio, à n. 26.* Gratianus *discept. 446. per tot. & discept. 563. à nu. 47.* Alexan. Ludou. *decis. 544. per tot.* Farinac. *1. tom. post-hum. decis. 25. & 2. tom. decis. 429. & 521.* Giurba *decis. 28. nu. 8.* Iacob. Cancer. *3. part. var. cap. 20. nu. 169.* nouiter Retes *opuscul. lib. 2. sect. 2. cap. 6. num. 1. & latius lib. 4. ad l. vltim. §. 1. D. de his quæ vt indignis*, apud quos late, ex quibus videatur testatorẽ aliquem, vt nudum ministrum, vel vt legatarium nominasse.

37 Veniamus† iam ad tertiam, & precipuam huius quæstionis partem (cuius perfecta cognitio requirebat scire quæ suprà prænotauimus) an legatarij, cessione heredis indigeant, vt aduersus collegatarios, qui integrè perceperunt legatum, agere possint? Quod si euenerit, triplici remedio legatariis consuli inuenio. Nàm primò, eis aduersus heredẽ, qui integra legata soluit, agere permittitur, vt de suo pretiũ indebitè solutum resarciat, Aymon Crauet. *cons. 214. nu. 7.* quem refert, & sequitur Gratian. *d. discept. 646. n. 30.* Tusch. *lit. L. conc. 55. nu. 15.* Secundò eis aduersus ipsos collegatarios, quibus integrè solutum est, actio, & indebiti condictio competit, Paul. & Alexan. *in l. 2. §. 1. D. de condict. indebiti,* Roland. Anton. Gomez, & Peregrin. quibus accedit D. Castillo *d. c. 51. nu. 21.* Gratian. *sup. n. 15.* Tusch. *d. nu. 15.* Amendola ad Franch. *decis. 236. n. 4.* Virgilius *de legitim. personæ, c. 20. n. 8.* Capycius Latro *decis. 12. nu. 3.* Indebitum namque dicitur, non solũ, quod omninò debitum non est, sed etiam quod per heredes vltra vires hereditarias, aut in præiudicium alterius exsoluitur, *l. si vniuersa, C. de legatis, l. 1. §. si is qui quadraginta,* vers. *neminem, D. ad Trebell.* Franc. Tondut. *quæst. ciuil, c. 27. num. 1.* Tertiò eis etiam succurritur, vt contra heredem agant, vt eis aduersus collegatarios condictionẽ indebiti cedat, vt ex Boerio *decis. 145. n. 5. & 6.* probat Gratian. *sup. n. 29.*

Sed† licèt verũ sit, legatariis hæc remedia, & actiones cõpetere: tamen eis indistinctè vti nõ posse, existimo, sed eorũ altero remedio, siue actione, iuxta casus varietatẽ. Nã si culpa aliqua heredi imputari possit, quòd integrè legata soluerit, iustũ & consonum erit, vt legatariis ipse teneatur: tamen si culpâ careat, nulla ratio erit, cur legatariis de suo resarcire debeat, quòd alij indebitè perceperunt, *l. fin. §. etsi præfatã,* vbi Gothofred. *lit. Y, C. de iure deliberandi,* expressus text. *in l. 3. in fin. D. de condict. indeb.* Finge enim, multo post æs alienũ emersisse: vel co- 38

dicillos, qui ad emptionē cōtinebant legatorū, vel diminutionem, diu fuisse cessatos, vt in specie *l.2.§.1.D. de cōdict. indebiti*, quis dixerit, culpæ heredis adscribēdū, qui ignarus eius alieni, vel codicillorū, eo tēpore legata præstitit, ad quorum præstationem per legatarios potuit compelli? Eo enim casu ad nihil aliud teneretur hæres, quā vt condictionem indebiti sibi competentem legatariis cedat; cùm non alia ratione heredem conuenire possint, quàm quod actionem habeat aduersus illos legatarios, qui indebitū perceperunt: vndè eius cessione liberabitur, optimus textus *in l. fideiussor 29. §. idem tractari, D. de fideiussor. l. si sic legatum 75. §. 2. & 3 D. de leg. 1.* latiùs dicam *tit. seq. quæst. 14. per totam.*

39 Similiter † neque legatariis aduersus eos, qui integra legata habuerunt, indebiti condictio indistinctè competit: nam licèt nouum non sit, vt quod alius soluit, alter repetat; *l. nec nouum §. l. 2. §. 1. l. 3. D. de condiction. indebiti*; Franc. Tondut. *resol. ciuil. cap. 27. nu. 6.* (vbi quod indebitè solutum per heredem, potest non solùm ipse, sed & creditores hereditarij repetere) Donell. *lib. 14. com. c. 18.* vbi Oluald. *lit. C.* Oluald. *dict. lib. 4. cap. 16. lit. B. infine*, vbi absque aliqua eius qui soluit cessione, indebiti condictionem alterum intendere posse asserit: tamen id non nisi in casibus in iure expressis admittendum est, quos refert doctissimus cō nihil sq; on. nū præceptor. Accurs. *in dict. l. non est nouum*, subtilissimus Anton. Faber *in rationali ad eam.*

40 Legatarius † verò nullibi hæc vtilis indebiti condictio aduersus alios, qui plenióra legata acceperunt, conceditur, neque id *in dict. l. 2. §. 1.* cautū inuenimus, longèque alia ratio est heredis, ad quem hereditatem pertinere declaratum fuit, cui iusta ratione vtilis indebiti condictio conceditur, vt recuperet legata quæ putatiuus heres indebitè persoluit: quàm legatarij, qui aduersus collegatarium nullam actionem habet. Quarè verius dicetur, nullam cōdictionem eis competere, cessione quę heredis indigere, vt agere, & condicere possint; nisi proponeretur heredem absentē, vel sine herede decessisse, quæ iusta causa esset, vt legatariis vtilis indebiti condictio permitteretur, arg. *l. 1. C. de obligat. & actionibus*, multos inuenies infra *dict. quæst. num. fin.*

Quarè † vt clarius iudicium meum proferam: his tribus propositionibus 41
me expediam. Prima, si heredi, qui integrè aliqua legata soluit, nulla culpa possit imputari; legatarij aduersus eū agere non possunt, nisi in id vt eis cedat condictionem indebiti, cuius cessione liberabitur. Secunda, si culpâ heres immunis non sit, legatarij aduersus eū agere possunt, vt quod indebitè soluit, ipse præstet; vel poterunt, si fortè soluendo non sit, eū compellere, vt eis cedat indebiti condictionē. Tertia, legatarij sine cessione aduersus alios legatarios agere non poterunt, nisi heres absens esset, vel decessisset sine herede, quo casu & vbi aliqua alia iusta causa subesset, citra cessionem, vtilem indebiti conditionem haberent.

SVMMARIVM.

1 *Lex duodecim Tabularum actiones hereditarias inter coheredes ipso iure pro portionibus hereditariis diuidit.*

2 *Heredes pro rata portionum conueniri debent, licèt defunctus insolidùm teneretur.*

3 *Quilibet ex heredibus vsurarij, an ad vsurarum restitutionem in solidum conueniatur.*

4 *Defunctus si onus æris alieni vni ex heredibus imponat, vel ipsi inter se conueniant, vt vnus debita hereditaria soluat, an creditor aduersus illum agere debeat?*

5 *Here-*

5 *Heredes an pro rata portionum sint conueniendi, licèt in instrumento adiectum fuisset, vt liceret creditori à quolibet heredum solidum exigere. Et quid si instrumentum haberet paratam executionem.*

6 *Heredem vnus, licèt soluendo nõ fiat, eius periculum alios coheredes nõ onerat: qui soluendo ratam, quæad eos spectat liberantur.*

7 *Heredes an inæqualitèr teneãtur ad oneris hereditarij præstationem, si prælegata inæqualia eis relicta sint: Et quid de iure nostro Regio, vbi vnus ex filiis in tertio, & quinto bonorum melioratur.*

8 *Heredes an insolidum conueniri possint pro debito dotis: duplex sentẽtia refertur, resoluitur dotis debitũ nihil speciale habere*, & num. 10. & 11.

9 *Heredes quandò conueniri possint in solidum pro legatis.*

10 *Intelligitur* l. cum ab vno §3. D. de legat. 3. & l. seruo legato, §. si testator, D. de legat. 1.

Laudatur Primarius Iuris Consultus, Supremi, & Regij Consilij Senator grauissimus D. D. Martinus de Larreatigui.

11 *Legatum creditori relictum, eius quod ipsi debetur inutile est, consistit tamen, si ab vno ex heredibus solui testator iusserit.*

12 *Alimentorum debitũ an ab vno ex heredibus insolidum exigi possit: variæ sententiæ referuntur vsque* ad num. 16.

Intelligitur l. 3. §. fin. D. de alimẽt. legat.

16 *Heredes in solidum tenentur, si debitum quod præstare tenebatur defunctus, indiuiduum esset.*

17 *Heredum vnus pignus, vel hypothecam possidens, hypothecaria actione in solidum conuenitur, & quid si hypotheca tacita, vel generalis tantùm sit.*

18 *Heres qui solidum soluit, partes ab aliis coheredibus repetit actione negoriorum gestorum, si hereditas diuisa iam sit: si verò non sit diuisa, iudicio familiæ erciscundæ.*

19 *Vnus ex heredibus solidum soluens, contra coheredes iurium cessionem desiderare potest.*

20 *Contra plures vnius heredes si quis causam habeat, & diuersi fori sint, an omnes corã vno iudice possit cõuenire; vel vnus quisque in suo foro sit conueniendus?*

Submissionis pactum factum alicui iurisdictioni, transit non solùm in heredes eius, qui se submisit, sed etiam in singularem eius successorem.

21 *Heredum quilibet in suo foro conueniendus est, si causa diuidua sit; si verò indiuidua, omnes coram vno iudice eorum superiore respondere tenentur.*

22 *Heredum vnus si conueniatur, an possit desiderare vt actor alios coheredes citari faciat?*

23 *Actiones actiuæ similitèr inter coheredes pro rata diuiduntur.*

24 *Vnus heredum non potest insolidũ conuenire, vel exequi debitores hereditarios, sine aliorum cessione*, & num. 25.

Iudicium cæptum ab vno ex heredibus, an conualidetur ex aliorũ coheredum cessione, quæ lite iam pẽdente superuenit.

26 *Exceptio iuris tertij quando locum habeat?*

27 *Vnus ex pluribus heredibus in solidum agere potest, si id quod petitur indiuiduum sit, veluti pro cõstitutione seruitutis.*

Seruitutes tàm vrbanorum, quàm rusticorum prædiorũ indiuiduæ sunt, quæ neque pro parte peti, cõstitui, vel amitti possunt.

28 *Vnus ex heredibus domini directi dominij, vel eius qui sub pacto de retrouendendo distraxit, totam rẽ*

absque aliorum coheredum cessione retrahere potest.

29 *Vnus ex pluribus heredibus debitoris census, potest censum in totum redimere, etiã renuente, & inuito creditore.*

30 *Quilibet ex heredibus an possit cẽsum quem debebat defunctus, pro rata sua redimere inuito creditore*

Census si ad plures pertineat, an eorũ quilibet cogi possit partem suam redimere.

31 *Heres qui vult partem census, quæ ad eũ spectat, redimere, potest adsus coheredes agere, vt ipsi partes suas etiam redimant, nẽ à domino census in posterũ molestetur.*

32 *Heres vbi admittitur ad agendum insolidum, tenetur cautionẽ præstare de restituendo portiones suas, aliis coheredibus.*

33 *Sententia lata contra vnum heredẽ, licèt causa indiuidua sit, aliis coheredibus non nocet, prodest tamẽ si in eius fauorem proferatur, idem in aliis litis consortibus procedit.*

Sententia lata aduersus vnum ex fideicommissariis, nõ nocet ei, si rursus pro partibus aliorum ex iuribus sibi cessis agat. ibid.

34 *Heres si in causis diuiduis pro rata sua agat, nõ poterit ei opponi, quòd alij coheredes sint.*

35 *Heres insolidum agere potest, vel defendere, si cauere paratus sit alios coheredes id ratum habituros.*

Expenditur l. 2. C. de cõsortib. eiusdem litis, & l. 10. tit. 5. part. 3.

36 *Coheres, vel consors, qui præstita cautione de rato insolidum agit, nõ potest exigere partes aliorum, sed deponi debent vt coheredibus soluantur.*

37 *Coniunctus qui præstita cautione de rato agit pro cõiuncto, si obtineat, non potest cogere debitorem, vt ei soluat, sed tantùm vt deponat ad fauorem coniuncti.*

38 *Vnus ex pluribus fideicommissariis qui in eodem gradu sunt, an possit integrum fideicommissum petere? remissiuè.*

QVÆSTIO. VI.

Heredum vnus an possit insolidum conueniri, vel agere absque aliorum coheredũ cessione. Et quãdò locum habeat exceptio iuris tertij. Interpretatur text. *in l. seruo legato 72. §. si testator, D. de leg. 1. l. cum ab vno 53. D. de leg. 2.*

LEgis † duodecim tabularum potestate, actiones hereditariæ inter coheredes ipso iure pro portionibus hereditariis diuiduntur, *l. si pacto successorũ, C. de pactis, l. licèt, C. ad leg. falcidiam, l. si ab eo, C. de negotiis gestis, l. 1. C. si certum petatur, l. 1. C. si vnus ex plurib. hered. debitor. l. vnica, §. videamus. C. de ret. vxoriæ actione,* Parlador. *rerum quotidian. cap. fin, 1 part. §. 1. num. 11.* Rodriguez *de executione cap. 4. num. 13.* Franc. Nig. Cyriac. *cont. for. lib. 1. cõt. 193. nu. 3.* Gaspar Thesaur. *lib. 2. quæstion. forens. quæst. 67. num. 10.* Duardus *ad Bull. §. 5. quæst. 16. à nu. 26.* Anton. Faber *de err. prag. decad. 80. err. 6.* D. Valentia *illust. iuris ad tit. de adquirend. hered. c. 4. n. 4. & 5.* Gothofred. *in l. si testamento, §. 1. D. de fideiuss. lit. H.* Qua † ratione etsi defunctus insolidum obligatus esset, inter eos creditore etiam inuito obligatio diuiditur, & non nisi pro rata, & portione sua vnusquisque tenetur, & cõuenitur, *l. 2. C. de hered. action. l. 2. §. inuertã, D. de præ-*

1

2

prætorius stipulation. l. ea quæ nominibus. C. familiæ erciscundæ, cum aliis cõ gestis a Gothofredo *in l. 1. C. si certum petatur, l. 10. tit. 12. part. 5.* Parlador. & Rodriguez *sup.* Anton. Gomez 2. *tom. var. cap. 10. nu. 3.* Gutierrez *lib. 2.*
3 *can. c. 18. n. 63.* (vbi † an idem procedat in plurib⁹ heredibus vsurarij, latè, & doctè Leotardus *de vsuris quæstion. 94. à num. 30.*) Gratianus *tom. 1. discept. 16. à nu. 7. & discept. 36. num. 41. & 150. num. 12.* Auendaño *decẽsibus c. 95. nu. 2.* Costa *de ratione rat. q. 23. &* 189. Riccius *collect. 528.* Giurba *in cons. Messan. cap. 9. glos. 5. n. 40.* Virgilius *de legitim. person. c. 20. à n. 38* Velascus *de priuileg. paup. 2. p. quæst. 58. nu. 3.* Donell. *lib. 7. com. cap. 11.* elegantissimè omninò videndus Shifordeg. *lib. 3. tract. 2. q. 14. &* 15. Hodierna, & Amatus infra referendi.

4 Quod † adeò procedit, vt quamuis defunctus in testamento iusserit, vel heredes inter se conuenerint, vt æris alieni onus alter ex heredibus subeat; nihilominus creditor aduersus omnes pro rata agere possit, *l. seruo legato 72. §. si testator, D. de leg. 1. l. si filia, §. si pater, & §. Papinianus, D. famil. erciscundæ, l. si cogitatione, C. codẽ tit. l. cum qui, §. 1. D. de verb. oblig. l. pacto successorũ, C. de pactis*, Parlad. *sup. n. 12.* Zeuall. 1. *tom. com. q. 76. à n. 10. &* 13. Costa *sup. n. 4.* Virgilius *supr. n. 38. vers. quarto amplia*, Hermosilla *in l. 5. tit. 5. p. 5. glos. 2. nu. 2.* Schifordeg. sup. nemine relato Merlin. *de pignorib. lib. 2. q. 15. à n. 48.* Quòd ampliat Rodriguez *d. n. 13.* etiã † vbi cautum fuisset, vt in arbitrio creditoris esset, vnũ
5 ex heredibus insolidum exigere. Ex omniũq; sententiâ ptocedit, licèt defunctus debitor esset ex instrumẽto, quod paratã executionẽ haberet, vt ex aliis aduertit Virgilius, vbi proximè.

6 Quæ † doctrina extenditur, vt etsi heredũ aliqui soluẽdo non fierẽt, alij vltra portiones suas nõ teneãtur, *l. si C. depositi, l. 3. in fin. D. de alimẽt. legat.* quia semèl per legẽ diui sâ obligatione, periculum vnius, non onerat alios, *l. legatorum petitio, D. de leg. 2.* Anton. Gom. *d. c. 10. nu. 4.* Zeuall. *dict. q. 76. nu. 14.* Parlad, *dict. §. 1. n. 13.* Thesaur. *d. q. 67. nu. 10.* Hermosill. *d. glos. 2. n. 4.*

Nec † non etiam locum obtinet, etsi testator alicui ex heredibus aliquid 7
prælegasset: nam ex inæquali prælegatorum quantitate, inæqualiter nõ tenebuntur, sed ad portiones tãtùm hereditarias respectus habetur, vt expressus est textus *in l. 1. C. si cert. petat.* Tepat. *d. c. 10.* Costa *d. q. 23.* elegantissimè suo more Robert. *lib. 4. rer. iud. c. 13. per totum*, Donell. *d. c. 11.* Schifordeg. *d. quæst. 14.* Curia Philip. *part. 2. iudicij executiui, §. 10. à num. 4.* Quod de iure communi sine dubio est; de iure tamen nostro Regio an idem procedat, & quo pacto contra filium à patre in tertio, & quinto melioratũ, executio pro rata meliorationis locũ habeat, videndus latissimè disputans Nõguerol *alleg. 4. à nu. 57.* cui addo latè agentem Rodriguez *de executione c. 4 à nu. 19.* D. Ioseph Velam *differt. 48. nu. 25. tom. 2.* Acostam *de priuileg. creditor. reg. 2. amp. 3. num. 19.* elegantèr D. Valentia *tom. 3. illust. ad tit. de legatis in l. 1. nu. 28.* videndus *à nu. 16.*

Hæc † tamen regula, quòd heredes non nisi pro portionibus hereditariis conueniendi sint, in aliquibus ca 8
sibus non sine controuersiâ est: nam sunt qui existiment, limitandam esse, in causa dotis, ita vt eius fauore, quilibet heredum in solidum teneatur, vt post *glos. in l. cum ab vno, D. de leg. 2.* tenet Bartol. ibi & in *l. continuus 137. §. fin. num. 10. D. de verborum obligat.* Afflictis *decis. 332. vbi Vasil. num. fin.* Gratianus *discep. 16. num. 15.* Costa *num. fin.* Molfesius *ad consuetud. Neapol. tit. de iure dotium part. 4. quæstion. 9. à num. 9.* accedere videtur Fontanella *de pactis nuptial. clausul. 5. glos. 11. part. 1. num. 49.* Fachin *libr. 12. contr. cap. 51.* Surdus *decision. 90.* multis relatis Camillus Borrell. *in sum. decision. tom. 3. tit. 5. à n. 490.* vbi inducbita-

bitabile esse asserit, concurrente in id voluntate testatoris, qui vnum heredem insolidum grauauit, iuxta *dict. l. cum ab vno*, sequitur Anton. Gomez *dict. cap.* 10. *num.* 4. *infine*, Velascus *d. quæst.* 58. *numer.* 4. Riccius *ad Franch. decis.* 582. qui refert Couarr. & alios. Heredes etiam eius, qui dotem marito promisit, insolidum conueniri posse affirmat Magonius *decis. Lucēs.* 111.

9 Contraria † tamen sententia, quod dos nihil speciale habeat, verior & receptior est, quam post alios tuetur Spino *de testamentis glos.* 11. *num.* 81. Franch. *dict. decis.* 581. Gaspar Thesar. *dict. quæst.* 67. *num.* 7. late disputans Gizarell. *decis.* 50. *per totam*, Hodierna *ad Surdum decis.* 90. Visconte *ad Franch. decis.* 203. Costa *dict. quæst.* 23. *num.* 2 Acacius Ripol. *var. cap.* 10. *à nu.* 127. *ad* 135. Schifordeg. *dict. lib.* 3. *tract.* 2. *quæst.* 14. *&* 15. videndus Leotardus *de vsuris quæst.* 97. *num.* 25. vbi *à num.* 19. disputat, quando insolidū, vel pro portionibus hereditariis possint heredes pro legatis conueniri.

10 Cui † verissimæ sententiæ non aduersatur textus difficilis *in l. cum ab vno, D. de legat.* 2. quo loci probatur, in cū solum heredem, à quo testator dotem mulieri legauit, dandam esse actionē.

8 In cuius interpretatione, & solutione cruciantur, qui posteriorem hanc sententiam amplectuntur: varios intellectus referunt, Franch, Gizarell. & Hodierna. Sed his omnibus reiectis, verissimè dicendum est, in eo textu nihil speciale dotis fauore statui, eiusq; decisionem in quolibet alio legato, eius quod creditori debetur, procedere. Quod vt rectius, simul, & clarè explicem, multum refert existimo, an testator onus æris alieni, siue dotis, simplicitèr vni ex heredibus iniunxerit; an verò ab vno heredē creditori, quod ei debebatur, vel mulieri dotem legauerit. Nam primo casu creditor, aut vxor pro dote insolidum aduersus heredem grauatum agere non poterunt; sed coheredibus in eum actio competet, vt solidum præstet *dict. l. seruo legato, §. si testator*, ita intelligenda. Alio verò casu, si creditor, vel vxor, iure suo, & actione vti nollint, & agnoscerent legatum crediti, vel dotis, poterunt insolidum heredem a quo legatum relictum est, cōuenire: in qua specie loquitur Cons. *in d. leg. cum ab vno.* Quam interpretationem, & cōcordiam, verissimam esse suadent verba text. *in l. fissilia, §. Papinianus, D. familiæ ercisc.* ibi: *Papinianus ait, si vni ex heredibus onus æris alieni iniungitur citra speciem legati*, docet late exornans Schifordeg. *dict. quæst.* 14. *&* 15. singulariter omnino videndus doctissimus D. D. Martinus de Larrea tugui *lib.* 4. *select. iur. cap.* 16. *num.* 3. *&* 4.

Illud † verò passim aduertere non omittam, quòd licèt vbi debitor creditori id, quod debebat legauit, inutile legatum sit, nisi aliquid amplius in legato esset, quàm erat in debito, *l. si creditori* 28. *cum l. sequent. D. de leg.* 1. *l. Mæuius* 66. *l. vnum ex familia* 67. *D. de leg.* 2. *l.* 3. *§. si rem, l. si deportati* 7. *§. vlt. D. de leg.* 3. *l. si debitoris, l. si creditor, l. si idem est, l. legaui, §. contra, D. de liberat. legat. §. ex contrario, Instit. de legatis*: tamen legatum eius, quod creditori debebatur, ab vno ex heredibus relictum, etiam citra aliud commodū, vel repræsentationem consistet: quia creditori magis expedit, ab vno ex heredibus solidum consequi, quàm in omnes pro portionibus hereditariis agere, *argum. l. & ancillarum* 27. *§. vltim. D. de peculio*, Anton. Faber *in C. ad tit. commun. vtriusque iudicij def.* 3. *num.* 4. D. Lara *de anniuers. & capell. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 36. cùm exactio partium non minima in cōmoda habeat, *l. planè* 3. *D. famil. ercisc. l.* 3. *§. in causa, D. de transact. l.* 3. *§. apparet, D. de transact. l.* 3. *§. apparet, D. de admin. tutor.* dixi sup. *tit.* 3. *quæst.* 12.

11

In † alimentis etiam non minùs cōtrouertitur, an decisio *dict. l.* 2. locum habeat, superiorque doctrina temperetur? Et eorum fauore insolidum aduer-

12

aduersus heredes actionem competere, firmant post *glos. in dict. l.* 2. ex Thoro, & Pellic. Riccius ad Franch. *decis.* 203. ex aliis Gabriel Velascus *de priuileg. paup.* 3. *part. quæst.* 8. *num.* 180. Vbi etiam probat, legatum Ecclesiæ relictum a quolibet heredum insolidũ exigi posse, sequitur Virgilius *de legitim. person. cap.* 20. *num.* 38. *in fin.*

13 Alij † verò distinguendum putãt, inter alimenta præterita, & futura: vt præterita pro rata ab heredibus præstentur, futura verò insolidum debeãtur, Baldax. de Angel. *in add. ad Gizarellum decis.* 50. *nu.* 4. Franch. *dict. decis.* 203. Rationem assignant, quòd alimenta præterita non eisdem priuilegijs, & fauoribus potiuntur, quibus futura, *l. de alimentis, C. de transact.* idem Gizarell. & Baldax. *decis.* 47. innumeris relatis Giurba *ad consuet. Messan. cap.* 7. *glos.* 15. *à num.* 12. D. Salgado *de Regia protect.* 3. *part. cap.* 1. *à nu.* 10.

14 Alièr † placuit aliis distinguere, scilicèt inter alimenta debita ex contractu, & promissione præcedenti; & alimenta, quæ ex æquitate, & officio iudicis debentur: vt vno casu obligatio insolidum in heredes descendat: in alio verò proportionibus tantùm hereditarijs, ita Costa *de portion. rat. q.* 31. *num.* 4. cui accedit Thesaur. *dict. q.* 67. *num.* 12. A quâ sententia, & distinctione non multùm discrepat alia, quã tradit Petr. Surd. *de alimẽt. tit.* 9. *quæstion.* 14. qui existimat, quòd quotiens obligatio alendi ortum habuit à promissione, & obligatione defuncti, cui plures heredes succedunt, omnes insolidum tenentur, nè in eis varietur qualitas obligationis, quæ ab vna persona sine aliqua diuisione initium habuerat: at verò quãdò à pluribus heredib⁹ relinquuntur, & præstãtur alimẽta, cũ obligatio ipsa à pluribus incipiat, & in eius initio, & origine ex voluntate testatoris diuidatur, heredes non nisi pro rata conuenientur, licèt possit iudex eos compellere, vt vnũ eligant, qui alimẽtorum onus insolidũ subeat, iuxtà textum *in l.* 3. *§. fin. de alimentis legatis*, Gratian. *d. discept.* 16. *à nu.* 27.

Sed † indistincte sentiunt alij, heredes non nisi proportionibus hereditarijs ad præstationem, & solutionẽ alimentorum vrgeri posse, licèt ratione maioris commoditatis eius qui alẽdus est, possit desiderare, vt coheredes vnum ex ipsis eligant, qui alimenta ministret, quòd si facere recusent, iudex eliget, *dict. l.* 3. *D. de aliment. legat.* Ioseph. Ludouic. *decis.* 92. *num.* 1. *& 14. part.* 2. D. Molina *de primogeniis lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 43. *& 44.* Hermosilla *in l.* 1. *tit.* 4. *part.* 5. *glos.* 6. *num.* 45. Pro qua sententia quòd obligatio alendi, qua tenebatur defunctus, in heredes pro hereditarijs portionibus descendat, expendo textum *in l. cum vnus* 10. *D. de alimentis legatis.* 15

16 Prædicta † tamen, quæ de diuidenda defuncti obligatione inter plures heredes diximus, eo casu procedunt, quo obligatio diuidua esset: nàm si diuisionem non reciperet, omnes heredes insolidum obstricti essent, *l. stipulationes* 72. *D. de verbor. obligat. l. fideicommissa* 11. *§. si inopere, D. de leg.* 3. *l. is qui* 80. *§. quædam, D. ad leg. Falcid.* quibus probatur, legatum, vel stipulationem operis faciendi, vel insulæ fabricandæ, diuisionem non admittere, singulosque heredes insolidùm teneri, vt rectè explicat D. D. Melchior de Valentia *illustr. iuris lib.* 2. *tract.* 4. *c.* 6. *à num.* 8. *& cap.* 7. *à num.* 30. omninò videndus, Donell. *dict. cap.* 11. Horatius Carpan. *ad stat. Mediol.* 2. *tom. cap.* 247. *nu.* 53. Franch. *dict. decision.* 581. *num.* 7. Anton. Gomez *dict. cap.* 10. *ferè per tot.*

37 Similitèr † aduersus heredem pignus, vel hypothecam possidentem insolidum agi poterit, si creditor hypothecariam actionem aduersus eũ exerceat, *dict. l.* 2. *C. de hered. actionibus*; *l. fin. C. si vnus ex pluribus hered.* nam cũ ius hypothecæ indiuidum sit, transit cum rebus ipsis hypothecæ subiectis, sine aliqua diminutione, Palador. *d.*

cap.

cap. fin. 1. part. §. 1. à num. 15. Rodriguez *dict. cap. 4. à numer. 14.* Virgilius *dict. cap. 20. num. 38.* vers. *ista regula fallit*, Zeuallos *com. 1. tom. quæst. 76. & tom. 3. quæst. 784.* Noguerol, qui dat alios *allegat. 4. à num. 44.* Cœcius *de censibus quæst. 96. num. 4. & quæstion. 97. num. 4.* Duardus *sup. nu. 28.* Et an idem in generali, vel tacita hypotheca procedat: Rodriguez *de reditibus lib. 2. quæst. 9. num. 61.* apud quos latè de materia *dict. l. 2.* videdus Hermosilla *in l. 32. glos. 3. à num. 38. tit. 5. part. 5. & in l. 5. tit. 2. glos. 1. &* 2. Ant. Fab. *de erro. prag. decad. 80. error. 7. &* 8. Merlin. inf. referêdus *n. 53.*

18 Illud † tamen non omittam, quòd vbi vnus ex heredibus solidum soluit, ab alio coherede quantitatem, quam pro eo soluit, actione negotiorum gestorum, si hereditas diuisa est, vel iudicio familiæ erciscundæ, si diuisio facta non fuisset, consequi poterit, *l. 3. C. de negotiis gestis, l. heredes 25. §. contra, D. famil. erciscūdæ, l. 2. §. ex his, D. de verbor. obligationib.* Ant. Gom. *d. 2. tom. cap. 10. num. 31. in fine*, D. Valentia *d. cap. 6. nu. 10. in fine.* Poterit † etiã de-

19 siderare, vt creditor ei aduersus alios coheredes actiones suas cedat, vt aduertit Rodriguez vbi proximè, *num. 18.* Cencius *de censibus quæst. 104. numer. 11.*

Aliud † etiam in proposito inqui-

20 rendum est, an vbi debitor pluribus heredibus relictis decesserit, qui diuersi fori sunt, possint omnes coram vno iudice conueniri, vel quilibet in foro suo, sit conueniendus? In quo casu, si defunctus se submisserat alicui iudici, heredes eius coram eo conueniri poterunt: quia submissio non solum afficit submittentem, sed etiam heredes eius, & particulares, seu singulares successores, Noguerol *alleg. 4. nu. 19. &* 20. cui addo Fontanell. *de pactis nuptial. claus. 3. glos. 3. à nu. 53.* Iacob Cãcer. *2. part. var. cap. 2. à nu. 189.*

21 Submissione † verò cessante, distinguendum erit, an causa diuidua, vel indiuidua sit: nàm si diuidua esset, vnus quisque eorum coram suo iudice cõueniri deberet, vt insinuat Rodriguez *de reditibus dict. quæst. 9. num. 61.* cuius meminit Rodriguez *de executione, cap. 4. num. 14. ante medium.* Sin verò indiuidua esset, omnes coram vno iudice eorum superiori, & digniori conueniri possent, *l. 1. & 2. C. quibus de rebus ad eund. iud.* multis relatis D. Castillo *tom. 6. cont. cap. 165. nu. 47.* doctissim. D. Salgado *de retent. Bullar. 2. part. cap. 14. à numer. 23. & per tot.* D. Lara *de vita homin. cap. 21. à nu. 45. &* 48. Virgilius *dict. cap. 20. à nu. 39.* ex variis iuribus, & ad varios casus hãc distinctionem sequitur Scobar *de iurisd. Pont. & Reg. cap. 54. per totũ.* An

22 † verò si heredum vnus conueniatur, possit desiderare, vt prius eius coheredes citentur, & vt interim respondere non teneatur, videnda *l. 1. C. de consortibus eiusdem litis*, Valascus *consul. 38.* Hermosill. *in l. 32. tit. 5. part. 5. glos. 3. à num. 41.* vbi etiam an coheredum vnus insolidum conuentus, si litẽ suscipiat, & alios coheredes esse taceat, insolidum condemnandus sit?

23 Eodem † etiam modo, quo actiones passiuas inter coheredes pro hereditariis portionibus diuidi diximus, ita etiã inter eos actiones actiuæ scinduntur, Franch *dict. decis. 581. num. 7.* ibi: *Quia lex duodecim tabularum ipso iure diuidit actiones actiuas, & passiuas inter heredes pro ratis hereditariis*, multis relatis Anton. Amato *nu. 37. &* 38. statim referendus. Idque quod testator in nominibus, & actionibus reliquit, pari ratione inter coheredes ipso iure diuiditur, *l. ea quæ 6. C. familiæ erciscundæ*, optimus text. *in l. 1. C. de exceptionibus*, Morquecho *de diuis. bonor. lib. 2. cap. 14. nu. 14.* Quarè † vnus heredum debitores hereditarios insolidum conuenire nõ poterit, *l. 2. C. si pars hered. petat.* nisi abaliis coheredibus cessas habeat actiones, sing. text. *in l. si ita legatum 42. D. famil. erciscæ.* Schifordeg. *lib. 3. tractat. 2.*

24

quæst.

quæst. 15. *circa finem*, qui refert Cosiã & Thesaur. & latiùs *dict. lib.* 3. *tract.* 6, *quæst.* 9. & 10. etsi insolidùm exegerit, vel executionem petierit, si aduersarius alios ei coheredes esse excipiat, non nisi pro virili parte locum habebit addictio, vulgo *el remate*, nisi actiones à coheredibus cedantur, vt ex Parlad. Rodrig. *de execut. cap.* 3. *num.* 17. Costa *de portion. rat. quæst.* 189. *n.* 1. Cur. Philip. *tom.* 1. *part.* 2. §. 9. *n.* 6. Villadiego *cap.* 2. *num.* 42. Noguerol. *allegat.* 4. *num.* 44. qui asserit, hanc exceptionem non impedire ingressum viæ executiuæ, sed ad decem dies reseruandam esse, & in addictionis sententiâ super eâ pronunciandum, Anton. Amato 1. *tom. var. resol.* 13. *nu.* 43. qui asserunt, sufficere quòd cessio pẽdente litè superueniat, vt iudicium ab vno ex heredibus ceptum cõualescat, *l. si rem alienam*, §. *fin. D. de pignor. action.* Simon de Prætis *de interp. vlt. voluntat. lib.* 5. *interp.* 2. *dub.* 2. *à nu.* 69. & 81. *fol.* 493. Fusar. *de substit. quæstion.* 609. *nu.* 9. Marius Giurba *de success feudor.* §. 2. *glos.* 4. *nu.* 93. vers. *amplia* 1. quàm doctrinam accipies iuxta distinctionem de qua nos infrà *tit.* 6. *quæst.* 9.

25 Debitor † quę insolidũ ab vno heredum conuentus, etiam sine vlla coheredum cessione, de eorum iuribus opponere poterit, Thesar. *decis.* 4. *nu.* 8. Gratian. 4. *tom. discept.* 653. *nu.* 39. licèt aliquantulum dubitare videatur Mieres *de maioratib.* 4. *part. quæst.* 15. *nu.* 31, qui asserit, quòd vbi iura sunt cessa, sine dubio de iure tertij opponi, & excipi poterit.

26 Vndè † coheredi solidum exigenti, rectè obiicitur, alios coheredes esse, vt ex Thes. Petra, & Surdo tradit Fõtanella *decis.* 48. *n.* 19. Farinac. 2. *tom. posth. decis.* 171. *nu.* 9. Bellonus *de his, quæ fiunt in contenti lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 5. nam reo de iure tertij, quod exclusiuum iuris agentis est, opponere licet, Doctores communiter *in l. loci corpus* §. *competit, D. si seruit. vindicet.* latè Mieres *dict. quæst.* 15. *à nu.* 13. Cabedo *decis.* 63. *part.* 1. *nu.* 4. Thesaur, *dict. decis.* 4. Surdus *decis.* 280, & *cons.* 48. & *cons.* 415. *à nu.* 12. Fontanell. *de pactis nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 2. *à num.* 28. & *part.* 15. *à nu.* 47. & 56. Marius Muta *decis.* 20. *à nu.* 17. Bellonus *dict. cap.* 22. *per tot.* Cancer. 1. *par. var. cap.* 18. *à num.* 16. Ioan. And. Dornsperg. *syntag. iuris lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 19. Giurba *dict. glos.* 9. *à nu.* 81. Hermosilla *in l.* 1. *tit.* 1. *part.* 5. *glos.* 2. *num.* 20. Virgilius *de legitim. personæ in prælud. à nu.* 15. nouiter D. Ioseph Vela 2. *tom. dissert.* 47. *nu.* 1. qui latissimè prosequuntur quandò de iure tertij opponi possit, quandòque ius tertij siue agendo, siue excipiendo, sine cessione in iudicium deduci possit, videndus omninò Iacob Cancer. *lib.* 2. *var. cap.* 16. *à nu.* 120. *ad* 133.

Sed † maiori indiget examine dubium hoc, an coheres insolidum agere possit? Et quotiẽs id quod petitur indiuiduum est, vnus heredum absque aliorum cessione insolidum rectè agit: veluti si ageret pro constitutione seruitutis, vt in specie tradit Virgil. *de legitim. personæ cap.* 20. *nu.* 37. *in fin.* Mastrill. *decis.* 199. seruitutes enim prædiorum, tàm vrbanorum, quàm rusticorum cùm indiuiduæ sint; neque pro parte promitti, peti, constitui, aut amitti possunt, *l.* 2. *l. vtpomum* 8. §. *vlt. l. pro parte* 11. *l. viæ* 17. *D. de seruitutib. l. vna est via* 18, *l. si vnus* 19. *D. de seruit. rust. præd. l. heredes* 25. §. *an ea, D. famil. ercisc. l. stipulationes* 72. *D. de verbor. obligat. l.* 9. *tit.* 31. *part.* 3. Cuius indiuiduitatis rationem post Donell. Anton. Fabrum, Cuiacium, Goueanũ & Hotom. elegantèr assignat D. Valentia *illust. iuris lib.* 2. *tract.* 4. *cap.* 7. *per tot.* vbi *à nu.* 30. doctè prosequitur, qualitèr vnus heredum illius, qui promisit seruitutem, ad illius cõstitutionem obstrictus sit; qualitèrque vnus ex pluribus heredibus eius, cui promissa fuit seruitus agere possit ad illius præstationem: quæ etiam subtiliter

27

tèr suo more disputat D. Larreatigui *sel. Ect. iur. ciuil. lib. 4. cap. 12. per tot.*

Similitèr † & vnus ex directi domini heredibus, totam rem absque aliorum cessione retrahere poterit, vt veriorem sententiam contra Surd. dicit Castillo *decis. 101.* quem sequitur Manus Giurba *decis. 52. num. 22.* Hermosilla *in l. 42. tit. 5. part. 5. glos. 7. num. 9.* Ita etiam vnus ex pluribus heredibus venditoris cū pacto de retrouēdēdo, potest in totum rem retrahere quin aliorum coheredū cessione indigeat: licèt postea eis volentibus partē præstare teneatur, soluto ei pretio, vt ex Tiraquell. Castrēns. & aliis probat Ioseph Ludouic. *decis. 112. à nu. 9.* D. Lara *de vita homin. cap. 23. à nu. 30.* Hunnius *in Encyclop. iur. 3. part. tit. 15. cap. 2. à num. 17.* Quemadmodùm vnus ex pluribus venditoribus potest integrū pretium offerendo, totam rem redimere: quam sententiam variis iuribus confirmat Fachineus *lib. 2. cont. cap. 2.* Hermosilla *dict. num. 90.* videndus à veri. *ampliat.* Iacob Cancer. 3. *part. var. cap. 7. à num. 247.* Noalis *trāsmissione casu 56. num. 11.* Cencius *num. 9.* Amatus *num. 45.* fiatim referendi.

29 Ex † his occurrit inquirere, an si debitor census pluribus heredibus relictis decedat, possit quilibet ex eis, totum censum redimere, inuito & renuēte creditore? Et affirmatiuam sententiā, quòd absque aliqua cessione, vel aliorum coheredum mandato possit coheres integrum censum redimere, ex Follerio, & aliis tenet Cencius *de cens. ib. quæst. 104. n. 9.* videndus Duardus *dict. §. 5. quæst. 16. num. 31.* quod adeò verùm est, vt neque meruerit in dubium reuocari: cùm non solùm correus, sed quilibet extraneus ad census redemptionem, & extinctionem admittatur, prout suo loco dicemus.

Id † sanè difficilius est, an vnus ex
30 pluribus heredibus eius, qui census imposuit, ius habeat redimendi cēsum pro portione sua hereditaria; et an ad reuendendum, seu redimendum pro sua parte possit cogere creditorem? Et sine dubio est, in eo creditore recenti priorem pro parte hereditariā fieri non posse, vt sentit Rodriguez *de reditibus lib. 1. quæst. 18. num. 36.* cui licèt dubius accedit Cencius *d. quæst. 104. num. 8.* videndus *quæst. 110. & quæst. 109. à num. 36.* vbi inquirit, an si plures sint census domini, quilibet eorum inuitus partem suā reuēdere teneatur? Licèt verò vni ex pluribus he- 31
redibus, vel debitoribus eius, non liceat renuente creditore partē census, quæ ad eum spectat, redimere; poterit tamen aduersus alios coheredes, vel debitores census agere, vt partes suas redimant, *l. his consequenter, §. Celsus, l. heredes, §. idem iuris, D. famil. ercisc.* D. Lata *sup. num. 31.* ex Feliciano, & aliis contra Auendañum resolvit Cēcius *dict. quæst. 104. nu. 15.* Duardus *vbi proximè, dict. num. 31. & 36.*

His † verò casibus, quibus diximus, heredem in solidum admitti sine 32
indiuiduam petat, tenebitur cautionē præstare, idoneamque satisdationem de restituēdo aliis coheredibus eorum id quod supra eius partē est, *l. si stipulatus, §. si longè, D. de solutionib. dict. l. heredes, §. an ea*, melior text. *in l. 1. §. si pecunia, D. depositi*, his verbis: *Sed cùm res* 33
sunt quæ diuidi non possunt, omnes debebit tradere satisdationem idoneam petitori eis præstandam, in hoc quod supra partem eius est, Anton. Faber *in C. ad tit. de inoffic. test. lib. 3. tit. 19. def. 6. num. 6.* Ant. Amat. *dict. resol. 13. num. 38.*

Cæterum † licèt possit vnus heredum, vel consortium, in indiuiduis in solidum agere, vel defendere iuxta superiora iura, facit etiam *l. si cum alio, D. de noxalib. actionib.* id tamen intelligendum est, respectu iuris in iudicium deducendi; non verò respectu præiudicij generandi alteri coheredi, vel consorti, Osuald. ad Donell. *lib. 18. com. cap. 12. lit. C.* Nam sententia in eius fauorem data alteri coheredi, vel consorti proderit; sed contra eū pronunciata aliis non nocebit. Vt in consorti-

fortibus probat *l. Titio centum*, §. *Titio genero in fine, D. de condit. & demõstrat. l. denunciasse*, §. *fin. cum leg. seq. D. ad l. Iul. de adulteriis*, Alex. Trentacinq. *lib. 2. var. tit. de procuratorib. resol. 7. nu. 2.* Fabius de Anna. *cons. 89.* D. Valenzuela *cons. 152. à nu. 6.* & de iure Regio habemus text. expressum *in l. 21. tit. 22. par. 3.* doctus Otero, decretorum Cathedræ in mea Vallisoleti celeberrima Academia olim antecessor *de pascuis, & iure pasc. cap. 16. num. 29.* Scobar à Corro statim referendus *quæst. 13. §. 1. num. 20.* In heredibus, idẽ probat Hermosilla *in l. 32. glos. 3. nu. 41. tit. 5. part. 5.* ex Carocio Mauro, & aliis Gaitus *de credito, cap. 2. tit. 3. à nu. 385. & 407.* Quemadmodùm nec sententia lata aduersus vnũ debitoris heredem, aliis coheredibus etiam litem scientibus nocet, *l. sæpe 63. D. de re iudicat.* Osascus *decis. 157. num. 12.* Arism. Tepat. *tit. 253. cap. 1. vers. sententia lata contra vnum ex heredibus.* Quæ tamen tàm in coheredibus, quàm in consortibus elegantèr limitat Gaito *sup. à num. 401. & 595.* omninò videndus Scobar à Corro *in suo non satis laudato tract. de purit. sang. part. 1. quæst. 13. §. 1. à nu. 15. & §. 2. à num. 2.* & latè *quæst. 17. §. 2. per tot.* In eleganti casu D. Larrea *decision. 77. per tot.* vbi refert decisum sententiam latam contra vnum ex fideicommissariis, neque ei qui litigauit nocere, si rursus agat pro parte aliorum fideicommissariorum, ex iuribus sibi per eos cessis.

In diuiduis † verò causis, heredum
34 vnus non nisi pro parte suâ agere, vel executionem petere poterit; *dict. l. 1. §. si pecunia, D. depositi.* Si verò portionem tantùm suam exigat in iudicio, ei non obstabit exceptio, quòd alij coheredes, vel consortes sint, *l. 1. C. de*
35 *consortib. eiusd. litis.* Sit tamẽ pro aliorum coheredum partibus executionẽ petere, vel agere intendat, admittetur, si cauere paratus sit, alios coheredes id ratum habituros, *l. 2. C. de consortibus eiusd. litis, l. 10. tit. 5. part. 3. vers. esso mismo dezimos*, Rodriguez *de executione, cap. 4. num. 17.* Monteale-gre *lib. 1. cap. 6. nu. 102.* Qua cautione præstita etiam si lis per coheredes, vel consortes contestata non sit, ad solidi petitionem admittuntur: quod de iure nostro Regio in dubitatum est, vt sentit Gregor. Lopez *in dict. l. 10. glos. 7.* licèt iuxta Accursij, & aliorum sententiam, de iure communi non alitèr consorti insolidum agere liceret, etiã præstita cautione de rato, quàm si lis per consortem contestata iam fuisset, *dict. l. 2.* ibi: *Post litem legitimè ordinatam*, sequitur Trentacinq. *dict. resol. 7. à num. 5.* Donell. *dict. cap. 12.* Alij tamen existimant, iure communi attento, consortem, vel coheredem etsi cæteri heredes litem contestati non fuissent, insolidum agere posse, oblata satisdatione de rato: vel defendere præstita satisdatione iudicatum solui, vt post Decium obseruat doctiss. Cuiacius *tom. 3. ad tit. C. de consortibus*, videndus latè disputans, & varios referens Osualdus *dict. cap. 12. lit. O.* Carocius *decis. 2. à nu. 21.* Farinacius *lib. 1. cons. 73. à num. 1.*

Licèt † tamen coheres, vel litis cõ- 36
sors ad solidi petitionẽ præstita cautione de rato admittatur, tamen desiderare non poterit, vt integra summa etiam pro aliorum coheredum portionibus sibi soluatur; sed tantùm partem quæ ad eum pertinet exiget, alias verò deponere faciet, Rodrig. vbi proximè, qui refert Parlad. Pro quo † facit, quòd licèt coniunctus pro cõ- 37
iuncto præstita cautione de rato, sine mandato agere possit, *l. sed & hæ personæ, D. de procuratorib. l. 10. titul. 5. part. 5.* latissimè Golmus *de procuratorib. 3. part. cap. 1. & 2. per tot.* Virgilius *de legitim. personæ, cap. 19. à n. 10.* latissimè etiam Donell. & Osuald. *d. cap. 12. lit. H. cum sequentib.* tamen ei solui non potest, *l. cum maritum, C. de solutionib. l. liberto, §. quãquam*, aliàs *l. qui alienã, §. quãquam, D. de negotus gestis:*

gestis: sed tantùm cogere poterit debitorem, vt deponat pecuniã, Roderic. Suarez *in l. post rem iudicatam, quæst. 3. num. 29.* Gratianus *discept. 401. à numer. 4.* Iacob Cancer. *part. 2. var. cap. 14. à nu. 147.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tit. 66. de procuratorib. à nu. 96. tom. 1.* qui multos referunt.

38 Quandò † verò vnus ex pluribus, qui eũdem gradum obtinet, possit integrum fideicommissum petere, & de distinctione inter heredes re; vel re; & verbis coniunctos; vel verbis tantùm, videndi Virgilius *dict. cap. 20. à n. 34. ad 38.* Anton. Amato *dict. resol. 13. à num. 41.*

SVMMARIVM.

1 *Vendita re, vel fundo, transiit in emptorem omnia iura realia competẽtia venditori ratione illius rei, vel fundi: actiones verò personales nõ transferuntur, nisi cedantur.*

2 *Secundus fundi, vel domus cõductor non potest expellere primum, nisi cessionem habuerit à domino, vel in eius locum sit subrogatus.*

3 *Secundus emptor, à quo res fuit euicta, an possit agere de euictione cõtra auctorẽ auctoris sui, nulla interueniente cessione. resoluitur negatiuè.*

4 *Actio ex empto de euictione personalis est, quæ de vna in aliam personã sine cessione non transfertur.*

5 *Secundus emptor agit de euictione cõtra auctorem auctoris, si iura ab eo cessa habeat, vel in eius locũ subrogatus sit, vel si iura ratione illius rei competentia venditori, emptori cessa fuissent, vel si emptorem procuratorem in rem suam faceret,* & num. 6.

7 *Secundus emptor qui emit à primo, qui læsus fuerat vltra dimidiam iusti pretij, non potest agere contra primum venditorem remedio l. 2. C. de rescind. vend. nisi primus emptor ei iura sua cessisset.*

8 *Census, vel fundus si vẽdatur, an trã seat in emptorem quæritur, qui seruitus, siue eius ad eum pertinens vẽditoris?*

Refertur Bart. *qui distinguit inter seruitutem continuam, vel discontinuam.*

9 *Seruitutem aliud vè ius reale prædio debitum, cum ipso prædio in emptorem transit, citra cessionem,* & num. 12. & 13.

10 *Expenditur in contrariũ* l. in vendendo, D. de contrah. empt. & intelligitur, cum num. sequent.

15 *Ius quod habet venditor, vt cõstituatur seruitus prædio suo, in emptorem prædij non transit, nisi cedatur,* & num. 13.

14 *Coheres si hereditatis partem, quæ ad eum spectat, vendat: deinde alterius coheredis portio deficiat, an portio illa deficiens ad venditorẽ hereditatis, an verò ad emptorem pertinere debeat?*

11 *Ius accrescendi, & portio deficiens ad emptorem hereditatis pertinere, qui defendant,* ex text. in l. si totam 82, D. de acquirend. hered. l. Papinianus, D. ad S. C. Trebellian.

16 *Portionem deficientem ad venditorem hereditatis pertinere defendunt alij.*

17 *Heres post venditionem hereditatis, heres adhuc manet, quia non hereditatem, sed hereditatis bona distraxisse intelligitur.*

Vendita hereditate nihil amplius vẽditum censetur, quàm quod eo tẽpore hereditatis fuit.

18 *Interpretatur* text. in l. si totam, de acquir. heredit.

19 *Intelligitur* text. in l. Papinianus, D. ad S. C. Trebell.

20 *Refertur alius intellectus* Ioann. Gutierrez.

21 *Portio, quæ post restitutam hereditatem deficit, ad fideicommissarium perti-*

pertinet, siue heres sponte, vel coactus adisset.

22 *Portionem, quæ post venditam hereditatem deficit, ad venditorẽ spectare resoluitur.*

Limitatur, si tacitè, vel expressè ius accrescendi in venditione fuit comprehensum.

23 *Vnus ex legatarijs si partem legati, quæ ad eum spectat, vendat: & postea collegatarij pars deficiat, an legatario, an verò emptori pertineat? duplex sententia refertur; Et ad legatarium spectare eligitur.*

24 *Emptori census emphyteutici, an pertineat ius petendæ, & declarandæ caducitatis incursæ ante venditionem.*

Ius petendæ, & declarandæ caducitatis non transit in heredem, si dominus in vita conquæstus nõ fuit, ibid.

25 *Animi declarandi ius, ad heredes non transmittitur.*

26 *Ius declarandæ caducitatis cum ipso censu emphyteutico cedi, & vẽdi potest.*

Discriminis ratio assignatur, cur iº declarandæ caducitatis cessibile sit, cũ tamẽ in heredẽ nõ trãsmittatur

27 *Vendito censu, an pẽsiones decursæ, & nondũ exactæ, vẽditæ, & cessæ censeantur? remissiuè.*

Vendito fundo locato, an cessũ videatur ius exigendi pensionem à conductore. remissiuè.

Vendito pignore, an videatur cessa, & vendita pignoraticia actio cõpetens creditori. remissiuè.

28 *Ius retinendi, excipiendi, & se defendendi transit cum re vendita, etiam sine cessione.*

29 *Retentionis ius sine cessione transit in singularem successorem.*

30 *Extraneus ex cuius pecuniis creditor dimittitur, vt in eius locũ quoad ius agendi succedat, multa sunt necessaria, quæ non requiruntur, vt retentionis remedio se tueatur. Retentio facilius conceditur, quàm actio.* ibid.

31 *Excipiendi ius, veluti exceptio trãsactionis, pacti, vel doli, sine cessione transfertur.*

32 *Ius retinendi propter melioramenta, transit sine cessione in singulatẽ successorem rei, qui non meliorauit: licèt contrarium probet* Petrus Surdus.

33 *Emphyteuta conuentus rei vindicatione à domino emphyteusis, retinet bona ratione melioramentorũ, quæ fecit eius colonus.*

34 *Emphyteuta obquas expensas possit, emphyteusi finita, bona retinere? remissiuè.*

35 *Recuperandæ possessionis remedium an transeat sine cessione, si quis vẽdat rem, à qua fuit spoliatus.*

QVÆSTIO VII.

Vendita, & alienata re, an transeãt in emptorẽ absque cessione actiones omnes, & iura venditori cõpetentia ratione illius rei; an verò specialis actionũ cessio sit necessaria? Variæ expendũtur leges, sed præcipuè explicantur *l. in vendendo 66. D. de contrah. empt. l. si quis totã 82. D. de acquir. hered. l. Papinianus 43. D. ad S. C. Trebellian.*

ACTIONES † personales, & reales multùm differũt: inter alias tamẽ differentias quas notant interpretes *in §. omnium, Institut. de actionib.* Parlador. Cc & Guz-

& Guzman statim referendi. Illa elegans est, quòd licèt vẽdita re, vel fundo, transeant in emptorem omnes actiones, & iura realia venditori competentia ratione illius rei, vel fundi: tamẽ personalis actio illius rei, vel fundi ratione cõpetẽs, in emptorem sine cessione nõ transfertur, *l. si heres institutus, §. fi. D. ad Trebell. l. quædã. §. nihil interst, vbi Iaſ. col. 2. D. de edendo,* Greg. Lop. *in l. fi. glos. 4. tit. 13. p. 5.* Petrus Surd. *decis. 264. à numer. 2.* Quod discrimen post alios agnoscunt Ant. Gomez *2. tom. var. cap. 2. num. 29.* Garcia *de expensis cap. 7. numer. 12. & 13.* Parlador. *in sexquicent. differ. 36. num. 8.* Bertazol. *clauſ. 27. glos. 8. à num. 5. & glos. 7. num. 1. in fin. & clauſ. 26. glos. 9. à num. 2. & glos. 10. num. 4.* Mãtica *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 11. numer. 4. & 6.* Monter à Cuena *deciſion. 35. num. 46.* videndus Franciſc. Niger Cyriacus *controuerſ. forenſ. lib. 1. controu. 181. num. 6. & 7.* elegantèr ad rem nostram Anellus Amatus *conſ. 93. à num. 73.* cum aliis infrà referendis, ex innumeris D. Ioseph Vela *1. tom. differt. 12. numer. 34. & 35.* vbi *à numer. 28.* latè † probat, secundum dom-
2 mus, vel fundi conductorem etiam per publicum instrumentum, non posse expellere primum, nisi cessionem habuerit à domino, vel in locum eius sit subrogatus; sed tantùm agere posse personali actione aduersus dominum, vt liberum vsum præster.

Hæc breuis, & vera nostræ quæstionis summa, & resolutio est, ex quâ sequentes casus accipient lucem, & explicationem.

3 Primò † namque occurrit inspicere, an re euicta possit emptor non solùm de euictione agere aduersus auctorem suum, sed etiam aduersus eum, qui auctori suo rem illam vendidit; quod dubium ab eo pendet, an vendita re transeat in emptorem ius agẽdi de euictione, quod venditori adsus auctorem suum competebat ratione illius rei. In quo articulo intrepidè resolues, quòd siue alienatio titulo oneroso, vel lucratiuo fiat, non potest secundus emptor, vel successor contra primum venditorem, à quo res illa descendit, de euictione agere: imò oportet vt quilibet particularis successor denunciet suo immediato venditori, vel auctori, vt aduersus eum de euictione agat, textus est expressus *in l. si res quam 59. D. de euictionibus,* vbi si rem, quam à Titio emi legauero, eaque à legatario euicta sit, non potest ille Titium venditorem conuenire, neque litem sibi motam denunciare, optimus textus *in l. sed vbi restitutio 15. D. de minoribus,* ibi: *Sed vbi restitutio datur, posterior emptor reuerti ad auctorem suum poterit, per plures quoq; personas si emptio ambulauerit, idem iuris erit.*

4 Cuius rei duplicem reddit rationem Anton. Gomez *2. tom. variar. capit. 2. num. 46.* & secunda est, actionem ex empto de euictione, quæ primo emptori contra primum venditorem competit, personalem esse; personalis tamen actio de sui naturâ actiuè nec passiuè in singularem successorem non transit, *l. fin. §. fin. D. de contrahen. emption.* latissimè Guzman *de euictionibus, quæst. 11. ferè per totam,* qui variis modis limitat: quarè secundus ille emptor contra primum venditorem agere non poterit, cùm nemo sine actione experiatur, *l. si pupilli, §. videamus., D. de negotijs gestis,* cum vulgaribus.

5 Quod tamen limitandum est; vbi primus emptor in secundum rem ipsam alienans, quolibetvè titulo oneroso, vel lucratiuo transferens, euictionis actionem, vel iura sibi ratione rei competentia eidem cessisset: nam posset particularis hic successor ex iure sibi cesso contra primum venditorem, auctorem auctoris sui agere, eique litem sibi motam denunciare, reque euictâ, eum de euictione conuenire, *dict. l. si res quam, D. de euictio-*

ctionib. cuius verba sunt: *Si res quam à Titio emi, legata sit à me, non potest legatarius conuentus à domino rei, venditori meo denunciare, nisi ei cessæ fuerint actiones, vel quodam casu hypothecas habeat*, Parlador. *libr. 3. differ. 17. §. Vnico, numer. 2. & 3.* ex innumeris probat D. Larrea *2. tom. decision. 73. per totam*, quibus addo latissimè agentem Giurbã *decis. 71. per tot.* Cyriac. *d. cõt. 181. n. 3.* Guzman *de eviction. q. 11.* vbi ex professo articulum discutit, *& quæstion. 25. num. 56. & quæstion. 35. numer. 28.* (quo loci eius meminit D. Larrea) idem Guzman *quæstion. 27. num. 29.* (vbi quod re legatâ euictâ, in casibus in quibus heres de euictione tenetur, debet legatario cedere actionem de euictione, si quâ habebat defunctus) Hermosilla *in l. 32. titul. 5. part. 5. glos. 3. à num. 28.* Hector Capycius Latro *decision. 16. à numer. 48.* vbi *num. 47.* quòd si actio de euictione cessa non sit, potest emptor venditorem cogere ad cedendum, iuxta *l. in creditore, D. de euictionib.*

6 Quarè † vtile esse notant prædicti interpretes, vt in instrumentis venditionis, donationis, alteriusvè contractus lucratiui, vel oneroſi apponatur clausula, quòd venditor, vel donator cedit omne ius, vel actionem sibi competentem, occasione illius rei, vt aduertit Anton. Gomez *supra.* Bertazol. *clauſ. 26. glos. 9. & 10. & clauſ. 27. glos. 1. à num. 1.* Parlador. *dict. differ. 36. num. 8.* Eiusdemque potentiæ erit, si venditor emptorem procuratorem in rem propriam constituat; vel eum in suum locum ponat: nam tunc poterit primo auctori denunciare, vt ex Trentacinq. Giurb. Scaccîa firmat Hermosilla *sup. num. 30.* vbi *num. 31.* asserit, quod si primus venditor euictionem non solùm primo emptori, sed etiã eius successori vniuersali, vel singulari promisit, poterit secundus emptor absque alia cessione auctori auctoris denunciare, *l. fin. C. de exception. rei vendit.* Farinac, & Beltramin. quos refert Hermosilla *supra.* D. Larrea *num. 9.* Marius Muta *decisio. 59. numer. 23.*

Quibus † cohæret doctrina, quam 7
refert Hermosilla *in l. 56. tit. 5. part. 5. glos. 7. nu. 53.* quod secundus emptor, qui emit à primo, qui læsus fuerat in illius rei emptione vltra dimidiam iusti pretij, non potest agere beneficio, *l. 2. C. de rescin. vendit.* quod auctori suo competebat, nisi ab eo cessas habuerit actiones: quia cùm huius legis remedium, siue actio personalis sit, in singularem rei successorem sine cessione nõ transfertur.

Pendet † etiam ex superiori inter 8
iura realia, & personalia discrimine, an vendita domo, videatur cessa, & translata in emptorem, quæcumque seruitus, siue ius ad eam, quæ venditori illius domus ratione pertinebat? In qua re distinguit Bart. *in l. 1. numer. 3. D. de seruit. legata*, inter seruitutem realem continuam, vel discontinuam: vt ea quæ continuam causam habet, licèt de eâ nihil actum sit; transeat in emptorem: illa verò quæ discontinuã habet causam, non aliter in emptorem transeat, quàm si de eâ actum sit: quam distinctionem sequitur Castrens. *in l. quod conclauè, num. 2. D. de damno infecto*, vbi Roman. Cæpol. Ruinus, & Beroius, quibus accedit Petr. Surdus *cons. 17. à nu. 23.*

Sed † indistinctè omne ius reale, & seruitutem prædio debitam, in eius emptorem, vel successorem citra cessionem transire, tenet Anellus Amatus *cons. 93. à num. 73.* facit textus *in l. via 23. §. si fundus, D. de seruit. rusticor. prædior.* ibi: *Si fundus seruiens, vel is cui seruitus debetur publicaretur, vtroque casu durant seruitutes: quia cum sua conditione quisque fundus publicaretur, l. 4. D. eodem titul. l. 3. D. quemadmodum seruitut. amittantur, l. si aquæductus 47. D. de contrahenda emptione*, Noalis *de transmissione casu 67. & per totum.* 9

Nec † aduersatur textus *in l. in ven-* 10

dendo, D. de contrab. emptione, quam adducit Surdus *nu.* 6. vt probet, seruitutes discontinuas in venditione non venire, nisi de eis expressè actum sit: nam id ex eo textu non probatur, imò vt rectè Accurs. aduertit, Pomponius tantùm docet, venditorem ex naturâ contractus venditionis, præstare non teneri viam, actum, vel aquæductum, aliam vè seruitutem (vt rectè Parlador. *in 5 exquic. diff.* 81. *n.* 7.) transire tamen has seruitutes in emptorem, si earum quælibet vendito fundo debeatur, iuxta *d. l. in vendendo*, §. 1.

11 Et † Pomponius *in d. l. in vendendo*, neutiquàm probat, neque potuit asserere, seruitutem viæ, itineris, vel aquæductus, prædio vendito debitam, in eius emptorem non transire, vt manifestè apparet ex *d. l. si aquæductus cum duabus sequentibus*, vbi ex eodem Pomponio refertur, aquæductum prædio debitum, ad eius emptorem pertinere, etsi nihil de eo dictum sit. Similitèr neque pro Surdo faciunt Cæpola, Ruinus, & Capycius, quia in aliâ longè diuersâ specie loquuntur, videndus Affli ctis *decis.* 298. Arism. Tapat. *tit.* 566. *c.* 9. conducit Cyriacus *lib.* 1. *contr.* 17. vbi quòd vendens vnam domum seruientem alteri, quam ipse retinet, videtur eam vendere cum eâdem seruitute, tàm actiuâ quam passiuâ.

12 Quarè † verius videtur, seruitutem quamlibet realem, siue continuam, siue discontinuam in emptorem cum ipso prædio transire, ipsamque rem venditam commitari, quin specialis cessio seruitutis sit necessaria; quod secùs esset, si ius reale non esset, sed tantùm personale: veluti si dominus fundi promisisset alterius fundi domino aliquam seruitutem, dominusque cuius prædio promissa erat seruitus, illud vè didisset: nam ius illud in emptorem non transiret, *l. pro parte, D. de seruitutibus*, Surdus *decision.* 264. *à num.* 2. nisi venditio cum omnibus iuribus occasione illius prædij competètibus fuisset celebrata, vt ex Paul. de Castro, Bart. & aliis, singulariter aduertit Surdus *dict. cons.* 17. *à num.* 22. *&* 30. vbi in comprobationem experitur *dict. l. si res quam, D. de euictionib.*

Eandem etiam doctrinam, licèt 13
Surdo non relato, sequitur Hector Capycius Latro *decision.* 66. vbi per totam, quòd seruitus, aliudvè ius reale prædio dominanti inhærens transit sine cessione in eius singularem successorem: secùs verò si ius personale prædij ratione competat: nàm si de eo actum non sit, cum prædio non transibit, alios refert Giurba *decision.* 84. *numer.* 15. videndus *à num.* 10. Nec his obstat text. *in l. si tibi*, §. *pactum conuentum, D. de pactis*, cuius verum intellectum refert Accursius ibi, quem sequitur Cuiacius *lib.* 3. *Pauli ad edictũ, in dict.* §. *pactum conuentum*, Antonius Faber *in rationali ad eum.*

Ex eâdem † etiam distinctione 14
inter iura realia, & personalia, resoluenda est ancepsilla quæstio, tàm apud practicos, quàm theoricos controuersa. An ius accrescendi transeat in emptorem hæreditatis? finge eum, qui ex parte heres institutus fuit, eam hereditatis portionem vendidisse, posteaque coheredis aliam portionem defecisse: quæstio est, vtrum illa portio deficiens venditori, an verò emptori pertineat? Quam quæstionem per obscuram, & difficilem esse affirmat, Duarenus *de iure accrescend. lib.* 2. *cap.* 6. ambiguam, & ad vtramque partem disputabilem, dixit Ripa *in l. re coniuncti, D. de legat.* 3. *num.* 9. summè difficilem agnoscunt Mantica *de tacitis, & ambiguis lib.* 4. *titul.* 11. *numer.* 1. Ioan. Gutierrez *in l. vnica, C. quando non petent. partes, numer.* 56. Noalis *de transmissione casu* 15. *numer.* 11.

Et † pro vtrâque sententiâ validis- 15
sima extant fundamenta. Primâ, quòd ius accrescendi sequatur emptorem, suadere videtur ratio textus *in l. si totam* 82. *D. de acquirend. hereditat.* quo loci asseritur, ius accrescendi, rem

&

& portionem commitari: ex qua probant Bart. & alij portionem deficientem portioni, non verò personæ accrescere: quarè ibi si heres institutus ex parte, tacitè eam incapaci restituere rogatus sit, quam Fiscus vtpotè ab indigno abstulit, iuxta *l. non intelligitur, §. 1, cum sequētib. D. de iure Fisci*, Garcia *de tacito fideicommisso à n. 1. & per tot.* si postea coheredis aliqua portio deficiat, Vlpianus asserit, ei accrescere non debere, quia rem habere non videtur. Et portionem quasi per alluuionem portioni accrescere, probat *l. Titio in fin. D. de vsufructu.* Secundò pro hac sententia facit text. *in l. Papinianus, D. ad Trebell.* vbi restituta hereditatis parte, portio deficiens non heredi, sed fideicommissario pertinet. Quam sententiam his potissimùm fundamentis defendunt post Bart. *in dict. l. reconiuncti, nu. 26.* Duarenus *dict. c. 6.* Spino *de testam. glos. 27. n. 70.* Ioan. Robertus, & Menchaca quos refert Osualdus ad Donell. *lib. 7. com. c. 12. lit. L.* quorum etiam meminit D. Pichardus *de adquir. hered. cap. 29. num. 47. in fine*, alios pro hac sententia refert Zeuallos *commun. quæst. 69.* quam longè veriorem dicit, & varia pro eâ expendit Card. Mantica *d. lib. 4. titul. 11. per tot.* cui sententiæ se subscribit Noalis *sup. nun. 1. & 12.* quādonō bona hereditatis, sed ipsa hereditas vendita fuit.

16 Contrariam† tamen sententiam magis receptam video, quam post antiquos, quos refert Zeuallos vbi proximè, strenuè defendunt ex practicis Anton. Gomez *lib. 1. var. cap. 10. num. 44.* Menchaca sibi contrarius *lib. 3. de succes. progres. §. 21. à nu. 63.* qui doctè, & latè differit, Fachineus *lib. 5. cōtrou. cap. 101. & lib. 10. c. 69.* plenissimè Ioan. Gutierrez *in dict. l. vnica, à n. 56.* ex theoricis Iacob. Cuiac. *lib. 12 obseruat. c. 13.* & sub nomine Anton. Mercatoris *lib. 3. notat c. 12.* Osualdus qui dat alios *dict. lit. L.* Pichardus *dict. c. 29. nu. 64.* Anton. Faber *de error. pragm. decad. 50. error. 5. per tot.*

Quorum† præcipuæ rationes sunt, 17
quòd heres venditâ hereditate, heres adhuc manet, *l. ei qui soluendo, D. de heredib. instit. l. ait prætor 10. §. sed quod Papinianus, D. de minorib.* eruditus D. Olano *lib. 1. Patalipom. c. 9. num. 4.* & à creditoribus hereditariis cōuenitur, *l. 2. C. de hereditar. actionib. l. 2. C. de pactis*, iurisque intellectu portio hereditaria semper apud eum manet: cùm non hereditatem vendidisse censeatur, sed bona hereditatis: postquam enim adita est hereditas, nomen fictioque hereditatis cessat, & proprium heredis efficitur patrimonium, *l. 1. D. de separationib. l. sed etsi plures 10. §. filio, D. de vulg. & pupill. l. procuratorē 90. §. 1. D. de adquirend. hered.* pulcherrimè D. D. Melchior de Valentia *illust. iuris ad tit. de adquir. hered. cap. 1. per tot. præcipuè numer. 16.* multis relatis, doctus Carleual *de iudicijs lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 5. nu. 302. & 328.* quod efficit, vt apud emptorem nihil sit, quod deficientem postea portionem, ad se trahere possit, imò cùm hereditati accrescere debeat, venditorem, qui adhuc heres est, sequitur. Facit quòd vēdita hereditate nihil amplius venditum censetur, quàm quod eo tēpore venditoris fuit, *l. heredem, D. mādati.* vbi Gothofredus *lit. M.*

Cui† sententiæ obstare non asse- 18
runt iura pro contrariâ adducta: nam textus *in dict. l. si totam*, procedit in eo, cui tanquàm ab indigno Fiscus auferet hereditatem, qui accrescendi iure, quod à lege prouenit priuatur, quia tacitam fidem de restituendo incapaci acommodans, in fraudem legis facit, vndè eius beneficio indignum se efficit, eique nihil accrescere debere docet Vlpianus, quia rem habere non videtur, sed Fiscus inquē lex trāsfert hereditatē, *d. l. non intelligitur, §. cum ex causa, D. de iure fisci*, cū onerib⁹ quæ testatori incūbēbāt, *l. cū fisco, D. ad S. C. Silan. l. dicitur, D. de iure fisci*, Garcia *de tacito fideicōmisso, n. 43.* cū aliis cō-

gestis, *sup. tit. 3. g. 9.* Quã interpretationem *ad l. si totam*, amplectitur Osualdus, Cuiacius, & Ant. Faber, Pichard. *num. 49.* qui conciliant textum difficilem *in l. ex facto 43. §. Iulius Lõginus, D. de vulg. & pupil.* cum *dict. l. si totam*; discriminisque causam assignant interius accrescẽdi, & ius substitutionis: rationemque reddunt; cui is, qui tacitam fidem de restituendo incapaci accommodauit, iure accrescendi priuetur, cùm iure substitutionis pupillaris ei factæ, indignus non efficiatur.

17

Ad † textum verò *in d. l. Papinianus* respondent, intelligendum esse de herede, qui coactus adiuit hereditatẽ, cui portio accrescens non pertinet; quia ex sua parte, & quantum in ipso fuit, irritare voluit defuncti voluntatem: quarè meritò indignus redditur õmnis lucri, quod occasione restamẽti habere posset; & perindè censetur, ac si heres non fuisset: nam licèt qui coactus adit, non minùs heres fiat, quàm qui vltrò, & sponte adiuit; tamen in his quæ ad commodum eius spectant, consideratur ac si heres non esset; *leg. ita tamen 23. §. qui suspectam, & §. si perceptis, l. cum patroni 55. §. qui fideicommissum, D. ad S. C. Trebell.* Aliud tamen fore asserunt, si heres sponte hereditatem adiisset, nã portio vacans ei accresceret, vt contra communem resoluit Cuiacius *dict. obser. 12.* Anton. Faber *dict. decad. 50 error. 4. per tot.* Pichard. *nu. 54.*

19

Aliter † interpretatur Gutierrez *sup. num. 65.* text. in *d. l. Papinianus*, differentiam constituens, inter emptorem hereditatis, & eum cui ex Trebel. liano Senatus Consulto restituitur hereditas: nam ille, cum ex iudicio defuncti non succedat, ius accrescẽdi nõ habet; hic autem quodadmodo heres censetur, & ex defuncti expressa voluntate succedit, argum. *l. in id tempus §. in re legata, D. de vsucapionib. l. si filius, §. 1. D. quod cum eo*: vndè portio vacans eius commodo cedit. Quæ solutio, & intellectus magis placet: Vltrà quod conuenit communi resolutioni, quæ habet, † portionẽ quæ post restitutam hereditatem deficit, ad fideicommissarium pertinere, siue heres sponte, vel coactus adisset, vt contra Cuiacium, & Fabrum, tenet Osuald. *lib. 7. cõm. cap. 26. lit. A.* Anton. Gomez *1. tom. var. cap. 5. num. 19.* Mantica, Intrigliolus, & alii quos sequitur, & refert Fusarius *de substitutionib. quæst. 654. à num. 1.*

20

21

In qua † controuersia à communi sententia non discedas, quam fortiter 22
fulcit Fachineus *dict. controu. 69.* pluribus iuribus, & rationibus comprobans, portionem deficientem non ad emptorem, sed ad venditorem spectare, sequitur Hermosilla *in leg. 13. glos. 5. num. 9. tit. 5. part. 5.* vbi notanter limitat, quoties ex verbis contractus, ius etiam accrescendi fuisse comprehensum, de eoque inter contrahentes actũ fuisse appareret, Noalis *dict. num. 12.* quod ex eo præsumeretur, si heres omne ius suum in venditorem, vel donatarium trãstulisset: vel si vẽditor emptori omnes suas actiones, illius hereditatis ratione sibi competentes cederet, prædixerat Gutierrez *in dict. l. vnica, num. fin.* vers. *penult. & vlt.* & ante eum Ripa, quem retulit Mantica *dict. tit. 11. num. 4.* Anton. Faber *dict. error. 5. circa medium.* Multùm posthæc scripta, peruenit ad manus Vlricus Hunnius qui *lib. 3. var. resol. tract. 7. part. 1. quæst. 8. per tot.* disputat quæstionẽ, variisq; iuribus pro vna, & altera sententia adductis resoluit, deficientem portionem ad emptore pertinere. Ego tamen adhuc in mea sententia persisto.

Sed † an quemadmodùm in emptorem hereditatis, ius accrescendi non 23
transire diximus, nisi cedatur: idem in emptore legati procedat, non minus controuersum est: nam Bart. *in dict. l. re coniuncti*, in ea fuit sententia, vno ex legatariis partem suam alienante, si postea coniunctus partem alteram repudiet, deficientem illam portionem non

non ad legatarium, sed ad emptorem spectare sequitur Noalis *dict. casu* 15. *num.* 13. Contrarium tamen placuit Fulgosio *in dict. l. si Titio, D. de vsufructu*, quem reprobat, Bartoli sententiæ accedens, Anton. Gomez *dict. cap.* 10. *num.* 43. vers. *penult.* Sed mihi Fulgosij sententia magis placet, quam solidis fundamentis post Iacobum Cuiacium defendit Anton. Faber *dict. decad.* 50. *error.* 6. *per tot.* omninò videndus Menchaca *dict.* §. 1. *num.* 72.

Descendit † similitèr ex supra dicta distinctione, resolutio illius difficultatis, an cessionario, & emptori census emphyteutici competat, & cessum videatur cum ipso censu, ius petendæ, & declarandæ caducitatis incursæ ante venditionem, & cessionem census? In quo dubio, illud in primis statuo, quòd licèt ius declarandæ caducitatis personale adeò sit, vt ad heredes domini census non transeat, si dominus in vita conquæstus non fuit, Bald. *in l. fin. C. de reuocād. donationib.* Alex. *cōs.* 181. *lib.* 2. Gamma *decis.* 17. vbi Flores de Mena, Iacob. Cancer. 3. *part. var. cap.* 21. *num.* 256. ex Surdo, Peregrino, Hondedeo, & aliis Virgilius *de legit. person. in prælud. nu.* 162. Camill. Borrell. *in summa decis. tom.* 1. *tit.* 33. *num.* 157. Nàm † cùm hoc in declaratione voluntatis, animique consistat, id heres efficere non potest, quia animi declarandi ius in heredem nō trāsmittitur, *l. si ita legatum*, §. *illi si volet, D. de leg.* 1. *l. num ex familia*, §. *rogo, D. de leg.* 2. *glos. communiter recepta in l. inter artifices*, §. *si stichum, D. de verbor. oblig. & in l. idem Pomponius*, §. *fin. D. de rei vindicat.* Mieres 1. *part. q.* 48. *à num.* 187. Cancer. *dict. cap.* 21. *num.* 254. Qua ratione ius reuocandi donationem ex causa ingratitudinis, non transit in heredes, vt ex innumeris probat Hermosilla *in l.* 10. *glos.* 8. *à n.* 1. *tit.* 4. *p.* 5. quibus addes Cyriacū *lib.* 1. *cōt.* 136. *n.* 6. *& 7.* vbi etiā quòd nec ius hoc cedi potest. Cui in hoc nō assentior: nā verius puto, ius hoc cessibile esse, licèt regularitèr ad heredes non transeat, ex eâdem discriminis ratione, quam in iure declarandæ caducitatis statim subiiciemus.

24

25

Tamen ius declarandæ caducitatis cum ipso censu emphyteutico cedi, & vendi potest, vt docte, & latè cōprobat Monter a Cueua *dict. decis.* 35. *per tot.* præcipuè *à n.* 37. Neque obest, ea quæ in heredem non transeunt, cessibilia non esse, *l. ex pluribus, D. de administrat. tutor.* diximus *sup. tit.* 3. *quæst.* 8. nàm discriminis ratio in aperto est, quia vbi non declarato animo dominus emphyteusis decessit; ideò heres petendæ caducitatis ius non habet: quia defuncti voluntatem declarare ei non conceditur; imò dominus tacès & non petitâ caducitate decedès, præsumitur eius pœnam remisisse: at verò quandò quis vendito censu, specialitèr cedit ius caducitatis incursæ, ex ipso actu cessionis, suam voluntatem declarat, breuique manu, quasi prius sibi acquisitum ius illud in cessionariū transfert, *l. si auia, C. de iure deliberandi*, cum aliis notatis sup. *tit.* 2. *quæst.* 3. ita elegantèr Monter a Cueua, aptissimè in id Anton. Faber in rationali *ad l. si tibi decem*, §. *pactum conuentū, lit. B. D. pactis*: Quod intelligit Monter, quandò expressè ius caducitatis cessum esset: non verò vbi census emphyteuticus simplicitèr, vel cum omni iure quomodolibet in emphyteusi competenti fuisset alienatus: nam subhac generalitate, ius hoc translatum, seu cessum non censebitur; nisi ex aliis circunstantiis de eo actum fuisse manifestè appareat, videndus latè disputans Marius Giurba *decis.* 84. *per tot.* Cyriac. *lib.* 3. *cont.* 518. vbi quòd vendito directo dominio, non venit etiā in cessione iurium ius caducitatis præteritum, nisi nominatim exprimatur in venditione: maximè si ex pretio soluto appareat, nihil datum fuisse vltra iustum directi dominij valorem.

26

An verò † vendito, & cesso censu emphyteutico, vel alio perpetuo, vel

27

ad

ad vitam, pensiones decursæ nondùm exactæ, cessæ videantur cum ipso censu, & cuius lucro cedant: similitèrque an vendito fundo locato, cessum videatur, & tranſeat cum ipso fundo ius exigendi pensionē a cōductore, infrà agemus. Et vēdito pignore, an absque alia cessione pignoratitia actio vendi tori competens cessa videatur infrà dicam *tit. sequent. quæst.*...

28 Hac † in comprobationem superioris distinctionis, inter iura realia, & personalia dixisse sufficiat, ex quibus facile aliū quēcūque casum resoluere poteris. Quæ licèt in actionibus, & iure agendi verissima sint: tamen in iure excipiendi, retinendi, & se defendendi aliter procedunt: nam re euicta, indistinctè ius retinendi, excipiendi, & se defendendi citra specialem cessionem in singularem rei successorē trāsfertur, Guzman *de euictionib. quæstio.* 10. *num.* 43. *& quæst.* 11. *nu.* 26. Agnoscit hoc inter ius agendi, & excipiē di, seu retinendi, discrimen, doctissimus Petr. Surd. *decis.* 264. *à numer.* 23. cuius verba referam, quia ad rem elegantissima sunt. *Præterea licèt actio nō transeat in singularem successorem etiā si concepta sit intuitu rei, tamen ius excipiendi transit in singularem successorē, quandò exceptio competit occasione rei, Baldus, Salicet. & Castrens. in l. 3. C. quod metus causa, Bart. in l. fluminum, §. adiicitur, D. de damno infecto, vbi etiam Castrens. in l. ait Prætor, la segūda, §. 1. D. de iur. iurādo, Roman. cōs.* 211. *in princ. vbi quod ius agendi non transit sine cessione, sed ius excipiendi benè trāsit, Felinus in cap. quia ergo, num.* 5. *infine de iudiciis, & procedit, etiam si tale ius excipiendi sit personale, secundum Aretinum in cons.* 70. *colum.* 2. *vers. nō obstat, vbi allegat Dinum, & Bart. & miratur, quod aliquis dubitet, & dicit Iason in l. si tibi, in §. pactum, D. de pactis, quòd pactum personale trāsit in singularem successorem quoad ius excipiēdi, & latissimè hanc partē defendit Decius*, & rursus idem in iure retentionis, probat ex Anton. Gomez, & aliis.

Retentionis † etiam ius in singulā- 29
rem successorem sine cessione transire, probat expressus text. *in l. in hoc iudicium* 14. §. *impendia*, vers. *sed is qui, D. communi diuid.* ex Gratiano, Romano, & Magonio, nouitèr Arias de Mesa *lib.* 1. *var. cap.* 18. *num.* 14. cui addo Alex. Tremacinq. *lib.* 3. *var. tit. de pignorib. resol.* 1. *nu.* 1. vers. *ius istud retentionis*, Surd. *cons.* 4. *num.* 9. *& cōs.* 183. *num.* 5. Benintend. *decis.* 50. Ioan. Garcia *de expens.* & Brunor à sole statim referendos, Giurbam *decis.* 63. *num.* 17. qui refert Negusantium Thesaur. Costam, & alios, Mutam *decis.* 12. *nu.* 23. Rodriguez *de concursu* 1. *p. art.* 1. *numer.* 18.

Inde † est, vt licèt ad hoc vt extra- 30
neus ex cuius pecuniis anterior creditor dimittitur, in ius pignoris succedat, necessaria sint requisita, de quibus *in l.* 1. *& glos. ibi, C. de his qui in prior. cred. loc. succed.* tamen id quoad ius agendi procedit; non tamen vt retentionis remedio se tueatur, vt ex Intrigliol. Franch. & Hieron. de Leō resoluimus sup. hoc *tit. quæst.* 1. *num.*... Quod mirum non est, cùm expeditius sit, retentionem facilius, quàm actionem cōcedi, vt ex innumeris probat Giurba *decis.* 60. *num.* 5. Castillo *tom.* 3. *cont. cap.* 15. *à num.* 9. *& tom.* 4 *cap.* 42. *nu.* 113. *& tom.* 6. *cap.* 164. *à num.* 6.

Similitèr † ius excipiendi, & defen- 31
dēdi sine cessione transfertur, *l. etiā si in rem, D. de iure iurando, l. si à te. §. Iulianus, D. de except. rei iud.* Brunor à Sole *in loc. com.* verb. *ius defendēdi, ac excipiendi*, Bertazol. *clauſ.* 29. *glos.* 6. *n.* 8. Parlador. *lib.* 3. *differ.* 36. *n.* 8. Guzman *de euictionib. quæst.* 10. *num.* 43. Hunnius *in Encycloped. iur. part.* 2. *tit.* 7. *c.* 3. *à num.* 9. qui limitat in exceptionibus personalibus, Virgilius *de legitim. personæ in prælud. n.* 158. qui in specie inter ius agēdi, & excipiendi differē tiam cōstituit. Et exceptionem quālibet, veluti transactionis, pacti, vel do-

li

li sine cessione transire, ex *l. rescriptũ, §. fin. D. de pactis*, notat Iacob Cãcer. *2. part. var. cap. 3. num. 144.* Et qualitèr excipiendi ius transmittatur in heredes, hue exceptio sit realis, personalis, vel mixta, videndus la. è agẽs Noalis *de transmissione casu 26. per tot.*

32 Ex quibus † colligitur, audiendum non esse doctissimum Petr. Surdum *d. cons. 183. à num. 16.* qui contendit, ei qui melioramenta in re non fecit, non alitèr pro eis ius retentionis competere, quàm si ab eo qui meliorauit cessionem habuerit, Surdi verba sunt: *Et ad hoc vt melioramẽta peti possint, vel pro eis fundus retineri, necesse est, quod actor probet se ea fecisse, vel ab eo causam habuisse, vniuersali, vel singulari titulo, cum cessione iurium, qui ea fecit, aliàs obtinere non potest.* Quæ assertio vera non est, nam qui succedit titulo particulari in re meliorata, vel qui melioramenta facta alteri soluit, si rẽ possideat, retentionem etiã citra cessionem pro melioramentis habebit, vt probat expressus, & indiuidualis text. *in dict. l. in hoc iudicium 14. §. impendia*, vers. *sed is qui, D. commun. diuidundo*, Alexand. Trenta cinq. *dict. resol. 1. num. 1.* vers. *ius istud retentionis*, multis relatis Guzman *de euictionibus quæst. 20. n. 29.* Hermosilla *in l. 9. glos. 3. nu. 115. tit. 2. p. 5. & in l. 36. tit. 5. p. 5. glos. 7. num. 6.*

33 Vndè † in casu occurenti decisum refert Ioan Garcia *de expensis, cap. 7. n. 13.* emphyteutam à quo dominus directi dominij emphyteutica bona vindicare intẽdit, vel quia emphyteusis fuit finita, vel alitèr ad ipsum deuoluta, posse bona retinere ratione melioramentorum, quæ non ipse, sed colonus eius fecerat: neque audiendum esse dominum, si sine expensarum refusione fundum petat, opponẽdo alium, idest colonum, non emphyteutam à quo bona vindicantur, melioràsse. Ob quas †
34 autem impensas emphyteutæ retentio competat, vel actio concedatur, siue culpa sua, siue quia finita fuit, emphyteusim amisserit, videndi latissimè agentes Castillo *tom. 5. controu. c. 65. à nu. 9. ad 13.* Hermosilla *in d. l. 9. glos. 3. à num. 104.* Mieres *5. part. quæst. 10. à num. 52.* Sesse *tom. 4. decis. 397.* Hector Capycius Latro *decis. 120. à n. 1.* Gabriel Velasc. *de priuileg. paup. 1. p. quæst. 41. num. 2. 6. 36. 47. & 48. & 1. part. quæst. 33. nu. 8.* plenissimè Anton. Amatus *1. tom. var. resol. 14.* Cancer. *1. part. cap. 13. à num. 144.* Noalis *de transmissione casu 37.* vbi latè qualitèr vasallus, emphyteuta, conductor ad longum tẽpus, vsufructuarius, possessor maioratus melioramenta deducant. latè etiã Camill. Borrell. *in sum. detis. tom. 1. tit. 33. à nu. 220.* Quæ omnia summè notãda sunt: quia alibi forsan non ita explicata, neq ue exornata inuenies.

Ad † autem si quis vendat, vel do- 35
net rem, à qua spoliatus fuit, transeat in emptorem, vel singularẽ successorem interdictum recuperandæ possessionis, nulla eius facta cessione? dicam infrà *tit. 6. quæst. 5. nu. 29.*

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo vt bona superlucrata cõstante matrimonio, inter virum, & vxorem communicentur, apud varias gentes viget, & an talis cõsuetudo iusta sit?*

2 *Matrimonium etiam per verba de præsenti contractum fuisse nõ sufficit ad aliquos effectus: nisi copula, vel saltim osculum intercesserit.*

3 *Lucris coniugalibus vt sit locus, sponsalia de præsenti sufficiunt.*

4 *Disposita in viro, & vxore, locum habent in sponso, & sponsa de præsẽti, in fauorabilibus, nõ in odiosis.*

5 *Lucra vt communicentur an saltim requiratur sponsæ in domum sponsi traductio? Et cohabitationem requiri, qui sentiant?*

6 *Cohabi-*

6 *Cohabitationē nō requiri qui teneāt? Quartam, de qua in* authent. præterea, C. vndè vir, & vxor, *an lucretur sponsa in domum viri non traducta.*

7 *Traductio sponsæ in domum sponsi requiritur, vt lucris coniugalibus locus sit, nisi ante traductionem sponsa dotem sponso tradidisset.*

8 *Lucra communicantur inter virum, & vxorem, etiam si matrimoniū putatiuum interuenisset, nō tamē cōmunicantur ei, qui impedimenti conscius fuit.*

9 *Putatiuum matrimoniū, quod dicatur.*

10 *Putatiuum matrimoniū veri, & legitimi matrimonij priuilegia, & effectus habet, filiique ex eo nati legitimi sunt, & parentibus, & cōsanguineis succedunt.*

Filij nati ex putatiuo matrimonio dignitatū, & honorū capaces sunt, ad feuda, & maioratus admittuntur, licèt legitimi, & de legitimo matrimonio sint inuitati, & eis similitèr alimenta debentur.

11 *Filij ex vero matrimonio, vbi vocati sunt ad successionem, an natus ex matrimonio putatiuo admittatur?*

12 *Parentes succedunt etiam filiis susceptis ex putatiuo matrimonio, dū modo bona fide contraxerit is, qui de successione filij agit.*

13 *Filius natus ex putatiuo matrimonio, filij legitimi priuilegia, & honores habet, licèt natus fuisset pendente iam lite super nullitate matrimonij, & etiam post sententiā à qua appellatum fuit.*

Lite pendente super nullitate matrimonij, an cōiuges separari debeāt, vel manutenendi sint in possessione cohabitandi.

14 *Filij illegitimi legitimātur per subsequens matrimoniū, etiā putatiuum. licèt alij contra sentiant.*

15 *Matrimonium verū, & putatiuū in quibus conueniant, & in quibus differant.*

Inter coniuges putatiuos, an valeat donatio. ibid.

16 *Lucrorum coniugaliū materiā, qui prosequantur.*

17 *Maritus si læsus sit in bonis super lucratis, an ei ex persona mulieris minoris, beneficium in integrū restitutionis competat?*

18 *Vxor an possit soluto matrimonio executiuè agere pro medietate lucrorū, quæ ad eā pertinent, sine cessione heredū mariti? affirmatiua sententia proponitur.*

Vxor an confestim adquirat dominiū & possessionem medietatis bonorum, quæ adquisita sunt constante matrimonio, & num. 21.

19 *Vxorem sine cessione heredū mariti, non posse agere pro medietate lucrorū, quæ ad eā spectant; sentiunt alij.*

20 *Contrariæ sententiæ distinctionis fædere componuntur.*

22 *In vniuersali societate res omnes, & bona quæ tempore societatis socij habebant inter eos communicātur: debitorū tamen nomina nō aliter, quā si cessio, vel mandatū inueniat.*

23 *Socius si rem emat nomine societatis, vel proprio nomine, qualiter res empta aliis sociis adquiratur.*

24 *Socius an possit agere, sine cessione ex contractu ad alterius socij vtilitatem gesto.*

25 *Reiicitur sententia* Donelli, *qui socio ex contractu alterius socij vtilem actionem concedit.*

26 *Ex contractu facto ab vno ex sociis, nomine societatis, an alij socij possint agere sine cessione?*

27 *Socius si aliorum sociorum nomine debitorum nomina se possidere cōstituat, an id pro cessione habeatur?*

Melioratio tertij, & quinti facta ex iuribus incorporalibus, an per clausulam constituti irreuocabilis fiat?

28 *Post*

28 *Post factã diuisionem nominũ, & actionũ inter socios, an cessio necessaria sit, vel sola adiudicatio sufficiat.*

29 *In societate ad quæstũ quo modo iura, & actiones inter socios cõmunicentur.*

30 *Socius vt ex contractu alterius socij teneatur, & conueniri possit, quæ requirantur,* & num. sequentib.

Socius an possit pecunias ad cambiũ, & sub vsuris mutuas accipere, & quid in tutore, prælato, & aliis.

32 *Socius vt ex contractu alterius socij iuxta formã societatis facto teneatur, necesse non est, vt pecuniæ in vtilitatẽ societatis conuertantur.*

Contrahens cum alio, an teneatur curare, vt pecuniæ in eũ finem cõuertantur, ad quem contractus perficitur, & permittitur.

33 *Socius si contrahat nomine suo, nulla societatis, aut sociorũ habita ratione, si intuitu societatis contraxit, an alios socios creditori obliget?*

34 *Socius vbi ex contractu alterius socij tenetur, an in solidũ, vel pro rata tantùm societatis conueniri valeat?*

35 *Mulier an possit dotẽ non exactam à marito, exigere à promissore absque vlla heredum mariti cessione,* cum num. sequentib.

Maritus agit executiue pro dote, sibi vel vxori eius promissa, absque vlla vxoris cessione.

36 *Mulier pro dote à marito non exacta, via ordinaria sine cessione heredũ mariti agere potest; non tamen via executiua; nisi ex æquitate id ei permittatur.*

37 Schifordegeri, & Anton. Fabri *opinio refertur, & refellitur,* & numer. 38.

39 *Mulier soluto matrimonio, sine cessione heredũ mariti non potest exigere dotem à promissore: nisi aliqua excusãdæ cessionis ratio subesset. Et quid si vellet exigere dotẽ propter vergentiam viri ad inopiã,* & num. 40. & 36.

41 *Soluto matrimonio, an vidua possit exigere vsuras dotis promissæ, sine cessione heredum mariti?*

Vsuræ dotis quas exigit maritus ex eo, quòd sustinet onera matrimonij, an ei, vel vxori debeantur soluto matrimonio, si ex eo superstint liberi.

42 *Vxor quæ tenetur stare locationi factæ per maritũ, an possit sine cessione heredũ eius agere etiam executiuè contra conductorem propẽsione.*

43 *Priuilegiũ seu beneficium marito competens, vt pro dotis restitutione in solidum non conueniatur, nõ efficit, vt liceat ei dotem nondùm solutam exigere.*

QVÆSTIO. VIII.

Mulier an possit soluto matrimonio executiuè agere sine cessione heredum mariti pro medietate lucrorum: vel exigere dotẽ marito non solutam. Et an socio, ex cõtractu alterius socij, actiones, iura, & debitorũ nomina cõmunicẽtur, absq; cessione?

LEgitima † seu legalis societas inter virũ, & vxorem ratione matrimonij contrahitur, per quam bona quæ in matrimonio acquisita sunt, inter eos cõmunia fiunt: quæ societas, & rerum communio apud varias gentes viget, vt testis est Garcia *de cõiug. acquæst. à n.* 1. Addentes ad Couarr. *lib.* 3. *var. c.* 19. Molina Theolog. *de iustitia, & iur. disp.* 1

423.*n.*1. Frätz Kus *var. resol. lib.* 2. *resol.* 11. *à nu.* 4. Marius Giurba *ad consuet. Mesan. c.* 1. *glos.* 7. *à n.* 1. Valascus *de partitionibus, cap.* 5. *num.* 1. Griuell. statim referendus, elegãter Annæus Robertus *rer. iudic. lib.* 4. *cap.* 1. qui plura refert, Portoles ad Molin. *in* §. *diuisio à nu.* 6. latiùs Osuald. ad Donell. *lib.* 13. *com. cap.* 16. *lit. B.* qui leoninam, & iniquam appellat hanc cõsuetudinem, præsertim vbi mulier pecuniæ nõ plus conferret, quàm maritus. Apud nostamen coniugalis hæc societas, licèt olim consuetudine inducta, hodiè verò lege stabilita est, per *l.* 14. *Tauri, l.* 1. *& per tot. tit.* 9. *lib.* 5. *Recop.* vbi Ant. Gomez, Azeuedus, Matienzo, & alij in discursu referendi, Velascus *de priuileg. pauperum* 1. *part. quæst.* 19. *nu.* 1. vbi per totam, quòd lucra communicantur, etiam si alter coniux inops esset, vel nulla ad matrimonium bona attulisset.

2 Quæ† societas quoad bona matrimonio constante acquisita, propter matrimoniũ est, quod licèt in aliquibus casibus etiam per verba de præsenti contractum fuisse non sufficiat, nisi benedictiones etiam nuptiales, & copula, vel saltim osculũ præcesserint, vt *in l.* 52. *Tauri, quæ est l.* 4. *tit.* 2. *lib.* 5. *Recop.* vbi Azeu. & Matien. Barbos. *in l. quæ dotis, D. solut. matr. n.* 83. Sãchez *de matrim. lib.* 1. *disp.* 23. Trãcred. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 18. *&* 19. Et in casu *l.* 47. *Tauri*, Hier. de Leõ *dec.* 55. *lib.* 1. qui refert Regnicolas nostros de eâ agentes. Tamen† quoad hæc lucra, sufficiũt
3 sponsalia de præsenti, Mieres proximè
1 referendus *num.* 10. per quæ verum, & legitimum contrahitur matrimoniũ, *l. nuptias, D. de reg. iuris, cap. fin. de desponsat. impub. l.* 13. *tit.* 7. *part.* 1. alia iura expendit D. Solorzano *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 20. *à nu.* 60. Inde† quæ in viro, & vxore statuta sunt,
4 in sponso & spõsâ de præsenti in fauorabilibus procedunt; licèt in odiosis non ita, vt latissimè adductis casibus prosequuntur Mieres *de maioratib.* 1. *part. quæst.* 39. D. Solorzano *dict. cap.* 20. *per tot.* D. Larrea *tom.* 1. *alleg.* 49. *per tot.* elegantissimè Marius Giurba *dict. c.* 1. *glos.* 1. *per tot.* Scobar à Corro *de purit. sang.* 1. *part. quæst.* 4. §. 7. *à nu.* 55. nullo ex his relato Merlinus *de pignorib. lib.* 3. *quæst.* 70. vbi per totã probat, priuilegium tacitæ hypothecæ dotis, etiam sponsæ concedi.

Licèt† autem vt lucra communicẽ 5
tur, nec copulam, nec nuptiales benedictiones præcessisse necessarium sit, anxiè tamen controuertitur, an requiratur sponsæ in domum sponsi traductio? In quo articulo dissentientes inuenio, tàm exteros, quàm Regnicolas nostros: nam alij lucra hæc non aliter communicari probant, quàm si vir, & vxor simul cohabitare inceperint, Couarr. *in* 4. *part.* 2. *cap.* 7. §. 1. *à numer.* 6. Gutierrez *de iuram. confirm.* 1. *part. c.* 7. *num.* 56, Gamma *decis.* 357. Mieres *d. quæst.* 39. *num.* 73. quam sententiã ex innumeris veriorem dicit Larrea *d. alleg.* 49. *à nu.* 52. *&* 21.

Contrariam† tamen sententiam 6
amplectuntur alij, quos refert Garcia vbi proximè, Barbosa *in l. si ante, D. soluto matrim.* Solorzano *d. cap.* 20. *nu.* 79. *&* 80. Prout quartam de quâ in *authen. præterea, C. vndè vir. & vxor*, deducit sponsa, etiam ad domum viri nõ traducta, nec per copulam cognita, vt multis laudatis probat Velascus *de priuileg. paup.* 2. *p. quæst.* 56. *num.* 73.

A prima† tamen sententia non re- 7
cederem, quam magis receptã video. Pro qua facit satis expressè *l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recop.* ibi: *ganaren, ò compraren estando de cõsuno.* Eoverò casu limitabis, quo sponsa ante traductionẽ, dotem sponso tradidisset, vt sentit doctissimus Palacios Rubios in hac nostra Academia antecessor dignissimus, quem sequitur Garcia *num.* 53. quibus addes Iacob Cancer. 2. *p. var. cap.* 5. *n.* 66. *&* 3. *p. cap.* 11. *num.* 118.

Lucra hæc vt communicentur, ma- 8
trimonium etiam putatiuum intercessisse sufficit, vt agnoscunt post antiquiores

quiores Ant. Gom. *ad l.* 50. *Taur. n.* 56. *& in l.* 81. *n.* 9. Matien. *ad l.* 2. *glos.* 1. *n.* 4. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recop.* vbi Azeued. *n.* 5. *& in l.* 4. *n.* 23. *tit.* 20. *lib.* 4. *Recop.* Spino *de testam. glo.* 15. *n.* 113. Portoles *ad Molin. in d. §. actio, nu.* 13. Valasc. *de partitionib. c.* 6. *nu.* 17. Castillo *statim referendus, n.* 40. Gutierrez *de tutel.* 3. *p. c.* 8. *n.* 19. Gamma quẽ sequitur Martã *tom.* 3. *Digest.* verb. *societas, cap.* 23. Barbos. *in l. si cum dotem, §. fin. nu.* 13. *D. solut. matrim.* Carpan. *ad stat. Mediol. c.* 298. *n.* 23. *tom.* 1. Garcia *de conjug. acquæst. n.* 159. Cancer. 3. *p. c.* 11. *n.* 113. innumeros refert Giurba *d. glos.* 1. *n.* 27. *& cap.* 16. *glos.* 2. *n.* 2. *& c.* 1. *glos.* 9. *n.* 19. Solorzan. *d. libr.* 2. *c.* 21. *à n.* 62. vbi id rectè accipit, respectu eius, qui bona fide contraxit: nam is, qui impedimenti conscius esset, nihil lucraretur. Et maritum qui sustinuit onera matrimonij dotis fructus lucrari, quãuis matrimoniũ putatiuũ esset, ex aliis tenet Cyriacus *lib.* 1. *contr.* 32.

9 Putatiuum † autẽ matrimonium dicitur, quod verè, & solẽnitèr celebratum est, ex impedimento tamẽ aliquo non subsistit, quod ambo cõiuges, vel eorum alter probabilitèr ignorabant, *c. peruenit, c. ex tenore, qui filij sint legitimi, c. cum inhibitio, §.* 1. *de clandestin. desponsat.* Giurba, & Cancer. vbi proximè, Camill. Borrell. *in sum. decis. tom.* 3. *tit.* 1. *de sponsalib. n.* 890. In dubio verò bona fides præsumitur, Gutierrez *de matrim. c.* 71. Paschalis, Peregrin. & Hondedeus, quos refert Faxardo *de legitim. per subseq. matrim. n.* 168. Noguerol. *alleg.* 23. *à nu.* 115. *&* 530. vi-
11 dendus Costa *de iuris, & facti ignor. cent.* 2. *dist.* 38.

10 Quòd † putatiuũ matrimoninm, in multis veri, & legitimi matrimonij priuilegia, & effectus habet, filijq; ex eo nati legitimi sunt, & parẽtibus cõsanguinei sq; succedunt, ad feuda fideicõmissa, & maioratus admittuntur, quãuis expressè filij legitimi, & de legitimo matrimonio fuissent vocati; capaces que sunt dignitatũ, & honorũ spiritualiũ, & temporaliũ, *d. c. peruenit, d. c. ex tenore*, post Sãchez, Gutierrez, Molin. & alios, latissimè probat Castillo *lib.* 2. *contr. c.* 15. *& tom.* 4. *c.* 31. *n.* 90. Addent. ad Molin. *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 12. Trẽtacinq. *lib.* 3. *var. tit. de matrim. resol.* 5. *à n.* 15. Intrigliol. *decis.* 43. *à n.* 45. Cãcer. *d. c.* 11. *à n.* 61. Faxardo *supr. à nu.* 167. Solorzan. *d. lib.* 2. *c.* 17. *à n.* 58. D. Lara *de vita homin. c.* 3. *à nu.* 4. *& per tot.* Borrell. *d. tit.* 1. *à n.* 982. Giurba *d. glos.* 1. *n.* 28. *et latius glos.* 4. *à n.* 62. Eisque alimenta debentur, sicut aliis filiis legitimis, vt ex aliis Giurba *d.* 1. *p. cap.* 7. *glos.* 13. *num.* 4.

Notanda † tamẽ est omninò assertio Cast. *d. c.* 11. *n.* 42. qui tenet, quòd licèt vbi institutor maioratus filios legitimos, & de legitimo matrimonio ad successionem instituit, nati ex matrimonio putatiuo succedant; aliud tamen est, si duntaxat filij ex vero matrimonio nati vocentur: nam qui ex putatiuo matrimonio nati sunt, non succedent: quia matrimoniũ putatiũ verum dici non potest: vndè vbi verũ requiritur matrimoniũ, putatiuum nõ sufficit, iuxta Menoch. Manticam, & alios quos refert. 11

Similitèr † parentes filio ex matrimonio putatiuo suscepto succedunt, quia successio debet esse reciproca, argument. text. *in authen. de hæredib. et falcid.* ibi: *Filiis nepotibus, patribus, atquè matribus, l.* 8. *tit.* 13. *p.* 6. Addent. ad Molin. *dict. num.* 12. *in fin.* dummodo pater, qui de successione filij agit, bona fide contraxerit matrimonium: nã si scientiã habuisset impedimenti, ad filij successionem nõ admitteretur, Roxas, Barbosa, Acosta, & alij quos laudat Lara *d. cap.* 3. *à nu.* 10. vbi in id adducit text. *in cap.* 1. *de eo, qui duxit in matrim. quã polluit per adult. l.* 3. *C. de repud.* multis relatis Giurba *ad consuet. Mesan. c.* 5. *glos.* 5. *à n.* 5. *et* 7. 12

Quæ † diximus procedũt, etsi filius natus fuisset lite iam contestata super nullitate matrimonij; & quod plus est, etiam si post sententiam, pendente ta- 13

men, vel interpositæ appellatione nasceretur, vel conceptus fuisset, *l.1.tit.13.p.4.& ibi Greg. Lop. glos.6.* Azor. Pereg. Basil. Beller. & alij, quos refert Faxardo *sup.n.175.* Solorzan. *nu.60.* Giurba *d. glos.4. à n.66.* Noguer. *alleg. 24. à n.100. & 106.* vbi etiam late, quod quando post contractum matrimonium lis instituitur super eius nullitate, non debent coniuges separari, neq; impediri copula, & quasi possessio matrimonij: maximè si litè introducat tertius, contendêtibus marito, & vxore in matrimonio cõtracto perseuerare: asserit tamen aliquãdò propter periculum peccati, solere vxorẽ sequestrari, vidẽdus Bellon. *de his quæ fiunt incontinẽti lib.2.c.91.* qui asserit, pendẽte litè super nullitate matrimonij, manutenendos esse coniuges in possessione cohabitandi, etiamsi appellatum esset à sententiá.

14 Tanta † què est vis huius matrimonij, vt non solùm filij exeo nati legitimi fiant; verùm etiam illi, qui antea ex simplici fornicatione nati erant, per subsequens matrimonium putatiuum legitimentur, vt contendit Faxardo *à n.165* Giurba *d. glos.4. n.67. & 115.* Noguer. *d. alleg.23. à n.224.* quicquid cõtrarium sentiat Ioan. Andreas, Socin. Couarr. Sarmiento, quos sequitur Fachin. *lib.3. cont. c.55.* Cephal. *cõs.390. num.44.* Maluasia *cons.30. nu.18.*

15 Nec † solùm quoad effectus legitimationis, vires suas protrahit matrimonium putatiuum, sed etiam in aliis legitimi matrimonij priuilegia mutuantur, licèt in aliquibus non æquiparentur, de qua re nè extra quæstionẽ vagari videar, videndi Gutierr. *de tutel.3.p.c.8. à n.18.* Azeued. *in l.4. à n.23. tit.20. lib.4. Recop.* Velasc. *de priuil. leg. paup.2.p.q.56. nu.67.* Barbos. vbi proximè, Acosta *de priuil. cred. reg.2. ampl.6. n.294.* Fontanell. *de pact. nuptial. claus.7. glos.3.p.1.n.27.* Arias de Mesa *lib.3. resol. cap.21. & 22.* cui vltra relatos iungo Giurbam *d.c.16. glos.2. per tot.* vbi decem & sex differẽtias recenset inter verum, & putatiuum matrimonium. An autem inter coniuges putatiuos cõstitui donatio? videas noster Tamaredum *de matrimon. lib.2. disp.2.* Et dotẽ in putatiuo matrimonio, veræ dotis priuilegia, & hypothecam habere, nouissimè Merlinus *de pignorib. lib.3. quæst.69.*

Et vt † ad lucra coniugalia, à quibus non sine lucro digressi sumus, reuertamur, eorum materiam per varios casus late prosequuntur Azeued. & Matienz. *in dict. l.1. & per tot. titul.9. lib.5. Recopil.* Anton. Gomez *in l.50. Tauri à nu.69.* Matienz. *in dialogo relator.4.p. cap.11.n.8.* Mieres *1.p. quæstion.1. nu.406. & 1.p. quæst.23. nu.118. & 1.p. q.58. à num.10. & 3.p.q.10. num.3. & 12. & 4.p. quæst.23. à n.152.* Aluarad. *de conuict. mẽt. def. lib.2. cap.1. à nu.28. & 4 p. cap.2. nu.39.* Salazar *de vsu, & consuet. c.8. nu.14.* Gironda *de priuil. leg. à nu.884.* Gutierrez *lib.2. pract. q.116. ad quæst.120. & lib.4. quæst.68. & quæst.65. nu.9.* Garcia *de expensis cap.13. & de coniugali acquæstu,* Ayora *de partition. c.8. per tot.* Paz *in l.203. ad 208. styli.* Valasc. *de partitionib. c.5. per tot. & consul.166. & 103. ã nu.33. & cap.23. à nu.4. & cap.24.* Morquecho *de diuis. honor. lib.2. c.11. cum sex sequentib.* Valenzuela *cons.13. à n.3. & cons.31. nu.32.* Cancer. *2.p.c.5. n.58. & 66. & c.7. n.62. & 3.p.c.1. n.167. & c.11. nu.111. & 3.p.c.15. n.325.* Castill. *de vsufruct. c.2. n.26. & 3. tom. c.24. à n.37.* Sesse *4. tom. dec.404.* Font. *de pact. nupt. claus.5. glos.8.p.12. à n.50. & claus.11. glo. vnic. per tot.* (vbi *n.40.* an † viro ex persona vxoris minoris cõpetat beneficiũ restitutionis in integrũ, si in lucris læsio interueniat?) Giurba *decis.111. nu.3. & 12.* latissimè *ad consuet. Messan. c.1. & fin. per omnes glos.* Vãder. *sing.20.* Hermosill. *in l.55. glos.2. à n.18. tit.5.p.5.* Robertus *lib.4. rer. iudic. c.1.* Vela *dissert.47. n.23.* Larrea *d. alleg.49. n.54.* Solorzano *2. tom. lib.2. c.15. à n.37.* Trãcred. *sup. lib.6. disp.5.*

16

17

Sed

18 Sed † inter alios casus quos apud hos Doctores disputatos inuenies, elegans & satis controuersus est ille, an soluto matrimonio possit mulier executiuè agere sine cessione heredū mariti, pro medietate lucrorum, quæ ad eam spectant? Et posse suadetur ex eo, quòd bonorum medietatis, quæ constante matrimonio acquisita sunt, dominium & possessio ipso iure transit in vxorem, Donell. *lib.* 13. *com. c.* 16. cōstanteque matrimonio medietatis suæ in habitu, & potentiâ domina est; soluto verò matrimonio in actu dominiū consequitur, *l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recop.* ex innumeris latè probat Gutierrez *lib.* 2 *pract. q.* 98. *per tot.* Morquecho *de diuis. bonor. lib.* 2. *cap.* 14. Garcia *de coniug. acquæst. n.* 3. Giurba *d. glos.* 5. *à nu.* 20. plenè Anton. Amato *resol.* 13. *nu.* 29. Griuell. *decis.* 94. *n.* 41. Hermosilla *d. glos.* 2. *à n.* 23. Acosta *de priuileg. credit. reg.* 2. *ampl.* 6. *à n.* 314. Cum igitur lex diuidat bona super lucrata, nulla cessio necessaria erit, iuxta doctrinam Bald. *in cap.* 1. *an grauatus, vel filius, in vsib. feud. n.* 24. Imò vxor pro sua medietate agere, & experiri poterit, facit text. *in l. de pupillo,* §. *si plurium, D. de noui oper. nuntiat.* vbi in re communi pro indiuiso socius potest pro sua medietate agere, & nuntiare nouū opus. Huic etiam sententiæ magis in specie fauet, *l.* 46. *tit.* 18. *part.* 3. vbi contra iuris communis regulas statutum est, acquisita a socio omnium bonorum nomine suo, aliis sociis absque vlla cessione communicari. Quibus fundamētis hanc sententiam amplectuntur Parlador. *lib.* 2. *rer. quot. c. fin.* 3. *part.* §. 1. *n.* 4. Azeuedo *in d. l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5. *n.* 18. Rodriguez *de executione, cap.* 3. *à nu.* 6. Morquecho *d. c.* 14. Valascus *de partitionib. c.* 5. *n.* 13. Cur. Philip. *part.* 2. §. 9. *num.* 3.

19 Alij † verò contrariam sententiam veriorem profitentur, ex eo quia debitorum nomina per vnum ex sociis acquisita, inter socios non communicātur, nisi cessio interueniat, *l.* 3. *D. pro socio,* Rodriguez *de redit. lib.* 2. *q.* 9. *nu.* 97. Mantica *de tacitis lib.* 6. *tit.* 14. *n.* 3. Molina *de Hispan. primog. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 33. & 36. Felicius & alij infrà referēdi. In incorporalibus enim traditio nō alitèr quàm per cessionem fit, *glos. & Doctores in l. fin. C. quando Fisc. vel priuat. & in l.* 1. *C. de obligat. & actionib.* Carpan. *ad stat. Mediol. c.* 445. *nu.* 14. *tom.* 1. cum aliis quos suo loco cōgessimus: et cessio in dubio facta nō præsumitur, *l. fideiussor, l. vt fideiussoribus, D. de fideiussor. l. cum alter, C. eodē tit.* Neque leuitèr pro hac sententia facit, quòd mulier soluto matrimonio dotē marito promissam sine cessione heredū eius exigere potest. *l. si socer* 45. §. *Lucius, D. solut. matrim.* ibi: *Necesse habebit maritus, aut exactam dotē, aut actiones ei præstare, l. si pro te pater, C. de dotis promiss.* Fachin. *lib.* 8. *controu. c.* 73. Milanens. *decis.* 11. *nu.* 1. 8. & 15. *lib.* 1. latè Franch. & Addent. *decis.* 33. *per tot.* Paschalis *de virib. patriæ potest. p.* 1. *c.* 4. *nu.* 76. Giurba *ad cōsuet. Messan. c.* 13. *glos.* 1. *n.* 8. Amato *d. resol.* 13. *n.* 52. licèt aliud sentiant alij, vt proximè dicemus.

In qua controuersia, & pro eius resolutione distinguēdum est, an instrumentum de cuius executione agitur, in fauorem vtriusque coniugis sit cōceptum; an verò in fauorē tātùm mariti. Nam si in fauorem vtriusque simùl conceptū sit, poterit vxor pro sua parte experiri: si verò obligatio marito tantùm sit facta, mulier nō alitèr agere poterit, quàm si nomen debitoris in diuisione bonorum ei sit adiudicatū; vel si ab heredibus viri cessionē habuerit. Quamdistinctionem, & doctrinam verissimam testantur Gutierrez *d. q.* 118. Garcia *n.* 157. & 188. Rodrig. *de redit. d. q.* 9. *n.* 67. cui accedere videtur D. Salgad. *de Reg. protect.* 4. *p. c.* 8. *n.* 307. multis relatis Giurba *d. c.* 5. *n.* 43 & *c.* 16. *glos.* 4. *n.* 4. Amato *n.* 32. Hermosill. *d. glos.* 2. *n.* 31. iuxta quā distinctionē accipio D. Valdes (olim anteccessorē meū in primaria iuris Pōtificij

20

Cathedra, deinde Regium Senatorē, dignissimum) *in add. ad Rod. Suarez in l. post rem iudicatam extens.* 7.

Qua † sententia retenta, breuiter di- 21
luemus ea, quæ pro contraria adduximus. Ad primum respondetur, quod licèt verum sit, dominium & possessionem bonorū, quæ in matrimonio acquisita sunt, in vxorem pro sua parte, & medietate transire, id tamen procedit in bonis, quæ iam corporaliter, & realitèr habentur, & possidentur à viro, non verò in iuribus, & actionibus, in quibus cessio socij necessaria est, *l. 3. D. pro socio*, ita post Guterrez, & alios Giurba *nu.* 42. qui ita interpretatur text. *in dict. l. de pupillo*, § *si plurib.*, *D. de noui operis nou. nuntiatione.*

Non † obstat aliud deductum *ex d.* 22
l. 46. *tit.* 28. *p.* 3. quæ ad rem non facit: sed pro eius intellectu inspiciendum est, qualitèr in socium omnium bonorum ex contractu per alium ex sociis gesto, iura & actiones tam actiuæ quàm passiuæ transeant, debitorumque nomina citra cessionem communicentur. Qua in re vt distinctè procedamus, duplex casus cōsiderandus est. Primus, respectu eorum iurium, & actionum, quas tempore societatis socij habebant. Secundus, respectu iurū & actionum, quæ post contractam societatem, alter ex sociis acquisiuit. Et licèt in societatibus vniuersalibus, res omnes, quæ tempore quo societas cōtrahitur, sociorum sunt, inter ipsos absque aliqua traditione communicētur, non solum quoad dominium, *l. 1. & 2. vbi glos. & communiter DD. D. pro socio, d. l. 46. l. 6. tit.* 10. *p.* 5. Cou. *lib.* 3. *var. c.* 19. *n.* 1. Donell. *lib.* 13. *com. c.* 16. sed etiam quoad possessionem: vt veriorem testatur post alios Felicius *de societat. c.* 9. *à n.* 46. multis relatis doctus Salzedo *de repræsent. lib.* 3. *c.* 18. *num.* 107. tamen debitorum nomina non alitèr inter ipsos communicantur, quāsi cessio interueniat, sine qua, vel speciali mandato, socius alterius socij debitores conuenire non poterit, *l.* 3. *D. pro socio, d. l.* 46. *d. l. c.* Molina *de iust. & iure, disp.* 411. *n.* 6. vers. *illud adde.* Duaren. *ad tit. pro socio, c.* 1. Donell. *d. cap.* 16. Iacob. Cuiac. *lib.* 32. *Pauli ad edict. in dict. l.* 3. Marius Giurba *dict. c.* 1. *glos.* 5. *num.* 47.

Quoad † bona autem, & iura post 23
contractam societatem acquisita, dicendum est, aliud rerum, aliud verò actionum ius esse: namin vniuersali societate, quando vnus ex sociis aliquid expressè nomine societatis acquirit, contestim alijs sociis quoad dominiū, & possessionē cōmunicatur, Couarr. *d. c.* 19. *n.* 1. Felicius *de societate, c.* 14. *n.* 4. Sin verò proprio nomine acquirat, licèt de iure communi controuersum sit, an eo etiam casu dominium sociis ipso iure communicetur, vt latè disputat Felicius *d. c.* 14. *a n.* 5. verius tamē est, ipso iure non cōmunicari, *l. si quis societatem, D. pro socio.* Iure tamen Regio alitèr se res habet: namli cèt socius nomine proprio emat, rei dominium in alios socios transfertur, *d. l.* 46. *in fine*, vbi notandum aduertit Greg. Lop. *glos. fin.* Anton. Gomez 2. *tom. var. c.* 5. *n.* 3. Molina *d. disp.* 411. vers. *eorum vero*, Morquechó *d. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 13.

Iura † tamen & actiones, debitorū- 24
que nomina non alitèr, quam per cessionem sociis cōmunicantur, *d. l.* 3. *d. l.* 46. *&* 10. Donell. & Cuiac. vbi proxime, Molin. *de primogen. d. c.* 2. *nu.* 30. Hermosill. *in l.* 35. *glos* 2. *nu.* 31. *tit.* 5. *p.* 5. Giurba *d. c.* 5. *a nu.* 39. multi quos sequitur Amato *d. resol.* 13. *a n.* 35. Ex quo descendit, socium ex cōtractu alterius socij agere non posse, vt resoluit Valascus *consul.* 98. *n.* 11. Carocius *decis.* 20. *n.* 2. Felicius *d. c.* 14. *a nu.* 30. *& cap.* 30. *n.* 53. licèt aliud sentiant *glos. in l. nemo ex socius, D. pro socio*, Alex. Trentacinq. *lib.* 2. *var. tit. de procurat. resol.* 8. Super bonis tamen ab vno ex sociis acquisitis, alter in iudicio agere nō prohibetur, *d. l.* 6. *tit.* 10. *part.* 5.

Nec † placet mihi sententia Do- 25
nell. *dict. lib.* 13. *cap.* 16. existimantis, socium suo nomine vtiles saltim actiones

nes ex contractu alterius socij rectè exercere posse, argum. *l. 5. C. de hered. vel action. vendit.* id enim verum non est, quia vtiles actiones alio casu leges non admittunt, quàm vbi vtilitas aliqua, & iusta causa id exigit, quæ hoc casu considerari non potest, cùm socius actione pro socio possit intendere, vt actiones ei per cessionem communicentur *dict. l. 3.* Eo tamē casu rectè procederet Donelli placitum, quo socius qui cedere debebat, absens esset, vel latitaret, iuxta ea quæ diximus *sup. hoc tit. quæst.* .... & in terminis probat Acosta *de priuilegiis creditor. reg. 1. in præfat. num. 97.* vers. *id ipsum*, vbi typographi vitio scriptum est *socero*, cum deberet reponere *socio*.

26 Sine † scrupulo etiam non transit alia opinio Anton. Amati *resolut. 13. num. 36.* qui asserit, quòd si contractus vnius ex sociis, societatis nomine cōfectus sit, aliorumque sociorum fauorem respiciat, potest quilibet sociorū absque cessione pro sua parte instrumentum exequi: cuius dubij vera resolutio petenda est ab his, quæ dicemus *hoc tit. quæst. sequenti*, vbi latè quandò ex contractu procuratoris, institoris, vel administratoris, vtilis competat actio sine cessione: quod in terminis differit Felicius *de societate, cap. 30 num. 41. cum sequentib.* Curia Philip. *part. 2. iudicij executiui, §. 9. numer. 2.* qui socio aduersus societatis debitorē executionem concedit.

27 Similitèr † neque sine difficultate est, sententia Molin. *d. c. 2. n. 36.* quem sequitur Giurba *d. c. 5. n. 48.* qui asserit, socium si alterius socij nomine debitorum nomina se possidere cōstituat, id pro cessione habēdū: quia ex constituto (quod in incorporalibus vicem traditionis habet) nomina & actiones inter socios communicantur. Ex quo ipse infert, melioratione tertij, quæ in iuribus incorporalibus consistit, per clausulam constituti irreuocabilē fieri. Quam Molinæ sententiam sequitur, & probat Angulo *de meliorat. in l. 1. glos. 5. à n. 15.* in indiuiduo asserēs, per clausulam constituti socionum nomina, & actiones citra aliam cessionem communicari. Hæc enim doctissimi Molinæ assertio licèt quoad irreuocabilitatem melioratioris vera sit (quidquid reclamet Tellus Fernandez *in l. 17. Tauri, n. 56.*) tamē quoad communicationem nominum debitorum inter socios, difficilis videtur, cùm vt sæpius monuimus, actiones, & debitorū nomina, non alitèr quàm per cessionē transferātur: et constitutum ad actionum translationem non sufficiat, Sesse *tom. 4. decis. 405. à nu. 6.* vt in terminis societatis sentire videtur P. Molin. *de iust. & iure, disp. 585. nu. 5.* à vers. *Tellus, & n. 6. circa fin.* quā è cùm casus cōtigerit, hæc maturo iudicio examinanda erūt: ego tamen propter Molinæ, Giurbæ, & Anguli auctoritatem ab eorum sententia recedere non auderem.

Adeò † autem cessio inter socios requiritur, vt finita societate si de diuisione nominum in persona vnius ex socijs existentium agatur, cessione opus sit, quam si socius faciat liberabitur, vt tenet Felicius *de societ. c. 39. nu. 99.* Cur. Philip. *tom. 2. lib. 1. c. 3. nu. 49.* facit text. *in l. 2. §. fin. D. famil. ercisc.* ibi: *In hoc iudicium etsi nomina non veniant, tamen si stipulationes interpositæ fuerint de diuisione eorum, vt stetur ei, & vt alter alteri mādet actiones, procuratorēque eum in rē propriā faciat, stabitur diuisioni.* Crederem tamen diuisione nominū inter socios facta, & nominib⁹ adiudicatis, sine alia cessione actiones transire: quia adiudicatio, & traditio instrumenti, vicem cessionis habet, vt probaui sup. *tit. 1. q. 3.* & in terminis Giurba *d. c. 5. n. 49.* cui iūges Marant. *de ordine iudic. 4. p. dist. 4. nu. 30.* vbi etiam quòd cessio, quæ finitâ societate inter socios fit, dicitur fieri ex causa necessaria. 28

Hæc † autem quæ in societate omnium bonorum quoad nominum cōmunicationem dicta sunt, fortiori 29

ratione in societate ad quæstum procedunt. Et quando in eà quæstus inter socios ipso iure communicentur, siue proprio, siue soc. etatis nomine acquisiti sint, videndus late agens Felicius *de societate, dict. cap.* 14. *à nu.* 26. Giurba *ad consuet. Mesan. cap.* 16. *glos.* 3.

30 Transgrediamur † ad actiones passiuas, & videamus qualiter socij ex contractu alterius socij teneantur. In quo dubio dicendum est, quod quotiens socius in re ad societatem tangẽti alium socium expressè obligat, certum est eum teneri, ex eoque contractu posse conueniri, etiam executiue, *vt ex l.* 16. *tit.* 10. *part.* 5. probat auctor Cur. Philip. 1. *tom. part.* 2. §. 10. *nu.* 6. quia socius potest alterum obligare, cum clausulis, hypothecâ, & pœnis, secundum morem regionis, ad quod mãdatum habere censetur, vt latè probat Gratianus 2. *tom. discept.* 279. *à num.* 1. Surdus *decis.* 213. *nu.* 3. Merlinus statim referendus *à nu.* 1. qui loquitur de contractibus factis per institorem societatis, & præpositũ negotiationi, ex cuius cõtractu alij socij actiuè, & passiuè tenentur. *Et à n.* 14. agit quomodò socij teneantur, & agant ex cõtractibus aliorum, quando omnes promiscuè negotiantur. Poterit etiam pecunias ad cambium recipere, Noguerol *alleg.* 2. *nu.* 69. Ant. Amato 2. *tom. resol.* 99. *per tot.* Vbi etiã an tutor œconomus, negotiorũ gestorũ, vel Prælatus Ecclesiæ, possint mutuas pecunias ad cambium, & cũ interesse accipere.

31 Sed † neque indistinctè socius ex contractu alterius, qui eum obligauit tenetur, sed vbi iuxta societatis formam contraxit, Felicius *dict. cap.* 30. *à num.* 7. Triaque requiruntur vt ex contractu socij alter socius conueniri possit. Primum, quòd adsit mandatum tacitum, vel expressum. Secũdũ, quòd nomine societatis contraxerit. Tertiũ quòd creditor omnium fidem sit secutus, ex Carocio Riccio, Schradec. tenet Giurba *sup. cap.* 9. *glos.* 5. *à num.* 1. videndus Cyriac. *lib.* 1. *cont.* 147. *n.* 5. Cõtractus verò extra negotiationem, & societatis normam gestus, alios socios non obligat, quamuis societas nomine fuisset celebratus, Baldus, Bart. & alij *in l. iure societatis, D. pro socio, ex l. si socius, l. nemo ex socius, D. pro socio*, tradit Valascus *consult.* 98 *num.* 3. Gutierrez, Merlinus *à nu.* 10.

Cæterum † quotiens socius cõtrahit iuxta societatis formam, socius alter obligatur, tametsi socius pecunias in societatis vtilitatem non cõuerrat, quia licèt vt ipse socius ex suo cõtractu consocium sibi obliget, teneatur probare contractum in vtilitatem societatis versum fuisse, *l. iure societatis, D. pro socio*, tamen id respectu extranei contrahentis non procedit, qui nõ tenetur curare de versione pecuniæ in commodũ societatis, vt plumbus probat Felicius *dict. cap.* 30. *à numer.* 10. Giurba *dict. cap.* 9. *glos.* 11. *à num.* 17. Gratianus *dict. discept.* 279. *à num.* 15. vbi rectè aduertit neminem teneri esse solicitũ vt res, vel pecunia conuertatur in vtilitatem eius, cum quo contraxit, nisi in casibus à iure expressis. Et quandò mutuans in certam causam, & effectum, veluti ad aliquid emendum, vel vt redimatur census, teneatur curare vt pecunia in eum effectũ, seu in vtilitatem mutuatarij conuertatur, videndi latissimè agentes Molina, & Addentes *lib.* 4. *de primog. cap.* 4. *à num.* 20. Auendaño *de cens. tib.* 64. *à num.* 4. *& per tot.* Amato *tom.* 1. *resol.* 3. *à num.* 53. Riccius *in praxi alienat. rer. Ecclesiæ decis.* 100. Cencius *de censib. quæst.* 15. *à numer.* 37. *& quæst.* 23. *à num.* 17. Hermosilla *in l.* 3. *tit.* 1. *part.* 5. *glos.* 4. *à numer.* 5. *& glos.* 7. *per tot.* latè Giurba *dict. glos.* 11. *per tot.* Noguerol *alleg.* 14. *num.* 45. & plenissimè in vna alleg. pro Marchione de Cusano, contra villas de Castilnimbre, & Paxares *à nu.* 130. *ad* 184. præ omnibus expendo magnum illum nostræ ætatis virum, Episcop. August. Barbosam *tom.* 2. *lib.* 3. *de to. decis.* 118.

Difficultas † tamen in eo consis- 33

tit,

tit, quandò socius nomine suo contrahit, nulla societatis, aut sociorum habita ratione. Quo casu socij tantùm qui cõtraxit obligari, aliosverò socios ex eo contractu non teneri, licèt in tuitu societatis contractum celebrasset, multis relatis firmat Marta 3. *tom. digestor.* verb. *socius, cap.* 8. Felicius *d. cap.* 30. *à nu.* 2. vbi asserit, socium cõtrahentem, ei qui contraxit obligari propter societatis naturam; creditori tamen obstrictum non esse: quia quẽadmodùm socio ex contractu per aliũ socium suo nomine gesto, actio non quæritur, ita neque conueniri poterit. Quod in fortionibus terminis, scilicet quando inter socios actũ fuit, vt quicquid per vnum ex eis gestum esset, ab omnibus factum censeretur, decisum refert Anton. Thesaur. *decis.* 336. licèt ipse contrariæ opinionis fuerit, cui accedit Galp. Thelaur. eius filius *libr.* 4. *quæst. forens. quæst.* 30. Quam Thesaurum tenet etiam de iure nostro Regio indubitabilem esse iudico stante, *l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop.* de qua sequent. quæst. agemus. De iure etiam communi sine dubio procederet, vbi pecunia versa fuisset in aliorum sociorum vtilitatem vt post alios tradit Gratian. 4. *tom. discept.* 632. *à num.* 6.

His verò † casibus in quib⁹ socij ex
34 cõtractu alterius socij tenẽtur, an iuslidũ, vel pro rata portionis, quâ in societate habẽt, ad æris alieni solutionẽ possint conueniri; an que super propriis bonis vltra effectus societatis executio fieri possit? Videndi latissimè agentes Felicius *de societate, dict. cap.* 30. *à num.* 7. Gratian. Thesaur. locis relatis, Valascus *cõsul.* 98. & 143. omninò legendus. Osascus *decis.* 150. Carocius *decis.* 2. Marta *sup. cap.* 6. & 7. Mastrillus *decis.* 135. Cancer. 1. *part. var. cap.* 22. *num.* 35. Alex. Ludouis. *decis.* 270. *num.* 10. Mercurialis Merlinus *de pignorib. & hypoth. lib.* 2. *tit.* 2. *quæstion.* 76. *à num.* 16. plenè Giurba *dict. cap.* 9. *glos.* 6. *à num.* 9. vbi etiam qualiter coniux ex contractu per aliũ coniugem gestum cõueniri valeat, & exequi in bonis super lucratis? Rodriguez *de executione. cap.* 8. *à num.* 28.

Illud † (quod iam supra tetigimus) 35
pro complemento quæstionis nostræ resoluendum est, an mulier dotem nõ exactã à marito, possit soluto matrimonio absq; vlla eius cessione exigere à promissore? Et licèt cõstãs, certũque sit, marito pro dote sibi, vel vxori promissa, petendæ executionis ius esse, *l. si pro tepater, C. de dotis promiss.* Parlador. & alij quos sequitur Rodriguez *de execut. c.* 3. *nu.* 12. Curia Philip. *dict.* §. 9. *num.* 5. Costa *de ratione ratæ, quæst.* 219. *num.* 7. & 8. qui limitat si nomen in dotem præsumptã datum esset, Lambertinus *de iure patronat. lib.* 1. *art.* 8. *quæst.* 5. *princip. n.* 53. vbi vtilem sine cessione actionem competere probat marito, & Ecclesiæ contra debitorum nomina, ei in dotẽ data, Schifordeg. *quæst.* 13. Anton. Faber *defin.* 6. statim referendi, & dicam
36 infrà in Miscell. huius tituli. Tamen † non satis liquet, an soluto matrimonio maritus ipse, vel eius heredes dotem non solutam exigere valeant, vt apparet ex latè traditis per Schifordeg. *lib.* 3. *tract.* 2. *ferè per tot.* Eam tamen distinctionem communitèr receptam inuenio, vt si ex stipulatione, & promissione marito factâ, mulier executiuè agere intendat, nõ aliter id efficere possit, quàm si ab heredibus mariti cessionem habuerit; viâ tamen ordinariâ etiam sine cessione rectè pro dote agere posse latè tradit Giurba *in cons. Meßan. cap.* 13 *glos.* 1. *à nu.* 8. & 10. sequitur Amato *dict. resol.* 13. *à n.* 46. vbi id ampliat, eo casu quo mulier constãte matrimonio ob vergentiam viri ad inopiam dotem non exactam, executiuè à promissore exigere intẽderet. De æquitate tamen viam executiuam vxori competere, maximè si promissioni iuramentum, vel stipulatio notarij accesserit, tenẽt Guid. Pap. Gargiarius, Fontanella *de pactis nuptialib. clauſ.* 6. *glos.* 1. *part.* 1. *per totam,*

(quem

(quem omninò videas) Anton. Faber, quos refert Amato *nu.* 50. & 51. quibus accedit Gasp. Rodrig. Gratianus, Parlador. quos sequitur D. Salgado *de Regia protect. 4. part. cap. 8. num.* 304. nouissimè nemine tamen ex his relato Merlinus *de pignorib. libr.* 3. *quæst.* 79. *à num.* 4.

37 † Cæterùm in hoc articulo alitèr sentit Schiordeg. *dict. tract.* 2. *quæst.* 13. qui licèt Digestorum tempore existimauerit, soli marito, non verò vxori soluto matrimonio ius exigẽdæ dotis competere, reprobata sententia Cartarij, Cephali, Alciati, & Barbosæ, qui marito soluto iam matrimonio exactionem dotis denegant, prout Cancerius 2. *part. var. cap.* 7. *à num.* 33. tamen iure Codicis, post Iustinianum *in l. vnica, §. accedit, C. de rei vxoriæ actione*, mulieri tantùm actionem competere profitetur: quia in dotibus quæ ab extraneis dantur, vel promittũtur, ipsa mulier fecisse videtur tacitam stipulationem, vt dos promissa ei accedat: quo fundamẽto ita decisum refert Anton. Faber *in C. lib.* 5. *tit.* 13. *defin.* 6. vbi post Iustinianeam decisionem, dotis nondùm solutæ exactionẽ vxori concedit, quin cessione mariti, vel heredum eius indigeat.

Ego † verò minimè probarem hãc
38 Schiordeg. & Fabri sententiam, neque pro ea quicquam facit *dict. l. vnica, §. accedit*: nam illa tacita stipulatio quæ *in dict. §. accedit*, dotis fauore interpositam fuisse præsumitur, eo casu quo extraneus simplicitèr dotẽ vxori, vel marito promisit; respectu tantùm mariti est, vt actum cẽseatur, mulierem à marito stipulasse, vt dos ab extraneo simplicitèr promissa, ipsi mulieri soluto matrimonio reddatur; respectu tamen vxoris, quoad extraneũ promittentem nulla stipulatio præsumitur, quæ neque necessaria erat, cùm veram, & realem stipulationem factã fuisse proponatur: et lõgè minus quãdò extraneus non promisit, sed dotẽ matito, vel vxori numerauit, Fontanella (posthęc scripta visus) *de pactis nuptial. claus. 6. glos. 1. part. 1. à nu.* 30. Quapropter ex illa Iustiniani decisione, nulla poterit mulieri aduersus extraneum pro exactione dotis noua actio competere, sed tantùm aduersus maritum. Idque solùm ea constitutione voluit Iustinianus, vt quotiens extraneus dotem mulieri dat, vel promittit, nec sibi dotem reddi stipulatus fuit, præsumatur stipulationem mulieris fauore adiectam, actumque fuisse intelligatur, vt ei maritus dotem soluto matrimonio, nõ verò extraneo detanti restitueret, vt rectè, & doctè explicat Iacobus Cuiacius *ad dict. §. accedit*, Menoch. *libr.* 3. *præsumption.* 5. *per tot.*

Vndè † reiecta hac Ant. Fabri opi- 39
nione, eiusque assecl æ Schiordeg. verius dicerem, iuxta iuris regulas, soluto matrimonio, nõ alij quam marito, cui dos promissa fuit, vel eius heredibus exigendæ dotis nondùm solutæ ius esse, mulieremque, vel eius heredes, nõ alitèr quàm cessis iuribus aduersus promissorem agere posse, vt expressè docet Consult. *in l. si socer, §. Lucius, D. de solut. matrim.* & Imper. *in dict. l. si pro te pater* 5. ex Franchis, Franc. Tondutus *quæst. ciuil. cap.* 100. *in decis. Rotæ Auenionens. quæ refertur post dict. cap.* vers. *cessante itaque*, Scapuccinus *de singular. successore, limit.* 21. *num.* 8. licèt ipse ex Bouerio dicat, opinionẽ tutam non esse. Qua cessione mulierem indigere, etiam vbi agit de exigenda dote cõstante matrimonio obvergentiam viri ad inopiam, sentit Hermosilla statim referẽdus *num.* 169. vers. *limita.* Si tamen aliqua iusta, & rationabilis causa adesset, mulierem sine cessione admitterem, vt ea forma, qua maritus conuenire posset promissorẽ, cõtra eũ recta via experiretur: iuxta quã distinctionẽ in pacẽ redigi possunt superiores sententiæ, pro qua facit quæ nos infrà dicemus *tit. seq. quæst. .... in fin.*

In quam † sententiam vt descendã, 40

vltra

vltra prędicta iura, illud etiam memouet, solam vitandi circuitus rationem, iustam causam non esse, vt mulieri citra cessionem exactio dotis permittatur inconsulto fortè, & ignorāte marito, vel eius heredibus, quibus expedire poterat, nè mulier dotem exigeret, cuius retinendæ iustam causam habebant.

41 Facit † vlteriùs in superiorisdoctrinæ comprobationem Caualcanus *decis.* 22. *num.* 18. *part.* 4. qui asserit, viduæ si ex præcedenti matrimonio superstint filij, deberi vsuras dotis marito promissæ, & non solutæ, quēadmodum eius marito debebantur, ipsamque agere posse contra heredes mariti, vt illi cedant actionem pro exigēdis vsuris à debitore, & promissore dotis. Caualcanus enim eius sententiæ fuit, mortuo marito, vel mortua vxore, si ex matrimonio superstint filij, dotis marito promissæ, vsuras deberi, quasi propter filios durēt adhuc onera matrimonij, obquæ marito vsuras dotis retardatæ percipere permittitur, iuxta textum *in cap. salubriter de vsuris*, & ita obtinuisse testatur *decis.* 26. *part.* 3. *num.* 25. Sed verius dicunt alij, soluto matrimonio per mortē mariti, vel vxoris, etiamsi superstint filij, vsuras non deberi, vt latè probat Gratianus 3. *tom. cap.* 427. *à num.* 4. *& in addit.* Fontanella *de pact. nuptial. claus.* 6. *glos.* 2. *part.* 6. *num.* 33. Sesse *decision.* 68. *à num.* 23. Barbos. *in collect. ad d.c. salubriter à num.* 8. plenè omninò videndus Hermosill. *in l.* 10. *glos.* 4. *à nu.* 166. *tit.* 1. *part.* 5. Sed Caualcani sententia, tàm in marito, quàm in vxore, vbi ex matrimonio superfunt liberi strenuè, & nouiter defendit Leotard. *tract. fruct. de vsuris q.* 30. *à nu.* 16. *&* 30. *& quæst.* 79. *num.* 41. Iuxta quam Caualcani, & Leotardi sententiam, vidua cessione heredum mariti indigebit ad exactionem vsurarū, prout eorum cessione ad dotis exactionem regulariter indiget, secundum veriorem sententiam.

Adstipulatur † etiam his, quòd vxor, quæ soluto matrimonio tenetur 42
stare locationi factæ per virum, non potest agere ad pensionem contra colonum, nisi ab heredibus viri cessionē habuerit, iuxta Giurbam *in consuet. Messan. cap.* 1. *glos.* 11. *à num.* 13. *& cap.* 15. *glos.* 8. *num.* 14. Scapuccinus, & alij infrà referendi *in Miscellanea huius tituli.*

Sed † antequam quæstioni finem 43
imponam, illud vt notabile aduerto, quòd licèt marito dotis non solutæ exactio pertineat; tamen si pauper sit, sub prætextu quòd dote, vel aliquâ eius parte indigeat, nè alias egeat, & mendicare cogatur, dotem exigere non poterit; quia priuilegium, & beneficium marito competens, vt in solidum pro dote non conueniatur, sed deducto nè egeat, de quo *in l. maritū, cum sequentib. D. soluto matrimonio*, non parit actionem ad agendum, sed tantùm ad retinendum, & excipiendum; vt rectè notat Fontanella *de pactis nupt. claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 11. *num.* 86. *&* 87.

SVMMARIVM.

1 *Stipulationes, & contractus in id inuenti sunt, vt vnus quisque quod sua interest stipuletur.*

2 *Alter alteri stipulari non potest.*

3 *Stipulatio in alterius commodū concepta non valet, licet mater pro filio, aut pater pro filio emancipato stipulentur.*

4 *Ex contractu per procuratorem nostrum celebrato, quænam nobis actio quæratur: & quid interfit, an domino, vel sibi stipuletur. Procurator meus si acquirat sibi actionem, eam mihi cedere cogitur. Item in quolibet administratore negotiorum gestorum, & institore præcedit.*

5 *Ex contractu procuratoris, & administra-*

stratoris, vel institoris quæritur nobis actio etiam sine cessione, si abessent vel decessissent, vel si aliter domino consultum esse nō posset.

6 *Vtilis nobis acquiritur actio ex contractu procuratoris, vel institoris, si ex re nostra stipulati sint,* & nu. 10. cum sequentib.

7 *Expenditur* text. in l. si cum venderet, D. de pignorat. actione.

Reiicitur emendatio Ant. Fabri.

Refertur interpretatio D. Antonij Pichardo.

8 *Reiicitur interpretatio* D. Pichardi.

Stipulatio alteri facta consistit, si stipulanti interfit, ex ea tamen alteri non adquiritur, sed stipulanti quanti sua interfit.

9 *Expenditur contra* Pichardum, l. si creditor 7. in princ. D. de distraction. pignor.

Creditor si distrahat pignus ea pactione, vt liceat sibi pro eodem pretio redimere, si debitor eo pacto vti vellit, debet cessionem iurium à creditore obtinere.

10 *Refertur alia interpretatio* D. Iosephi Vela, *quæ reiicitur*, num. 11.

12 *Vera interpretatio, & concordia,* ad text. in dict. l. si cum vēderet, & d. l. si creditor 7.

Quid interfit an super re mea stipuletur mihi procurator meus, vel extraneus.

13 *Expenditur, & intelligitur* l. penult. C. ad exhibendum, l. 1. §. si te rogauero, l. si is apud quē, D. depositi.

Debitor si deponat pecuniam ad fauorem, & dimissionē creditoris, vtilis ei actio competit contra depositarium.

14 *Expenditur, & intelligitur* l. eleganter, §. si vendiderit, D. de pignorat. actione, & conciliatur, cū l. creditor 42. D. eodem tit. *cum* num. sequentib.

16 *Refertur ad ea iura interpretatio* Iacob Cuiacij.

17 *Reiicitur interpretatio* Iacob Cuiacij.

18 *Alius intellectus* Ant. Fabri *adducitur, qui similiter reprobatur,* num. 19.

20 *Vera interpretatio, & concordia,* ad dict. l. eleganter, §. si vēdiderit, cum dict. l. creditor 42. D. de pignor. actione.

21 *Intelligitur* l. si pignori 29. D. famil. erciscund. *dum in ea creditor debitoris procurator dicitur.*

22 *Creditor si distrahat pignus, & in venditione læsio vltra dimidiā interueniat, an vt debitor remedio,* l. 2. C. de rescind. vendit. *adueisus emptorem agat, creditoris cessione indigeat?*

23 *Opinio* Ferdinandi Arias de Mesa, *reprobatur.*

24 *Ex contractu procuratoris vtilis actio quæritur domino, quandò eo præsente procurator stipulatur.*

25 *Ex stipulatione iudiciali vtilis actio sine cessione procuratoris, domino competit.*

26 *Dominium rei emptæ per procuratorem, an nobis acquiratur? & de cōcordia* text. in l. res ex mādato, D. de adquirend. rer. dominio, *cum* l. si procurator, D. eod. tit. *remissiuè.*

27 *Ex contractu procuratoris vtilis actio quæritur militi, & Ecclesiæ, quemadmodùm minoribus ex cōtractibus curatorum, vel tutorum.*

28 *Ex obligatione inter alios ad nostrū commodum inita, an agere possimus?* cum num. sequentib.

29 *Absentibus nobis an actio adquiratur ex stipulatione notarij?*

Actio vtilis vbi quæritur nobis ex stipulatione notarij, an acceptatio nostra requiratur, vt cōtractus reuocari non possit?

30 *Absenti an cessio iurium fieri possit?*

31 *Ex stipulatione nobis per tertium facta,*

cta, nec naturalis actio competit.

32 *Ex stipulatione, & contractu tertij ad fauorem nostrum, an de iure canonico nobis detur actio?*

Deficiente iure patrio, ad ius canonicum recurritur, & deficiente iure canonico ad ius Regium, & ciuile.

33 *Ex stipulatione alterius, vbi de iure Canonico nobis competit actio, an vtilis sit, vel directa.*

34 *Ex promissione iurata inter alios facta, actio acquiritur sine cessione.*

35 *Ecclesiæ, dotis, vel piæ causæ fauore, an ex contractu tertij actio cõpetat.*

36 *Si donem, vel vendam tibi rem cum onere soluendi meis creditoribus, an ipsi possint aduersus te agere, absque vlla cessione. Distinguitur inter ius commune, & Regium, & num. 37.*

38 *Emptor rei cum onere soluendi debitum, an ad eius solutionem vrgeri possit, si de eo non aliter constet, quàm ex confessione emptoris, qui cum eo onere vendidit.*

39 *Confessio debiti incidenter, & inter alias personas facta, an præiudicet, & quid si confessio in fauorem Ecclesiæ fiat.*

40 *Discrimen assignatur inter ius cõmune, Partitarum, & Regium, circa stipulationem alteri factam.*

41 *Verba promissionis si dirigantur in absentem, ei de iure Regio sine cessione competit actio, secus si ad tertium dirigantur, quia cessione opus erit.*

QVÆSTIO IX.

Ex contractu procuratoris, vel institoris nostri, vel obligatione inter alios ad nostrum commodũ inita, an nobis competat actio sine cessione? Interpretantur, & conciliantur *l. si cùm venderet, D. de pignorat. action.* cum *l. creditor, D. de distract. pignor. Et l. eleganter, §. si vẽdiderit, D. de pignorat. action.* cum *l. creditor* 42. *D. eodẽ titulo.*

INTER casus in quibus dubitari accidit, an vtilis actio sine cessione cõpetat? adscribitur hic, quẽ præsens exhibet quæstio: scilicèt an ex contractu procuratoris, vel alterius extranei, nobis sine cessione acquiratur actio, & agere possimus in iudicio? In quo quid de iure communi, & Regio statutum sit, breuiter, & forsan non inutilitèr referemus.

Et † cùm stipulationes, & contractus in id inuenti sint, vt vnus quisque quod sua interst stipuletur, eorumque summus sit finis, vt quid nobis, aut detur, aut fiat, quod nostra interst. Inde † est, vt alter alteri stipulari non possit, *§. si quis alij, §. alteri, Instit. de inutilib. stipulat. l. stipulatio ista, §. alteri, & §. si stipuler, D. de verbor. obligat. l. certi condictio, §. quoniam, D. si cert. petat. l. quo tutela*, vers. *fin. D. de reg. iuris, l. 3. C. de inutilib. stipulationib. l. multum interst, C. si quis alteri, vel sibi, l. 7. tit. 11. part. 5.* cum alijs congestis à Richardo *in dict. §. alteri*, Anton. Gomez

1

2

nicz 2.*tom.var.c.*11.*num.*18. Matienzo *in l.*2.*tit.*16.*lib.*5.*Recop.glos.*5.*à n.* 1.& ibi Azeued.*à num.*30.Petr.Surd. *de alimentis tit.*8.*priuileg.*73.*à nu.*1. Stipulatio † quæ in alterius commodũ concepta nulla est,adeò vt nec stipulanti quæratur actio,quia noluit; nec ei cui stipulatus est,quia non potuit,*d. l.multum interst.*Donell.*lib.*12.*com. cap.*17.*et* 18.vbi Osuald.latissimè *P. Sanchez de matrimon.lib.*1.*disp.*7.*per tot.*elegãtissimè Salçedo *de repræsent. lib.*1.*cap.*18.*à num.*40.*ad finem*, vbi plura iura in idnotat,& interpretatur; doctissimè materiam explicans,& signanter,quòd nec pater pro filio emãcipato,nec mater pro filiis vtiliter stipulantur: eisque ex hac stipulatione neque directam, neque vtilem actionem, quam probat, videndus latè agẽs Card.Mantica *de tacit.et ambig. libr.* 14.*tit.*15.vsque ad *tit.*28. qui omniũ plenissimè prosequitur nostræ quæstionis materiam, posthæc visus Hunnius *in Encycloped.iur.*2.*part.tit.*5.*c.* 11.*à num.*1.*et latiùs resol.tur.ciu.libr.* 4.*tract.de actionib.part.*4.*quæst.*2.*per tot.*Trahendus infrà referendus *disp.* 7.*per totam.*

Quæ doctrina † de iure communi, 4 & Patrũ tarum, vires suas extendit ad cõtractum per procuratorem nostrũ celebratum, ex quo nulla nobis actio quæritur,neque ipsi procuratori,si cõtractus verba dirigantur ad dominũ: 1 veluti si quis procuratori meo promittat,centum mihi daturum, vel soluturum,*glos.in l.*1.*D.de stipulat.seruor.* quam singularem appellat, Paul. de Castro *in dict.l.si stipulatio ista*,§.*si stipuler*,sequitur Anton.Gomez *d.cap.* 2 11.*nu.*18.vers.*quod intellige*, Donell. *in l.*1.*C.per quas personas*,*à nu.*19. Osuald.*dict.c.*18.*lit.S.* si verò verba cõtractus in personam ipsiusmet procuratoris concipiantur, quia quis dare, vel soluere promisit procuratori,nomine domini; licèt eo casu neque vtilis,neque directa actio competat domino,ea tamen procutatori acquiritur,quam rursùs dominocedere tenetur,ad quod cõpelli poterit,vt vtilẽ & alterum probat *l.*1.*et* 2.*C.per quas person.*vbi Gothofred.*leg.*1.§.*si terogauero.D.depositi*, *l.idem* 10.§.*si cui mandauero,D.mandati,l.possessio*3.§. *etsi possessio,D.de acquir.possess. l.*2.*C. sicert.petat.*cum aliis congestis à Gothofredo ibi,Anton.Fab.*lib.*12.*conjectur.cap.*4.de iure nostro Regio elegãs est *l.*8.*tit.*11.*part.*5.ibi:*Cualquier que vale la promision:pero no puede demander aquel en cuio nome fue hecha, que le den,ò quel fagã lo que es prometido,hasta que el personero,que la recibio por el, le otorgue poder*, vbi optimè Gregor. Lop.*glos.le otorgue poder*, Parlador.*in sexquicent.dtff.*36.*num.*5.addit ad Capell.Tholos *decis.*119.*num.*3.Maranta *de ordine iudic.part.*6.*tit.de production.instrum.num.*18.Hypoll. Montaner *in addit.ad Oliban.de actionibus part.*2.*lib.*1.*cap.*4.*nu.*7.vers.*quæ regula*, Guzman *de euiction.quæst.*53.*n.*19. Quæ etiã in institore,& alio administratore procedunt.Maranta *de ordine iudic.*4.*part.distin.*22.*n.*3.Frãc.Marc. *decis.*9.*tom.*1.cuius meminit Genoa *de script.priuat.lib.*4.*tit.de libro rationis institor.post finem innotabilibus*, vers. 1.& 2.Idẽ in institore,& procuratore, Acosta *de priuileg.creditor. in præfat.ad reg.*1.*num.*95.ex multis Cãcer. 2.*part.var.cap.*1.*num.*145.Scaccia *de commert.*§.2.*glos.*9.*num.*29.In negotiorum gestore idem admittit Anton. Gomez *dict.cap.*11.*num.*18.vers.*item adde*.& est text. quem ipse non retulit,*in l.nam.et* §.*mandatu*, *D.de negotiis gestis.*

Quæ licèt ita se habeant,in aliquibus tamen casibus ex contractu procuratoris,institoris, vel negotiorum gestoris, vtilis actio citra cessionem nobis competit.Primò,quãdò procurator,institor,vel negotiorum gestor, aut abesset, vel decessisset, aliterque domino consultum esse non posset,vt ex præcitatis DD.in individuo tenẽt Greg.Lopez *d.glos.*verb. *le otorgue*, 5

Maran-

Mariana *dict. num.* 3. Franc. Marcus, Acosta, Add. ad Capell. Tholos *decis.* 152. *num.* 3. Et in subsidium ex cõtractu procuratoris domino actionẽ acquiri, probat text. *in l. damni* 18. *§. fin. D. de dãno infecto, l.* 5. *D. de prætor. stipulat. l.* 1. *in fi. l.* 2. *D. de institor. actione*, Donell. *dict. lib.* 12. *cap.* 17. *circa finem, & lib.* 15. *cap.* 43. *in fin.* Costa *de remed. subsid. rem.* 91. *per tot.* omninò legendus.

6 Secundò† vtilis actio ex facto procuratoris, vel institoris domino quæritur, quandò ex re domini stipulati sunt. *l. quod procurator* 68. ibi: *Quod procurator ex re domini mandato non refragante stipulatur, inuito procuratore dominus petere potest, D. de procurator. l. Iulianus* 13. *§. si procurator*, ibi: *Vtilem ex empto actionem domino competere, D. de actionibus empti, l.* 9. *titul.* 11. *part.* 5. Anton. Gomez *sup.* versic. *quintus casus*, Hunnius *dict. part.* 4. *quæst.* 3. Capell. Tholos *dict. decision.* 152, vbi intelligit, siue procurator ex re, vel circa rem, vel supra rem domini contraxisset, Cancerius *tom.* 2. *var. cap.* 14. *num.* 204. Donell. *dict. cap.* 17. *&* 43. videndus Anton. Faber *d. cap.* 4. *& in rationali ad l. solutum, §. per liberam, D. de pignorat. action. & in Iurisp. tit. de tutel. princ.* 6. *illat.* 33. *circa princip.* Cyriac. *lib.* 2. *cõt.* 338. *à n.* 10.

7 Ex qua† doctrina lucem accipiet text. aliàs difficilis *in l. si cum vendere, D. de pignorat. actione*, vbi ex pacto inter creditorem, & emptorem pignoris inito, vt liceret debitori pecuniâ solutâ pignus redimere, vtilis ei absque cessione quæritur actio. In cuius textus textus interpretatione anxij laborant interpretes. Et Ant. Faber vltimum huius legis versiculum Triboniani esse asserit in rationali ad eam, *& de error. pragmat. decad.* 22. *error.* 9. Pichard. verò omissis aliis interpretationibus asserit, ideò ibi debitori ex contractu inter alios gesto actionem acquiri, quoniam intererat creditoris, nè ipse actione pignoraticiâ vrgeretur à debitore.

Hæc† tamen doctissimi Pichardi 8
interpretatio conuincitur primò, quia licèt stipulatio alteri facta consistat, si stipulantis interest, valet tamen nõ vt ex eâ actio quæratur extraneo, sed ipsi stipulatori, quanti sua interest, quod alij detur, *dict. l. stipulatio ista, §. si stipuler, & §. si quis insulam, l. liber homo, §. fin. D. de verb. obligat. §. sed etsi quis, Instit. de inutilib. stipulationib. l.* 10. *tit.* 11. *part.* 5, Anton. Gomez *sup.* verf. *secundus casus.*

Conuincitur† secundò, *ex l. si credi* 9
tor 7. *in princ. D. de distract. pignor.* in quâ asseritur, creditorem, qui pignus distraxit ea pactione, vt liceat sibi soluto eodẽ pretio pignus recipere, debere cedere actiones suas debitori, si eo pacto vti vellit. Ea enim ex his iuribus differentia agnoscitur, vt si creditor pactũ in debitoris personã concipiat, vtilis ei actio sine cessione cõpetat *d. l. si cum venderet*; sin verò in ipsius fauorem conceptum sit, debitor cessione indigeat, *d. l. si creditor*, vbi Bart. Iulius Cæsar Glusianus *de bonis in solut. dandis lib.* 1. *cap.* 31. *nu.* 396. Ex quâ apertè desumitur contra Pichardum, quòd licèt creditoris interest, nè actione pignoraticia teneatur, id tamen nõ efficit, vt in *d. l. si creditor*, vtilis actio sine cessione competat debitori, sicut competit *in d. l. si conuenerit*, quo fundamento Pichardi solutionẽ reiicit D. Ioseph. Vela 2. *tom. disser.* 32. *num.* 75.

Vndè† ipse D. Ioseph Vela à *n.* 70. 10
aliter interpretatur *d. l. si cum vẽderet*, existimans, ideò ibi debitorẽ vtilẽ actionẽ sine cessione habere, quia pactũ redimendi pignus super re eius interpositũ fuit, quo casu vtilẽ tertio actionẽ competere firmat: regulamque *d. §. alteri*, solũ procedere asserit, quâdò pactio in alterius fauorẽ initur super re propria paciscentis; non verò si super re eius, cuius commodũ conuentio respicit: pro sua sententia expẽdit in terminis Paul. de Castro *in d. l. si cũ*

venderet, num. vlt. & in l. Publia Mæuia 26. n. 3. D. depositi.

11 Hæc † verò Velæ interpretatio manifestè conuincitur, nam si ex eo quòd pactum super re mea interponeretur, mihi indistinctè absque cessione acquireretur actio, eadem ratio admitteret, vt in specie dict. l. si creditor, actio sine cessione competeret debitori, super cuius pignore, vel hypothecâ pactum redimendi fuit initum, quam ei non acquiri expressè probatur ex eo textu.

12 Quare † his & aliis reiectis solutionibus, verissimè satisfacies si dixeris, multùm referre, an super re meapaciscatur procurator meus; an verò paciscatur extraneus: nam si procurator paciscatur, siue sibi, siue mihi stipuletur, vtilem actionem mihi quæret, vt vltra relatos sup. probat Iul. Paccius cent. 2. quæst. 35. Anton. Faber libr. 5. coniect. cap. 4. circa finem: at verò si tertius, & extraneus paciscatur, inspiciendum erit, qua forma contrahat obligationem: nam si in sui fauorem, hoc est si sibi dari stipuletur, vtilis mihi ex eâ stipulatione non competet actio, sed cessio necessaria erit: si in autem in mei fauorem pactum cõcipiat, absque cessione vtiliter agere mihi licebit. Quæ distinctio mirè admodùm comprobatur ex dictis iuribus: nam in d. l. si cum venderet, ideò vtilis actio datur debitori, quia in eius personam, & fauorem creditor redimendi pactum direxit: at verò in dict. l. si creditor, ideò cessione opus fuit, quia creditor in sui fauorem fuit stipulatus: cui interpretationi assentire videtur Donell. dict. cap. 17. circa finem.

13 In † eius etiam fulcimentum optimè facit, l. penult. C. ad exhibendum, vbi ex conuentione illius, qui res meas apud te eo pacto deposuit vt mihi restituerentur, ideo vtilis actio datur: quia tertius ille super rebus meis in mei fauorem stipulatus fuit: nam si sibi reddi stipulatus esset, non mihi, sed sibi quæreret actionem, quam mihi cedere cogendus esset: vt in eisdem terminis probatur ex l. 1. §. si te rogauero, l. si is apud quem, D. depositi. Videndus Gratian. 1. tom. discept. 8. a num. 17. vbi latè probat ex deposito tàm iudiciali, quàm extraiudiciali per debitorem in fauorem creditoris facto, vtilẽ ei actionem competere, & rei vindicationem contra depositarium Donell. lib. 16. com. cap. 14. à vers. hoc iure, cũ sequentibus, ex Negusantio tantùm, Merlinus de pignor. lib. 4. q. 84. n. 128.

14 Iubat † etiam & confirmat superiorem interpretationem text. in l. legãter, §. si vẽdiderit, D. de pignorat. actione, vbi Vlpianus asserit, creditorẽ, qui pignus pluris, quam debitum erat distraxit, ita vt superfluum pretij restitueret emptor, debere mandare actiones suas debitori, vt aduersus pignoris emptorem agat. Quod ex dicto principio prouenit, nàm cùm creditor superfluũ pretij sibi reddi stipulatus sit, inde est, vt debitor sine cessione non agat.

15 Neque † pugnat cum Vlpiano Papinianus in l. creditor 42. D. de pignorat. actione, vbi in eadem specie asseritur, creditorem superfluum pretij cum vsuris restituere teneri debitori, neque audiendum esse, si velit emptorem delegare. In quorum iurium interpretatione dubius hæret Accurs. in dict. l. creditor. Sed videamus prius quid senserit doctissimus Cuiacius, & subtilissimus Anton. Faber, deindeq; ad Accursium (nec Fabro, nec Cuiacio secundum) deueniemus.

16 Et † Iacobus Cuiacius lib. 3. respon. Papiniani ad d. l. creditor, in ea sententia est, quòd quandò creditor pignus maiori quantitate distraxit, quàm debitum erat, si debitor pignoraticiâ aduersus eũ experiatur, vt reddat superfluum pretij, audiendus est creditor, si mandare paratus sit actiones suas cõtra pignoris emptorẽ, d. §. si vẽdiderit: nõ tamẽ audiẽdũ esse asserit, si emptorẽ delegare offerat, d. l. si creditor. Discriminis rationẽ assignat, quia vbi mãdãtur actiones, creditor nõ liberatur

tur, cùm periculo suo eas mandet: & debitor cuius pignus venditum fuit, recursum habeat aduersus eum: at vero cũ pignoris emptor delegatur, creditor liberatus manet: quia nouatur obligatio, & loco creditoris alius debitor substituitur, quod æquum non est, cùm creditor vendendo pignus, negotium suum gesserit. Quam interpretationem licèt obscuris verbis, & prout sonant, iuris principiis nõ aptis, sequitur Arias de Mesa *lib.* 1. *var. c.* 26. *n.* 11. *&* 12. in eo enim (nisi typographi vitio abscribas) error est, quatenus asserit, per delegationem venditorem adhuc obligatum manere: secundò quatenus cessionem, & delegationem æquiparat, quæ longe differunt, vt suo loco diximus.

17 Quæ † Cuiacij interpretatio, quam primus omnium retulit Accursius displicet, quia siue creditor mandare actiones contra debitorem, siue eum delegare desideret, audiri non debet, si renuat debitor, ex ratione illa Papiniani, quòd creditor non tàm debitoris sui, quàm proprium negotiũ gessisse videtur: quare iustum est, vt superfluum ipse restituat, neque satisfaciat mandando, siue delegando: cùm longè pignoris domino expediat, vt creditor suis expensis superfluũ pretij exigat ab emptore: vt ex Negusant. tantùm probat nouissimè Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *q.* 101. *à n.* 6.

18 Alitèr † Anton. Faber *in rationali ad dict. §. si vendiderit, & ad d. l. creditor*, vbi gloriatur neminem veram interpretationem fuisse assecutum, ex his qui post Accursium sẽ tantoperẽ torquent in horum iurium conciliatione. Quibus reiectis, ipse distinguendum asserit, an creditor iure creditoris, hoc est pacto (ita enim legendum esse *in dict. l. creditor*, non vt in Pandectis florentinis *ex facto*, vel vt in vulgata editione, *in venditione ritè facta*; rectè post Cuiacium probat) & conuentione pignus vendiderit: an verò creditore postulante iudicis auctoritate per subhastationẽ distrahatur? (quòd infrà *tit. sequenti quæstion.* 13. explanabimus) Nam primo casu, cùm creditor suum negotium faciat, præcisè ipse superfluum pretij restituere cogitur, neque satisfaciet cedendo, vel delegando, *vt in dict. l. creditor.* Alio verò casu cùm non proprium quinimò debitoris negotium creditor faciat, ipseque debitor vendere censeatur, argument. *l.* 1. *& 2. C. si in caus. iudic. l. si ob causam, C. de euictionibus*, satisfaciet creditor, si actiones suas cedat, & ita accipit Vlpianum *in d. §. si vendiderit.*

Hæc ex † merâ, rectâque iuris ratione descendere profitetur Anton. 19
Faber: sed ego nisi fallor ab eâ procul esse existimo: nec video vndè somniare potuit, Vlpianum de eâ pignoris venditione loqui, quæ iudicis auctoritate, postulante creditore fit; cùm id nullum illius, §. verbum suadeat, imò potius expressè de creditore iure suo, & iuxta legem pignoris vendente, speciem proponat Vlpianus. Quod ex his tùm verè, tùm nouiter probatur. Primò, quia si pignus in publicâ subhastatione iudicis auctoritate ità vẽderetur, vt debitor superfluũ pretij acciperet; nulla iurium cessione indigeret, imò ipse directâ actione emptorem posset cõuenire; cum ipse debitor vendere censeatur, vt in simili casu diximus *dict. quæst.* 13. Secundò, quia cessionem actionum periculo venditoris faciendam esse asseritur, quod iniquum esset, si creditor non iure, & facto suo vendidisset: si enim auctoritate iudicis venditio fuisset celebrata, satisfaceret creditor cedendo actiones periculo debitoris, iuxta Cuiacium *ad dict. l. creditor.* Tertiò, quia creditor, venditor appellatur *in dict. §. si vendiderit*: ergo euincitur iure cõuentionis, non iudicis auctoritate pignus fuisse distractum, aliàs debitor, vẽditor diceretur.

Vndè † reiectis his interpretatio- 20
nibus verissimè dicendum est, creditorem conuentũ vt superfluum pretij

restituat, minimè satisfacere, nec mãdando actiones; nec delegando pignoris emptorem, si debitor desideret, vt creditor ipse exigat pecuniam, quæ summam debiti sui excedit *d.l.si creditor.* Sed si antequàm creditor exigat, nec moram in exigendo faciat, debitor pignoratitia actione agat contra creditorem, vt superfluum pretij soluat, eumque vrgeat ad solutionẽ: tũc iuxta Vlpianum *in d.§. si vẽdiderit*, debitor aut expectare debet, aut suscipere actiones aduersus emptorem, quas creditor suo periculo mandare tenetur, nè de suo priusquàm exigat, creditor soluere compellatur: qui intellectus verissimus est, & colligitur ex mẽte Accursij, & Iulij Paccij *cent. 4. quæstion. 49.* ex Oñezio, Genoa *legum cõcil. fol. mihi 220. ad d.l. eleganter, §. si vendiderit.* cum *d.l. creditor.*

Ex quibus † liquidò apparet verissimum esse intellectum, quem supra tradidimus Vlpiano, *in d.l. si cum venderet*, quem non turbat text. *in l. si pignori 29. D. familiæ erciscun.* ibi: *Quia quod creditor egit, pro eo habendum est, ac si debitor per procuratorẽ egisset:* vndè videtur, ex pacto creditoris pignus distrahẽtis, siue sibi, siue debitori prospiciat, vtilem actionẽ indistinctè debitori competituram, cùm creditor in pignore debitoris procurator censeatur, ex Olasco, & alijs Fontanella *de pactis nupt. claus. 5. glos. 8. p. 15. nu. 52.* Procurator tamẽ, vt sup. diximus, si ex re domini siue sibi, siue domino stipuletur, vtilẽ ei actionẽ quærit, *d.l. quod procurator 68. D. de procurat.* Quia respondetur, creditorẽ impropriè debitoris procuratorẽ appellari, quasi videatur, debitoris mandato vẽdidisse, vt ex Negusant. Paulo Stayban. Ioan. Bapt. Thor. *2. p. comp. decis.* verb. *liberatio pretij*, Gaito *de credito in 2. editione in addit. append. 3. p. resol. 1. à num. 36. & in append. p. 2. resol. 2. num. 53.* verè tamen procurator emptoris non est: quia vendendo pignus, non emptoris, sed proprium negotium gerit *d. l. creditor in fin.* Anton. Faber *in rationali ad eam.* Vndè † si in venditione læsio interueniat, & debitori remedio, *l. 2 C. de rescind. vendit.* agere velit, tutius est, vt creditor vendes ei actiones suas cedat, iuxta Pinel. *in d.l. n. c. 2. nu. 2. in fin.* vbi ex Georgio, Socino, Fulgos. singularem dicit *d.l. si pignori 29.* cuius meminit etiam Anton. Faber *in rationali ad d.l. creditor*, his non relatis D. Ioseph Vela *decis. 32. n. 74.* 22

Dum † posthæc scripta peruenit ad manus Arias de Mesa, qui *lib. 3. var. c. 50.* agit de interpretatione *dict. l. cùm venderet*; & in eâ residet sententiâ, ideo ibi vtilem personalem actionem debitori fuisse quæsitam, quia pactum ab ipso debitore censetur adiectum: nihil tamen ex his quæ nos diximus retulit: eiusque opinio; quàm aliena sit ab Vlpiano, ex superiùs dictis facilè comprehendes. 23

Tertiò † sine cessione datur vtilis actio domino ex contractu procuratoris, quandò præsente domino stipulatus est, *l. si procuratori. 69. D. de verbor. obligation. l. 9. tit. 11. par. 5.* vbi Gregor. Lopez, Donell. *dict. c. 17. & 43.* Anton. Faber *dict. lib. 12. coniect. c. 4.* quia vbi dominus præsens est, & consentit: quodadmodo stipulatus videtur, *argum. l. 1. §. si iusserim, l. quod meo 18. §. si per venditorem, D. de acquirend. possession.* Iulius Paccius *centur 2 quæst. 35. vers. tertio oppono.* Stipulationem † etiam iudicialem per procuratorem factam domino sine cessione acquiri, *ex l. in causæ, §. fin. D. de procuratorib. cum leg. sequent.* probat Gutierrez *de iuramen. confirmat. 1. par. c. 68. num. 2.* Seraphin. *de priuileg. iuramẽt. priuileg. 25. numer. 6. dict. l. 9.* vbi Gregor. Lopez, Mieres *1. part. quæstion. 36. numer. 20.* Cancerius *3. part. variar. cap. 7. num. 2. & 5.* Anton. Masa Gallesi. infrà referendus *num. 20.* Vbi *à num. 18.* probat, ex instrumento guarentigiato vtilem actionem domino acquiri sine cessione. De procuratore † demente, quandò per eius pactum 24 25 26

pactum dominium acquiramus, & de interpretatione text. *in l. res ex mandato, D. de acquir. rer. domin.* cũ *l. si procurator, D. eod. tit.* plenissimè differit Noguerol *alleg.* 20. *per tot.* Hermosill. *in l.* 48. *tit.* 5. *part.* 5. *glos.* 5. *præcipuè à nu.* 12. Cencius *de censibus quæst.* 95. *nu.* 11. *&* 109. *à nu.* 46. Marius Muta *decis.* 81. *à nu.* 16. D. Ioseph Vela *dissert.* 38. *nu.* 89. *&* 90.

27 Quæ † diximus, per procuratorem regulariter domino sine cessione actionem vtilem non acquiri, non procedunt in procuratore militis, vel Ecclesiæ, *l. si pecuniã*, vbi Gothofred. *D. si certum petat.* vbi Bald. Velascus de *priuileg. paup.* 3. *part. quæstion.* 8. *num.* 258. *&* 259. Surdus *de alimentis titul.* 8. *priuileg.* 73. Quemadmodùm ex cõtractu tutoris, vel curatoris vtilis actio pupillo competit, *dict. l. si pecuniam, l. eum qui, § penult. D. de constit. pecun.* Donell *dict. cap.* 17. Anton. Faber *de tutel. dict. princ.* 6. *illat.* 33. Pater Sanchez statim referendus *nu.* 8.

28 Diximus † quandò per procuratorem iure communi, & Partitarũ attẽto vtilis actio sine cessione domino competat: videamus nunc an ex obligatione inter alios ad nostrum commodum inita agere possimus: quandoque ex facto tertij nobis paretur actio citra cessionem? Pro cuius rei cognitione, duo casus considerandi sunt. Vnus, quandò absenti aliquid promittitur, notario pro eo stipulante. Alter verò casus est, quãdò tertius in mei fauorem paciscitur, veluti si stipuletur, eique alter promittat, se mihi centum daturum: vel quandò venditur, vel donatur res alicui, cum onere vt soluat mihi aliquam quantitatẽ. Quibus casibus dubitari solet, an ex ea obligatione, & stipulatione, vtilis actio competat, vel cessione opus sit, vt agere possimus.

29 Primus † casus licèt controuersus sit, cum rarò practicetur, pro eius resolutione videas latissimè agentem Tiraquell. *de iure constit. possessorij, limitat.* 30. per totam, Zeuallos *cõmun. quæst.* 54. *&* 55. Olascũ *decis.* 33. qui latè disputat, Seraphin. *de priuileg. turam, priuileg.* 34. *num.* 4. *&* 5. *& priuileg.* 25. *n.* 3. Iacob Gallũ *cons.* 108. Iacob Cancerium 3. *part. var. cap.* 7. *nu.* 264. Ioan. Baptist. Thoro *voto* 97. *à n.* 150. Giurbam *decis.* 62. *nu.* 31. latè Cyriac. *lib.* 2. *controu.* 322. Scacciam *de commert.* §. 2. *glos.* 7. *à nu.* 2. Hodiernam ad Surd. *decis.* 111. Pat. Sanchez *dict. disput.* 7. Hypol. Montan. *in addit. ad Oliban. part.* 2, *lib.* 1. *cap.* 4. *à nu.* 8. Duardum *post tract. de censib. decis.* 172. *&* 174. Hermosillã *in l.* 4. *tit.* 4. *part.* 5. *glos.* 1. *num.* 9. *&* 24. Felicium *de societate, cap.* 14. *à nu.* 31. Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 2. *à num.* 63. Gaitum *de credito in appendic.* 4. *part. a nu.* 376. *ad* 428. Quorum communis resolutio est, sine cessione ex stipulatione notarij vtilem absenti actionem acquiri. Disputant etiam an vt hæc vtilis actio detur, necessaria sit absentis acceptatio, vel rati habitio, taliter vt ante eã contractus possit reuocari, videndus latè agens Acosta statim referendus *à n.* 19. Molin. *sup. à n.* 67. Trãcredus infrà referendus *disp.* 3. (vbi quid si promissio fuit iurata) *& disp.* 6. *per tot.* apud quos etiam latè de intellectu, *leg. quoties, C. de donationib. quæ sub modo,* de quâ vltra relatos, videndus Anton. Pichard. *in dict. § alteri, a numero* 24. Anton. Gomez 2. *tom. var. cap.* 11. *num.* 18. *vbi addit. lit. G.* Valascus *consultat.* 194. Mieres 1. *part. quæst.* 24. *a num.* 22. Anton. Faber *de error. pragmat. decad.* 47. *error.* 2. Hermosilla *in l.* 7. *tit.* 4. *part.* 5. *glos.* 3. *&* 4. D. Francis. Merlin. *centur.* 1. *cõtr. cap.* 59. *&* 60. multis relatis D. Larrea *decis.* 91. *per tot. tom.* 2. Acosta *de priuileg. creditor. reg.* 1. *amp.* 4. *à num.* 35. Arias de Mesa *dict. lib.* 3. *cap.* 50. *a nu.* 16.

Apud † quos DD. latè videre po- 30
teris præcipuè per Hermosillam, & Acostam, an cessio absenti vtiliter fiat, & an necessarius sit notarius, nuncius, vel epistola tàm de iure

communi, quàm Regio: vltra quos videndi in terminis Bertazol. *clauſ.27. gloſ.5.per tot.& clauſ.18.gloſ.5.* Gregor. Lopez *in l.64.tit.18.part.3.gloſ.1.verb.Vbañez*, ad quos te remitto, nè rem tàm actam, furius aſſumamus, alios etiam retuli in exordio, *tit.2.verſ. ſi igitur.*

31 In alio † verò, & ſecundo caſu, quãdò ſtipulatur tertius, ſtipulationem de iure communi nullius momẽti eſſe teſtantur ex iuribus iã relatis Doctores quos ſup. laudauimus; adeò vt neque ex huiuſmodi ſtipulatione naturalis oriatur obligatio; vt veriorem dicunt ex Giphanio, Menchaca, & Donell: Oſuald. *dict. lib.12.c.16.* latius ad vtramque partem articulo diſcuſo Sãchez *dict. diſp.7.quæſt.1.per tot.* Scaccia *ſup.a num.21.* Quam regulam limitabis, vbi tertius ſuper re noſtrã ſtipularetur, prout iam aduertimus, ſequitur Montan. *dict.c.4.num.8.* Carpan. *ad ſtat. Mediol.2.tom.c.379.numer.69.*

Sed † cùm apud omnes ferè notos
32 nobis populos, qui legibus reguntur, iuris canonici æquitas obſeruetur (ad quod municipali, & patrio deficiente ſemper eſt recurrẽdum, Didac. Perez *in præm.leg.ordin.quæſt.3.* Caſtillo *in l.1.Tauri, gloſ.primeramente*, & ibi Cifuentes, Salas *de legib.diſp.7.ſect.10.* Cancer. *3.part.var.cap.21.num.206.* Ariſm. Tepat. *tit.41.c.12.verſ. in reno deciſa*: ſicut deficiente iure canonico, ad ius Regium, & ciuile recurritur, D. Salgado *de Reg.protect.1.part.c.2.§.3 num.15.* ex aliis Carleual. *de iudiciis lib.1.tit.13, diſp.29.num.4.* Anguian. *de legib.lib.2.cont.16. per tot.*) videamusan de iure canonico per tertiũ nobis acquiratur actio. Eoque iure alteri per alterum inutiliter ſtipulari, *ex c. quamquam de vſur.* Panorm. Molin. Gutierrez & aliis, defendit Sanchez vbi proximè *quæſt.2.nu.21.* alios dat Cancer. *1.part.var.c.1.num.138.* Cõtrariam tamen ſententiam *ex c.ſi tibi abſenti de præbend.lib.6.* veriorem dicunt quos refert Sanchez *num.20.* Cãcer. *a num.137.* Sed ipſe ibi has contrarias ſentẽtias ex multis ita cõciliat vt prima negatiua procedat, quandò quis ſimpliciter alteri ſtipulatur; alia verò affirmatiua, quandò ſtipulationis verba diriguntur ad ſtipulantem, executiuè tamen ad abſentẽ: veluti ſi dicam, promittis mihi, te centum daturum Titio. Quæ diſtinctio vera, & cõmunitèr recepta eſt: licèt ab ea diſcedat Sanchez *dict.quæſt.2.* qui indiſtinctè tenet, neque de iure canonico ſtipulationem alteri factam conſiſtere, D. Ioſeph Vela poſthæc viſus, *diſſert.27.a num.21.* nouitèr Trancredus *de matrimonio lib.1.diſp.7.quæſt.3.*

Qua † diſtinctione admiſsâ, idem 33
Cancerius dubitat, an vbi de iure canonico valet ſtipulatio alteri facta, acquiratur ius abſenti ſine ceſsione? in quo ſupponit ceſsionem neceſſariam eſſe: quia cũ ex ſtipulatione cuius verba directa ſunt ad ſtipulãtem, ei actio quæſita ſit, ceſsio eius eſt neceſſaria: nàm quoties alteri per alterum acquiritur, non rectâ viâ acquiritur, ſed mediante ceſsione, *dict.l.poſſeſsio, §. fin. D. de acquir.poſſeſs.* quæ ſententia non leuitèr fulcitur *ex l.10.tit.11.part.5.* in quâ licèt valida ſit ſtipulatio, per quã quis promittit mihi, ſcilicet uturum meis creditoribus; tamen eis directâ viâ aduerſus promiſſorem agere non permittitur.

Superiorem † tamen Cancerij ſen- 34
tentiam limitabis, quandò iuramentũ interuenit, nàm ex promiſsione iuratâ tertio factâ, agere licèt, ſine ceſsione, vt poſt Bart. Crauet. Rubinum, & alios Seraphin. *dict.priuileg.25.num.2.* Surdus *de aliment.dict.tit.81. prin.73.a n.4.* Mieres *de maioratib. 1.part. quæſt. 22.num.53.& quæſt.36.num.17.& 190.* Cencius *de cenſib. quæſt.67.a nu. 28.& 38.& quæſt.95.num.11.* Gutierrez *de iuram.confirm.1.part.capit. 68.* Iacob Gall. *conſ.108.a nu.17.* Cancer. *3.part.var.cap.7.nu m.265.& 2. part.cap.1. num.146.* Capyc. Latro

deciſ.

decis. 44. *num.* 12. & 17. Intrigliol. *cōs.* 30. *à num.* 1. Arism. Tepat. *var. tit.* 357 *cap.* 1. vers. *si debitor cessus*, Ripol. *var. resol. cap. vltim. à num.* 83. *ad* 90. Ant. Massa Gallefs. *de oblig. Cameral.* 1. *par. quæst.* 2. *a num.* 22. sequitur nullo tamen ex his relato Mesa *dict. cap.* 50. *a num.* 13. *ad* 16.

35 An † autem per tertium fine cessione quæratur actio fauore piæ causæ, dotis, alimentorum, vel Ecclesiæ vltra relatos à Mesa *num.* 10. qui loquitur in causa dotis, videndi Surdus *dict. priuileg.* 73. Velascus *de priuileg. paup.* 3. *part. quæst.* 8. *num.* 259. Salçedo *de repræsentat. dict. cap.* 18. *à num.* 40.

36 Cæterum † apud interpretes illud summè cōtrouersum inuenies, an quādò dono, vel vendo tibi rem, cū onere vt soluas aliquam quantitatē meis creditoribus, possint ipsi eo pacto se iubare, & agere aduersus te fine cessione? Quo casu licèt stipulationē validam esse nemo ambigat, cùm mea interfit, vt liberer à meis creditoribus: quod efficit vt stipulatio alteri facta subsistat, *dict. l. Stipulatio ista*, § *sisti puler*, *D. de verbor. obligat.* § *sed etsi quis*, *Instit. de inutilib. l.* 7. *tit.* 1. *part.* 5 In eo tamen dubium versatur, an creditores ex ea promissione directè conuenire possint emptorem, vel donatorem? Et agere non posse nisi eis cedatur actio, de iure communi probatur *ex l. hereditatem*, *D. de donationib. l. seruo inuito*, § *si testator*, *D. de leg.* 2. (de cuius vera interpretatione Vander. *sing.* 22. *num.* 4. Schisordeg. *lib.* 3. *tract.* 2. *quæst.* 14. D. Larreatigui *lib.* 4. *select. cap.* 16. *nu.* 13. Hermosilla *in l.* 5. *tit.* 2. *part.* 5. *glos.* 2. *num.* 2.) *l.* 2. *C. de hered. vel action. vēdit* vbi Gothof. *l.* 2. *C. de pactis*, ex nostro partitarum iure *l.* 10. *tit.* 11. *par.* 5. & tenent Montaner *dict. cap.* 4. *nu.* 8. Gratianus *discept.* 723. Monter à Cueua *decis.* 36. *num.* 32. Cancer. 2. *part. var. cap.* 6. *num.* 115. & *cap.* 7. *à n.* 259. Latro *dict. decis.* 44. *nu.* 10. Hieron. de Leon *decis.* 160. *lib.* 2. Giurba *d. decis.* 62. Vela *dissert.* 27. *tom.* 2. Ant. Amato *tom.* 1. *resol.* 13. *à num.* 28. & *resol.* 45. *à num.* 22. & *tom.* 2. *resol.* 58. *num.* 9. Hodierna *ad Surd. decis.* 32. *à num.* 17. nullo ex his relato Carleual. *de iudiciis lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 35. *num.* 21. Ex quibus licèt nonnulli circuitus vitandi causâ, creditoribus fine cessione actionem concedant, vt firmant Franch. Amendola, & Riccius *decis.* 273. Surdus *cons.* 322. *à num.* 7. Arism. Tepat. *tit.* 511. *cap.* 14. vers. *debitor debitoris*, Ioan. Baptist. Thoro 1. *part. comp. decis.* verb. *creditores an possint*: tamen de iure communi, etiam canonico, & partitarum, eorum sententiam nō probarem, nisi aliqua excusandæ cessionis, vitandique circuitus iusta causa subesset, iuxta infrà dicenda *tit. seguēti quæst.*....

De iure † nostro Regio aliud resol- 37
ues, nàm creditores, tertiusvè, quibus ex stipulatione, vel contractu inter alios celebrato, aliquid promittitur, agere poterūt etiam executiue absque aliquâ cessione, stante *l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5 *Recop.* vt ex Mieres, Parladorio, Salgado, Gutierrez, Hieron. de Leon, & Valenzuela alibi diximus, quibus adde Velascum *de priuileg. paup.* 3. *part. quæst.* 8. *num.* 279. Gutierrez *de iuramen. confirm.* 1. *part. cap.* 68. & *lib.* 3. *pract. quæst.* 97. & *de tutel. part.* 2. *c.* 17. *à num.* 13. *ad* 16. & *lib.* 4. *quæstio.* 68. *nu.* 4. latè omninò videndus *dict. lib.* 4. *quæst.* 59. *à nu.* 22. *ad* 28. Anton. Gomez 2. *tom. cap.* 11. *nu.* 18. *circa fin.* multis relatis ita decisum refert D. Ioseph Vela *dissert.* 27. *per totam*, in eo qui emit rem, cū onere redimendi censum, videndus Rodriguez *de executione*, *cap.* 3. *nu.* 3.

An † autem vbi aliàs de debito nō 38
constat, præterquàm ex cōfessione illi in instrumento donationis, vel venditionis factâ, possint tàm emptor, vel donatarius, quàm donator, vel venditor conueniri? videndi Felicianus *de censibus* 2. *tom. lib.* 3. *cap. vlt.* vers. *circa vero id*, Mieres 1. *part. quæst.* 64. *num.* 45. Giurba *dict. decis.* 62. *nu.* 29. Cancer.

cer. 1. *part. var. cap.* 11. *num.* 28. & 3. *part. cap.* 1. *a num.* 296. Cencius *de cēsib. quæst.* 98. *a num.* 77. videas *l. si quis* §. *si in venditione*, alias *l. si in venditione*, *D. commun. præd.* Et † quandò ex confessione debiti incidenter inter alias personas factâ, debitum probetur, latissimè Marius Muta *decis.* 83. *a n.* 11. Surdus *decis.* 250. vbi Hodierna *a nu.* 4. Gaito *de credito*, *c.* 2. *tit.* 3. *a n.* 224. Ioan. Baptist. Thoro *voto* 46. Noguerol *alleg.* 11. *a nu.* 17. & plenius *alleg.* 27. *a nu.* 5. *ad* 27. vbi quid si in fauorē Ecclesiæ confessio fiat.

40 Ex his † iam pro choronide agnoscēs differentiam inter ius commune, Partitarum, & Regium: nam communi & Partitarum iure, stipulatio alteri facta non subsistit. Iure tamen Regio valet, ex eaque tàm ordinaria, quam executiua via nobis sine cessione cōperit, vt ex innumeris firmat Salçedo *sup. n.* 118. Vela *ad. dissert.* 27. Vbi *n.* 14. profitetur, ex pacto inter alios inito, nedùm vtilem, sed directam nobis actionem competere, videndus Matiēzō *in dict. l.* 2. *glos.* 5. *nu.* 13. In † eo tamen assentior Anton. Gomez *dict. c.* 11. *nu.* 18. *in fin.* vers. *item adde*, quatenùs asserit, dictam legem Regiam intelligendam esse, quandò verba promissionis diriguntur in absentem; secùs verò si quis promitteret tertio stipulanti; procuratori, vel negotiorum gestori, in eorum personas verba dirigendo: nam tunc cessio necessaria esset.

41

SVMMARIVM.

1 *Actio personalis regulariter de vna in aliam personam non transfertur sine cessione.*

2 *In emptorem nominis, vtilis actio trāsit sine cessione, ad exactionem eius.*

3 *Si fundus, vel prædium, quod penes tertium est vendatur, non poterit emptor aduersus tertiū experiri, & rei vindicare fundum, nisi cessas habeat actiones contra eum: aliud tamen esset si actio realis ad prædium venderetur.*

4 *Hereditate vendita, vtiles actiones transeunt in emptorē citra cessionem.*

5 *In donatarium nominis, seu actionis trāsit sine cessione vtilis actio: reiicitur contraria opinio* Telli Fernandez, Noguerol. & Anton. Fabri, & num. 6.

7 *Nomen debitoris si in dotē detur siue æstimatū, siue inæstimatū, trāsit in maritū vtilis actio pro eius exactione absque alia cessione: vbi extenditur ad Ecclesiam.*

8 *In legatariū nominis vtilis transfertur actio sine cessione: & potest agere executiue contra debitorem, sicut posset agere defunctus.*

9 *Nomen debitoris si ab herede per fideicōmissum relinquatur, an possit fideicommissarius agere contra debitorem vtili actione sine cessione.*

10 *Si testator leget rem, quæ penes tertium est, an legatarius possit agere contra detinentem rem, absque vlla heredis cessione.*

11 *Vtilis actio, quæ in legatariū nominis legis potestate trāsfertur, eiusdem potestatis est, quàm directa, quæ remanet penes heredem.*

12 *Heres non potest agere aduersus debitorē nominis, quod testator alij legauit.*

13 *Restituta hereditate ex Trebelliano Senatus Consulto, an actiones trāsferantur in fideicommissarium absque speciali earum cessione?*

14 *Iura & actiones, an ipso iure transeant in fideicommissarium, an verò restitutio hereditatis necessaria sit. remissiuè.*

15 *Restituta hereditate ex Senatus Cōsulto Trebelliano, transferuntur actiones in fideicommissariū citra vllam cessionem.*

16 Actio-

16 *Actiones quæ post aditā hereditatē heres acquisiuit, non aliter trāseunt in fideicōmissarium cui restituta fuit hereditas ex Trebelliano, quàm si ei cessæ fuerint per heredem.*

Interpretatur text. in l. si heres pecuniam, D. ad Senat. Consult. Trebellian.

17 *Fideicōmissarius non potest exequi sine cessione instrumentum factum per heredem grauatum.*

Succedens in alterius ius veluti Fiscus, prælatus, vxor, quādò possint agere, vel conueniri ex contractu facto per eum, in cuius iura successerunt. remissiuè.

18 *Interpretatur, & conciliatur* l. heres à debitore 21. Lin. princip. l. si post constitutam 22. D. de constit. pecun. cum l. si heres pecuniam, D. ad Trebell.

19 *Refertur sententia* Ant. Fabri *circa prædictorum iurium intellectum.*

20 *In eum cui legatarius grauatus est restituere legatum, an vtilis actio transeat sine cessione, vt aduersus heredem agat.*

21 *Intelligitur* text. in l. Imperator 70. D. de legat. 1. l. legatarius 8. D. de legat. 3.

22 *Varij casus in quibus sine cessione vtilis actio nobis competit. remissiuè.*

23 *Vsufructuarius, an sine cessione proprietarij, debitorum nomina exigere possit: duplex sententia refertur, & distinguendo resoluitur,* & nu. 24. & 25.

26 *Singularis successor, qui tenetur stare colono, an possit sine cessione agere aduersus eum ad exactionem pensionis? negatiue resoluitur cum limitatione,* de qua numer. 27.

Singularis successor quibus calibus teneatur stare colono. remissiuè.

28 *Fiscus succedēs in re locata, agit aduersus conductorem sine cessione.*

29 *Venditor rei locatæ si cedat emptori actiones suas contra conductorem, non poterit eū expellere, nec ipse poterit discedere à conductione.*

Emptor vbi potest conductorem expellere. similitèr conductor potest contractui locationis amplius non stare. ibid.

30 *Si quis rem à se locatam vendat, eo pacto vt non possit emptor conductorem expellere, poterit cōductor eo pacto se defendere, & excipere, licèt cessas non habeat actiones à venditore.*

31 *Colonus vi ejectus, an possit agere interdicto vndè vi aduersus spoliatorē sine cessione eius à quo cōduxit.*

Colono vi expulso, an competant remedia possessoria, etiam si deiiciatur à domino, vsque ad num. 35.

35 *Colonus cui fructus fundi auferuntur pro solutione collectarum, potest eos compensare cum pensione, quam domino debet, etiamsi à creditore cessionem non habeat.*

Colonus quandò possit conueniri ad onerum, & collectarum solutionem. ibid.

36 *Aduocatus, & procurator partis, quæ aduersarium suum condemnauit in expensis, an possint agere aduersus eum sine cessione, vt eis soluat honorarium, vel salarium.*

37 *Emptor qui soluit gauellam pro vēditore, an possit ab eo repetere sine cessione.*

Miscellanea casuum, in quibus actio de vna in aliam personam transfertur sine cessione. Interpretatur, & conciliatur *l. si heres pecuniam 73. D. ad S. C. Trebel lian.* cum *l. heres à debitore 21. l. si post constitutam 22. D. de constituta pecunia.*

1 IICET † regularitèr actiones personales de vna in aliam personam non transeãt sine cessione, *l. 1. C. de oblig. & action. vbi glos. & DD.* ex aliis iuribus D. Ioseph Vela *tom. 1. differ. 12. nu. 29.* Bertazol. *clausu. 27. glos. 8. nu. 5. & clausu. 29. glos. 6. n. 8.* Montan. *in addit. ad Oliban. de actionib. 2. par. lib. 1. cap. 4. num. 7.* Surdus *decis. 264. num. 2.* Sfort. Odd. *ad l. 3. C. denouationib. quæstion. 1.* vers. *quæro vndecimo,* Parlador. *diff. 36. nu. 7.* Alex. Trentacinq. *lib. 3. var. tit. de solution. resol. 13. in princ.* Noalis *de trãsmissione casu 24. à num. 1.* Pichard. *in princ. Instit. de adquis. per adrogat. à. n. 45.* Virgilius *de legitim. personæ in præl. nu. 158.* Velascus *de priuileg. paup. 3. part. quæst. 8. num. 259.* (qui *nu. 258.* limitat in Ecclesia, & Trẽtacinq. infrà referendus *n. 8.* vers. *octauo,*) Acosta *de priuileg. credit. regul. 4. ampl. 5. n. 8.* Cyriac. *lib. 1. cõt. 120. à nu. 1.* Tamen, per multi inueniuntur casus, in quibus speciali ratione, citra cessionem nobis quæritur actio: et vltra relatos iam in discursu huius tituli, alij sunt quos præsens Miscellanea comprehendet.

2 Primus † casus in quo vtilis actio sine cessione transfertur, est in emptorem nominis, vel actionis, cui vtilis actio sine cessione competit, *l. emptor, C. de hered. vel actione vendit. l. nominis venditio, C. eodem tit.* Anton. Faber *lib. 2. coniect. cap. 2.* Tellus Fernandez *in l. 17. Tauri, num. 51.* Anton. Gomez *2. tom. var. cap. 2. num. 6.* (quod ampliat, siue debitum sit purum, vel conditionale) Sforti à *supr.* vers. *secundus est,* Trentacinq. *sup. num. 8.* latiùs Parlador. *differ. 37. §. 1. per tot.* Felician. *de censib. tom. 2. lib. 4. cap. vnic. nu. 9.* vers. *pro emptore,* & versic. *tertia propositio,* Gratian. *2. tom. discept. 252. num. 53.* (vbi quod vendita pensione absque alia cessione transeunt iura ad eã exigendam) Schifordeg. statim referendus, ex Barbosa, & Cancerio, Hermosilla *in l. 23. tit. 5. part. 5. glos. 4. à nu. 22. & in l. 56. tit. 5. part. 5. nu. 53.* notitèr Hunnius *resol. iur. ciu. lib. 4. tract. de actionib. part. 7. quæst. 2.*

Quòd rectè † intelligit Parlador. 3
quem sequitur Hermosilla, quando vẽditur nomen, seu actio: aliud tamẽ esset, si fundus, vel prædiũ, quod est penes tertium possessorem, venderetur: nam eo casu vtilis actio non cõpeteret emptori, nec posset agere, nisi sibi actio cederetur, iuxta Bald. Alexan. & Ferrarien. quos referunt. Quæ distinctio inter venditionem nominis debitoris; et venditionem rei, in legatis etiam procedit, vt statim dicemus. Quã doctrinam verisimã fateor, vbi vẽditur fundus, res, vel prædiũ, quod penes tertium est: alia tamẽ res esset, si actio realis, quam venditor habet contra rei suæ possessorem, venderetur: nam vtilis actio sine speciali cessione transiret, *l. fin. C. de hered. vel action. vendit.* notat Anton. Gomez *dict. cap. 2. num. 6.* vbi singularitèr aduertit, quòd licèt dominium rei non transeat in emptorem sine traditione verâ, vel fictâ; tamen actio realis competens pro tali re, & dominio eius, benè transit sine cessione.

Similitèr † vendita hereditate, vtiles actiones sine cessione transferũtur in emptorem hereditatis, & poterit conuenire etiam executiuè debitores hereditarios, Marãta *in l. si actor, D. de procuratorib. num. 48.* Cur. Philip. 4

lip. 1. *tom.* 2. *part. quæst.* 9. *num.* 7. Trē tacinq. *dict. resol.* 13. *num.* 8. vers. *primo declaratur*, Schifordeg. *lib.* 3. *tract.* 23. *quæst.* 2. vers. *præterea.*

Secundus † casus est, in donatione 5
nominis, seu actionis. iuxta *glos. in l.* 1. *C. de oblig. & action.* vbi Alueric. Ioan. Andreas *in addit. ad Specul. de cess. action. §.* 1. vers. *sed nunquid*, Sfortia, & Hunnius vbi proximè: quam sententiam tuentur Parlador. *dict. differ.* 37. *§.* 1. Alex. Trentacinq. *dict. n.* 8. vers. *quinto non*, Donell. *lib.* 18. *com. c.* 13. vers. *superiore, circa finem*, qui pro eâ expendunt *l. illam, C. de donationib.* vbi quoad translationem vtiliū actionū, venditio, & donatio nominis æqui parantur.

Nec † habenda est ratio Telli Fer- 6
nandez, & Anguli *in l.* 1. *tit. de las mejoras, num.* 16. *&* 17. quibus accedit Noguerol *alleg.* 26. *à nu.* 359. *&* 363. & Anton. Faber *de error. pragm. dec ad.* 48. *error.* 6. Schifordeg. *lib.* 1. *tract.* 13. *quæst.* 2. qui defendunt, ex donatione nominum, vtilem actionem sine cessione in donatarium non transire, moti *ex l. fin. D. de donat.* Nā longè receptius est, cessionem iurium non esse necessariam: Nec contrarium suadet *d. l. fin.* quam post Bart. & alios rectè interpretatur Parladorius *dict. §.* 1. omnino videndus.

Tertius † casus, quandò nomen de- 7
bitoris in dotem datur marito, cui sine cessione vtilis actio competit; textus expressus *in l.* 2. *C. de oblig. & action.* Anton. Faber *dict. cap.* 2. Sfortia, Parlador. & Trentacinq. *sup.* Morquech. *de diuis. bonor. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 35. *& cap.* 14. *num.* 10. Montan. *dict. cap.* 4. *num.* 10. Lambert. *de iure patronat. lib.* 1. *art.* 8. *quæst.* 5. *princ.* vbi etiam, quòd Ecclesiæ datur vtilis actio sine cessione aduersus nomina debitorum in dotem data; D. Valentia *illust. iur. tract.* 2. *cap.* 4. *num.* 21. vbi quòd dotis datio pro cessione actionis est, Camill. Borrell. *in sum. decis. tom.* 3. *tit.* 4. *de iure dotium à num.* 345. vbi vtilem actionem concedit marito, siue nomen æstimatum, vel simpliciter, & inæstimatum in dotem detur, Giurba *ad consuet. Messan. cap.* 13. *glos.* 1. *nu.* 9. vbi etiā quòd si mulier dotem primo marito datam, nondum exactam, secundo marito in dotem concedat, transeunt in eum sine alia cessione vtiles actiones aduersus defuncti mariti heredes. An autem actio pro consequenda dote legatâ mulieri in testamento patris, aut alterius competat marito, etiam sine cessione mulieris? videndus Merlin. *post tract. de pignorib. & hypot. decis.* 62. qui ex æquitate marito vtilē sine cessione actionem competere resoluit.

Quartus † casus est, in legato nomi- 8
nis, ex quo vtilis actio in legatarium transfertur *l. ex legato, C. de legat.* Sfortia, & Parlador. *sup.* Tiraquell. *de priuileg. piæ caus. priuileg.* 46. Surdus *dec. decis.* 265. *num.* 34. Hunnius, Schifordeg. *sup.* ex Gratiano, Mysinger. & Hondedeo, Virgilius *de legitim. personæ, cap.* 20. *num.* 29. vbi quòd non solùm potest legatarius agere, sed etiam debitorem nominis executiue conuenire, sicut posset defunctus: idem in facultate agendi executiue firmat Cancer. quem refert Virgilius, Rodriguez *de execut. cap.* 3. *n.* 20. Cur. Philip. 1. *tom.* 2. *part. §.* 9. *num.* 7. Sesse *decis.* 398. *numer.* 7.

An † autem quemadmodùm ex le- 9
gato nominis, transit in legatarium vtilis actio sine cessione, idem etiā obseruetur, quandò ab herede nomē debitoris per fideicommissum relinquitur, an etiam citra vllam heredis cessionem fideicommissarius agat, vel necessaria sit cessio? Videndus Anton. Faber *per text. ibi in rationali ad l. pater* 70. *D. de procuratorib. & libr.* 12. *coniect. cap.* 10. qui vtilem sine cessione non dari verius dicit: eius tamen sententia displicet Osualdo *ad Donell. lib.* 18. *com. cap.* 13. *lit. K.* & Iacob Cuiacio *lib.* 1. *resp.* Scæuolæ *ad dict. l. pater filiis.*

Dubium † tamen non vulgare est, 10
an

an idem procedat vbi testator non actionem, sed rem aliquam quæ penes tertium, vel debitorem est legat, an tunc legatarius sine cessione vtilem habeat actionem? Et communis resolutio est, cessione indigere, iuxta *textum in l. apud Iulianum, §. idem Iulianus, D. de leg. 1.* quæ sententia communis, & recepta est, & ab ea in iudicando, & consulendo recedendum nō esse, contra Paulum de Castro, & Iacob Cancer. profitetur Virgilius *supr.* cui addes bene agentem Alex. Trentacinq. *dict. resol. 13. nu. 3.* Cyriac. *dict. cont. 120. à n. 1.* vbi quod emptori, aut legatario, quibus res tradita non fuit, non cōpetit actio contra furē, nisi cessa iura habeant iuxta *l. eum qui 14. D. de furtis, l. sed nec 11. D. de cōdict. furtiua.* Faciunt quæ de venditione nominis, & rei ex Parlador. Hermosilla, & Anton. Gomez notauimus *sup. num. 3* Conducit elegantèr Marius Giurba *ad consuet. Messan. cap. 1. glos. 11. nu. 16.* vbi quòd ex legato nominis, citra cessionem vtilis trāsfertur actio, idēque si legaretur fundus cū omni iure, defuncto illius fundi ratione cōpetēti, ex Gratiano Scapuccinus *de singulari successore, limit. 21. nu. 11.* vbi quòd legato fundo cum omni iure, censetur etiam legata actio, quæ transit in legatarium.

11 Hæc † vtilis actio, quæ legis potestate in legatarium nominis tranfertur, eiusdem potestatis est, quàm directa, quæ remanet penes heredem, Surdus *decis. 265. num. 34.* Cancer. *3. par. var. cap. 20. num. 231.* Guzman *de euictionib. quæst. 35. num. 79.* Cuiac. *libr. 15. obseru. cap. 11.* Anton. Faber *lib. 4. coniect. cap. 7.* elegantèr Osuald. *ad Donell. lib. 8. com. cap. 7. lit. H.* Et † licèt is 12 apud quem directa actio manet, regulariter agere possit, vt suo loco dicemus: tamen directæ actiones penitùs elisæ, & ineffi caces remanent apud heredem; ita vt stante legato nominis, non possit cogere debitorem, vt sibi 01 soluat, etiamsi non interueniset vnum de quibus in *l. 3. C. de nouat.* vt ex Peregrino *cons. 41. lib. 2. num. 3.* probat Virgilius *sup.* cui addes Bertazolum *claus. 29. glos. 4. num. 6.* vers. *tertio limitat*, Schuforded. *lib. 3. tract. 23. quæstion. 14.* vers. *iam desendimus*, Alex. Trentacinq. *lib. 3. var. tit. de solutionib. resol. 29. num. 2.* vers. *quinta*, & facit *l. si pecunia 77. D. de legat. 1.* de qua infra agemus.

Quintus † casus in quo dubitatur, 13 an vtilis actio sine cessione transeat? est quando ex Senatus Consulto Trebelliano fideicommissario restituitur hereditas. Nam sine controuersia non est, an specialis actionum cessio sit necessaria, vel ipsa restitutio pro cessione, & translatione habeatur? Ex cuius dubij propositione colliges, nos nullatenus inquirere de eâ quæstione, an 14 † iura, & actiones ipso iure transeant in fideicommissarium, an verò necessaria sit restitutio? quā latissimè prosequitur Fusarius *de substitutionib. quæstion. 603.* Merlinus *de pignorib. libr. 2. quæst. 34. à num. 12.* (vbi sine cessione aut restitutione non transire asserit) D. Castillo *lib. 3. controu. cap. 24. à n. 280.* Osuald. *ad Donell. lib. 8. cap. 24.* Anton. Faber *de error. pragm. decad. 65. error. 10. & decad. 70. error. 9. & 10.* vbi elegantèr notat, quid interfit inter cessam hereditatem in iure, & restitutam ex Senatus Consulto Trebelliano, videndus Gothofred. *ad l. 1. D. ad S. C. Trebell. lit. E.* Iacob Cuiac. *lib. 18. obseru. cap. 11.* Schifordeg. *dict. tract. 23. quæst. 18.* vers. *non aliter*, de quo iam nos suprà egimus.

Illud † igitur est, de quo quærimus, 15 an restituta hereditate omnes actiones hereditariæ transferantur in fideicommissarium citra aliquam heredis cessionem? Quod affirmatiuè resoluēdum est, nàm per restitutionem, quæ ex S. C. Trebelliano fit, vtiles actiones tàm actiuæ, quàm passiuæ transferuntur in fideicommissarium, *l. restituta, D. ad Trebell. §. restituta, Instit. de fideicomms. hered.* Cyriacus *libr. 1. cont.*

cont. §. *n.* 92. Acosta *de priuileg. credit. prælud.* 2. *n.* 20. *&* 50. aptissimè D. Pichard. *in d.* §. *restituta n.* 48. ibi: *Vel dici subtilius potest, ipsammet hereditatis restitutionem fideicommissario factã, cessionis vicem sortiri, nam hereditatis appellatione, iura quoque & actiones contineri dubium non est, quæ licèt solæ sine cessione transire non possent, vt in iuribus in argumento relatis; tamen cũ vniuersitate bonorum, rectè per solã restitutionem fideicõmissario acquirũtur.*

16 Nec † turbat hanc verisimã resolutionem text. *in l. si heres pecuniã, D. ad S. C. Trebell.* vbi non alitèr restituta hereditate actiones transferuntur in fideicommissarium, quàm si earũ cessio interuenerit: nàm respondendum est, eum textum nullatenùs loqui de actionibus hereditariis, quæ à defuncto prouenerunt, sed de illis quas heres post aditam hereditatem acquisiuit, quæ speciali cessione indigent, vt transferantur in fideicommissarium, Paul. de Castro *in d. l. si heres pecuniã*, vbi Bart. & Gothof. *lit. Q.* Balduinus *in* §. *sed quia stipulationes, num.* 10. *Instit. de fideicommiss. hered.* Pichard. *in d.* §. *restituta, nu.* 49. Schiford. *d. tract.* 23. *q.* 5. *in fin.* Fusarius *de substit. quæstion.* 641. *nu.* 1. *&* 2. Iacob Cancer. 3. *part. var. cap.* 2. *num.* 108. ibi: *Et illa quæ heres habet ex sua prouisione, certum est non transire ad fideicommissariũ facta restitutione, sed opus esse noua cessione.*

17 Ex quibus † mirè admodùm comprobatur resolutio, & doctrina Ant. Amati *tom.* 1. *resol.* 13. *n.* 15. *&* 22. qui asserit, fideicommissarium non posse agere, neque exequi instrumentũ, seu contractum factum per heredem grauatum, nisi facta cessione: vbi per integram resolutionem latè, & doctè prosequitur, quandò fideicommissarius, alterve successor veluti Fiscus, prælatus, vxor, socius possint agere, vel cõueniri ex contractibus gestis per heredem, & alios in quorum iura successerunt.

Verissima † est superior distinctio, 18
inter actiones hereditarias, quæ à defuncto inceperunt, & eas quæ licèt hereditati pertineant; tamen ab herede habent originem; vt illæ restituta hereditate transeant in fideicommissarium; hæ verò speciali cessione indigeant, iuxta *dict. l. si heres pecuniam.* Cui nullatenùs aduersantur text. *in l. heres à debitore* 21. *in princ. l. si post constitutam* 22. *D. de constit. pecunia*, vbi in eâdem facti specie asseritur, fideiussoriam obligationem, vel actionẽ de constituta pecunia, per heredem grauatum acquisitam in fauorẽ cõtractus, qui à defuncto fuerat celebratus, ad fideicommissariũ cum actione hereditariâ principali transferri. Quia respõdendum est, certo certiùs esse, non alias actiones, quàm quæ hereditariæ sunt, ad fideicommissarium restituta hereditate transire, *l. deducta* 58. §. *qui potest, l. debitori* 59. *D. ad S. C. Trebell.* §. *ergo, Instit. de fideicom. hered.* alias verò actiones per heredem grauatum quæsitas, penes ipsum remanere. Nec contrarium probant *dict. l. heres à debitore. dict. l. si post*: quia licèt in eis actionem de constituta pecunia, & fideiussoriã obligationem per heredem quæsitas, in fideicommissariũ transire doceamur, id intelligẽdũ est, vt transferantur per cessionem, quam facere tenetur heres; vel per decretum Prætoris, quod ex bono, & æquo interponit, vt rectè explicat Iacob Cuiacius *tract.* 7. *ad African. in dict. l. heres à debitore*, & post eum Iulius Paccius *legum conciliatarum, centur.* 4. *quæstione* 37.

Nec † me latet, latè & subtilitèr egisse Ant. Fabrum *lib.* 15. *cõiect. c.* 5. *de interpretatione*, text. *in dict. l. si heres pecuniã, & dict. l. si post constitutam*, vbi licèt contendat horum iurium literam mendosam esse, & Triboniano attribuat versicul. de quo, *in dict. l. si post constitutam*, ibi: *Sed magis est, vt fideicommissario, vel ei qui vicit decernenda esset actio*: similitèrque, & vers. de quo, 19

in dict. l. si heres, ibi: *Tamen habet aduersus heredem actionem, vt ei cedat pro pignoris commodo actionem*: verùm nihil docet, quod superioribus aduersetur: imò supponit actiones, & obligationes per heredem ex suo contractu acquisitas, in fideicommissarium sine cessione non transire: quàuis defendat apud heredē grauatum, qui in causam contractus a defuncto initi, constitutoriā actionē, vel pignora accepit, restitutâ hereditate, nullā manere actionē, quam fideicōmissario cedere posit: neque ipsi fideicommissario strictè competere pignoraticiam, vel constituti actionem; sed tantùm ex æquitate concedi.

20 Sextus † casus erit, quandò à legario relinquitur fideicōmissum, quia grauatus legatū alij restituere: tunc enim licèt dubiū sit, an fideicōmissarius possit absq; legatarij cessione, vtili actione aduersus heredē agere, casu quo legatarius accipere nollet, vel repudiaret legatū: tamē receptū inuenio, non solùm Imperatorū, post *l. 1. C. cōmun. de legat.* sed etiā Iuris Consultorū, seu Digestorū tēpore, vtilē actionē citra cessionē concessam esse fideicōmissario, vt testantur, & verior dicunt Cācer. *d. 3. p. c. 20. n. 39.* elegantèr Cuiacius *lib. 20. quæst. Papiniani ad l. Imperator 70. D. de leg. 2.*

21 Neq; † obstat, *text. in d. l. Imperator 70. D. de leg. 1. l. si legatarius 8. D. de leg. 3.* in quibus videtur, fideicōmissarij indigere, vt possit ab herede legatum exigere: quia vt rectè notat Cancer. & Cuiac. sup. intelligēdū id est, vt possit agere directâ actione, nā vtilis ei sine cessione cōpetit. Vel procedit eorū iurū decisio vbi primus legatarius agnouit, sed nō percepit legatū, videndi omninò Negusant. *de pignor. 3. mēb. 2. part. 4. n. 26. ad 36.* quē dūtaxat refert, & sequitur Merlin. *d. q. 34. a n. 1.* Valasc. *cōsult. 194. à n. 1. ad 7.* qui post *d. l. 1.* indubitabile esse asserit, cessionē non esse necessariā, cū in eâ lege nō solū primo legatario, sed etiā secūdo insvindicādi legatū cōcedatur. Quod iure nostro Regio procedit, si primus legatarius non acceptasset, vel repudiasset legatum, vt expressè decidit, *in l. 1. titul. 4. lib. 5. Recop. insti.* Cast. *lib. 3. cōt. c. 24. n. 179.*

Septimus casus est, quandò testator à debitore suo fideicōmissū relinquit: nâ licèt olim nō aliter posset fideicōmissarius agere aduersus debitorem à quo fideicōmissum fuit relictū, quàm cessis sibi iuribus ab herede, quē ad cedendū cōpellere poterat; tamē cōstitutione D. Pij fuit inductum, vt vtilis absque cessione actio cōpeteret fideicōmissario aduersus debitorē, *l. si pecunia 77. D. de leg. 1. l. cū quis decedēs, §. pater de leg. 3.* de quarū intellectu, & concordiâ, cum *l. si seruus 108. §. qui Margaritā, D. de leg. 1.* infrà agemus *tit. 8. quæst. 2.*

Alios † casus in quibus actio sine cessione trāsfertur, prosequūtur Sforz. & Trēta c. sup. Schiffordeg. *d. tract. 23. q. 2.* vers. *præterea*, qui asserunt nomine in solutū dato, vel pignorato vtilē actionē trāsire, *ex l. fi. C. quando fiscus, vel priuat. l. cum conuenit, D. de pignorat. actione*; de quo nos sup. hoc titulo diximus. 22

Vsufructuarius † an sine cessione, & mandato heredis, & proprietarij nomina debitorū exigere possit, non sine cōtrouersia est. Et proprietarij cessionē, & mandatū requiri, tenet Caual can. & alij quos sequitur Grass. *in §. legatum q. 34.* Roland. & alij, quibus accedunt relati à Castillo *de vsufructu c. 59. à n. 27.* qui asserunt, vsufructuario non dari actiones, neque nominum exactionem permitti, sed heredi, qui pecunias exactas præstare debet. 23

Sed vsufructuariū actiones exercere posse sine cessione, quia eo ipso quòd vsusfructus cōstituitur, in cōsequētiā videtur data potestas vsufructuario exercēdi omne ius cōpetēs proprietario, & censetur eius quasi procurator in rem propriam, *glos. in l. 1. §. vltim. verbo, procuratorio, D. de oper. noui nunt.* 24

nunt. Bart. *in l. apud Trebatium*, §. 1. *D. de aqua pluu. arcend.* Menoch. *cons.* 66. *num.* 36. *lib.* 1.

25 In qua † controuersia placet mihi distinctio Fachinei *lib.* 12. *cont. cap.* 35. quòd vsufructuarius post quàm in quasi possessione vsusfructus est, sine cessione agere potest: idem sentire videtur Cancer. 3. *part. var. cap.* 20. *num.* 241. qui vsufructuario post satisdationem præstitam ad nomina debitorum pro suo vsufructu agere concedit, sequitur Mantic. *de coniectur. vltim. voluntat. lib.* 9. *tit.* 6. *num.* 3. & ita accipiêdos fore existimo Ioan. Bapt. Thoro *voto* 84. *num.* 200. Virgilium *de legitimat. personæ cap.* 4. *num.* 104. qui ex Anna, Mastrillo, & aliis probant, vsufructuarium absque proprietarij cessione posse agere etiam executiuè.

26 Illud etiam videndum est, an in casibus in quibus singularis successor tenetur stare colono, quos congerit Scapuccinus *in tract. de singulari successore*, plenissimè Intrigliol. *cons.* 29. latissime Pacificus *de Saluiano interdicto insp*, 4. *cap.* 1. nouissimè Mercur. Merlinus *de pignorib. lib.* 4. *quæst.* 172. Mãtica *de tacit. & ambig. lib.* 1. *tit.* 10. *cũ sequentib.* possit absque cessione venditoris, vel auctoris sui agere ad exactionem pensionis contra colonum? Quod negatiuè resoluendum est, & sine dubio affirmandum, emptorẽ, vel singularem successorem, qui tenẽtur stare colono, non posse pensiones exigere, nisi habeãt cessionem ab antecessore: quia actio personalis ex locato, quæ competit venditori, vel auctori, eorũ ossibus inhęret, nec trãsit in singularem successorẽ sine cessione, qui nihil cum colono contraxit, vt in specie docent Angel. *in l. si filius familiàs*, §. *si vir in fin. D. solut. matrimon.* ex Molin. Barbosa, & Gutierrez, Acosta *de priuileg. credit. in præfat. adreg.* 1. *n.* 97. cui addes Surd. *decis.* 264. *n.* 5. Hõdedeum *cons.* 85. *n.* 12. *lib.* 2. Valascum *de partitionib. cap.* 32. *num.* 10. *&* 11. Cãcer. 1. *part. var. c.* 13. *nu.* 96. *& c.* 14. *n.* 50. Amatum 1. *tom. resol.* 13. *num.* 20. plenè Giurba *in consuet. Messan. cap.* 1. *glos.* 11. *à num.* 13. *& cap.* 15. *glos.* 5. *num.* 14. Gallerat. infrà referendus, nullo ex his relato Scapuccinus *dict. tract. de succes. singul. limit.* 21. *à nu.* 6. qui indiuiduo etiam loquũtur in vxore, vel domino qui successerunt in locatione factâ per maritum, vel feudatarium: similque asserunt, singulari successori ius esse, vt adigat auctorem suum ad cedendam actionem, quam habet aduersus conductorem; vel vt restituat quicquid ab eo exegit.

Quam † doctrinam limitabis, si venditio, vel adiudicatio fundi locati facta sit cum omni iure, & actione auctori, seu venditori competenti illius fundi occasione: vel cum clausulâ ponens in locum suum, quæ vim cessionis habent: quo casu singularis successor exigere poterit pensionem, etiam executiuè, vt ex Gratiano, & aliis probant Guirba, & Scapuccinus vbi proximè. 27

Similitèr † Fiscus si succedat in re locatâ, vel qui ab eo emit, vel causam habet, sine cessione cõuenire poterit conductorem ad solutionem pensionis, *l. fin. D. de iure Fisci*, Cancerius *sup. num.* 97. vers. *nec prædictis*, Giurba *num.* 15. 28

Aduertendum † tamen est, quòd vbi singulari successori ius est contra colonum, vt eum compellat ad futurarum pensionum solutionem, quia dominus ei iura sua cessit, neutiquàm poterit conductorem expellere; nec ipse conductor discedere valebit à locatione. Nam licèt regulariter singularis successor colono stare non teneatur, *l. emptorem, C. locati*, neque colonus locationi amplius stare compelli possit, *l. qui fundum, D. locati*, Petr. Surdus *dict. decision.* 264. *numer.* 30. Gratianus *cap.* 606. *à num.* 13. Intrigliolus *dict. cons.* 29. *num.* 10. Cancer. *d. c.* 14. *n.* 31. Noguerol. *alleg.* 21. *n.* 27. tamẽ si in venditione rei locatæ vẽditor emptori iura sua cesserit, nõ poterit 29

tent conductorem expellere, neque ipse à contractu resilire valebit, vt probat Paul. Gallerat. *de renũciat. lib. 1. cap. 4. num. 36.* Cancer. *num. 24.* & vltra eum Bertazol. *clauſ. 15. gloſ. 2. n. 25. & clauſ. 27. gloſ. 2. num. 2.* D. Ioſeph Vela *diſſertation. 12. à num. 28. & 32.*

30 Aliud † etiam aduertere non omittam, quod vbi inter venditorẽ, & emptorem rei conductæ, eâ lege venditio fuit celebrata, nè liceret colonum expellere, poterit colonus aduersus emptorem, qui placitis non ſtat, pacto prædicto ſe defendere, & de eo excipere, licèt venditor cum quo pactum initum fuit, iura ſua ei non ceſsiſſet, vt doctè defendit Petrus Surdus *dict. deciſ. 264. per totã*, & rectè iudicauit Senatus Mantuanus, licèt reluctante eius Præſide, qui eius fuit ſententiæ, colono non prodeſſe pactum illud, nec eo ſe tueri poſſe, ſed ſolùm agere contra venditorem ad intereſſe; vel vt cedat ei iura ſua aduerſus emptorem.

31 De † colono etiam videre occurrit, an ſi à fundi poſſeſsione vi eiectus ſit, poſsit abſque vllâ domini ceſsione agere interdicto vnde vi aduerſus ſpoliatorem? Et ei interdictum vnde vi, & remedium *cap. reintegrandæ*, competere abique vlla domini ceſsione, defendit Giurba *deciſ. 12. num. 19.* ibi: *Ex his dicendum etiam eſt, nec ceſsionẽ conductori fore neceſſariam, cùm agere poſsit ſpolio ex proprio ſuo iure pro fructuum intereſſe, quos cum fundum pecunia conduxerit, emiſſe diximus*: et ita iudicatũ refert, & per totam multis probat, conductori qui pecunia fundum conduxit, non ſolùm aduerſus tertiũ, ſed etiam aduerſus dominum interdicta recuperandæ poſſeſsionis competere. Et colono vi deiecto perſingularem ſucceſſorem, qui ius expellẽdi nõ habebat, dari reintegrationem ad ſtatum, & iudicis officiũ, probat Scapuccinus *de ſingulari ſucceſſore, limit. 20. per tot.* videndus latè proſequens Poſtius *de manutent. obſ. 52. à nu. 12.* Cyriacus *ſtatim referendus.*

Contrarium † tamen ſcilicèt quòd colono vi deiecto non detur interdictum vnde vi, nec remedium *d. c. reintegrandæ 3. g. 1.* niſi habeat iura ceſſa à domino, veriùs videtur ex eo, quia colonus, inquilinus, ſiue conductor non ſuo, ſed domini nomine poſsident, *l. ſi ſeruus, l. ſi colonus, D. de acquir. poſſeſs.* D. Valentia *illuſt. iuris tract. 2. cap. 13. nu. 3.* Etſi quæ poſſeſsio in colono cõſideratur, ea non pro ſe, ſed pro domino eſt, *l. fin. C. de acquir. poſſeſs. gloſ. in l. communi, §. neque colonis, D. commun. diuidundo*, quæ res facit, vt ei remedia recuperandæ poſſeſsionis non competant, quæ non dantur niſi poſſeſſori, *l. 1. §. interdictum, D. de vi, & vi armata*: qua ratione interdictum vnde vi colono ſpoliato non concedi probant expreſſa iura *in d. l. 1. §. deiicitur*, verſ. *denique, & §. quod ſeruus, D. de vi, & vi armata, l. fin. D. de vi, & vi armata*: & per arg. ab ſpeciali *l. colonus 12. l. cũ fundum 18. D. eodem tit.* Donell. *libr. 15. com. c. 31.* vbi Oſuald. Menoch. *de recuperand. poſſeſs. rem. 1. n. 62.* Caroc. *de locato 6. p. rem. 8. vnde vi fol. 243.* in numeris relatis Fontan. *deciſ. 136. & 137.* Chriſtophor. Sueues *conſ. 82. per totum.*

Vndè † colono vi expulſo ius tantùm eſſe, agendi contra dominum, vt ipſe agat contra eum qui deiecit: vel vt cedat interdictum vndevi, quo experiatur colonus, tenent Contardus *in l. 1. limit. 21. n. 9. C. ſi de moment. poſſeſs. fuer. appell.* Menoch. *de recuperan. poſs. rem. 17. num. 21.* & alij relati per Cyriacum *lib. 2. controu. 389. a nu. 38. ad 48.* Gratian. *diſcept. 174. num. 26.* Fontanell. *dict. deciſ. 137. num. 21.* cui ſententiæ fauet ferè in terminis text. *in l. cũ in plures 60. §. meſsẽ, D. locati*, vbi colonus, cui ſubtracti fuerunt fructus rei locatæ, non poteſt agere contra furem, ſed ſolùm actione ex cõducto contra dominum, vt ipſe cõdicat: cui ſimilis eſt textus *in l. ſi quis vxori 52. §. ſi ſulphuariæ, D. de furt.* ibi: *Dominus*

minus furti aget, deindè colonus conducti actione consequetur, vt id ipsum sibi præstaretur.

34 In qua † opinionum diuersitate, distinguendum erit inter colonum, qui ad modicum tempus, & eum qui ad lõgum conduxit: nam qui ad longũ tẽpus conduxit, suo iure interdicto vndè vi, & remedio, *dict. cap. reintegrandæ*, agere poterit, Menoch. *dict. remed. 1. num. 68.* Carocius *dict. 6. part. rem. 8.* Giurba *vbi proximè*, ille verò qui ad modicum tempus pecuniâ conduxit, cessione domini indigebit, vt interdicto experiatur, nisi dominus absens esset, quo casu eius nomine ad agendum admitteretur, iuxta *l. 1. C. si per vim, vel alio modo.* Licèt autèm colonus deiectus interdicto vndevi non vtatur sine cessione; tamen ei iudicis officium competit, per quod suam poterit recuperare possessionem, vt agnoscit Menoch. *dict. rem. 17. num. 21.* Carocius *dict. tit. de locato 6. part. remed. 25. de officio iudicis fol. 258.* Fontanell. *d. decis. 137.* qui colono officium iudicis concedit tã contra tertiũ, quã contra dominũ deiicientem, Postius *sup.*

35 De † colono subiungemus aliũ casum, quem Iacobus Cancer. retulit 2. *par. var. cap. 6. n. 200.* qui asserit, colono posse auferri fructus pro solutione collectarum, cedendo ei actiones, vt quòd ei auferatur, compensare possit cum fructibus, quos ipsi domino soluere debet. Sed vt colonus compensare, aut retinere possit, nullâ cessione indigebit, quia ius excipiendi, & retinendi, sine cessione transfertur, vt diximus *sup. hoc tit. quæst. 7.* An autem colonus ad collectarum solutionem conueniri possit? Videndi idem Cancer. *1. part. var. cap. 13. num. 92.* latissimè Narbona *ad l. 57. tit. 4. lib. 2. glos. vnica, à num. 35.* cum multis sequentibus, qui innumeros refert.

Vltimò † pro huius Miscellaneæ complemento, quærendum est, an aduocatus, vel procurator possint agere pro honorario, & salario, aduersus partem aduersam, quæ condemnata fuit in expensis litis, vel tantùm eis competat actio contra partem, cui præstiterunt patrocinium? Cui dubio respondendum est, nullatenùs eos contra succumbentem agere posse, Gratianus *cap. 49. num. 29.* Fontanell. *de pactis nupt. claus. 6. glos. 1. part. 1. num. 16.* Sesse *decis. 336. num. 16.* nisi à parte victrice cessionem habuerint: velin casibus de quibus per Monter a Cueua *decis. 36. per totam.* 36

An autem emptor, qui soluit gauellam pro venditore, siue spõtè, siuè inuitus, & compulsus propter venditoris dolum, aut culpam soluerit, possit quod soluit ab eo repetere sine cessione, & an gauellarius ei actiones suas contra venditorem præstare debeat? Videas Gutierrez *de gauell. quæst. 127. per totam.* 37

IHS

TRACTATVS DE CESSIONE IVRIVM, ET ACTIONVM.

TITVLVS QVINTVS.

QVANDO ET QVALITER COMPELLATVR QVIS CEDERE IVRA, ET ACTIONES SVAS, EASQVE CEDENDO LIBERETVR.

EXORDIVM TITVLI.

PRÆCEDENTI titulo egimus quandò legis potestate actio de vnâ in aliam personam sine cessione trâsferatur, monuimusque hoc regulariter non accidere, quinimo cessione opus esse, vt quis alterius iuribus experiri, & agere possit. Sed quia is qui cedere tenetur, aliquandò cessionem facere recusat, dubitari contingit, quandò & qualiter iura sua cedere compellendus sit. Quæ compulsio triplici viâ fit, interdùm enim petitur cessio iure actionis, veluti quandò præcessit contractus, quo quis cedere iura sua se obligauit, vt *in l. stichũ, §. si mandato, D. de solutionibus, l. Modestinus, D. de solutionibus.* Interdùm per viam officij ex æquitate quis ad cedendum compellitur, *L. in fraudem 45. §. qui pro alio, D. de iure fisci, l. fideiussoribus 18. D. de fideiussorib.* Aliquandò verò per viam exceptionis iura sua cedere quis cogitur, *l. nulla, C. de solutionib. l. fin. C. de fideiussorib.* Asinius *de executione, §. 7. cap. 17. num. 22.* Giurba *decis. 87. nu. 24.* Oliban. Virgilius, Acosta, & laudati iup. *tit. 2. quæst. 3.* nullo ex his relato, ex Negusantio, idem probat Mercurialis Merlinus *de pignorib. lib. 4. qu. ast. 58.* Quòd ex infrà dicendis manifestè apparebit, simulque quandò quis cedendo iura sua satisfaciat, & liberetur.

SVMMARIVM.

1 *Nemo inuitus vendere cogitur præterquàm in aliquibus casibus.*

2 *Cedere inuitus nemo compellitur, aliquibus casibus exceptis.*

3 *Extraneus soluens pro alio, an possit cogere creditorem ad cedendũ, affirmatiua sententia refertur.*

Cedere quis cogitur vbi cessio sibi non nocet, & alij prodest.

4 *Extraneus licèt soluere possit pro alio, non tamen potest cogere creditorem, vt cedat iura, & actiones suas.*

5 *Extraneus si redimat censum pro debitore, non poterit ab eo integram summam exigere, sed minuatim, nè aliàs debitor indirectè censum redimere cogatur.*

6 *Emens rem à debitore, cum onere soluendi, vel redimendi censum super re illa impositum, an possit creditorem compellere, vt ei iura, & actiones suas cedat: duplex sententia refertur, affirmatiua eligitur,* & num. sequentib.

10 *Cessio iuris luendi, seu redimēdi, cēsum, facta emptori rei census suppositæ, quos effectus operetur.*

11 *Debitor soluens creditori, an aliquo casu possit deliberare, vt ei iura, & actiones cedat,* & n. 15. & 16.

12 *Rem pignori datam potest quis vsucapere aduersus debitorem, ex eo tamen ius pignoris non extinguitur.*

13 *Tertius pignoris, vel hypothecæ possessor præscribit aduersus creditorem per decem annos inter præsentes, & 20. inter absentes, licèt res hypothecæ subiecta esset specialiter cum pacto, & clausula de non alienando.*

17 *Correus debendi soluens creditori, ius petendæ cessionis habet, & potest cum compellere ad cedendum.*

18 *Correus debendi siue spōtè, siue coactus soluat, potest compellere creditorem, vt cedat actiones aduersus alios correos.*

Correi si non in solidum, sed in viriles portiones teneantur, non potest eorum vnus, licèt solidū offerat creditori, eum ad cedendum compellere.

19 *Cessio iurium quæ vni ex correis solidum soluenti fieri debet, intelligitur deducta sua rata.*

20 *Fideiussor sponte, vel coactus soluens, si suo, non debitoris nomine soluat, cessionem iuriam aduersus debitorem, & confideiussores rectè desiderat, & creditorem ad cedendum compellit.*

21 *Tertius pignoris, vel hypothecæ possessor, si iustè possideat cogere potest creditorem ad cedendum, siue sponte, vel coactus soluat.*

Depositum factum sub ea conditione si creditor iura sua cesserit deponenti, quando legitimum sit.

22 *Iniustus pignoris possessor an possit creditorem compellere ad cedēdū? duæ referuntur sententiæ, distinguitur. Vtrum sponte, vel coactus soluat,* vsque ad num. 25.

Adducitur, & intelligitur text. in l. Paulus, §. 1. D. quib. mod. pignus, vel hypoth. soluit. & l. mulier 20. D. qui potior in pignor.

25 *Creditor posterior offerens priori creditori, an eum cogere possit ad cedendum iura, & actiones suas? affirmatiuè in creditore hypothecario, negatiuè in chyrographario resoluitur, nisi pignus possideat,* & num. 26. & 27.

28 *Creditor pignori incumbens, quandò possit illud pro alio credito personali retinere, & quid si creditor chyrographarius in ius creditoris hypothecarij, per cessionem successisset.*

Intelligitur l. vnica, C. etiā ob chyrographariam pecuniam.

29 *Creditor cui pignus pro suo credito iudicialiter adiudicatur, si postea alium debitoris sui creditorem hypothecarium cessis sibi iuribus dimittat, an pro vno, & altero credito pignus iustè retineat? affirmatiua sententia eligitur,* n. 30.

Bona debitoris in publica subhastatione adiudicata creditori, iubentur restitui cum fructibus, soluto debito cum interesse.

31 *Correus, vel fideiussor si virtute cessionis, agāt aduersus alium ex correis, vel confideiussoribus, tenentur actiones suas eis præstare, vt aduersus alios correos, vel confideiussores agant.*

32 *Cessionem iuriū vbi quis facere debet, non aliter satisfacit, quàm si exhibeat cessionario instrumentū principalis debiti.*

QVÆ-

QVÆSTIO I.

Soluens creditori, an eum compellere possit vt iura, & actiones suas cedat? Vbi de extraneo, debitore, correo, fideiussore, tertio hypothecæ possessore, debitoris creditore, compossessore, & confideiussore soluentibus.

QVemadmodùm † licèt regulariter nemo inuitus vendere cogatur, *l. inuitum 12. C. de cõtrah. empt. l. neque emere 16. C. de iure deliberãdi*, Arias de Mesa *lib. 2. var. c. 17. n. 1.* latissimè Hermosill. *in l. 3. tit. 5. p. 5. glos. 1. à n. 1.* sunt tamẽ aliqui casus, in quibus speciali ratione vendere compellimur, de quibus plenissimè Hermosilla *sup. dict. glos. 1. & 3. cum seq.* Giurba *decis. 86.* Noguerol *alleg. 18. à num. 67.* D. Valenzuela *cons. 18. tom. 1.* Costa *remed. 76.* noster Otero *de pascuis, cap. 27.* Cancer. *libr. 1. var. cap. 13. à nu. 130.* Horat. Carpan. *ad stat. Mediol. 1. tom. cap. 433. à nu. 70.* Hunnius *in Encycloped. iur. 3. part. tit. 14. cap. 8. per totum.* Sic † similiter licèt nemo inuitus ius suũ cedere cogatur, Rodriguez *de annuis reditibus, lib. 2. q. 10. num. 7. q. 17. nu. 10.* Surdus (qui hac paritate vtitur) *cons. 536. à n. 1.* Giurba *decis. 87. num. 6.* Carleual. *de iudiciis lib. 1. tit. 3. disp. 35. nu. 26.* Sunt tamen aliqui casus, certæque personę, quibus si nobis soluant, iura, & actiones nostras cedere cõpellimur; de quibus in præsenti agendum nobis est.

1

Primòque † de extraneo soluente dicemus, quem licèt pro debitore soluere posse nemo inficietur, *l. soluendo, D. de negotiis gestis, l. solutionem, D. de solutionib. princ. Instit. quib. modis tollitur obligatio, dixi sup. tit. 4. quæst....* Tamen non satis constat, an creditorem compellere possit, vt iura, & actiones suas ei cedat? Et ad cedendũ compellere posse creditorem, placuit Cartario *decis. Genoæ 61. a nu. 11.* cuius meminit Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 3. tit. 14. de solutionib. num. 23.* Gratian. *decis. 215. num. 5.* Auend. *de metu lib. 2. cap. 24. num. 14.* qui ad literam transcripsit Borrellum, quibus accedere videtur Noguerol *alleg. 11. n. 9. & 5.* Qui ex eo mouentur, quòd ex æquitate tenetur quis cedere, licèt alias ad id cogi non prosit, si sibi cessio non noceat, & alteri prosit, *arg. l. 2. §. 1. D. de aqua pluu. arcend.* in terminis est text. singularis *in l. in creditore. D. de euictionib.* ibi: *Habet autem cõtrariam pignoraticiam actionẽ, & magis est, vt præstet, cui enim non æquum videbitur, vel hoc saltim consequi emptorem, quod sine dispendio creditoris futurum est,* multis relatis Gratian. *discept. 686. num. 10.* Giurba *dict. decis. 87. n. 20.* Ponte *cons. 6. num. 22.* Noguerol *sup.* & latiùs Ioan. Bapt. Costa *de remed. subs. rem. 36. à num. 2.*

2

3

Veriùs † tamen est, extraneũ solentem ius petendæ cessionis non habere, neque inuito creditore cessionẽ posse desiderare, text. expressus *in l. nulla, C. de solution.* vbi *Bald. & DD.* Negusant. *de pignorib. 3. memb. 5. part. num. 42.* nouissimè Merlinus *de pignorib. lib. 4. quæst. 76. à num. 12.* vltrà relatos ab eo, Amendola ad Franch. *decis. 427. num. 7.* Scaccia *de commertiis, §. 2. glos. 5. à num. 72.* Cancer. *lib. 2. variar. cap. 6. num. 214.* Capycius, Carocius, & alij quos sequitur Borrell. *sup. num. 12.* Auend. *num. 13.* Anton. Fab. *lib. 11. coniect. cap. 9.* vers. *soluere quidã.* Quam sententiã indubitabilẽ profitẽtur, in extraneo qui cẽsũ eo pacto redimere intendit, vt census sibi cedatur, Felician. *de cẽsib. tom. 1. lib. 4. c. vnico n. 11.* Cenc. *de censib. quæst. 105. per tot.* Duard. *de cẽsib. §. 5. quæst. 23. à num. 25. & à num. 1.* Fontanell. *de pactis nupt, claus. 4. glos. 18. part. 5. nu. 12.* Anton. Amato *resol. 7. n. 13.* Arias

4

de

de Mesa *lib.* 1. *var. cap.* 22. *nu.* 19. Carleual. *de iudiciis dict. disp.* 35. *à nu.* 25. qui ex Rodriguez rectè notat, quòd licèt extraneus ad redemptionem, & extinctionem census prodebitore admittatur, tamen non potest cõtra debitorem ad integram census summã, seu sortem principalem agere; sed dũtaxat minuatim, & commodis interuallis, nè factum soluentis oneret debitorem, quod potiùs cum deberet releuare, *l. sed an vltro, §.* 1. *D. de negotiis gestis* sequitur Duardus *ad Bull. §.* 5. *q.* 23. *num.* 21. *&* 22. Et crederem, debitorem ad nihil aliud compelli posse, quàm vt reditus census prout antea soluat, nè aliàs indirectè ad census redemptionem inuitus vrgeatur. An autem tertius, qui soluit pro alio creditum, & vsuras eius, possit cessis sibi iuribus vsuras vsurarum exigere? dicã inf. *q.* 5. *num.* 53.

6 Dubium † tamen est, an extraneus eo casu creditorem cogere possit ad cedendum, quandò rem emit à debitore, vt ex eius pretio dimitteret creditorem, vel cum onere redimẽdi aliquem censum, quem debitor, ideque venditor debebat? Quod quotidiè accidit in emptoribus officiorũ, quibus eâ lege venduntur, vt intra certum tẽpus teneantur redimere censum, & ab eius onere venditorem, eiusque bona, & hypothecas liberare. Quo casu emptorem iurium cessionem extorquere non posse, creditoremque in id tantũ teneri, vt liberet debitorem, & hypothecas: non verò vt ius suum transferat, tenet licèt nemine relato Carleual. *dict. disp.* 35. *num.* 21. Felicianus *de censib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 16. vers. *tertio fallit*, qui id ea ratione admittit, qua extraneus, qui emit cum onere redimendi censum, loco principalis debitoris habetur, Gratian. *decis.* 215. *num.* 2. *&* 10. Surd. *cons.* 536. *num.* 3. *in fine*, Amato *tom.* 1. *resol.* 37. *nu.* 191. quibus se subscribere videtur Cencius *dict. quæst.* 105. *à num.* 6. ita decisum refert Sesse *tom.* 4. *decis.* 486. Pacificus *de Saluiano interdicto in sp.* 3. *cap.* 2. *nu.* 957. qui asserit cessionem emptori factam inutilem esse, & ita decisum *decis.* 164. *num.* 9. sequitur nullo tamen ex his quos laudauimus relato, Mercurialis Merlinus *de pignorib. lib.* 4. *quæstion.* 63. qui inducit duas Rotæ *decisiones, & quæst.* 61. *num.* 4.

Contrarium † tamen longè verius 7
est, nàm poterit qui cum onere redimendi emit, si soluat, cessionem iurũ expoſcere, creditoremque ad eam faciendam compellere: quia is inspecto initio debitor non est, neque ad redimendum tenebatur, sed solùm ratione emptionis alienam in se suscepit obligationem: quarè æquum est, cum cessionem consequi: vt si fortè res ab eo euicta sit, possit contra venditorẽ cessis sibi actionibus experiri, vel eis aduersus posteriores hypothecarios vẽditoris creditores se tueri, & defendere. Quã sententiã rectè, & doctè defendit Giurba *dict. decis.* 87. *per tot.* Alex. Ludouis. *decis.* 347. *nu.* 14. *&* 15. Guzman *de euictionib. quæst.* 35. *num.* 101. Et quòd emptori cum onere dimittẽdi ex pretio creditores venditoris, vtilitèr iura cedantur rectè comprobat Franc. Tondutus *resol. ciuil. cap.* 29. *à num.* 7. *& cap.* 32. *à num.* 9. *ad* 20.

Nec † eo casu ex cessione aliquod 8
est inconueniens: nàm licèt in re propria pignus non consistat, *l. neque pignus. D. de reg. iuris*: neque possit quis sui ipsius debitor esse, quia actio, & passio nõ possunt in vno subiecto cõcurrere, *l. si quis pro eo, §. item filius, D. de fideiussorib. l. Vranius* 72. *D. eodem tit. l. stichum* 95. *§. additio. D. de solutionib. l. debitori, C. de pactis*: tamen hoc non procedit, quando quis eo animo acquirit hypothecam, & cessionem, vt rẽ defendat contra creditores hypothecarios posteriores, *l. si posteriores*, v. *bi gloss. & Bart. C. si antiquior. credit.* ex Negusantio, & aliis Rodriguez *de reditib. lib.* 2. *q.* 15. *num.* 34.

Ex his † vt dixi inolebit praxis, & 9
styl, vt emptores officiorũ super quibus

bus census impositi sunt, ea lege emāt, vt intra certum tempus teneantur redimere, & possint a creditoribus cessionem iurium in sui fauorem exposcere, vt eorum locum, iura & hypothecas cum prælatione acquirant: quæ pactio vtilis, & cauta est, quia virtute cessionis poterit emptor si hypothecariā per alios venditoris posteriores creditores conueniatur, aduersus illos se tueri, & defendere; huiusque pactivirtute poterit emptor creditorē ad cedendum compellere, quia ius redimēdi, quod debitor habebat, in emptorē translatum censetur.

10 Quæ † iuris luendi, seu redimendi cessio miros operatur effectus. Primus, quòd ex eâ plus iuris transfert vēditor in emptorem, quàm quod ipse habet, contra regulam text. *in l. nemo plus iuris, D. de reg. iuris.* Nàm cùm ipse venditor tantùm posset extinguere, & redimere, non verò retroemere censum, vt statim dicemus: tamē emptor, & cessionarius huius iuris luendi, translationem, & cessionem cēsus rectè desiderat, atquè ad cedendū cogit creditorem. Secundus, quòd cessio cē sus quoad ipsum creditorem extinctiua est, licèt respectu posteriorum creditorum, ipsiusque venditoris, in casu euictionis translatiua sit. Quæ cōtraria sunt, quia cessio non se compatitur cum extinctione debiti, Calanate *cōs.* 11. *num.* 19. Amato *lib.* 1. *resol.* 37. *nu.* 6. qui effectus vtilissimus est, nā creditores venditoris cedentis, in hoc censu ceſso nullam hypothecam, nullū vè ius prætendere poterunt, quia ex illâ cessione quoad cedentem census penitùs fuit extinctus, & supressus: cuius rei elegantem reddit rationē Giurba *dict. decis.* 87. *a nu.* 30. At verò respectu posteriorum creditorum venditoris, census existens, & viuus manet, & pro eius sorte, & vsuris emptor prælationem, & retentionē habebit: quos mirabiles, contrarioſque effectus dotè ptosequitur, Amato *lib.* 1. *var. resol.* 7. *a num.* 36. Carleual. *dict. disp.* 35. *a num.* 36. Arias de Mesa *lib.* 1. *var. cap.* 22. Ioan. Bapt. Thoro 3. *tom. comp. decis.* verb. *cessio iuris luendi*, Capycius Latro *decis.* 16. *per tot.*

De † debitore videamus an soluēs petere possit iurium cessionem, & ad cedendum cogere creditorem? Quâ in re in comperto est, id ei non licere, quia debitori cessio non fit, *l. nulla, C. de solutionib.* Duardus *dict. quæst.* 23. *num.* 45. Hodierna *ad Surdum decis.* 308. *nu.* 5. nec si vellet creditor in eū aliquod ius transferre posset, sed liberationē, vt ex variis probauimus *sup. tit.* 4. *quæst.* 5. *num.* 4. Inuenio tamen duobus in casibus nōnullos existimasse; debitorem ipsum cessionem posse desiderare. Primus, quandò ei vtilis posset esse cessio, veluti vt ex iuribus sibi cessis pignus retineret aduersus eum, qui vsucepe rat, *vt ex glos. in l. vsucapio, C. de pignorib.* post Bart. & antiquiores notat Negusantius *de pignoribus* 3. *memb.* 5. *part. num.* 44. post eum Rodriguez *de reditibus lib.* 2. *quæstio.* 16. *num.* 18. Auendaño. *de censibus q.* 100. *n.* 3. ex Negusantio tantùm idem probat Merlinus *de pignorib. & hypothec. lib.* 4. *quæst.* 77. *a num.* 5. 11

Quæ † doctrina nè fortè alicui obscura videatur, aduerto, quòd licèt accidere possit, vt tertius rem pignori datam vsucapiat, eiusque dominium acquirat: vsucapio tamen ius pignoris non extinguit, *l. vsucapio, C. de pignoribus*, ibi: *Vsucapio pignoris conuentionē non extinguit, l. cum postulassem* 44. *§. vlt. D. de damno infecto, l. iusto* 44. *§. nō mutat, D. de vsucapionibus, l.* 1. *§. cum prædium, D. de pignoribus*, vbi ratio redditur, nimirùm quia quæstio pignoris nihil commune cum dominij causa habet: quia per Seruianam actionem, non dominium, sed possessionē auocamus, *l. si cum venditor* 66. *D. de euictionib.* dominiumque cum suâ causâ, ideſt pignoris, in alium transit, *l.* 2. *D. de statu liberis.* Et quemadmodū pignore, vel hypotheca alienata ius pignoris durat, *l. debitorum, C. de pignorib.* 12

rib. ita etiam re ab alio vsucapta, legisque virtute alienatâ, ius pignoris saluum manet, *dict. l. Vsucapio 7. cum aliis vbi Gothofred.* Negusant. *de pignor. rib. part. 6. memb. 2. num. 12.* Hieron. Asin. *ad rubricam, C. de vsucapion. pro emptore à num. 294.* ex Negusantio tãtùm Merlinus *lib. 5. quæst. 26.*

13 Accidere † enim potest, quòd tertius aduersus rei pignoratæ dominum dominium acquirat, nondùm tamen ius pignoris, vel hypothecæ aduersus creditorem præscriptum, & exclusum sit. Exemplum cõstituit Asin. in re mobili pignoris nexui supposita, quæ triennio aduersus dominum acquiritur, non verò aduersus creditorem. In re etiam immobili exemplum erit; si fingas rem hypothecæ subiectam à nõ domino tertium comparasse: & bona fide decem annis domino præsente, absente verò creditore possedisse, hũc certum est aduersus dominum rem eiusque dominium acquisiisse, cùm res soli inter præsentes decem annis cum titulo, & bona fide præscribantur, §. 1. *Instit. de vsucap. l. 18. titul. 29. part. 3.* Parlador. *lib. 1. rer. quotid. cap. 1. §. 10. num. 5.* Bayo *lib. 1. prax. cap. 24. num. 190.* Asin. *vbi proximè à nu. 235.* Cum tamen aduersus creditorem absentem pignoris liberationem non quæsierit; quam aduersus creditorem tertius nõ nisi decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes acquirit, *l. 1. & 2. C. si aduersus credit. præscript. l. 27. tit. 29. part. 3.* Merlin. *dict. lib. 5. quæst. 21.* Anton. Faber *C. si aduersus creditor defin. 5. & 6.* Gratian. *discept. 88. à nu. 10. & decis. 15.* quæ præscriptio etiam de iure nostro Regio procedit; nam *l. 63. Tauri*, ad tertios pignoris possessores non extenditur Gutierrez *cons. 47. & lib. 1. pract. quæst. 90.* Bayo *libr. 2. prax. quæst. 78.* Felicianus *de censibus 1. tom. lib. 3. cap. 4. nu. 12.* Quod procedit licèt adesset clausula de non alienando, Gutierrez dictis locis: alitèr tamen sentit Auendaño *de censib. cap. 103.* videndus latè agens Acosta *de priuileg. credit. reg. 3. limit. 3. à num. 19.* latissimè D. Ioseph Vela *decis. 34. à num. 70. tom. 2.* qui sentiunt præscriptionem hanc incipere à die quo debitor in mora est soluendi: nàm eo, eius vè fideiussore, alio vè possessore soluẽte, præscriptio tertij possessoris nõ incipit, vt contra Felicianum vltra relatos veriorem dicunt Fontanella *de pactis claus. 4. glos. 18. part. 5. à num. 51.* Cenc. *de censib. quæst. 98. a nu. 46.* Parlador. *dict. cap. 2. §. 16. num. 5.*

His † igitur casibus in quibus pignoris dominus ex iure suo rem ab eo qui vsucepit defendere potest, visum fuit his quos supra laudauimus, posse debitorem creditori pignoraticio soluentem, cessionem deferre; ad eãque faciendam cogere creditorem: vt si fortè is qui vsucepit, pignus à debitore auocare intendat, possit dominus ex iuribus sibi cessis agentem repellere; vel ope exceptionis, & retentionis se iuuare, sequitur And. Georgius, Boerius, Gabriel quos refert Mela *libr. 1. var. cap. 48. à num. 10.* Sed ipse ibi sententiam hanc refellit, debitorique ius petẽdæ cessionis denegat, quâ in eius personâ ineffícacem esse probat: quia quemadmodùm in debitorem soluẽtem actio personalis transferri nõ potest, ita nec hypothecaria in eum poterit transire, vt ipse latè prosequitur *dict. cap. 48. per tot.* 14

Alter † & secundus casus, in quo cessionem debitori fieri posse admittunt interpretes, is nimirum est, quandò principalis debitor prædium aliquod eâ lege vendidit, vt emptor creditori soluere obstrictus esset: nàm si placitis non stàret emptor, ex eaque causâ venditor creditori soluisset, asserunt, creditorem debitori actiones suas cedere teneri, vt quod soluit, ab emptore recuperet, Rodriguez *dict. lib. 2. q. 16. nu. 27.* Giurba *d. decis. 87. num. 23.* Fellcian. *de censib. libr. 3. cap. 2. num. 17. vers. in qua quæstione tom. 1.* Noguerol. *alleg. 11. num. 63.* Auendaño *de metu lib. 2. cap. 24. num. 25. in* 15

fine,

fine, Duardus *dict. §. 5. quæst. 23. num.* 42. Acosta *dict. regul. 3. ampliation. 2. num. 70.*

16 Sed † nec hoc casu cessionem fieri posse verius puto, quæ si fieret, non iurium translationem, sed liberationem tantùm operaretur: cessioque hæc penitùs inutilis, & superuacua esset: quia emptor non ex primo debitoris principalis contractu obligatus est, sed ex secundo contractu, & emptione à se facta cum illo onere soluendi: quo fit creditorem nulla iura contra emptorem ex primo contractu trãsferre, seu cedere posse: ex secũdo autẽ cõtractu actio principaliter ipsi venditori, nõ creditori fuit quæsita: quapropter ex sua persona, proprioque iure agere poterit, nullaque creditoris sui cessione indigebit.

17 De † correo succedit agere, quem certum est, ius petendæ cessionis contra alios insolidum obligatos hãbere, & creditorem ad cedendum cogere posse, *l. 1. & ibi Bald. num. 3.* Salicet: *num. 5. C. de duobus reis, l. Modestinus*, vbi communiter DD, *D. de solutionibus*, Ronchegal. *in l. reos in princ. à n.* 54 *D. de duobus reis*, Bertazol. *clauſ.* 40. *gloſ. 4. num. 10. & gloſ. 5. num. 2.* Rodriguez *dict. lib. 2. quæſt. 16. num.* 11. *& 16. & quæſt. 17. num. 14.* Felician. *dict. lib. 3. cap. 2. tom. 1. & dict. c.* 2. *tom. 2. num. 9.* Sesse *4. tom. deciſ. 386. num. 10.* Gaspar Thesaur. *quæſt. Forẽſ. lib. 4. quæſt. 39.* Cencius *de censibus, q.* 71. *à num. 9.* Duardus *dict. quæſt. 23. à num. 34.* Amato *dict. reſol. 37. à num.* 31. Hermosilla *in l. 2. gloſ. 4. num. 48. in fine tit. 3. part. 5.* Franc. Castracanius *de societatib, quæ fiunt super officiis curiæ Romanæ, cap. 67. num. 1.* nullo ex his relato Carleual. *de iudiciis, dict. diſp. 35. num. 5.* quibus iunges optimè agentem Anton. Fabrum *lib. 11. conject. cap. 13. per totum*, vbi hanc sententiam verissimam esse probat ex *l. rem hereditariam* 65. *D. de euictionib.* reprobatque eos, qui *ex l. in lege, D. ad l. Falcid.* tenuerunt, creditorem correo solidum soluenti posse suas præstare actiones aduersus alios correos; tametsi ad id nullo iure compelli possit.

Quam † doctrinam licèt in scholis 18
non sine controuersia esse agnoscat vltra Ant. Fabrum, Gaspar Thesaur. *dict. quæſt. 39. num. 1.* tamen in praxi sine dubio procedere asserit, eamque ampliat *num. 9.* siue correus sponte offerat, vel coactus soluat: nàm vno, & altero casu creditor cedere tenebitur. Quod intelligit Rodriguez quandò plures correi insolidùm sunt obligati: nàm si in viriles tantùm tenerentur, vnus ex his pro virili conuentus, vel sponte soluens, non posset creditorẽ cogere ad soluẽdum; quia pro portionibus aliorum pro merè extraneo reputatur: extraneo verò vt proximè diximus ius extorquendæ cessionis inuito creditore non conceditur, Roderico cum sequitur Anton. Amato *dict. reſol. 37. num. 44.*

Hæc † tamen cessio, quæ correo ad- 19
uersus alios facienda est, deducta parte correi soluentis fieri debet, *gloſ. & DD. in dict. l. 1. C. de duobus reis*, Cephal. Natta, Surdus, Rodriguez quos laudat Auendaño *dict. cap. 100. num. 1. & 2.* Si tamen absolutè (prout consuenit) cessio vni ex correis fiat, pro parte tantùm quæ ad alios spectat facta censebitur, vt infra dicam.

Quæ † de correo dicta sunt, in fide- 20
iussore fortiori ratione procedunt, nã is prorsus alienam suscipit obligationem, quam siue sponte, siue coactus nomine suo soluat, nõ sine ratione desiderat, iura creditoris sibi cedi, vt eis possit aduersus debitorem, vel confideiussores experiri, *l. fideiussores, l. cũ is qui* 36. *D. de fideiuſſor. l. 2. l. cum alter, C. eod. tit.* Morotius *de iure offerendi à num. 61.* Scobar *de ratiociniis, capit. 34. num. 2.* verſ. *ex aduerso*, Parlador. *lib. 1. rer. quot. cap. 3. §. 2. nu. 30.* Hunnius *in Encyclop. iur. 3. part. tit. 5. cap.* 4. Merlin. *de pignorib. lib. 4. quæſt. 70.* qui nullum ex his retulit præter Morocium, Sesse *4. tom. deciſ. 386. num. 10.*

Sur-

Surdus *conſ.* 536. *nu.* 10. Hodierna *ad Surdum deciſ.* 308. *nu.* 13. *&* 14. Heringius *de fideiuſ. cap.* 27. *part.* 3. *num.* 6. Amato *d. reſol.* 37. *à nu.* 39. ex innumeris Borrell. *in ſum. deciſ.* 3. *tom. tit.* 13. *nu.* 310. Carleual. *dict. num.* 5. Aüe daño *dict. cap.* 100. *nu.* 1. Cencius *d. q.* 71. *à nu.* 2. Hermoſilla *dict. gloſ.* 4. *nu.* 48. Donell. *lib.* 15. *com. c.* 48. Frãc. Caſtracanius ſup. Diximus eo caſu fideiuſſorem ſoluentem iurium ceſsionem poſſe deſiderare ſi ſuo nomine ſoluat: nam ſi debitoris nomine ſoluiſſet, ceſſio nullius momenti eſſet, *l.* 11. *tit.* 12. *part.* 5. Carleual. *dict. nu.* 5. *&* 11. Felicianus *de cenſib. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 6. *tom.* 1. quicquid dicat Acoſta, quem infrà referemus, & refellemus.

21 Tertij † poſſeſſoris pignoris, vel hypothecæ ſubintrat diſputatio: cui, ſi iuſtus poſſeſſor ſit, creditor actiones ſuas cedere compellitur, ſiuè ſponte ſiue coactus ſoluat, *l. mulier* 20. *D. qui potiores, l. cũ poſſeſſor* 5. *D. de cẽſib. l. ſi res obligata* 57. *D. de leg.* 1. multis ſuo more relatis Amato *d. reſol.* 37. *à nu.* 17. Gaſpar Theſaur. *lib.* 4. *q. forẽn. q.* 37. *n.* 9. Ant. Fab. *in C. lib.* 8. *titul.* 32. *defi.* 1. Giurba *d. deciſ.* 87. *nu.* 7. Iacob Cuiac. *lib.* 5. *reſp. Pauli, ad l. Paulus, §.* 1. *D. quib. mod. pig. vel hypoth. & lib.* 11. *obſerua.* 35. Morot. *de iure offerendi, à nu.* 3. Coſta *d. remed.* 36. aliis ex antiquis relatis Merlin. *d. lib.* 4. *q.* 61. *n.* 3. verſ. *& tum, & q.* 65. *à nu.* 1. Hermoſilla vbi proximè *à n.* 46. vbi quod tertius iuſtus pignoris poſſeſſor, vel alter qui ius exigendæ pẽſiõnis habet, quales ſunt fideiuſſor, correus, vel creditor ſecũdus hypothecarius, poſſunt ea lege, ſiue cõditione deponere pecuniã, ſi creditor iura ſua eis ceſſerit, quia hæc conditio intrinſeca eſt, tacitèq; ineſt, quę depoſito non officit, ſed ea tantùm quæ extrinſeca eſt, videndus Giurba *ſup.* Gratian. *diſcept.* 686.

22 Iniuſto † pignoris poſſeſſori an idẽ ius cõperat in obſcuro eſt? Affirmatiuã ſententiã poſt Bart. & Bald. tuetur Neguſant. 3. *mẽb.* 5. *p. nu.* 26. Bertazol. *clauſ.* 40. *gloſ.* 4. *n.* 7. Afflict. Caroc. Tuſch. Felician. quos refert Hermoſill. *nu.* 46. Giurb. *n.* 20. Auend. *de metu lib.* 2. *c.* 24. *n.* 25. Gait. *de credito, c.* 4. *quæſt.* 11. *n.* 1713. qui in id expendunt text. *in d. l. Paulus, §.* 1. vbi cuicũque poſſeſſori licet debitũ offerre, vt remoueat creditorẽ hypothecariã agentẽ, quaſi non debeat de iure poſſeſſoris diſputari, cũ ius peritoris ſoluto credito remouetur: quẽ textũ de facultate offerẽdi cũ impetratione ceſsionis intelligendũ eſſe ſuadẽt verba Pauli: nè alias eius deciſio de indubitabili eſſet: cũ quilibet etſi non poſsideat, poſsit creditori debitũ offerre, *d. l. nulla, C. de ſolution.* cũ aliis: à qua ſententia diſcedendũ non eſſe dixit Trẽtacinq. *lib.* 3. *var. tit. de ſolution. reſol.* 30. *à nu.* 11.

Negatiuã † tamen & contrariã ſententiã, quòd iniuſto poſſeſſori creditor cedere nõ teneatur, ex Bald. & Caſtrenſ. probat Morocius *d. n.* 2. cuius tãtùm meminit eum ſecutus Merlin. *d. q.* 65. *à n.* 5. Rodrig. *d. lib.* 2. *q.* 16. *à n.* 38. *& q.* 17. *nu.* 13. Meſa *lib.* 1. *var. c.* 16. *à n.* 17. mouentur ex text. *in d. l. mulier* 20. *D. qui potior.* vbi creditor iuſto poſſeſſori actiones ſuas cedere compellitur: quaſi ſentiat Cõſultus, iniuſto poſſeſſori cedẽdas nõ eſſe, vt placuit Paul. de Caſtro per tex. ibi *in d. l. ſi res obligata.* Nec enim melioris cõditionis eſſe debet iniuſtus poſſeſſor, quã extraneus, cui ius nõ cõpetit exigendæ ceſſionis. Cui ſententiæ non refragari aſſerunt *d. l. Paulus, §.* 1. nã ibi tantùm permittitur cuilibet poſſeſſori offerre ad extinctionẽ debiti; nõ verò ceſsionẽ impetrare, niſi iuſtus poſſeſſor ſit, vt explicat Cuiac. *dictis locis,* Rodrig. *d. q.* 16. *n.* 39. Morot. *d. n.* 3. verſ. *contrariam ſententiam,* Mantic. *de tacitis, & ambig. lib.* 11. *tit.* 28. *à n.* 34.

Pro † concordia autẽm multum referre arbitror, an iniuſtus poſſeſſor, vltro offerat, an verò ſoluere compellatur. Nã primo caſu creditor eì cedere non tenetur. In ſecundo verò, cùm ipſe ſponte non ſoluat, ſed coactus, vt, cre-

23

24

ditorem pignus auocantem dimittat; crederem cessionem iurium iustè desiderare, ex ratione quam suggerit Paul. *in dict.* §. 1. scilicet quòd quia non debet de iure possessoris, cum ius petitoris remouetur soluto pignore. Quæ verba non ad nudam obligationē referenda sunt, sed ad eam quæ eâ cōditione fit, vt possessori cessio fiat: aliàs vt diximus, frustra in disputationē adduceretur, an possessor iustus, vel in iustus esset: cūquilibet ius soluendi, & dimittendi creditorem habeat, Cencius *de censib. quæst.* 96. *n.* 65. maximè cùm in eo textu, creditor possessorem impeteret, & per pignoraticiā actionē rem ab eo auocare intenderet. Quam distinctionem probat Scaccia *de commertiis*, §. 2. *glos.* 5. *à num.* 81. Hermosilla *dict. glos.* 3. *nu.* 46. vers. *limita.*

25 † Superst de debitoris creditore agere, solēt enim posteriores creditores prioribus creditum offerre, vt in eorū iura succedant. Quo casu dubitatur, an eis iura necessario cedenda sint. In quo articulo extra aleam omnem est, quòd si hypothecarius creditor offerat, precisè ei iura cedenda sint, *l.* 1. *& 2. C. si antiquior creditor.* Bald. *in l. nulla, C. de solutionib.* Bart. *in l. Aristo, q.* 2. *D. quæ res pignor.* Negusant. *dict. p.* 5. *nu.* 10. Gratian. *decis.* 215. *n.* 9. *& d. discept.* 686. *nu.* 8. Scaccia, Cartario, & aliis relatis Amato *dict. resol.* 37. *n.* 15. ex aliis Hermosilla *d. glos.* 4. *nu.* 46. vers. *amplia primo*; Arias de Mesa, qui excitatis nullum retulit *lib.* 1. *Var. dict. resol.* 16. *à nu.* 23. Merlinus *de pignorib. lib.* 4. *q.* 48. *nu.* 5. qui non ita exornat.

26 Sin verò † creditor chirographarius tantùm sit (cui ius offerendi non competit, *l. cum tibi, C. qui potiores*, Morotius *de iure offerendi à n.* 41. Merlin. *d. lib.* 4. *q.* 46.) creditorem ad cedendum non compellit, quia ius offerendi, & petendæ cessionis, effectus & veluti fructus est pignoris, vel hypothecæ, quam cùm creditor chirographarius non habeat, in id offerre non potest, vt locum dimissi creditoris consequatur (vt diximus suo loco) neque vt renuentem creditorem ad cedendū cogat, *dict. l. nulla*, Bart. *in dict. l. cum tibi*, Gratian. *dictis locis*, Hermosilla *nu.* 49. Auendaño *de censib. c.* 100. *num.* 9. quæ sententia verissima est, licet de æquitate chirographario creditori cedendas esse actiones dixerit Rod. *d. q.* 16. *n.* 45. Amat. 1. *tom. resol.* 7. *n.* 14.

Illud † verò asserit Rodriguez cui assentitur Mesa vbi proximè, creditorem chirographarium si possideat pignus, iurium cessionem posse desiderare, quēadmodùm alter iustus pignoris possessor: quod verū iudico. In eo tamē ab eis dissentio quatenus tenent non aliter tertiū pignoris possessorē, vel chirographariū creditorē, qui pignus, vel hypothecā possidet, cessionē petere posse, quā si a creditore per hypothecariā, vel quasi seruianā actionē cōueniatur: prout placuisse videtur Auendaño *de metu d. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 24. qui tenet duo necessaria esse, vt creditor iura sua cedere compellatur; alterum vt soluens possideat; alterum vt coactus soluat debitum, quod ad aliū spectat. Verius namque existimo, iusto possessori, & creditori chirographario possidenti, etiamsi sponte offerāt, iura cedēda fore: vt in tertio iusto pignoris, vel hypothecę possessore firmāt relati sup, conducit Merlinus *d. quæst.* 46. *nu.* 3. qui indistinctè chirographario creditori si possideat ius offerendi concedit ex Negusant. Mantica, & Morotio quos refert. 27

28 Hic † tamen illud admoneo, quòd licèt creditor pignori incūbens, possit illud pro alio credito personali aduersus debitorem retinere, *l. vnica, C. etiā ob chirograph. pecun.* ex Greg. Lopez, Molin. Mātica, & aliis probat Gaito *de credito, c.* 4. *quæst.* 8. *n.* 1065. Anton. Fab. *in C. lib.* 8. *tit.* 16. *defin.* 2. *&* 5. Petrus Surdus *decis.* 46. vbi Hodierna *num.* 17. Capycius Latro *decision.* 13. *numer.* 12. Id tamen procedit, quādò duo credita, scilicèt hypothecariū, & chirographarium ab vnā personā

proue-

proueniunt; secùs si à diuersis personis obligationes traherent originem: veluti si Titius chirographarius debitor ab alio hypothecario creditore nomẽ emisset, vel ab eo ex alia causa iura cessa haberet: nàm debitor non cogeretur huic creditori debitum chirographarium offerre, sed solùm hypothecarium sibi cessum, vt ex Saliceto, & aliis Negusantius *de pignorib. 3. memb. 5. part. nu. 49.* vers. *secundo fallit*, quẽ sequitur Trentacinq. *lib. 3. var. tit. de pignorib. resol. 10. à num. 1. & 12.* Arias de Mesa *lib. 1. var. cap. 19. nu. 16.* videndus Iacobus Cuiacius *ad tit. C. etiam ob chirograp. pecuniam.*

29 Ex quo † etiam inquirendum est, an vbi creditori pignus pro suo credito iudicialitèr adiudicatur, si is postea alium hypothecarium creditorẽ cessis sibi iuribus, & actionibus dimittat, possit si debitor quantitatem pro qua pignus addictum fuit offerat, retinere pignus pro alio credito sibi cesso? Quẽ articulum latissimè disputat Anton. Amato *lib. 1. var. resolut. 44. per tot. à num. 15. & tom. 2. resol. 61. numer. 32.* qui resoluit, sine dubio esse, pignus retinere non posse, si debitor intra tempus sibi a lege vel statuto ad redimẽdum præfixum pecuniam offerat: si verò post tempus redimendi transactum (æquitatis beneficio in supremis tribunalibus admisso, quòd oblato debito cum interesse, restituantur bona cum fructibus, de quo post alios Scobar *cõput. 14.* omninò vidẽdus Felicianus *de censib. 2. tom. lib. 1. cap. 3. à num. 1. &* 3. qui maturo iudicio explicat quandò hæc praxis obseruanda sit, de qua etiam Giurba *decis. 105.* Hermosilla *in l. 56. glos. 8. tit. 5. part. 5.*) debitor pecuniam offerat, licèt dubius resoluit, satisfacere soluendo debitum principale, neque teneri debitum cessum offerre.

30 Ego † verò in hoc vltimo casu cõtrà putarem, & non alitèr debitorem ad hoc gratiosum, solaque æquitate nixum beneficium admitterem, quàm si vnum, & alterum debitum soluere paratus esset: quam sententiam cum hoc moderamine accipio, vt si fortè creditor censum aliquem redemisset, non teneatur debitor sortem principalem soluere, sed tantùm reditus census decursos, nè indirectè ad census redemptionem compellatur.

Pro † complemento quæstionis aduerto, omnia quæ in correo, fideiussore, & tertio possessore resoluimus, vt hi possint creditorem cogere, vt eis soluentibus iura sua cedat; militare etiam quandò ipse correus, fideiussor, vel tertius possessor, ab alio correo, confideiussore, vel compossessore virtute cessionis quam à principali creditore obtinuerunt, conueniuntur, qui rectè desiderant, vt ipsis iura, & actiones cedantur, vt ex Feliciano; Auendaño, & Pontè, probat Duardus *de censibus, §. 5. quæst. 23. à num. 43.* Amato *resol. 37. num. 43.* 31

His † verò casibus, in quibus correo, fideiussori, & aliis actiones cedẽdas esse diximus, non sufficit vt creditor verbo tenùs actiones suas cedat, sed requiritur, quòd exhibeat instrumentum principalis debiti, Heringius *de fideiussor. cap. 27. part. 3. à n. 7.* Paschalis *de virib. patriæ potest. 1. part. c. 8. nu. 181.* Bertazol. *clauſ. 40. glos. 4. n. 8.* Scaccia *de commert. §. 2 glos. 5. nu. 89.* vers. *extende quarto*, Pacificus *de Saluiano interd. insp. 3. cap. 2. nu. 959.* Bertazol. & Mauro tantùm relatis Merlinus *dict. lib. 4. q. 72. num. 11.* de quo infrà suo loco agemus. 32

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor, correus, tertius possessor, vel posterior creditor, si offerant creditori sortem principalem census cum reditibus, an teneatur eis cedere ius census, quod & quale ipse creditor habebat.*

2 *Fideiussor, vel correus, & alij soluẽtes creditori cẽsus, quid curare debeant vt census non maneat extinctus, sed vt viuus in eos transeat.*

3 *Fideiussor redimens censum, an possit à creditore emere ius cẽsus, vel tãtùm redimere, & extinguere? duplex sententia refertur, affirmatiua eligitur.*

4 *Intelligitur* l. 1. C. de dolo, *& de concordia eius, cum* l. si mandatu 59. §. 1. D. mandati. *remissiuè.*

Fideiussor nõ potest emere pignus debitoris principalis.

5 *Fideiussori, correo, vel tertio possessori soluentibus, an creditor debeat cedere actiones suas in solidum, vel pro rata?*

6 *Creditor an contra se cedere teneatur correo, fideiussori, tertio possessori, posteriori creditori soluentibus.*

7 *Correo, & fideiussori teneatur creditor cedere actiones suas, etiam contra se, & quomodo intelligatur.*

8 *Tertio possessori an creditor contra se actiones cedere debeat.*

9 *Posteriori creditori quandò creditor anterior contra se actiones suas cedere teneatur, per varios casus explicatur, reiecta opinione* Feliciani, & Auendañi, cum num sequẽtib.

13 *Creditor posterior an ius offerendi habeat aduersus anteriorem creditorem, cui bona debitoris insolutum à iudice sunt data, vel ei tanquàm plus offerenti in publica subhastatione addicta.*

14 *Tertius possessor, an vt cogere possit creditorem ad cessionem iurium, teneatur offerre creditori vnum, & alterum creditum, quod habet contra debitorem. Et quid de creditore posteriori,* cum num. sequẽtib. *vbi etiam de iniusto possessore.*

19 *Fideiussor, vel correus si virtute cessionis, quam obtinuerunt à creditore, agant contra alium correum, vel confideiussorem, contra se cedere tenentur.*

20 *Tertius hypothecæ possessor, si virtute cessionis, quam habuit a creditore, experiatur aduersus aliũ compossessorem, an ei debeat actiones cedere etiam contra se.*

22 *Reiicitur opinio* Ferdinandi Arias de Mesa.

22 *Extraneo soluenti, si ex conuentione cedenda sit actio, an cessio contra cedentem fieri debeat: Et an actio simpliciter cessa cõtra ipsum possit retorqueri,* & num. 23.

Contractus ex conuentione partiũ legem accipiunt.

24 *Dominus gauellarum alicuius oppidi, si locet alicui ius exigendi gauellas, an debeat gauellam ex contractibus suis, & videatur etiam contra se actionem cessisse: duplex sententia refertur, negatiua amplectitur.*

25 *Creditor si vnum ex pluribus correis vel fideiussoribus liberet, an si aduersus alios agat, exceptione cedẽdarum repelli possit.* cum num. sequentib.

26 *Fideiussoribus inter alia beneficia cõceditur exceptio seu beneficium cedẽdarũ, qua repellitur creditor si vnũ ex fideiussoribus liberauit.*

Fideiussor qui donandi animo intercessit, an habeat beneficium cedẽdarum.

27 *Fideiussori exceptionem cedendarũ non competere, licèt creditor vnũ ex fideiussoribus liberasset sentit* Anton. Faber.

Expenditur text. in l. si stipulatus 15. §. 1. D. de fideiussorib.

28 *Refertur sententia* Iacob Cuiac. *eiusque cõcordia,* ad d. l. si stipulatus, §. 1. *cum* l. stichũ, §. penult. D. de solut.

29 *Verius esse ostenditur fideiussori exceptionem cedendarũ competere, si creditor confideiussorem liberauit.*

Refertur, & reprobatur intellectus, Bart. ad dict. l. si stipulatus, §. 1. & num. 31.

31 *Reiicitur etiam alius intellectus*

Pauli

Pauli de Castro.

32 *Reprobatur alia interpretatio* Ferdinandi de Mesa.

33 *Adducitur nouus, & verus intellectus* ad dict. l. si stipulatus, §. 1. D. de fideiussoribus, & num. 34.

35 *Creditor agens aduersus vnũ ex correis, si alterum liberauit exceptione cedendarum repellitur.*

36 *Refertur, & refellitur sententia* Anton. Fab. *qui correo denegat exceptionem cedendarum, licèt creditor facto suo actionem contra alium correum cedere non valeret*, & num. 37.

38 *Pactum, & liberatio vnius correi, vel fideiussoris, an alij correo, vel confideiussori prosit*, & nu. 36.

39 *Tertio possessori hypothecaria actione conuento, an exceptio cedendarum concedatur, si creditor aliam hypothecam, vel fideiussorem liberasset: duæ referuntur contrariæ sententiæ, distinguens eligitur*, vsque ad num. 43.

43 *Cedendarum exceptio vbi locũ habet, non obstat creditori, nisi pro rata rei, vel personæ, quã liberauit.*

44 *Creditori non obstat cedendarum exceptio, si sine facto, aut culpa sua actiones cedere non possit? vbi huius rei exempla proponuntur.*

45 *Creditor si in locum fideiußoris, qui effectus fuerat non soluendo, aliũ idoneum accepit, non repellitur cedendarum exceptione ex eo, quòd contra primum fideiußorem non idoneum actiones cedere non possit.*

46 *Si quis fideiussit pro eo qui alium etiam fideiussorem se daturũ promisit, si datus nõ sit, an obstet creditori eo casu exceptio cedendarum?*

47 *Cedendarum exceptio an obstet creditori, qui passus fuit vnum ex correis, vel fideiussoribus præscriptione liberari. remissiuè.*

Intellectus, & conciliatio, l. si pupillus 45. D. de administrat. tutorũ, *cum* l. cum quis 38. §. si quis pro eo, D. de fideiussorib. *remissiuè.*

QVÆSTIO II.

Creditor quas actiones, & an cõtra se cedere teneatur correo, fideiussori, tertio hypothecæ possessori, posterioricreditori, cõfideiussori, vel cõpossessori soluentibus. Et quandò cedendarum exceptione repellatur? Intelligitur text. *in l. si stipulatus 15. §. 1. D. de fideiussorib.* reiectisinterpretationibus Iacob. Cuiacij, Ant. Fab. Schifordeg. & aliorum.

SVPPOSITO iam, provt quæstione proxima resoluimus, creditorem fideiussori, correo & aliisde quibus actum est, actiones suas cedere teneri. Succedit inquirere, quas & quales actiones cedere debeat? Circa quod illud primùm video apud interpretes controuerti. An 1
creditor census, fideiussori, correo, tertio possessori, & posteriori creditori fortè cũ reditibus offerẽtibus, teneatur ius cẽsus viui cedere, vt ipsi possint in posterum à debitore, vel confideiussoribus; correis, vel compossessoribus reditus exigere. In quo dubio licèt affirmatiuam, & negatiuam sententiam diuersa fundamenta fulciãt. Tamen communis, & recepta est opinio, creditorem non satisfacere, cẽsum redimendo, & præstando actiones suas pro sorte, & reditibus census mortui; sed teneri ius ipsius census transferre.

Pro qua sententia facit *l. fideiussoribus* 17. *l. cum quis* 36. *D. de fideiussorib. l. fideiussor, D. de distract. pignor. l. Paulus, D. de fideiussorib.* sequitur post lõgam disputationem Felician. *de censibus tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *à num.* 17. Rodriguez *de reditibus lib.* 2. *quæst.* 17. *per tot.* Cencius *de censib. quæst.* 71. *à nu.* 1. Duardus *ad Bull.* §. 5. *quæst.* 23. *nu.* 35. & 38. Ant. Amato (qui loquitur in posteriori creditore) *tom.* 1. *resol.* 7. *num.* 15. Et in tertio possessore, Giurba *decis.* 87. *num.* 21.

2 Cauere † tamen debent fideiussor, correus & alij soluentes, nè simpliciter soluant, & extinguant censum: quia in posterùm profuturis pensionibus agere non poterunt: requiritur namque vt census viuus transeat, quòd nõ extinctiuè, sed translatiuè sit cessus, vt rectè aduertit Felician. *dict. cap.* 2. *nu.* 19. Duard. *post tract. de censib. decision.* 184. *à num.* 2. Cencius *num.* 14. apud quos videas ex quibus præsumatur cẽsum emptum, & translatum fuisse; an verò quòd fuerit extinctus, & omninò redemptus.

Quæ census translatio licèt in correo, & aliis sine dubio procedat, tamẽ 3
quoad fideiussorem iunt quidefendũt eum ius census emere non posse, sed tantùm redimere, & extinguere: quam sententiam sequitur Scobar *post tract. de ratiociniis comput.* 14. Cancer. *lib.* 2. *var. cap.* 5. *à nu.* 5. *ad* 24. quibus accedere videtur Mercurialis Merlinus *de pignorib. lib.* 4. *quæst.* 72. *à nu.* 9. Sed contraria sententia, quòd fideiussor censualis possit emere censum, & cessis sibi iuribus pensiones, & reditus exigere in futurum, longè verior est, vt ex Feliciano, Rodriguez, Auendaño profitetur Arias de Mesa *lib.* 1. *var. cap.* 9. *à num.* 14. cui addes ipsum Felicianum *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 10. *in addit. ad num.* 17. & 18. Scobar *comp.* 17. Cẽcium, & Duardum vbi proximè latè agentes, & *decis.* 183. Gratianum *discept.* 459. *per tot.* plenissimè Fontan. *de pactis nupt. claus.* 4. *glos.* 18. *part.* 3. *à num.* 62. Ripol. *var. cap. vlt. n.* 119. Capyc. Latro *decis.* 16. *num.* 29.

Nec † refragatur text. *in l.* 1. *C. de dolo*, nam licèt fideiussor pignora debitoris pro quo fideiussit emere nõ possit, *vt ex dict. l.* 1. vltrà adductos iupr. probant Parlador. *lib.* 2. *cap. fin.* 5. *par.* §. 16. *num.* 17. Vander. *sing.* 89. Carleual. *de iudiciis lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 24. *numer.* 10. tamen hæc prohibitio ad census cessionem, seu emptionem non extenditur: cum aliud sit pignus emere, aliud ius census comparare, vt ex Feliciano rectè probant Fontanell. & Gratian. Et de interpretatione, & cõcordiâ, *dict. l.* 1. cum *l. si mandatu* 59. §. 1. *D. mandati*, Anton. Faber *de error. decad.* 9. *err.* 4. Mesa *dict. lib.* 1. *cap.* 9. & 10. 4

Illud † etiam non satis constat, an 5
creditor fideiussori, correo, vel tertio possessori teneatur actiones suas cedere insolidùm, vel pro rata? vt constat ex traditis per Accurs. *in l. si plures D. de administrat. tutor.* Bart. *in l. Modestinus, D. de solutionibus*, Bertazol. *dict. glos.* 4. *num.* 10. Heringium *de fideiussorib. cap.* 27. *part.* 3. Anton. Fabrum *lib.* 11. *conject. cap.* 14. de quo infrà agemus.

Difficiliores † sanè explicatus habet, an creditor etiam contra se cedere teneatur, & ad id cogi possit? Exẽplum erit, quandò creditor possidet pignus aliquod, vel hypothecam debitoris, an tunc actiones cedere teneatur contra se, veluti possessorem illius hypothecæ, an verò satisfaciat cedendo actiones, quas contra debitorem, vel alios correos habet, quin cõtra se cedere sit adstrictus? quæ distinctis numeris prosequemur. 6

Et † quòad correum, & fideiussorẽ 7
attinet, receptum est, creditorem etiam contra se cedere debere, *l.* 2. *C. de fideiussorib. vbi glos. Bart. & Bald.* Felician. *de censib. dict. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 15. Negusantius *dict.* 5. *part. num.* 34. Arias de Mesa *lib.* 1. *var. cap.* 23. *num.* 8. cui addo Duard. *ad Bull. dict. quæstion.*

stion. 23. *num.* 36. Amat. *resol.* 37. *nu.* 20. Scacciam *de commert.* §. 2. *glos.* 5. *num.* 89. vers. *extende octauo*, Auendañū *decensib. cap.* 100. *nu.* 10. Acostam *de priuileg. credit. reg.* 3. *ampl.* 2. *nu.* 70. Francisc. Castracanium *de societatib. super officiis Curiæ Romanæ, cap.* 67. *à num.* 1. *&* 3. Quod procedere asserūt, si creditor posideret pignus ex aliâ causâ, & credito posteriori; non tamē si causa anterior esset: dummodo non discēderet à debito chyrographario, Negusant. 5. *part. memb.* 3. *nu.* 34. Morocius *de iure offerendi, num.* 64. ex Rouito, Valenzuela, & Costa, Gaito *de credito, cap.* 4. *quæsit.* 11. *a num.* 1850. Franch. *decis.* 260, *num.* 2. Et an idem procedat si creditor vni ex fideiussoribus succedat, vidēdus Bertazol. *dict. glos.* 4. *nu.* 12. Gaspar Thesaur. *quæst. forens. lib.* 4. *quæst.* 39. *num.* 7.

8 In tertio † possessore, quanta sit interpretum dissensio, constat ex latè traditis per Felicianum *dict. cap.* 2. *numer.* 16. qui duas contrarias sententias refert, ante eum rem plenè egerat Decius *cons.* 104. Affirmatiuamque sententiam, quòd creditor tertio possessori etiam contra se cedere debeat, si alia bona principalis debitoris possideat, sæpenumero in praxi receptam vidisse testatur Felicianus *sup.* Auendaño *dict. cap.* 100. *num.* 12. Duard. *n.* 38. Ponte *cons.* 82. *à num.* 24. Alexan. Trentacinq. *lib.* 3. *var. tit. de solutionib. resol.* 30. *num.* 13. alios pro hac sententia dat Amato *num.* 21. Gaitus *dict. n.* 1850. Cencius *quæst.* 80. *num.* 18. licèt ipse contrariam veriorem dicat *decis.* 532. *nu.* 18. Ex omnium tamen mente verissimè resolues, contra se cedere teneri si possideat alia bona debitoris ex aliâ causâ, & credito posteriori ei cuius ratione tertius possessor hypothecam possidet, videas infrà *numer.* 15. & notissimè Mercurial. Merlinum *dict. lib.* 4. *quæstion.* 69. qui refert aliquos ex his quos laudamus; nō tamen prout nos rem aperit.

9 Posteriori creditori hypothecario soluēti anteriorē iura contra se cedere cogendum esse, ex *l. mulier, D. qui potio. in pignor.* probat Felician. *supr.* vers. *quòad primum*, qui eam reddit rationem, quod cùm solutio, quæ a posteriori creditore fit, ex causâ onerosâ scilicet solutionis causâ fiat, cessio cōtra ipsum cedentem extenditur, *l. si culpa, D. de rei vindication.* ibi: *Ipso quoque qui litis æstimationem percepit possidente, debet adiuuari*; quam sententiam aliis rationibus confirmat, quas repetit Duardus *dict. quæst.* 23. *num.* 39. Auendaño *dict. cap.* 100. *à numer.* 9.

Quàm † doctrinam temperat, & intelligit Felicianus, quando anterior creditor rem hypothecæ subiectam possidet post contractum iā debitum posterioris creditoris: nàm si possideret antequàm posterius debitum contraheretur, contra se cedere non teneri, & cessionem simpliciter factam aduersus cū retorqueri non posse resoluit, sequitur Auendaño *nu.* 9. versicul. *in qua dubitatione*: eo tamen addito, quòd si hypotheca, quam prior creditor possidet, specialis esset, eam tradere teneatur posteriori creditori; secùs si generalis, quibus accedit Duardus, Arias de Mesa *lib.* 1. *cap.* 23. *numer.* 8. Acosta *dict. ampliation.* 2. *numer.* 70. 10

Mihi † tamen displicet hæc Feliciani, & Auendañi doctrina, & pro verâ resolutione dicerem, eo casu quo posteriori creditori aduersus primum ius offerendi competit, considerandum fore, ex quâ causâ anterior creditor pignus, vel hypothecam possideat, an ex vna, an verò ex diuersis causis, & obligationibus. Nàm vbi ex vna causa, & contractu pignus, vel hypothecam habet, siuè antè, siuè autē post cōtractum, & obligationem posterioris creditoris possideret, teneretur tradere pignus, vel hypothecam, siue specialis, siue generalis esset; vel aduersus se actionē præstare: eâque simpliciter cessâ, contra cedentem 11

tem posset retorqueri: nec enim vllam retinendi iustam causam prætendere posset anterior creditor, postquàm ei posterior creditor integrè satisfecit.

12 Alia † res esset, si creditor non tanquàm creditor, & iure pignoris; sed tanquàm extraneus possideret: veluti si ei pro reditibus decursis pignus à iudice tanquàm plus offerenti in publicâ subhastatione fuisset addictum: nàm eo casu contra se cedere non teneretur, cùm pignus non tanquã pignus, & vt creditor, sed vt tertius, siue dominus possideat: tantùm que minùs offerat posterior creditor, quantùm anterior ex pretio pignoris habuit.

Cæterùm † si posterior creditor nõ
13 solùm soluere paratus esset quod tunc temporis creditori anteriori debebatur, sed etiam reditus illos, & vsuras pro quibus pignus fuit addictum, an eo casu creditor contra se cedere teneatur, seu tradere pignus sibi adiudicatum? resolutio pẽdet ex eo, an posterior creditor ius offerendi habeat aduersus anteriorem creditorem, cui res a iudice in solutum fuit data, vel tanquàm plus offerenti in publicâ subhastatione addicta? Nam si ius offerẽdi habeat, contra se cedere debebit: nec enim audiendus esset creditor qui pignus, & pecuniam simùl habere intenderet. An autem eo casu posteriori creditori ius offerendi competat? Videndus latè disputans Felician. *dict. lib. 3. cap. 2. num. 14.* Arias de Mesa *lib. 2. var. cap. 8. & cap. 6. & cap. 37. nu. 23.* qui resoluit ius offerendi habere; idem ex Negusant. & aliis tenet Brunor. à Sole *in locis commun.* verb. *ius offerendi.*

Vbi † verò ex duplici contractu,
14 seu obligatione, quis creditor est, ex quarum vnâ anterior est, ex alia verò posterior, cùm secundus creditor non teneatur vnum, & alterum creditum offerre, sed sufficiat quòd anterius offerat, optimus *tex. in l. quærebatur, D. qui potiores in pign. hab.* Negusant. *de pignor. 3. memb. 5. part. num. 29.* Anton. Faber *ad tit. C. etiam ob chyrographar. pecun. defin. 2.* (licèt aliud sit in tertio hypothecæ possessore, qui vnũ creditum sine alio offerre non potest, *l. creditor qui prius, §. 1. D. qui potiores*, vt contra Decium resoluit Negusant. *sup. num. 32.*) si anterius creditũ offerat, tenebitur creditor actiones suas contra se cedere, si pignus ex alia posteriori causâ possideat.

Hæc † tamen quæ de tertio possessore diximus, vt non solùm anterius 15
creditum, sed posterius soluere, & offerre teneatur: in quo Decius, & Negusant. dissentiunt, Ponte *dict. cons. 82. num. 28.* Ego vt veritatem assequamur distinguendum fore existimo, a quo causam habuerit tertius possessor; vtrùm scilicèt à debitore principali, an à fide iussore, vel correo: vel an iniustè, & sine titulo rem occupauerit? Nàm primo casu vbi à debitore rem pignoris, vel hypothecæ nexui obligatam tertius comparauit, aliovè titulo oneroso, vel lucratiuo quæsiuit, si pignus liberare intenderet, vnum, & alterum offerre tenebitur, Alex. Trentacinq. *lib. 3. var. tit. de pignor. resol. 10. num. 8.* Quod sine difficultate est, quãdò tertius hypothecã acquisiuit, post primum, & secundum debitum: quia tunc imaginem debitoris obtinet, *l. cũ notissimi, §. 2. C. de præscriptio. 30. vel 40. annor.* ibi: *Vt potè imaginem debitoris obtinentem*, vbi Gothofred.

Vndè † dubium versabitur, quandò 16
post priorem obligationem, & ante posteriorem tertius emit, an tunc posterius creditum etiam offerre teneatur? Et ad id non teneri veriùs iudico, & satisfacere si anterius offerat, quo facto liberabitur, simùlque cogere poterit anteriorem creditorem, vt actiones etiam aduersus se cedat: quo casu rectè procedit sententia eorum quos suprà laudauimus, qui defendunt, creditorem tertio possessori soluenti cõtra se actiones præstare debere, quibus

bus accedit Arias de Mesa *libr. 1. var. cap. 23. à num. 10.*

17 Quandò † verò à fideiussore, vel correo tertius habuit causam, veluti quia rem, quam ipsi pignori, vel hypothecæ specialitèr, vel generalitèr subiecerunt, comparauit, si ipse soluat debitum illud pro quo fideiussor, vel correus auctores sui tenentur; creditor actiones suas etiam contra se cedere compellendus erit, eisque simplicitèr cessis aduersus eum exerceri poterūt, si aliam rē, vel pignus debitoris principalis, vel correi, ex diuersa, & posteriori obligatione retineat, nō secùs ac si soluisset ipse fideiussor, vel correus, a quibus tertius habet causam.

18 Iniustus † autem possessor licèt vbi coactus soluit, rectè iurium cessionem desideret, *vt sup.* monuimus: tamen id non ita absolutè admittendum erit, vt creditor qui ex aliâ causâ posteriori pignus habet, contra se cedere cogatur. Nec enim huic iniusto possessori plus iuris tribuendum est, quam ei qui a debitore post vnum, & alterum creditum rem habuit, quem vtramque obligationem seu creditum offerre teneri resoluimus: alias enim cessio quæ potius ex æquitate, quàm iuris necessitate fit, contra cedentem qui ex iusta causa rē possidet retorqueretur: quod iustum non esset, quia quoties æquitas cessionem admittit, nullas alias actiones cedēs præstare tenetur, quàm quas sine dispendio eius cedere potest, *l. in creditore 38. D. de euict. & vlt.*

19 Fideiussor † etiam, & correus, si virtute cessionis, quam à creditore obtinuerunt, aduersus correum alium, vel confideiussorem agant, actiones etiā contra se cedere teneri communis resolutio est; nè alias plus iuris haberēt, quàm is à quo obtinuerunt cessionē, Felician. *vbi proximè*, vers. *quoad quantum*, Mesa *dict. cap. 23. num. 14.* cui iūges Duardūm *dict. quæst. 23. à nu. 43.* Auendañum *dict. cap. 106. nu. 13.* Exceptio enim cedendarum, quæ obstat creditori, obstat etiam correo, vel fideiussori, virtute cessionis agentibus, Merlin. *de pignor. lib. 4. q. 72. nu. 10. in fine*, qui refert *Graſs.* cui addes Cyriac. *lib. 2. contr. 211. n. 12.* Milanens. *lib. 2. decis. 1. nu. 1.* Et in exceptione, seu beneficio diuisionis, idem probat Heringius *de fideiuſſor. cap. 27. part. 3. n. 38.*

Idem † de compossessore dicendū 20
est, vt si aduersus alium compossessorem cessis iuribus agat, contra se cedere teneatur, *l. cum possessor 5. in princ. D. de censib.* vltra Mesam, qui Felicianum transcribit, comprobant Auendaño *num. 15.* Duard. 44. Quod temperat Felicianus quandò compossessorem, qui solidum soluit, debitor indemnem seruare promisit; nam si postea aliam hypothecam alienasset, isque cui indemnitas promissa fuit, hypothecariâ conuentus solidum soluisset, si ex cessione quam obtinuit, aduersus secundum emptorem ageret, nullas contra se actiones præstare teneretur, cùm rem liberam ab onere illius crediti emisset. In cuius limitationis cōprobationē Arias de Mesa solū retulit Felicianum, cui adde Giurb. *decis. 57. à nu. 8.* Fontanell. *de pactis nuptial. claus. 4. glos. 18. part. 2. n. 54.* Amatū *1. tom. resol. 37. num. 26.* Cuius difficultatis resolutionem, & quid in eâ sentiamus, accipies ex his quæ nos infrà disputabimus *quæst. 5.* Compossessor autem an fideiussori contra se cedere debeat? distinguens resoluit Felicianus *dict. cap. 2. num. 19.* cui accedit Mesa, videndus Auendaño *dict. cap. 10. num. 16.* & quæ *dict. q. 5.* dicemus.

Et † licèt Arias de Mesa *dict. capit. 23. in fine*, hæc hodiè in praxi cessare 21
testetur, ex vi clausulæ quæ frequentèr in cessionibus per notarios solet apponi, quòd cessio non afficiat cedentem directè, neque indirectè, agendo, neque excipiendo. Tamen eius assertio vera non est, nàm licèt ex vi huius clausulæ, in cessione volūtariâ cessionarius cōtra cedentē nō habeat recursum; tamen in hâc cessione necessariâ tabelliones clausulā prædictā adiicere

non

non poterunt, imò creditor contra se cedere cogendus erit, qui si simplicitèr cedat, adhuc virtute cessionis poterit conueniri.

22 Sed † non insubtilitèr posset dubitari, an quandò extraneo ex conuentione ceditur actio, debeat creditor cõtra se cedere, & an actio simplicitèr cessa posit contra cedentem ipsum retorqueri? In qua re videtur, cessionarium aduersus cedentem agere non posse, quia simplicitèr cedens aduersus se cedere non intelligitur, *l. si peculium, § sicut, D. de peculio legat. glos. in l. emptor, vbi Bald. C. de hered. vel actione vendit.* Decius *cons.* 104. *num.* 2. ex *l. licitatio, §. Fiscus, D. de publican. & vectig.* Petrus Surdus *cons.* 47. *num.* 23. Rodriguez *de reditib. lib.* 2. *quæst.* 9. *n.* 2. aliis relatis Bertazol. *clauſ.* 27. *glos.* 18. *à num.* 1. à quo eadem verba mutuatur Guzman *de euiction. q.* 35. *n.* 95.

23 Pro † vera tamen resolutione distingue, an extraneo cum quo de cedendis iuribus actum est, cessio faciẽda sit ex causa lucratiua; an verò ex onerosa. nam si ex lucratiua causa de cedendo conuentum sit, actiones posteà simplicitèr mandatæ effectũ, aut vires aduersus eum non habebũt: quia qui ex lucratiua causa iura sua cedit, nullas actiones aduersus se transfert: quo casu procedunt iura, & DD. sup. relati. Sin verò ex causa onerosa, veluti ex emptione nominis, creditor cedere promisserit; rursus distinguendũ erit, an aliquid inter creditorem, & emptorem nominis actum sit: nam ad id omne creditor tenebitur, quod promisit; quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt, *l. contractus, D. de reg. iuris, l.* 1. *§. si conuenerit, D. depositi, l. lege, C. de pactis conuent.* Anton. Faber *in C. lib.* 8. *titul.* 16. *defin.* 3. Vbi verò inter partes nihil cautum fuisse appareret, cedens contra se cedere teneretur, cessioque simplex aduersus eum vires protraheret: nam cùm ex necessitate prioris contractus, & causæ onerosæ cessio faciẽda sit, ipsum etiam cedẽtem afficiet, *l. si culpa* 63. *D. de rei vindicat.* Surd. Bertazol. & Guzman *sup.* quam sententiã in terminis tuetur Amato *dict. resolut.* 37. *num.* 63.

24 Ex his † facile resoluesquæstionem illam satis controuersam; an vbi ciuitas, vel dominus gauellarum alicuius oppidi, cedit alicui ex causa locationis ius quod habet exigendi gauellã, an videatur cedere ius contra se ipsũ, ita vt ex contractibus, & venditionibus suis conductori gauellam soluere teneatur, & ad id virtute cessionis à se factæ compelli posit? In quo dubio videtur, cessionem hanc cùm ex conuẽtione, & causa onerosa fiat, aduersus cedentem operari debere, *dict. l. si culpa*, & in terminis probant Parlador. *lib.* 1. *rer. quot. cap.* 3. §. 1. *nu.* 3. ex aliis Gutierrez *de gauell. quæst.* 55. *a n.* 6.

Contrarium tamen scilicet, quòd dominus qui locauit ius exigendi gauellam, contra se actionem cessisse nõ videatur, neque ad solutionem gauellæ ex suis contractibus conueniri possit, probat text. *in l. licitatio, §. Fiscus, D. de publican. & vectig.* quam sententiam veriorem dicit Lasarte *de gauell. quæst.* 18. *num.* 92. *& in add.* latè Gutierrez *dict. quæst.* 85. Azeuedo *in l.* 4. *tit.* 17. *lib.* 9. *Recop. & in l.* 3. *titul.* 18. *lib.* 9. (post hæc visus cuius distinctionem probo) Surd. *cons.* 47. *num.* 23. Gõzalez *in reg.* 8. *Cancell. §.* 2. *præm. num.* 41. Lara *de vita homin. cap.* 13. *nu.* 12. Rodobald. Parinus *de gauellis* 1. *part. patrocinij num.* 309. vers. *an autem Fiscus*, qui refert Schrader. Peregrinum, & alios, qui limitat si dominus gauellarum mercimonij causa emat, Marius Cutell. *de donat. contemp. matrim. tract.* 2. *discurs.* 1. *special.* 22. *num.* 14. sequitur nullo tamen ex his relato Noguerol. *alleg.* 39. *num.* 36. qui dat alios. Cuius opinionis fundamenta latè expendit Gutierrez *sup.* ex quibus videre erit, hanc sententiam superiori, quam *ex dict. l. si culpa*, deduximus, minime aduersari.

Planè

Planè † cum frequentèr accidat, vt
25 creditor qui plures correos debendi, vel fideiussores habet, vnum ex eis liberet, vel aliquam ex pluribus hypothecis dimittat; quæri solet, an talis liberatio ei officiat, ita vt si aduersus alium ex correis, vel fideiussoribus, vel tertius hypothecarum possessoribus agat, posit exceptione cedendarum repelli, ex eo quod actiones suas aduersus eum, eamvè rem, quam ab obligatione eximit, cedere non possit.

Quem † articulum vt perfectè per-
26 cipias, aduertendum est, fideiussoribus inter alia beneficia, hoc quod cedendarum actionum dicitur concedi, per quod fideiussor a quo creditor solidum exigere intendit, rectè opponit creditori, vt ei actiones quas habet tã contra principalem debitorem, quàm contra alios correos, vel tertios possessores cedat, Gratian. *discept.* 701. *n.* 4. Pirrhus Maur. *de fideiussor.* 2. *p. princip. sect.* 6. *cap.* 5. *num.* 19. Hering. *de fideiussor. cap.* 27. *part.* 3. *à num.* 1. Acosta *de priuileg. credit. reg.* 3. *ampl.* 2. *à n.* 79. Dornsperg. *syntag. iuris libr.* 2. *cap.* 30. vers. *est autem.* Quas actiones si creditor præstare non possit, quia fortè vnum ex fideiussoribus liberauit, exceptione cedendarum repellitur, *l. stichum, §. si creditor, D. de solutionibus, l. fideiussoribus* 17. *D. de fideiuss. l. si pupillus, D. de adminis. tutor.* agnoscunt præter relatos Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 4. *part.* §. 6. *num.* 2. Gregor. Lopez *in l.* 11. *tit.* 12. *part.* 5. *glos.* 3. Gratian. *decis.* 215. *à nu.* 23. *& 3. tomo discept. cap.* 409. *per totum.* Gaspar Thesaur. *lib.* 4. *quæst.* 39. *num.* 3. Carpan. *ad stat. Mediol.* 2. *tom. cap.* 189. *n. num.* 29. Amato *resol.* 37. *num.* 51. Cencius *quæst.* 84. *num.* 23. vers. *sed adhuc*, D. Larreatigui *select. iuris lib.* 8. *c.* 13. *nu.* 41. Schifordeg. *lib.* 2. *tract.* 8. *quæstion.* 1. D. Ioseph Vela *tom.* 2. *dissert.* 37. *num.* 14. (qui *num.* 16. limitat vbi fideiussor donandi animo interceſsisset) Azeuedo *in l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recopil. num.* 104. Paulus Galleratus *de renunciat. tom.* 2. *cẽt.* 1. *renũc.* 79. *num.* 1. Merlinus *d. tract. de pignorib. lib.* 4. *q.* 72. qui nullum refert ex laudatis.

Quam † receptissimam sententiam 27
conturbat Anton. Faber *lib.* 11. *coniectur. cap.* 14. *& 13. per totum*, & in rationali *ad l. nisi hoc* 22. *D. de pactis*, qui probare nititur, creditorem licèt actiones quas habet, fideiussori præstare debeat; non tamen exceptione cedendarum ex eo repelli, quòd vnum ex fideiussoribus liberasset. Cuius principuum fundamentum est text. *in l. si stipulatus* 15. *§.* 1. *D. de fideiussor.* vbi Iulianus scribit, creditorem, qui duos fideiussores in viginti acceperat, si ab vno ex eis quinq; accipiat, & nihil ampliùs petere ab ipso promittat, posse quindecim ab alio petere, neque vllâ exceptione posse summoueri. Ex quo textu apertè deducit Anton. Faber, creditori qui vnum ex fideiussoribus liberauit, exceptionem cedendarum non obstare, siquidem in ea specie fideiussore liberato, nulla prorsùs exceptio competit confideiussori ad quindecim conuento.

Eiusdem † sententiæ est Iacob. Cu- 28
iac. *lib.* 51. *Digestor. salui Iuliani ad d. l. si stipulatus*, §. 1. qui expressè docet, creditori, qui vnum exconfideiussoribus liberauit, exceptionem cedendarum non obstare, neque ea se iuuare posse confideiusorem alium insolidũ conuentum. Cui doctrinæ obstare nõ asserit text. *in l. Sticbum, §. penult. D. de solutionib.* pro cuius concordia distinguit, an creditoris culpâ alter ex fideiussoribus liberatus sit, an verò ex gratiâ eius, & liberalitate? Nàm primo casu cedendarum exceptio locum habebit, vt in specie *dict. §. penult.* In secundo verò non obstabit, quia liberalitas vitium, aut culpa non est.

Sed † licèt Iacob. Cuiacij, & Ant. 29
Fabri apud omnes magna sit auctoritas, eorumque sententia in scholis rectè defendi possit, quam de iure Digestorum, & Codicis verissimam dicit Schifordeg. *dict. tract.* 8. *in princip.*

&

& quæst. 1. tamen in praxi vbi omissis disputationibus veritatē sequimur, firmiter tenēdum est, liberato vno ex fideiussoribus etiam ex gratiâ, & liberalitate, alterum insolidum conuentum exceptione cedendarum se tueri posse. Cui verissimæ sententiæ non retragatur *dict. l. si ita stipulatus*, §. 1. cui varios intellectus assignāt glos. Bart. & Paul. de Castr. quorum nonnulli licèt in se veri sint, literæ textus nō cōueniūt, & diuinationis vitio notantur. Inter alias tamen interpretationes illa placuit Bart. ideò *in dict.* §. 1. non cōpetere fideiussori exceptionem cedendarum, quia fideiussor alterius contemplatione non intercessit, fideiusserant enim duo illi fideiussores diuersis temporibus, nulla alterius habita consideratione: quo casu exceptio hæc locum non habet, Gratian. 2. *tom. decis.* 286. *& dict. cap.* 409. *à n.* 37. Intrigliol. *decis.* 16. *num.* 39. *libr.* 1. Nouarius ad Franch. *decision.* 55. vers. *quinto quando*, Hering. *sup. numer.* 27. Ant. Amat. *resol.* 37. *à num.* 57. Cencius *de censib. quæst.* 71. Acosta *d. ampliat.* 2. *num.* 81. Merlinus *dict. quæst.* 72. *num.* 12. qui ex relatis solùm adducit Cencium, & limitat, nisi abinitio actum fuisset vt alius daretur fideiussor. Et diuersis temporibus fideiussores intercessisse, ex illis verbis colligi potest, ibi: *Reliqua autem si à priore fideiussore*, quæ demonstrare videntur vnum priùs, deindè alterum fideiussisse.

Hæc † tamen solutio displicet, quia 30
diuinatoria est, nàm ex illo textu nullibi apparet, fideiussores diuersis temporibus intercessisse, quia verba illa: *à priore fideiussore*, non referuntur ad fideiussorem qui prius fideiusserit; sed ad eum cum quo primùm pactum de non petendo initum fuit: quod ex eo manifestè colligitur: nàm si is cum quo acceptis quinque de non petendo actū fuit, prior fideiussisset: deindeq; alter à quo solidum exigebatur; huic secūdo, licèt diuerso tempore intercedenti, indubium esset, exceptionem cedēdarum competere: nàm qui vltimo loco fideiussit, semper primi fideiussoris contemplatione fideiussisse videtur, vt agnoscunt omnes quos retulimus: quapropter licèt diuerso tempore facta intercessione, secundo fideiussore liberato, primus exceptione cedēdarum non iuuetur: quia non futuri fideiussoris, & mutui periculi intuitu fideiussit: tamen primo liberato, secundo hæc exceptio conceditur: quia is fortè eâ ratione motus fideiussit, quòd alter iam erat, qui ad subeundam fideiussionis aleam accesserat, vt distinguunt Hering. Acosta, Amato *sup.* qui etiā primo fideiussori tribuunt exceptionem cedendarum, quandò actum fuit, vt alter postea fideiussisset, quasi videatur simùl vnoque tempore intercessisse, communisque periculi societatē respexisse.

Succedit † alia Pauli de Castro in- 31
terpretatio, qui asserit verba illa *dict.* §. 1. ibi: *Nulla exceptione summoueri*, ita accipienda esse, vt excludant omnem pacti, & conuentionis exceptionem; non verò cedendarum beneficium quod à lege prouenit. Sed displicet hic intellectus: nam illa verba: *Nulla exceptione* omne beneficiū excludunt quo se fideiussor tueri, & defendere possit, vt probant Cuiacius, & Anton. Faber *sup.*

Quarè † reiectis his interpretatio- 32
nibus, & alia quam refert Arias de Mesa *lib.* 2. *var. cap.* 14. *num.* 22. qui sentit textum *in dict. l. si ita stipulatus*, §. 1. loqui in fideiussoribus, qui actione aliqua stricti iuris conueniebātur, quibus ita demum cogebatur creditor actiones suas mandare, si eas saluas haberet; quod in bonæ fidei iudiciis aliter erat. Nā vltra quòd hic intellectus diuinatorius est, nullâ iuris ratione fulcitur. Dicendū † igitur est, quòd licèt fideiussore vno per gratiam, vel culpam creditoris liberato, fideiussori insolidum conuento cedendarum beneficium concedatur. Id tamen denegatum

tum fuit confideiusſori *in d. §. 1.* quia liberatio alterius præter culpam, & vitium creditoris obtigit: quia tametſi proponatur, acceptis quinq; creditorē liberaſſe fideiuſſorē: tamen ſupponendū eſt, aliquā ineundi pacti, iuſtā cauſam interfuiſſe, veluti quia fideiuſſor aliquâ exceptione ſecurū eſſe contendebat: quo caſu ſi creditor aliquo accepto cum eo tranſegiſſet, ſi pro reliqua quātitate aduerſus aliū confideiuſſorē ageret, nulla exceptione eum ſummoueri æquū eſt, cùm pactū illud, ſeu liberatio non gratuita, nec vitioſa fuerit: imò fortè in vtilitatem cōfideiuſſoris ceſſerit, qui aliàs inſolidùm teneretur.

34 Quæ † interpretatio non ſolū aliena non eſt à verbis Pauli, ſed eis mirè conuenit, maximè ſi eius ſpeciem cū eâ quæ in principio legis tractat Iulianus cōiungamus. Nā in *dict. l. ſi ſtipulatus*, ſermo eſt de fideiuſſore, qui exceptione aliqua ſe tueri intendit: deinde *in §. 1.* eadē ſpecies proponitur, ſcilicet quòd ſi ex duobus fideiuſſoribus pro viginti, alter aliqua exceptione ſe tutum eſſe contenderet, quem creditor acceptis quinque liberauit, poteſt creditor abſque vllius exceptionis metu alium confideiuſſorē pro quindecim conuenire: cùm liberatio, neque gratuitò, neque malo animo facta ſit. Et in his terminis creditori cedendarum exceptionem non obeſſe, ſingulariter ad rem tradit Acoſta *de priuileg. credit. dict. ampl. 2. n. 73.* qui dat alios, & Neguſantiū, qui in ſpecie probat, non obſtare creditori exceptionē cedendarum, quando accepit partē debiti à debitore ſub eo pacto, vt vnū ex fideiuſſoribus liberaret, mouetur Neguſant. ex tex. *in l. in his 5. §. ſi duos D. de ſolutionib. iuncta gloſ. ibi.*

Exceptio † cedendarum, quam
35 fideiuſſori competere diximus, eâdem ratione correo debendi conceditur, quoties creditor actiones contra alterum correum culpâ, vel facto ſuo liberatum, mandare non poteſt, *d. l. Stichum, §. ſi creditor, D. de ſolution.* Felician. *dict. cap. 2. num. 20. verſ. eſt ergo regula*, Gutierrez *alleg. 2.* Parlador. *lib. 2. rer. quot. cap. fin. 4. part. §. 6. num. 2.* Theſaur. *dict. quæſt. 44. à n. 3.* Amato *reſol. 37. num. 51.* Acoſta *num. 71.* Gratianus *diſcept. 701. num. 4.* Paulus Gallerat. *de renunc. tom. 2. cent. 1. renunc. 79. num. 1. circa finem, & num. 3.* nullo ex his relato Merlinus *dict. quæſtion. 72. num. 6.* qui eandem doctrinam ad plures tutores ex vnius tutelæ adminiſtratione debitores exiēdunt, quibus iunge quos infra *quæſt. 7.* referemus.

Oppugnat † tamen hanc ſententiam Anton. Faber *lib. 11. coniectur.* 36
cap. 14. & cap. 2. verſicul. *accedit*, vbi correo denegat cedendarum beneficium, quāuis creditor alterū correū liberaſſet: mouetur ex eo quòd creditor non aliâ ratione correo cedere tenetur actiones, quàm quod eas habeat, *argument. l. cum is 36. l. vt fideiuſſores 39. D. de fideiuſſor.* Vndè etſi facto ſuo actiones amiſerit, cedendarum exceptio ei non obſtabit, iuxta *l. rem hereditariam, D. de euictionibus.* Mouetur vltra ex eo quia creditor, qui duos correos debendi habet, ſi vnum ex eis liberet, alteri liberatio non proficit, & eâ non obſtante inſolidum conuenitur, *l. idem in duobus, D. de pactis, l. 1. §. ſi apud duos, D. depoſiti, l. 3. §. nunc de effectu, D. de liberat. legat.* prodeſſet tamen correo liberatio alterius, ſi creditor inſolidùm agens exceptione cedendarum repelleretur ex eo, quòd actiones ſuas aduerſus alium correum debitorē ab obligatione exemptum præſtare non poſſet. Quo etiam argumento vtitur, vt fideiuſſori hoc beneficium deneget: quia pactum, & liberatio vnius alteri non prodeſt, *l. fideiuſſores 27. D. de pactis.*

Sed † audiendus non eſt Anton. Faber cuius fundamenta parui momenti 37
ſunt, vt nos in ſuam declinemus ſententiam. Nec enim dolo videtur ca-

rere creditor, qui in necem vnius correi alium liberat, actionemque adhuc contra eum videtur habere, cùm facto suo eam amisserit, *argum. l. is qui dolo, D. de rei vindicat.* cum enim duo, vel plures rei debendi constituuntur, inter ipsos id tacitè actum censetur, vt omnes pro parte, quæ ad eos peruenit, rei periculum iubeant: et interse fideiubere dicuntur, *authent. de duobus reis, collat. 7. l. si pro parte in fin. D. de in rem verso, l. sed Iulianus, §. 1. D. ad S.C. Macedonian.* licèt respectu creditoris omnes rei debendi sint, vt ex pluribus Noguerol *allegat. 11. à num. 40.* Felicianus *de censib. tom. 2. libr. 3. cap. 2. num. 9.* cum aliis *quæst. seq. referendis:* vndè non minus correis, quàm fideiussoribus hæc exceptio communis esse debet.

38 Nec† rursùs obest, quod pactum, & liberatio vnius correi, vel fideiussoris, alteri correo, vel fideiussori non prodest, nisi socij sint, vt contendit Anton. Faber *dict. lib. 11. cap. 15. & 18.* Nam omissa disputatione, an pactum, transactio, vel liberatio vnius correi, vel fideiussoris, alteri correo, vel fideiussori prosit, de quo videndi latissimè agentes Sesse *decision. 344. à num. 13.* Casanate *cons. 12. & 13. per tot.* Gaito *de credito, cap. 2. tit. 3. num. 600.* Paul. Gallerat. *de renunciat. lib. 1. cap. 10.* breuitèr resoluendum est, quod licèt eis directè non prosit, indirectè tamen, & per exceptionem, pacto, seu liberatione iuuantur, opposita scilicèt cedendarum exceptione, vt vltra relatos rectè explicat Felicianus *dict. c. 2. n. 8.* de quo vide infrà hoc *tit. q.*

39 Tertio† hypothecæ possessori hypothecariâ actione conuento, an hæc cedendarum exceptio competat, si creditor aliam hypothecam liberauit, vel aliquem ex confideiussoribus, vel correis ab obligatione exemit? Summè inter interpretes controuersum reperio. Sunt ex eis qui existiment, tertio possessori hoc beneficium, seu exceptionem non concedi: quia tertius possessor non eo animo ingressus fuit possessionem, vt iura sibi cederentur: quemadmodùm correus, & fideiussor, quos ea mente accessisse creditur, Arisim. Tepatus *var. tit. 103. cap. 13.* ex aliis Gasp. Thesaur. *lib. 4. quæst. forens. quæst. 39. num. 9.* Gratian. *decis. 215. à num. 13.* ex *l. iubemus, C. ad S.C. Vellei anum,* Giurba *decis. 57. num. 4.* ex innumeris Amato *resol. 37. nu. 70.* Vnde cessionem tertio possessori faciendam non esse contra hypothecam, vel fideiussorem liberatum, & creditorē satisfacere cedendo actiones quales habet, latè tuetur Hieron. de Leō *lib. 2. decis. 146. per tot.* Cencius *de censib. quæst. 60. num. 16.* Marta *in comp. dec. 3. tom.* verb. *cessio, cap. 8.* nullo ex his relato Arias de Mesa *lib. 1. var. cap. 23. nu. 12.* videndus Greg. Lopez *in l. 11. tit. 12. p. 5. glos. 3.* nouissimè hanc sententiam sequitur Merlin. *de pignor. lib. 4. q. 68.* qui solùm refert Negusant. Gratian. & Morotium.

Alij† verò hanc exceptionē cedendarū etiam tertio possessori tribuunt: quia detentor rei obligatæ, ex ipla detentione videtur se obligasse ad soluēdū, Decius, Pōte, Costa quos refert Amato *sup. n. 21. & 22.* Grat. *disceptat. 701. n. 4.* quibus assentire videtur Parlad. *lib. 2. rer. quot. c. fin. 4. p. §. 1. nu. 21.* vbi asserit æque tertio possidenti, ac fideiussori actiones cedendas esse, cōducit Cencius, qui in fortioribus terminis loquitur *d. q. 80. num. 16.* 40

In qua† controuersia vltra omnes quos viderim distinguendū arbitror, inter iustū, vel iniustū possessorē. Nam iniusto absolutè cedendarū beneficiū denegarē, creditorque satisfaciet si ei actiones quas habet præstet, nec ei officiet, quòd aliquā hypothecā, fideiussorē, vel correū liberasset. Si verò iustus possessor esset (prout supra aduerti) considerarem à quo habuisset causam, an à debitore, an verò à fideiussore, vel correo. Primo casu vbi à debitore hypothecam habuit, si cessionem sibi fieri postularet aduersus fideiussorem, 41

sorem, vel eius bona, quæ liberauerat creditor, audiendus non foret, neque creditori agenti exceptio cedendarum obstaret, quam non haberet debitor à quo tertius habuit causam, cũ debitoris respectu liberum sit creditori, fideiussorem, vel eius bona liberare. Sin autem tertius cessionem desideraret contra alterum hypothecæ ipsius debitoris possessorem, quem creditor liberauerat, non sine dubio res esset, an creditori obstaret cedendarum exceptio? Obstaturamque ei esse videtur, si tertius qui hypothecariâ actione conuenitur, hypothecam emisset antequam tertius alter, cuius hypothecam creditor liberauit. Cui sententiæ accedere videtur Rodriguez *de annuis reditibus lib. 2. quæstion. 9. num. 36.* Ego verò contra sentirem, nisi creditor dolo malo liberasset hypothecam, ad tradita per Gratianum *decis. 215. num. 18.* iunctis his de quibus infra *quæst. 5.*

42 In † alio, & vltimo casu, quandò tertius à fideiussore, vel correo hypothecam comparauit, videtur exceptione cedendarum repellere posse creditorem, quemadmodum ipse fideiussor, vel correus posset: vt in tertio qui à fideiussore emit, firmat ex Rodriguez *dict. quæstion. 9. numer. 35.* Amato *dict. resolut. 37. num. 23.* In eo autem qui à correo causam habet, an idem vel diuersum procedat? nullum vidi qui in terminis loquatur: Scio tamen in Senatu Aragoniæ fuisse decisum, ei exceptionem cedendarum nõ competere quamuis creditor correũ, & eius bona liberasset, vt iudicatum refert Hieronym. de Leon *decision. 146. lib. 2.* eâ ratione, quòd tertio possessori quales quales actiones cedi sufficiat. Quæ decisio si verum continet, idem in eo qui à fideiussore emit resoluendum erit. Quem articulum licèt fatear satis difficilem esse, & ad vtramque partem posse defendi; tamẽ verius videtur, tertium siue a fideiussore, siue à correo emat, cedendarum exceptionem non habere, nisi probetur creditorem dolo, fraude, vel pretio accepto alias hypothecas liberasse, Gratian. *decis. 218.* Ioan. Baptist. Thoro *3. tom. comp. decis.* verb. *cessio actionis*: vel nisi proponeretur, fideiussorem, vel correum hypothecam tertio vendidisse cessis ei omnibus iuribus, & actionibus, ipsisquomodolibet competentibus.

His † verò casibus in quibus exceptio hæc locum habet, non absolutè creditor, qui vnam hypothecam, vel fideiussorem liberauit repellitur, sed eo tãtũ casu quo insolidũ aduersus fideiussorem, vel correum ageret: nam si eos pro rata sua conueniret, eâ exceptione non repelleretur; cum ex tali liberatione nullum correo, vel fideiussori præiudicium inferatur: vt agnoscunt omnes quos suprà adduxi; dum exceptionem cedendarum tunc eis tribuunt, quandò ipsi insolidum conueniuntur: vt in terminis docet iuris nostri coripheus Bartol. *in l. si stipulatus, §. si ex duobus, D. de fideiussoribus, num. 5.* ibi: *Sed in fideiussore puto, si creditor est paratus ei dimittere quantum est deterius nomen debitoris propter fideiussorem liberatum, quòd tunc sibi non obstet exceptio,* idem probat Heringius *de fideiussor. cap. 25. num. 130.* 43

Cùm † igitur eo demum casu exceptionem cedendarum creditori obstare resoluerimus, quo ipse facto, aut culpa sua cedere non posset, vt ex aliis probat Cencius *quæstion. 74. num. 23.* versicul. *quod si culpa*, Amendola ad Franch. *decision. 427. numer. 6.* Castillo *tom. 6. controuer. cap. 168. §. vnico, numer. 29.* doctissimus D. Larreategui *lib. 8. selectarum, cap. 13. numer. 50.* à contrario deducitur hac exceptione non esse repellendum, vbi absque eius vitio, vel facto cedere non posset. Ex quo in dubium reuocat Felician. *d. c. 2. nu. 10.* à vers. *prima fallẽtia*, an vbi alter contraquẽ cessio desideratur, aliqua exceptione tutus est, 44

vel vbi eius respectu obligatio est nulla, obstet creditori cedendarum exceptio; vel quando debitor, aut confideiussor contraquem cessio petitur, fecerat concursum, vulgo *pleyto de acreedores*; vel dilationem quinquenalem obtinuerat, quæ eleganter differit Felician. omninò videndus, *Greg. XV. decis.* 231. *n.* 8. Castill. *d. n.* 29. Fabius de Anna. *cons.* 82. *nu.* 10. *&* 27. Rota apud Farin. 2. *par. decis.* 645. *tom.* 4. *à n.* 1. vbi asserit non obstare creditori agenti exceptionem cedendarum, si is contraquem cedenda est actio iuris esset aliqua exceptione, veluti clericus beneficio, seu remedio, *cap. Oduardus de solutionib.* Sed creditori obstare exceptionem cedendarũ, & repellendum esse, si cedere nõ possit actiones contra debitorem, vel confideiussores, quia inducias obtinuerant, sentit Alex. Trentacinq. *var. lib.* 3. *tit. de solutionib. resol.* 1. *n.* 25. sequitur ex Asinio, & Scaccia, Hunnius *in Encyclop. iuris* 2. *part. tit.* 28. *cap.* 5. *num.* 14. sed ego à prima sententia non discederem.

45 Ex † eodem etiam fonte eleganter resoluit Anton. Amat. 2. *tom. resol.* 86. *per tot.* quod vbi creditor in locum vnius ex fideiussoribus, qui non soluendo effectus fuit, alium idoneum accepit (ex quo vt ipse probat primus fideiussor fuit liberatus, sequitur Cancer. 2. *part. var. cap.* 5. *num.* 112. licèt contrarium placeat D. Ioanni de Larrea 2. *tom. alleg.* 34. videndus Hering. *de fideiuss. cap.* 20. §. 36.) si aduersus alterum ex fideiussoribus agat, exceptione cedendarum nõ repelletur, tametsi aduersus fideiussorem liberatũ actiones mandare nõ possit; quia liberatio illa culpâ creditoris non accidit: imò caute egerit, idoneũ fideiussorẽ pronõ idoneo accipiendo; præcipuè cũ magis cautum sit, fideiussori soluenti, si creditor (prout tenetur) actionem cõtra nouum fideiussorem cedere paratus sit, pro quo facit Merlin. *d. lib.* 4. *q.* 70. *n.* 12. qui ex Neguſ. Caroc. & Morot. probat, fideiussori soluenti creditorem actiones suas præstare teneri, etiam contra pignora quæ accepta fuerunt post intercessionem suam, quamuis fideiussionis tẽpore ad futura pignora respectum non habuisset.

Quibus † non absimile est aliud, de 46
quo dubitat Cencius *dict. quæst.* 74. *à num.* 24. an vbi fideiussor intercessit pro debitore, qui promisit alium dare fideiussorem, qui postea datus non fuit, aut liberatus, possit creditori exceptio cedendarũ opponi, ex eo quod cedere non possit actionem contra illum fideiussorem, quẽm debitor intercessurum fore promisit. In qua difficultate distinguendum asserit, an actũ fuerit de dãdo alio fideiussore, ipso fideiussore sciente, vel ignorãte: nã primo casu cùm sub spe futuri fideiussoris, fideiusorẽ, qui cõuenitur, interceſsisse cẽseatur. Obstabit creditori exceptio cedendarũ: at verò in secundo casu cũ non videatur fideiussorem inuitu alterius fideiussoris obligationi accessisse, exceptio hæc locum non habebit, Merlinus *sup. quæst.* 72. *à num.* 12. Cuius distinctionis secunda pars vera est: primam verò eo demum casu veram existimarem, quandò de secundo fideiussore eâ mente actum est, nè totius nominis periculum ad priorem fideiussorem spectaret; nàm si conuẽtio de præstando alium fideiussorem, solùm maiorem creditoris securitatem respexit, crederem exceptioni cedendarũ locum non esse: aliter distinguit Cancer. 2. *part. var. cap.* 5. *num.* 34.

An † autem creditori qui passus fuit 47
vnum ex reis debendi, vel fideiussoribus præscriptione liberari, obstet cedendarum exceptio, vidẽdus latè disputãs Arias de Mesa *lib.* 2. *var. c.* 14. *à num.* 11. *ad fin.* vbide intellectũ, *l. si pupillus* 45. *D. de administrat. tutor.* cum *l. cum quis* 38. *§. si quis pro eo, D. de solutionib.*

SV. M-

SVMMARIVM.

1 *Creditori quibus casibus non obstet cedendarum actionũ exceptio. remissiuè.*

2 *Creditor si vnũ ex correis liberet ad quem insolidum contractus vtilitas peruenit, an repellatur cedendarum exceptione,* & num. 6.

Correus debendi ad quem insolidum vtilitas contractus peruenit, debitor principalis reputatur, alter verò fideiussor cẽsetur: respectu vero creditoris vterque principalis debitor est.

3 *Mulier simul se obligans cum viro censetur fideiussor: quia pecunia insolidum ad maritum peruenisse præsumitur.*

4 *Correus qui nihil commodi ex cõtractu fuit consecutus, si soluat creditori, potest ab eo iurium cessionem obtinere, & sine ea ab alio correo petere valet quod soluit.*

Vxor simul cũ viro obligata, si quid soluat, id à viro, vel eius heredibus repetit.

5 *Correus qui nihil habuit ex cõtractu, si ad solutionem compellatur, an possit repellere creditorem exceptione cedendarum, si culpa sua cedere non possit actiones aduersus alium correum, ad quem tota vtilitas peruenit.*

6 *Creditor si liberet vnum ex correis ad quem nihil peruenit, si postea aduersus alium insolidum agat, non repellitur per exceptionẽ cedendarum.*

7 *Fideiussorem, qui vt principalis se obligauit, etiamsi liberasset creditor, non ex eo poterit ei opponi per debitorem exceptio cedendarum.*

Fideiussor qui se insolidum, & vt principalis debitor obligauit, respectu debitoris correus est, creditoris verò respectu fideiussor censetur.

8 *Mulieri agenti ad restitutionem dotis contra correum, fideiussorem, vel tertium possessorem, an obstet exceptio cedendarum, & non obstare qui sentiant, refertur* num. 9. distingue vt num. 10.

Maritus pro restitutione dotis, an possit dare fideiussorem, vel alium correum debendi.

Laudatur doctissimus D.D. Martinus de Larreatigui.

11 *Mulier an possit renũciare iuri hypothecæ, quod habet in bonis viri.* L. iubemus, C. ad S. C. Vellcianũ, *materiam qui explicent.*

12 *Creditori non obstat cedẽdarũ exceptio, si eius beneficio renũciatũ fuit.*

Beneficium cedendarum renunciari potest.

13 *Renunciatio generalis, vel omni legum auxilio, non excludit beneficium cedendarum, etiam si renũciatio iurata esset.*

14 *Indiuidua, & specialis renunciatio exceptionis cedendarum an necessaria sit; vel sufficiat ea quæ speciali æquipolet,* & num. 15.

16 *Procurator simpliciter ad fideiubẽdum constitutus, an possit beneficio cedendarum renunciare,* & numer. 19.

Procurator ad contrahendum constitutus, an possit constituti, vel precarij clausulam adiicere, si id in mandato non sit expressum.

17 *Procurator potest apponere clausulas consuetas, & iurare contractum, si id actum sit.*

Procurator ad fideiubendum, excussionis, & ordinis beneficio renunciare potest.

18 *Procurator ad vendẽdum potest dominum de euictione obligare.*

19 *Procurator ad mutuum accipiendũ, an possit pecuniam ad cambium, & cum interesse accipere.*

Procurator ad exigendũ an possit sine speciali mandato cedere actiones contra principalẽ debitorẽ, ibid.

20 *Fideiussor conuentus si se fideiussisse*

iussisse inficietur, an beneficiū cedendarum amittat. resoluitur numer.

Negans causam beneficij sui, beneficio indignus efficitur.

21 *Milites, & alij qui habent beneficium, vt non nisi in id quod facere possunt condemnentur, si se tales negent, beneficium amittunt.*

22 *Socius negās se socium societatis iura amittit*

23 *Vasallus, vel emphyteuta, qui negāt feudum, vel emphyteusim, feudū, & emphyteusim amittunt,* & numer. 24.

25 *Debitor qui se debitorem esse inficiatur, cessionis bonorum beneficio non gaudet, nec induciis moratoriis,* & num. 26.

27 *Reus conuentus rei vendicatione, si se possidere negat, possessionem amittit, in quam propter mendaciū mittitur actor.*

28 *Fideiussor negans se fideiussisse diuisionis beneficio indignum se efficit.*

29 *Fideiussor si talem se esse inficietur, excussionis beneficio priuatur.*

30 *Mendax iure suo priuari non debet propter mendacium, nisi in casibus à iure expressis.*

Tutor qui negat se suscepisse tutelam, an beneficio diuisionis excludatur, ibid.

31 *Fideiussor qui probabiliter negat se fideiussisse, cedendarum beneficio priuandus non est.*

32 *Cedendarum exceptio nunquam cessetur excluſa, licèt lex, vel statutū omnem excludat exceptionem.*

33 *Cedendarum exceptio ante, & post sententiam rectè opponitur,* & nu. 35. *ratio assignatur* num. 36.

34 *Exceptio cedendarum impedit executionem instrumenti paratam executionem habentis.*

36 *Exceptiones modificatiuæ in executione sententiæ rectè opponuntur.*

Exceptio falsæ cessionis, quando in executione sententiæ rectè opponatur. ibid.

37 *Exceptio cedendarum obstat creditori, licèt vnus ex correis, vel confideiussoribus, quem liberauit, soluendo non esset.*

QVÆSTIO III.

Continuata tractatio de exceptione cedendarum, & eius vi. Et an post sententiam, eiusque executioni opponi possit. Ex quibusque clausulis renunciata videatur. Et an procurator simpliciter ad fideiubendum constitutus possit beneficio cedendarum renunciare?

VLTRA † casus, & limitationes in quibus superiori quæstione diximus cedendarū exceptionem locum non habere, sunt alij quos referunt Felicianus *dict. cap.* 2. Rodriguez *de reditib. lib.* 2. *quæstio.* 9. Amato *dict. resol.* 37. *à num.* 57. *ad fin.* Hering. *de fideiuss. c.* 27 *part.* 3. Dornperg. *syntag. iuris lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 30. Acosta *de priuileg. creditor. reg.* 3. *ampliat.* 2. *à num.* 70. *ad* 89. qui octo casus recēset, in quibus creditoribus hæc exceptio non officit, inter quos vnus est, quandò quis ex dolo cōmuni, vel proprio conuenitur, de quo nos infrà *quæst.* 6. 1

Illud † non omittam, an creditori obstet cedendarum exceptio quandò vnum ex correis liberauit, adquem in solidum emolumentū contractus peruenit. Solent enim frequentèr duo rei debendi insolidum, & vt principales obligari, licèt re verâ ex eis alter omnem 2

nem pecuniam accipiat; quo casu quâ-
uis respectu creditoris duo rei debendi
sint; tamen interesse, principalis debi-
tor erit qui accepit pecuniam; alter
vero fideiussor censetur, vt ex variis iu
ribus probauimus quæst. antecedenti,
Cyriacus statim referendus, Melo *de*
inducciis quæst 25. *num.* 15. Cencius *de-*
cis. 184. *à num.* 5. Gratian. 2. *tom. dis-*
cept. 279. *num.* 10. Alex. Trentacinq.
lib. 3. *var. tit. de solutionib. resol.* 34. *à n.*
39. Duardus *post tract. de censib. decis.*
20. *à n.* 7. *& decis.* 180. *à num.* 4. *&*
184. *à num.* 5. Leotardus *de usuris quæ-*
stion. 94. *num.* 71. qui asserit eũ ad quẽ
nihil peruenit, gaudere omnibus fide-
iussorum beneficiis.

3 Ex quo † mulier simulse, & insoli-
dum obligans cum viro, fideiussor cẽ-
setur, quia præsumitur pecuniã ad ma-
ritum peruenisse, nisi contrarium pro-
betur, *authen. si qua mulier*, vbi Bart.
& Bald. *C. ad Velleian.* Anton. Faber
in C. tit. de probationib. def. 22. *& C. de*
sententiis præfect. prætor. def. 7. *infine,*
& C. ad Velleian. def. 19. *&* 27. Cy-
riac. *lib.* 1. *cont.* 37. *per tot. & cont.* 40.
num. 11. Mastrill. *decis.* 140. Alex. Trẽ-
tacinq. *var. lib.* 3. *tit. de iure dotium re-*
sol. 4. Hering. *de fideiussor. cap.* 7. *num.*
402. Virgilius *de legitim. personæ, cap.*
26. *à num.* 5. quod procedit, etsi mulier
in instrumento pecuniam se recepisse
fateretur, Noguerol. *alleg.* 29. *nu.* 221.
Cyriac. *lib.* 2. *cont.* 215. *à n.* 6. ex innu-
meris Borrell. *tom.* 3. *tit.* 13. *à nu.* 111.
Griuell. *decis.* 20. *&* 29. videndus Ca-
rocius *de excussione part.* 2. *q.* 2. *à n.* 27.

Qua † ratione qui nihil commodi
4 ex contractu fuit consecutus, si quid
soluit, potest ab alio correo repetere,
& cessionem iurium aduersus eum à
creditore obtinere, vt ex plurib⁹ pro-
bat doctus Noguerol. *alleg* 11. *à n.* 45.
Amat. *dict. resol.* 37. *num.* 33. Duardus
decis. 420. *num.* 4. Hodierna *ad Surdũ*
decis. 308. *num.* 4. Capycius Galeota
lib. 1. *cont.* 44. *numer.* 12. Cessionisque
virtute insolidum aduersus correum
agere poterit, Milanens. *decis.* 1. *num.*
54. *lib.* 2. quicquid contrarium sentiat
Anton. Faber *lib.* 11. *coniect. c.* 14. *cir-*
ca finem. Et sine cessione cum conue-
nire potest, Thoro 2. *tom. comp.* verb.
correus debendi, Hodierna ad Surdum
decis. 308. *num.* 29. Anton. Faber *in C.*
lib. 8. *tit.* 27. *def in.* 1. Quemadmodùm
vxor quæ simùl cum viro se obligauit,
si quid soluit, à viro, vel eius heredibus
repetit Griuell. *dict. decis.* 20. Fonta-
nell. *de pactis nupt. claus.* 7. *glos.* 2. *par.*
4. *à num.* 19. Noguerol *alleg.* 29. *à nu.*
100. Et † quod speciali nota dignum
est, huiusmodi correus, qui nullum cõ- 5
modum percepit, creditorem qui cul-
pâ sua cedere non potest, cedenda rũ
exceptione repellit, Gratian. *cap.* 701
à num. 1. *ad* 9. quod tamen verum non
puto.

Ex his † facilis est huius dubij reso- 6
lutio, in quo sine hæsitatione affirmã-
dum est, creditori exceptionem cedẽ-
darum non obstare, qui si cederet ni-
hil faceret; neq; cessionis virtute quic-
quam posset consequi correus ab eo
qui nihil commodi percepit, Felicia-
nus *de censib. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 16.
in fin. Parlador. *lib.* 2. *rer. quot. cap. fin.*
part. 4. *§.* 6. *num.* 4. eoque casu nõ ma-
gis exceptio cedendarum obstabit
creditori, quàm si fideiussore liberato,
debitorem principalem conueniret:
cùm correus ad quem nulla pars pecu
niæ peruenit, fideiussoris loco habea-
tur: conducit Alex. Trentacinq. *tit. de*
solutionib. resol. 24. *num.* 37. qui asserit
correum pro ea parte quæ ad eũ per-
uenit, desiderare non posse vt sibi cõ-
tra alium correum actio cedatur, no-
tantèr Felician. *dict. nu.* 16. ibi: *Quod*
si ex duobus reis debendi vnus soluerit,
ita demum poterit exigere solidum à cor
reo, si tota ad ipsum spectauit vtilitas,
quod si nulla, nihil; si aliqua, pro ea parte
duntaxat. Et correo insolidum obli-
gato pro ea parte, quæ ad alium cor-
reum spectat, actiones cedendas esse,
probat Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *quæ-*
stion. 72. *à num.* 21.

Hæc † autem quæ de duobus reis 7
debendi

debendi insolidum obligatis resoluimus, eâdem imò fortiori ratione procedunt, quandò vnus vt principalis obligatur, alter verò vt fideiussor, qui se debitorem principalem constituit, ex alieno debito proprium faciendo: is namque licèt quoad exactionẽ respectu creditoris quasi reus debẽdi sit, tamen respectu debitoris, in omnibus in quibus creditori nullum damnũ sequitur, pro fideiussore habetur, videndus latè Arias de Mesa *lib.2. var. cap. 12. cum 4. sequentib.*

8 † Aliud etiam inquirendum est, an mulieri agenti ad restitutionem dotis, contra correum, fideiussorem, vel tertium bonorum mariti possessorem cedendarum obstet exceptio? Et omissa disputatione, an maritus pro dotis restitutiõne correum, fideiussorem, vel pignus dare possit, quam latè post alios prosequuntur ad interpretationẽ, *l. vnicæ, C. nè fideiuss. dotiũ dẽtur*, Merlinus *de pignorib. lib.3. quæst. 53.* cui addes Gutierrez *1. part. de iuram. cõf. cap. 21.* Zeuall. *1. tom. com. quæst. 258.* Fachineũ *lib. 8. cont. cap. 76.* Gratian. *3. tom. cap. 409. num. 11.* Alex. Trentacinq. *lib. 3. var. tit. de fideiuss. resolut. 3. per tot.* Hering. *de fideiuss. cap. 6. à nu. 147.* Fontanell. *de pactis nupt. clauſ. 12 glos. vnic.* Castillo *tom. 6. contr. c. 168. §. vnico*, Merend. *lib. 6. controu. cap. 12. & 13.* Ant. Amat. *2. tom. resol. 91.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priu. 69. per tot.* latissimè Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 3. tit. 5. à num. 344. ad 421.* nouitèr Vlricus Hunnius *resol. iur. ciuil. lib. 3. tract. 5. q. 3. per tot.* præomnibus doctissimè suo more D.D. Martinus de Larreatigui *lib. 8. select. cap. vltim.* nullo ex his relato Arias de Mesa *lib. 2. var. cap. 13. num. 11.* Agendũ nobis est, an vbi rectè fideiussor, correus, vel pignus prodote admittitur, obstet mulieri cedẽdarum exceptio, si actiones suas suo facto cedere non possit.

9 Et † fauore dotium exceptionem hãc mulieri agenti ad restitutionem dotis non obesse, absolutè firmat ex Mauro, Viuio, Thomas. Tuscho, Acosta *de priuileg. credit. reg. 3. ampl. 2. n. 82.* Ex intrigl. Lanario, Thoro, & aliis Visconte *concl. iur.* verb. *mulier quæ liberauit*, Hering. *dict. cap. 27. part. 3. num. 26.* qui contrarium dixerat *num. 14.* Gratian. *decis. 215. num. 23.* Nouarius *ad Franch. decis. 55.* vers. *quarto si mulier*, & vers. *octauo in muliere*, nouissimè Mercurialis Merlinus *de pignoribus lib. 4. quæst. 73.* qui neminem vidit ex tot interpretibus quos circa hãc quæstionem congerimus præter Grass.

Sed vt † rem hanc præcindam distinguo, an mulier, vel eius heredes ad dotis restitutionẽ agant aduersus correos, vel fideiussores mariti; an verò contra tertios bonorum eius possessores. Nàm primo casu verius est, mulierem quæ facto suo cedere non potest, quia marito dotem alienanti consensit, vel hypothecam in bonis suis renũciauit, si aduersus fideiussores, vel correos agat, exceptione cedendarũ rectè repelli. Quam sententiam doctè, & latè tuentur contra Socinum, & alios D. Castillo *dict. §. vnico à num. 22. ad 30.* cui accedit D. Larreatigui *dict. cap. 13. à num. 41. ad 53.* quibus adde relatos per Amatum *dict. resol. 37. nu. 46. & 60. infine.* Similitèr mulieri, quæ alterum ex confideiussoribus liberauit, si aduersus alium agat, qui contemplatione fideiussoris liberati fideiussit, cedendarum exceptionem obstare, tenet Grass. *de except. except. 10. n. 31.* Vbi verò mulier ageret cõtra tertios bonorum mariti possessores, exceptione cedendarum nõ excluderetur, nisi dolo, aut fraude alias hypothecas liberasset, Bertazol. *clauſ. 40. glos. 4. num. 14.* ita distinguunt Arism. Tepat. *tit. 411. cap. 10.* Castillo, & D. Larreatigui *sup.* Trentacinq. *dict. tit. de iure dotium, resol. 5. num. 14.* Intrigliol. *decis. 16. num. 4. lib. 1.* Amato *n. 60.* qui refert Gratian. Paschal. & alios, Acosta *de priuileg. credit. reg. 2. ampliat. 6. num. 278.* videndus aliter sed obscurè distinguens Camill. Borrell. 10

dict.

dict. tit. 5. à num. 66. neque audiẽdus est Amendola *ad Franch. decis. 427. n. 6.* qui asserit, mulieri, quæ facto, & culpa sua actiones amisit, cedendarum exceptionem non obesse.

11 An † autem mulier possit renunciare iuri hypothecæ, quod habet in bonis viri, & de intellectu, *l. iubemus, C. ad Velleianum*: et an correcta sit per *authen. si qua mulier, C. eodem titul.* videndi Alex. Trentacinq *sup. à nu. 15.* Paulus Gallerat. *de renunciat. tom. 2. cent. 1. renunciat. 66.* Acosta latissimè prosequens *de privileg. credit. dict. regul. 2. ampl. 6. à num. 258. ad 283.* qui innumeros refert, & *in præfat. ad reg. 3. num. 83.*

12 Est † inter alios casus, in quibus cedendarum exceptio cessat, vnus scilicèt quandò huic exceptioni renũciatum fuisse apparet: nam tunc poterit creditor quem voluerit ex correis, vel fideiussoribus liberare, quin ei aliquid opponi, vel obstare possit, testãtur Felician. Intrigliol. Amat. Acosta, Dornsperg *sup.* quibus iungo Nouariũ *ad Franch. dict. decis. 55.* Cancer. *2. p. var. cap. 5. num. 4.* Hieron. de Leon *decis. 45. per tot. lib. 1.* innumeris relatis Paulus Galleratus *à num. 2. statim referendus*; Parlad. *2. part. c. fin. 4. part. §. 6. num. 6.* nemine ex his relato Arias de Mesa *lib. 2. var. cap. 14. nu. 20.* Merlinus *dict. tract. de pignorib. lib. 4. quæstion. 72. num. 27.* qui ex laudatis nullius meminit.

13 Sed † non satis compertum est, quandò & ex quibus clausulis huic exceptioni renunciatum censeatur, quod vt relictis ambagibus explicem, obseruo illud communi interpretum consensu esse receptum, ad exclusionem huius beneficij satis non esse generalem, vagam, seu incertam renũciationẽ, veluti si fideiussor, vel correus omni legum auxilio, omnive exceptioni renunciasset: quia per huiusmodi dubias, & obscuras renunciationes non videtur cedendarum beneficio renũciatum, quam sententiam contra Parisod dillam, Manticam, Franch. & alios securè tuentur post innumeros quos referunt Bertazolus *clauſ. 40. gloſ. 4. à n. 9.* Gratian. *discept. 409. a num. 5.* Merlinus *dict. quæſt. 72. num. 28. & lib. 4. quæſt. 61. num. 10.* vltra relatos ab eo Gutierrez *de tutel. 1. part. cap. 15. nu. 30.* Franc. Castracanius *de societatib. super officiis Curiæ Romanæ cap. 67. n. 5.* Hering. *de fideiuſſ. cap. 17. a nu. 32.* Paul. Gallerat. *de renunc. tom. 2. cent. 2. renunc. 79. & tom. 1. lib. 4. cap. 26. num. 39* vbi per totum latissimè de effectibus generalis renunciationis, Acosta *de privileg. credit. reg. 3. ampl. 2. a num. 84.* Cencius *de cenſib. quæſt. 74. num. 23.* verſ. *exceptio*, Dornsperg. *lib. 2. ſyntag. iuris part. 1. cap. 30.* verſ. *quẽ admodùm*, pro quibus facit *l. ſed etſi 4. §. quæſitum, D. ſi quis cautionib.* Quòd procedit licèt generali renunciationi iuramentum accéssisset, nisi de hoc cedendarum beneficio fuisset cogitatum, iuxta Gallerat. *ſup. num. 5.* Gratian. *cap. 701. a num. 9. & 799. a nu. 21.* Thesaur. *lib. 4. quæſt. forenſ. quæſtion. 39. num. 6.*

14 Controuertitur † etiam, an ad tollendum hoc beneficium specialis, & indiuidua eius renũciatio requiratur, an verò sufficiat æquipolens aliqua clausula, veluti si renunciatũ esset omnibus beneficiis, fideiussoribus, vel correis competentibus; vel si renunciato vno beneficio, postmodũ aliorum generalis renunciatio sequeretur. In quo dubio sunt, qui indiuiduã, & specialem huius beneficij renũciationem necessariam esse docẽt, vt sentiunt Bertazol. Maurus, & alij quos sequitur Acosta *num. 86.* Azeued. *in l. 1. tit. 21. lib. 4. Recop. à num. 105.* Gutierrez *dict. cap. 15. num. 30.* Quam opinionem equissimam dicit Dornsperg. *ſup.* & eam ad renunciationem etiam iuratam extendit Gratianus *dict. cap. 409. à num. 5.* Mouentur inter alias, ea præcipua ratione, quòd huiusmodi beneficium non nascitur tempore renunciationis, sed solutionis tempore, &

& vbi fideiussor, vel correus insolidũ conueniuntur.

15 Verius † tamen iudico, specialem, & individuam renunciationem necessariam non esse, & sufficere eam quæ speciali æquipolet, veluti si fideiussor, vel correus omnibus beneficiis eis cõpetentibus renunciarent; vel si aliter appareret de hoc beneficio actu fuisse. ex Negus. Decio, Romano, & Soc. Corneo, Merlinus *dict. lib. 4. quæst. 64. & dict. quæst. 72. à num. 28. vbi refert Afflict. Gras. & Cenc.* vltra eos, Mãtic. *de tacitis, & ambig. lib. 16. tit. 19.* Gutierrez *allegat. 2. num. 12.* Hunnius *in Encyclop. d. tutis 3. part. tit. 5. cap. 3. à num. 61.* Hering. Cencius, Gallerat. sup. Vbi *num. 6.* an is qui renunciauit beneficio diuisionis, censeatur renunciasse beneficio cedendarum? Et *dict. cent. 1. renunc. 78. num. 8.* an in renunciatione beneficij de duobus reis, includatur renunciatio huius beneficij? videndus latissimè agens Carocius *d. quæst. 17. per tot.*

Succedit † nunc inquirere, an pro-
16 curator simpliciter ad fideiubendum constitutus possit beneficio cedendarum renunciare? Et non posse videtur, quia procurator strictam accipit potestatem, & vltra mandati fines dominum non obligat, *l. diligenter 5. D. mãdati*, Golinus *de procurat. part. 5. cap. 3. per tot. & 3. part. cap. 5. à num. 87.* exornat D. Salgado *de Reg. protect. 4. part. cap. 3. à num. 48.* ex quo ipse Golinus *2. part. cap. 5. num. 31.* infert, procuratorem, qui mandatum habet ad contrahendum, non posse clausulam constituti, neque precarij adiicere, nisi id sibi specialiter in mandato concedatur. Similiter procuraror ad faciendam pacem, non potest obligare dominum vt non veniat ad patriam, Mieres *de maioratib. 1. part. quæst. 57. numer. 74.*

Cæterum † procuratorem sine spe-
17 ciali mandato huic beneficio renunciare posse ex eo suadetur, quòd procurator clausulas consuetas etiam pœnales apponere potest, iurare, renunciare legibus, quibus assiduè solet renunciari, Angelus *in l. herede, C. de instit. & substitut. & in l. benè à Zenone, C. de quadrien. præscript.* Hieron. Gratus *cons. 104. ad finem vol. 2.* Gallera-
tus *de renunciat. tom. 1. lib. 3. cap. 3. nu. 11.* vbi quod poterit iurare contractũ, si assuetum sit, quamuis aliàs iuramentum mandatum speciale requirat, sequitur Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 22. num. 109.* Iacob Cancer. *d. p. 2. cap. 5. nu. 169.* Ex quo ipse probat, procuratorem ad fideiubendum simpliciter constitutum, excusionis beneficio posse renunciare. In ordinis, & excussionis beneficiis, idẽ probat Mẽchaca *lib. 1. controu. cap. 33. num. 19.* & in omnibus beneficiis fideiussorum, ex Mantica, Merlinus *dict. tract. de pignorib. lib. 2. quæst. 104. num. 3.* videndus per tot. Qua ratione procurator ad vẽdendum, omnes clausulas frequentes apponere poterit, Salazar *de vsu, & cõsuet. cap. 2. nu. 8.* Surd. *dec. 213. nu. 4.* poterit † que dominum de euictio-
18 ne obligare, vt ex Angelo, Decio, Iasone, Mãgilio probat Noguerol *allegat. 2. num. 68.* Vbi *nu. 69.* quòd † pro-
19 curator ad mutuum accipiendum, potest pecuniam ad cambium, & cum interesse accipere, cui addo latè agentẽ Anton. Amato *1. tom. resol. 99.* Auendasium *de metu lib. 2. cap. 26. num. 43.* quam sententiam vt procurator cedẽdarum beneficio renunciare possit, quamuis non ita fulcitam ex solo Iasone in terminis tenet Noguerol *dict. allegat. 2. num. 67.* cui iunge Salazar *de vsu, & consuet. dict. cap. 2. nu. 9.* Paul. Gallerat. *sup. num. 3.* Procurator tamen ad exigendum cõstitutus, an possit si à fideiussore exigat, cedere sine speciali mandato actiones cõtra principalem debitorem, videas Sfort. Oddum *ad l. 3. C. de nouationib. & deleg. quæst. 1. vers. quæro decimo quarto*, in *vers. quintus est.*

An † autem si fideiussor conuentus
20 se fideiussisse inficietur, cedendarum bene-

beneficium amittat? quæstionis est. In qua per inficiationē eo beneficio indignum effici probatur ex eo, quòd negans id quod est causa sui beneficij, in pœnam illo priuatur, *l. verum, §. tēpus autem, D. pro socio.* Vndè † maritus socius, & alij qui vltra quàm facere possunt, non conueniuntur, si se negauerint socios, vel tales esse, insolidùm cōueniri posse *l. sed si ex parte in fine princ. D. quod cum eo, glos. vltim. in §. item si socius, & ibi Aretin. Inst. de actionib. l. sunt qui*, cū *l. sequent. D. de re iudicata, iuncta lege sed etsi hoc ita, §. fin. D. eodem tit. l. si vnus, §. fin. D. pro socio*, Bart. Paul. Alexan. & alij *in l. etiam, D. soluto matrim.* Marsilis *de fideiuss. num.* 322. & 327. Roland. *cons.* 86. *à num.* 5. *vol.* 4. Gallerat. *de renunc. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 7. Mancius *in patrocin. debitor. decad.* 3. *quæst.* 7. *a n.* 53. Oſuald. *ad Donellum lib.* 27. *com. c.* 9. *lit. DD. & seq.* Socius † que negans societatem, iura societatis amittit, Iacob Cancer. 2. *part. cap.* 14. *num.* 103. *in fine.* Et † vassallus negans feudum, si de mendacio conuincatur feudū amittit, *cap. vasallus el primero, si de feudo fuerit controu. inter domin. & vasall.* In † emphyteuta qui negat emphyteusim, idem ex hoc textu admittūt Corbul. *de iure emphyt. tit. ex quibus caus. emphyteus. causa* 1. Iulius Clarus *§. feudum, quæst.* 59. *num.* 2. Rosental. *de feudis, cap.* 10. *conc.* 32. *num.* 2. videndus Borrell. *in sum. decis. tom.* 1. *tit.* 33. *à n.* 214. qui duas refert sententias, aliis relatis Hodierna ad Surd. *decis.* 237. *nu.* 10. Mantica *de tacitis & ambig. libr.* 22. *tit.* 20. Parexa *de editione instrum. tom.* 1. *tit.* 5. *resol.* 12. *num.* 15. Sic † debitor qui se talem negat, vel super debito litigat, beneficio cessionis bonorum non gaudet, *glos. in l. si vnus*, verb. *cedat, D. de arbitr.* Riccius *coll.* 121. Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *var. tit. de solutionib. resol.* 2. *num.* 14. Peguera, & Paschalis quos sequitur Hodierna *ad Surd. decis.* 262. *num.* 2. Zeuall. 1. *tom. com. quæst.* 129. neque † induciis moratoriis iuuatur Oſuald. *lib.* 22. *com. c.* 9. *lit. H.* Similiter † reus qui negat se possidere, propter mendacium possessionem amittit, in quā mittitur actor, *l. fin. D. de rei vindicat. l. .... tit.* 3. *part.* 3. Marsilis, Rolandus, & Gallerat. vbi proximè, Oſuald. *lib.* 20. *com. cap.* 3. *liter. R.* late Petr. Surd. *cons.* 214. *à nu.* 1. Costa *de facti scient. & ignor. cent.* 1. *dist.* 25. *per tot.* Zeuall. *dict. tom.* 1. *quæstion.* 128. Benintend. *decis.* 84. latissimè de intellectu, *dict. l. fi.* Castillo *lib.* 3. *controu. cap.* 18. *per tot.* His † magis in nostris terminis accedit, quòd fideiussor negans se fideiussisse, diuisionis beneficium amittit, *l. si dubitet; §. ita demum, D. de fideiussorib.* Zeuallos *d. quæst.* 128. *num.* 1. Arism. Tepat. *var. tit.* 103. *cap.* 13. vers. *fideiussor negans*, multis relatis Hering. *de fideiuss. cap.* 27. *part.* 1. *à num.* 210. *& part.* 2. *à nu.* 53. Horat. Carpan. *ad stat. Mediol. c.* 84. *num.* 16. excussionis † etiam beneficio indignum effici fideiussorem, qui se talem negauit, ex multis probat Hering. *sup. a num.* 210. Carocius *de excussione part.* 2. *quæst.* 69. *per tot.* Gallerat. *sup. num.* 7. Thesaur. *decis.* 50. Hodierna *dict. decis.* 261. *num.* 20. li èt dubitet Bargalius statim referendus, *nu.* 96. Carrascus *ad leg. Reg. in tract. de nobilib. non carcerand. ante num.* 107. vbi etiam de aliis pœnis mendacij: nouissimè Merlinus *de pignorib. lib.* 4. *quæstion.* 20. vbi in specie agit de pœna mendacij, de qua *in auth. item possessor, C. de pignorib.*

Contraria † verò sententia quòd fideiussor, qui se fideiussisse negauit, de mendacio conuictus, non amittat beneficium cedendarum, ex eo fulcitur, quòd licèt leges mendaces odio habeant, pœnam eis aliquandò infligendo, aliquandò iuris beneficia denegādo, iuxta *l. de ætate, & si cum esset, D. de interrog. actionib. l. falsus, §. 3. D. de furtis, l.* 2. *C. si minor se maior dixerit, l. vlt. C. de accusat. l.* 4. *C. de seruis fugitiu. l. hereditatum*, aliàs *computationi, §. fi. D. ad leg. Falcid. authen. item possessor, cap.*

C. qui potior in pign. habeantur, quòd latè exornat Marsilis *nu.* 322. Thesaur. *decis.* 50. *num.* 3. Osasc. *decis.* 29. Cuiacius, Pacianus, & alij quos refert Hering. *dict.* 2. *part. num.* 217. Gratian. *tom. discept.* 109. Azeuedo *in l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 4. *Recop. à num.* 54. omnium latiùs Bargal. *de dolo libr.* 5. *cap.* 12. *cum* 3. *sequent.* Carocius *dict. quæst.* 69. *per tot.* tamen in pœnam mendacij nemini ius suum auferri debet, nisi id lege aliqua specialiter exprimatur, vt ex Thesaur. *dict. decis.* 50. *num.* 4. probat Schiffordeg. *lib.* 1. *tract.* 3. *quæst.* 2. Cyriac. *cont. forens. lib.* 1. *cont.* 122. *nu.* 21. Ex quo ipse infert, quòd licèt vni ex fideiussoribus, qui se fideiussorem negauit, non concedatur beneficium diuisionis, ex *dict. l. si dubitet*, §. *ita de cæsum*: tamen propter inficiationem vnus ex tutoribus diuisionis commodo non priuatur: quia id nullibi statutum inuenitur, sequitur Bargal. *cap.* 14. *à n.* 113. & licèt dubius Paul. Gallerat. *d. cap.* 6. *circa fin.*

In qua † controuersia quamuis posterior sententia magis placere videatur Bargalio *dict. cap.* 14. *num.* 96. tamen ego a priori non recederem. Nã quemadmodùm fideiussor qui se fideiussisse negat, excusionis, & diuisionis beneficio excluditur, ita & cedendarum actionum commodo priuari debet, vt tenet Bald. *in authen. contra, colum.* 3. *C. de non numer. pecun.* Marsilis *sup. num.* 324. Roland. *dict. cons.* 88. *n.* 2. Nouar. ad Franch. *decis.* 55. vers. *nota*, ex Rolando, & Mauro, Merlinus *de pignorib. dict. lib.* 4. *quæst.* 72. *nu.* 21. (qui nihil aliud refert pro vna, & altera sententia) Gratian. *decis.* 215. *num.* 6. vbi tertio possessori hypothecariâ actione conuento, si hypothecam inficietur, asserit cedendarum beneficiũ non denegari, quia ignorantiæ probabilem habet causam. Ex quo similitèr hanc sententiam temperabis, si fideiussor probabilem ignorantiæ causam haberet, iuxta *l. si quis inficiatus in princip. D. depositi*, & in aliis casibus quos recensent Hering. Hodiern. Gratian. Castill. Costa, & Gallerat. *sup.*

Hæc † igitur cedendarum actionũ exceptio per quam fideiussoribus, & correis succurri dixim⁹, adeò inualuit, vt non censeatur excusa, etiamsi lex, vel statutum omnem exceptionẽ, seu defensionem tolleret, Decius *in cap. ex parte* 13. *num.* 19. *vbi Felin. num.* 12. *de officio deleg.* Franch. *decis.* 476. *nu.* 2. multis relatis Gratian. *discept.* 701. *num.* 2. *& discept.* 409. *à num.* 1. Amẽdola ad Franch. *decis.* 55. *num.* 26. Bertazol. *claus.* 40. *glos.* 4. *num.* 8. Gencius *de cens. ib. quæst.* 84, *nu.* 23. Dornsperg. *lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 30. nouitèr Hunnius *in Encycloped. iuris* 2. *part. tit.* 7. *cap.* 7. *nu.* 23. Intrigliol. *decis.* 16. *num.* 31. *lib.* 1. Giurba *decis.* 57. *num.* 3. Carpan. *ad stat. Mediol.* 1. *tom. cap.* 116. *num.* 213. vbi alias refert exceptiones, quæ per legem, vel statutum nunquã sublatæ censentur, D. Salgado *de Reg. protect.* 4. *part. cap.* 7. *à nu.* 100. Hunnius *dict. cap.* 7. *per tot.* qui 34. exceptiones refert.

Quæ † cedendarum exceptio ante sententiam opponi potest, in hunc finem vt non condemnetur fideiussor, nisi prius iura cedantur, iuxta Paul. de Castro *in l. si fideiussores* 42. §. *idẽ respondeo, num.* 1. *& in l. si mandatu, nu.* 2. *D. de fideiussor.*, Scaccia *de commert.* §. 2. *glos.* 5. *nu.* 89. vers. *ostende* 5. Heringius *cap.* 28. *à nu.* 34. Ant. Amato 1. *tomo resol.* 37. *nu.* 48. Osuald. ad Donell. *lib.* 22. *cap.* 9. *lit. S.*

Tanta † que est vis huius exceptionis, vt impediat executionem instrumenti paratam executionem habẽtis, Gregor. Lopez *in l.* 11. *tit.* 12. *part.* 5. *glos.* 3. Grass. *except.* 10. *à nu.* 13. Gratian. 3. *tom. cap.* 409. *num.* 10. Paschal. *de virib. patriæ potest.* 1. *part. cap.* 8. *nu.* 169. Intrigliol. *de cens. ib. quæst.* 42. ex multis Borrell. *in sum. tom.* 2. *tit.* 19. *n.* 161. Pacificus *de Salvian. interd. insp.* 2. *cap.* 2. *à num.* 265. Pirrhus Maur. *de fideiuss. part.* 2. *sect.* 6. *cap.* 5. Milanens. *lib.* 2. *decis.* 1. *n.* 4. *&* 5. cuius rei rationem

nem reddit Intrigliol. *dict. decis.* 16. *à num.* 33. Azeuedo *in l.* 1. *tit.* 21. *libr.* 4. *Recop. num.* 104.

35 Potest † etiam non solùm ante sententiam, sed post sententiam, & in eius executione opponi, *l. fideiussores* 11. §. *idem respondit, D. de fideiussor. glos. in l.* 1. §. *non tamen, vbi Bald. D. de tutel. & rationibus*, Arism. Tepat. *tit.* 411. *cap.* 10. versicul. *exceptio cedendarum*, Barbos. Franch. & alij quos refert Gratianus *dict. cap.* 701. *à num.* 3. *& dict. cap.* 409. *à num.* 2. Milanens. *sup. num.* 5. Gaspar Thesaur. *dict. quæst.* 39. *nu.* 5. *in fine*, Heringius *dict. cap.* 27. *part.* 3. *num.* 17. *& cap.* 28. *num.* 44. Cencius *dict. quæst.* 84. *num.* 23. Alex. Trentacinq. *lib.* 2. *var. tit. de exceptionib. resolut.* 2. *num.* 13. Hunnius *in Encyclop.* 3. *part. tit.* 5. *cap.* 4. *numer.* 4. Osuald. ad Donell. *lib.* 22. *cap.* 8. *lit. L.* ex innumeris Giurba *decision.* 57. *num.* 1. Acosta *de priuil. leg. creditor. regul.* 3. *ampliat.* 2. *num. fin.* qui asserit, fideiussorem, vel correum etiam post sententiam addictionis, vulgo *sententia de remate*, ea exceptione se iuuare posse, nullo ex his relato Carleual. *de iudiciis lib.* 1. *titul.* 3. *disputation.* 17. *num.* 4. Merlinus *dicta quæstion.* 72. *num.* 5. qui refert Frãch. Mant. Gratian. & Giurb. *& quæst.* 79. *num.* 4. *&* 5.

36 Ideò † autem admissum est, vt post sententiam exceptio cedendarum opponatur: quia non impugnat, sed modificat sententiam, & cum ea rectè compatitur. Ea enim est exceptionis modificatiuæ natura, vt in executione sententiæ opponi possit, *l. Nesenius, D. de re iudicata.* Alexan. Trentacinq. *dict. titul. de exceptionibus, resolution.* 1. D. Francisc. Salgado *de Regia protect. dict. cap.* 7. *à numer.* 65. D. Larrea *allegation.* 53. *num.* 9. *& allegation.* 71. *num.* 21. Marius Muta *decision.* 53. *num.* 13. Intrigliolus *decis.* 27. *num.* 1. Quarè compensationis exceptio rectè in executione sententiæ opponitur, Garcia *de expens. cap.* 6. *num.* 16. Trentacinq. *var. lib.* 2. *tit. de appellat. resol.* 1. *num.* 26. Alex. Ludouis. *decis.* 342. Carpan. *ad Stat. Mediol.* 1. *tomo cap.* 42. *à nu.* 148. 172. *&* 243. *& cap.* 158. *num.* 109. D. Larrea *decis.* 87. *num.* 5. *tom.* 2. & in aliis eiusdem qualitatis exceptionibus probant late Salgado, & Trentacinq. *sup.* Osuald. *ad Donell. lib.* 22. *com. cap.* 8. *lit. L.* Ioan. Andr. Dornsperg *syntagm. iuris lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 1. vers. *in exceptionibus peremptorijs*, Carrasc. *ad l.* 4. *tit.* 17. *libr.* 4. *Recop. à num.* 118. Gratian. *cap.* 495. Fontanell. *decis.* 46. *à n.* 22. Giurb. *ad consuet. Messan. c.* 9. *glos.* 5. *n.* 26. qui loquitur in exceptione muĕtarij, Carleual. *sup. à n.* 3. *&* 8 qui ex his nullũ retulit, nouissimè Georg. Frantzk. *var. resol. lib.* 2. *resol.* 25. *per tot.* vbi in specie loquitur de exceptione falsæ cessionis, & asserit hanc & similes exceptiones antea oppositas non posse rursùs allegari in executione sententiæ, nisi 37
iudex de eis plenè non cognouisset.

Illud † pro choronide adiicio, adeò creditori, qui vnum ex correis, vel fideiussoribus facto suo liberauit, cedendarum exceptionem obstare; vt etiam si correus, vel fideiussor liberatus soluendo non esset, adhuc creditori hæc exceptio obstet: cùm accidere posset, vt posteà soluendo fieret, tradunt Gratian. *dict. disceptation.* 409. *num.* 3. Franch. *decis.* 662. *num.* 5. Surdus *cons.* 170. *à numer.* 34. Cencius *dict. quæstion.* 84. *num.* 23. Giurba *dict. decision.* 57. *num.* 3. *in fine*, Anton. Faber *lib.* 11. *coniect. c.* 15. vers. *illud magis*, quam sententiã contra Aponte venorem dicit Amato *d. resol.* 37. *nu.* 65.

SVMMARIVM.

1 *Quæstionis species proponitur, & diuiditur.*

2 *Cessio facta vni ex correis post solutionem inutilis est, nisi pactum, & conuentio de iuribus quandocumque cedendis intercesserit.*

3 *Decisio* l. Modestinus 76. D. de

solutionibus, *licèt in vno ex pluribus tutoribus loquatur, tamen ad alios correos debendi protrabenda est, quamuis contrarium sentiat,* Heringius.

4 *Cessio post solutionem facta non proficit, licèt fiat in fauorem correi ad quem nulla contractus vtilitas peruenit. Reprobatur* Anton. Amato, *aliter sentiens*, & numer. 5.

6 *Expenditur* text. in l. si minoris 25. D. de administrat. tutorum, *ex qua probari videtur cessionem etiam post solutionem sufficere.*

7 *Reprobatur intellectus* Accursij, *ad* dict. l. si minoris 25.

8 *Correi debendi si non ex vna, sed ex diuersis obligationibus teneātur, poterit ei, qui solidum soluit, cessio fieri ex interuallo post solutionem.*

9 *Vera interpretatio ad* dict. l. si minoris 25. D. de administrat. tutor.

10 *Actio quæ inutilis est penes cedentem vtilis esse solet cessionario.*

11 *Intelligitur* text. in l. Papinianus, D. mandati, l. Stichum, §. si mandato, D. de solutionib. l. si res obligata, D. de legat. 1. l. dominus Stricho, D. de peculio legato, l. cum possessor, D. de cenſib.

12 *Correo debendi cessio ex interuallo facta non prodest, vbi simpliciter soluit, secus si suo nomine expressè soluisset,*

13 *Fideiussori, qui proprio nomine soluit, rectè creditor suas cedit actiones, etiam ex interuallo.*

14 *Fideiussori simpliciter soluenti, an post solutionem actio rectè cedatur? duæ referuntur sententiæ pro quibus varia expenduntur iura, & distinguitur inter fideiussorem sponte, vel coactè soluentem*, cum num. sequentib. ad num. 19.

19 *Fideiussor, qui se obligauit, vt principalis, si simpliciter soluat, an ex interuallo possit vtiliter cessionē exposcere.*

20 *Fideiussor simpliciter soluens non potest ex interuallo post solutionem cessionem suscipere, iuxta nostrum ius Regium.*

21 *Fideiussori simpliciter soluenti, si ius nostrum attendamus, cessio post solutionem est inutilis, tàn contra alios confideiussores, quàm aduersus debitorem principalem.*

22 *Reiicitur* Acosta, *qui sentit, contra debitorem cessionem fieri posse fideiussori soluenti, etiam ex interuallo iuxta ius Regium.*

Intelligitur l. 11. tit. 12. part. 5.

23 *Fideiussor qui soluit licèt cessionem non habuerit, potest agere cōtra debitorem actione mandati, vel actione negotiorum gestorum, si pro eo absente, vel ignorante intercessit.*

24 *Defenditur* Felicianus, *ab impugnatione* Acostæ.

25 *Fideiussor qui nomine debitoris soluit, iurium cessionem impetrare non potest: notatur,* Acosta *cōtrarium sentiens.*

26 *Verissimus sensus, & decisio,* dict. l. 11. tit. 12. part. 5. *refertur.*

27 *Tertio hypothecæ possessori, an actio post solutionem rectè cedatur? duplex est opinio, affirmatiua amplectitur,* & num. 28.

29 *Extraneo, qui alienum debitum soluit, an actio etiam ex interuallo rectè cedatur.*

30 *Soluens fisco, an in eius iura succedat sine cessione? defenditur cessionem necessariam esse, reiecta opinione* Noguerol, & Paschalis, & num. 31.

32 *Intelligitur* text. in l. cum alter, C. de fideiussoribus, & num. 31.

33 *Intelligitur* l. in fraudem, §. qui pro alio, D. de iure Fisci.

34 *Fiscus an possit actiones suas cedere etiam ex interuallo, licèt pactum, vel protestatio de cedendo non præcesserit. defenditur id ei non licere, simulque explicatur*, l.

cum

cum possessor, D. de censib.

35 *Notatur lapsus* D. Francisc. de Alfaro.

36 *Correus qui solidum soluit, si cessionem non habuit, vel non congruo tempore actione negotiorum gestorum potest ab alio correo partem repetere: contra* Anton. Fabrum.

37 *Fideiussor qui cessionem non obtinuit à creditore, an possit agere aduersus confideiussorem pro rata? duplex sententia refertur; strictum ius negatiuam probat, æquitas verò suadet affirmatiuam,* & num. 38.

39 *Tertius possessor, qui cessionem non habuit à creditore, an possit agere aduersus principalem debitorem, vel alios compossessores.*

40 *Extraneus, qui sine cessione soluit pro alio, potest ab eo actione negotiorum gestorum solutam pecuniã recuperare.*

41 *Fideiussori, & aliis quibus sine cessione agere licet aduersus confideiussorem, vel correum, vtilius longe est, vt cessionem habeant à creditore: & in quo cessionis vtilitas consistat.*

Fideiussor, vel correus, qui cessionem obtinuit à creditore, in eius ius, & hypothecã succedit, & agit executiuè, sicut cedens posset.

Fideiussor agens actione mãdati prælationem creditoris non habet: nec executiuè agere potest, & quandò secus.

42 *Fideiussor si actione mandati agat, non poterit experiri aduersus tertios bonorum debitoris possessores: alia res esset, si cessas creditoris actiones exerceret.*

42 *Fideiussor contractus non agit executiuè contra debitorem, sine iurium cessione: aliud tamen obseruatur in fideiussore iudicij.*

44 *Cessio iurium qua actione peti possit.*

43 *Soluens creditori, qui actiones facto, vel culpa sua cedere non poterat, non opposita exceptione cedendarum, potest ab eo repetere quod soluit, tanquàm indebitum: quicquid dicat* Anton. Faber. & numer. 46.

46 *Debitor exceptione perpetua tutus, repetit quod soluit tanquàm indebitum.*

Restituens rem sine deductione melioramentorum, eam repetit per condictionem indebiti.

47 *Tradens, vel soluens alitèr, vel pinguius, quàm debebatur, condictionem regulariter habet. & an indebiti, vel incerti sit.*

QVÆSTIO IV.

Correo debendi, fideiussori, tertio possessori, vel extraneo soluẽtibus, an necessariò incontinenti cessio fieri debeat per creditorem. Et an eis si cessionem non habuerint, aliquo iuris remedio succurratur? Ad ornatum *l. Modestinus 76. D. de solutionib. & liberat.* Explicatur difficilis text. *in l. si minoris 25. D. de administ. tutor. l. cum possessor, D. de cẽ sib. l. Papinianus, D. mandati,* cum aliis.

PRÆSENS † quæstio duo inquirit. Primum; an cessio quæ fideiussori, correo, & aliis soluentibus per creditorem fit, incontinenti, & in ipso solutionis actu 1

fieri debeat, adeò vt quæ ex interuallo fit, non proficiat. Alterũ, an si ij cessione nõ obtẽtâ soluissẽt, possit eis aliquo remedio succurri, tã aduersus debitorẽ, quam contra alios correos, vel fideiussores: vt quod ex solutione in eorum vtilitatem versum fuit, recuperent. Cuius quæstionis vtraque pars, non minus difficilis, & obscura est, quã vtilis, & assidua.

2 Circa † primam quæstionis partem, primum de correo soluente occurrit inspicere. In qua omnes conueniunt, cessionem correo debendi ex interuallo post solutionem contra alios correos factam, nullius momenti esse, nisi pactum de cedendo præcederet: nam tunc cessio etiam ex interuallo fieri posset: quia pactum efficit, vt cessio eo tempore facta censeatur, quo de cedendo conuentum, & actum fuit: cuius pacti virtute, dicitur creditorem aduersus debitorem, & alios obligatos actionem retinuisse, vt in specie probat elegans licèt vulgaris textus *in l. Modestinus 76. D. de solutionibus*, vbi communiter DD. Menoch. *lib. 3. præsumption. 143. num. 4.* Franch. *decision. 55. num. 11.* Thesaur. *lib. 4. quæstion. forens. quæstion. 39. num. 5.* Gutierrez *allegation. 4. num. 10.* Rocheng. *in leg. reos 11. numer. 54. D. de duob. reis*, Scipiõ Theod. *allegat. 68. num. 8.* Anton. Faber *in C. lib. 8. tit. 27. defin. 14.* ex aliis Hodiernã ad Surdum *decis. 308. à num. 1.* Griuell. *decision. 80.* Noguerol *allegat. 11. num. 48.* Duardus *post tractat. de censibus decision. 184. à num. 2.* Fœnutius *de momento temporis, cap. 22. numer. 7.* Acosta *de priuileg. cred. regul. 3. ampl. 2. num. 62.* qui omnes ea ratione mouentur, quod semèl per solutionem extinctâ obligatione, nulla actio superst creditori, quæ cedi possit, *dict. l. Modestinus*, multis suo more relatis Anton. Amato *resolut. 37. à numer. 1.* Vvesembec. *ad titul. D. de fideiussorib. & mandat. num. 6.* Anton. Faber *lib. 11. coniectur. cap. 9. cum sequentibus*, Schifordeg. *lib. 2. tractat. 8. quæstion. 1.* vbi asserit in hanc sententiam vtraque manu omnes conuenire.

Et licèt † Consultus *in dict. l. Modestinus*, in vno ex pluribus tutoribus loquatur, doceatque non aliter tutorem qui solidum soluit, contra alios cessis iuribus, posse experiri, quàm si cessionem à pupillo incontinenti habuisset; vel solutionis tempore pactũ fuisset interpositum de iuribus quandòcumque cedendis, Duarenus *ad tit. de solutionib. cap. 6* Donell. *in l. 2. nu. 11. C. de obligat. & action.* Schifordeg. *lib. 3. tractat. 23. quæst. 21. vers. ex quo*: tamen eius decisio ad alios correos debendi extenditur, Acosta *dict. ampliat. 2. à num. 62.* Camill, Borrell. *in sum. 3. tom. titul. 13. à num. 306.* quicquid sentiat Heringius *de fideiussorib. cap. 28. num. 45.* qui in ea opinione fuit, decisionem *dict. l. Modestinus* in causa, & debito tutelæ, speciali ratione loqui, neque ad alium casum esse protrahendam: quem rectè refellit Schifordeg. *dict. lib. 2. tractat. 8. quæstion. 3.* 3

Quæ † sententia procedit quamuis correus qui soluit, ex obligatione nullum commodum percepisset: quia omnis pecunia ad alium correum peruenerat: nàm adhuc post solutionem iurium cessionem impetrare non posset: nàm licèt vt suprà diximus, correus ad quem nihil peruenit, respectu alterius correi, fideiussoris loco habeatur; ideòque cessionem rectè desideret: tamen cùm respectu creditoris debitor insolidum sit, si absque pacto soluit, extinguit obligationem, confestimque alter correus liberatur: vndè cessio ex post facto facta inutilis, & sine effectu est, vt rectè notat Hodierna *ad Surdum dict. decision. 308. à nu. 6.* Duardus *dict. decis. 184. à num. 5.* 4

Quapropter † cauendum erit ab Anton. Amato *dict. resolut. 37. num. 37.* existimante, correo debẽdi etiam ex interuallo, & quandòcumque cedendi 5

dendā esse actionē contra alterū correū, adquem insolidum pecunia pertinet. Qui vltra notata, ex eo etiam apertè conuincitur: quia si eius assertio vera esset, semper correo post solutionem cessio fieri posset, pro illa parte, quæ ad alium correum ex obligatione peruenit: cùm plures rei debendi interse fideiussisse dicantur pro ea parte, quæ ad alios peruenit, *l. si pro parte in fine, D. de in rem verso, l. sed & Iulianus, §. 1. D. ad Macedonian.* dixi supra quæstione antecedēti: cùm tamen certum sit, pro parte quæ ad alium correum spectabat, cessionem ex interuallo non consistere, vt resoluit Felicianus *de censibus tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 9.* vers. *sed elegantem.* Ergo similitèr fatendum erit, cessionē ex interuallo non proficere correo, qui nihil habuit: cùm idem ius militet de parte quoad partem, quod versatur de toto quoad totum, *l. quæ de tota, D. de rei vindicat.* Velascus *in loc. com. lit. R. axiom. 20.*

6 Hæc † tamen quæ de nullitate cessionis correo ex interuallo factâ diximus, non leuitèr conturbat text. *in l. si minoris 25. D. de adminis. tutor.* in qua vni ex correis post solutionem actiones mandari posse asseritur: docet nāque Vlpianus, pupillum si cum curatoribus egerit, & ab eis exegerit idquod culpa sua minus à tutoribus habuerūt, posse actiones suas curatoribus aduersus tutores mandare.

7 In qua † difficultate hæret Accurs. *indict. l. Modestinus*, verb. *nulla actio*, qui asserit, ideo *in dict. l. si minoris*, cessionem post solutionem fieri potuisse, quia tempore solutionis actum fuerat inter pupillum, & curatores, vt eis cederentur actiones, vt accidit in *dict. l. Modestinus*, ibi: *Cùm conuenisset, vt mandarentur actiones.* Quæ interpretatio admittenda non est, cùm *in dict. l. si minoris*, de simili conuentione non appareat, neque sit verbum aliquod ex quo similis conuentio colligi possit. Nec ratio habenda est, quòd in aliquibus codicibus loco illorum verborum, *paratus sit*, reponatur *pactus sit*, vt sensus sit, nisi fortè mandare actiones pactus sit curatoribus, vt notat Cumanus *in dict. l. Modestinus*; *num. 7.* quia huic lecturæ repugnat pandectarum Florentinarum fides: vndè Accursij interpretationem diuinatoriam appellat D. Anton. Pichard. *princip. Institut. quibus mod. tollit. obligat. numer. 55.*

8 Quarè † his & aliis interpretationibus reiectis distinguendum est, inter correos vnâ, & eâdē obligatione adstrictos, & inter correos dispariter obligatos, quia vnus vna actione: alius verò ex alia diuersa tenetur. Nam vbi correorum vna, & par obligatio est, solutione vnius, aliorum extinguitur obligatio, *l. 3. §. vbi duo, D. de duobus reis*, vndè cessio post solutionem inutilis est: cum eo tempore nulla superfit obligatio, vel actio quæ cedi possit; quia simplicitèr, & sine pacto facta solutio, tan soluentis, quàm cæterorum obligationem peremit. Quod secùs est, quandò plures sunt obligati diuersis obligationibus; nam tunc solutio vnius suam propriam, non correorum obligationem extinguit, quapropter cessio etiam ex interuallo facta vtilis est, cùm post solutionem ab vno ex correis, adhuc maneant cæteri obligati. Quam distinctionem sequitur Bart. Iason, Immol. & alij *in dict. l. Modestinus*, Menoch. *sup. nu. 5.* Casanate *cons. 11. nu. 22.* Noguerol *alleg. 11. num. 56.* Acosta *dict. reg. 3. amp. 2. à n. 63.* Hodierna *ad Surdum decis. 308. num. 16.* Anton. Pichard. *dict. princip. Institut. quibus modis tollit. obligat. numer. 58.* Anton. Faber *libr. 11. coniectur. cap. 10.*

9 Ex qua † verissima distinctione non minus à practicis, quàm theoricis recepta, iam facilè lux datur Vlpiano *in dict. leg. si minoris*: nàm ideò ibi cessio post solutionem vtilis fuit: quia tutores, & curatores non ex vna obligatione, seu actione pu-

pillo tenebantur, imò eorum obligatio diuersa erat; quia tutores ex causa tutelæ, & ex eorum mala administratione erant obstricti; curatores verò ex eo debitores erãt pupillo, quia minus a tutoribus exegerant: quarè cũ vni ex tutela, alij vero ex cura teneretur, potuit vna actione sublata, alia superesse; curatoresque pro sua duntaxat, non pro aliena obligatione soluisse censetur, *arg. l. 4. D. de solutionib.* Vnde cùm mero iure pupillo aduersus tutores actio salua maneat, licèt in eius persona ineffica x sit, quia iam quod sibi tutores debebant, à curatoribus acceperit: tamen in personis curatorum efficax, & vtilis erit, vt post Bart. cuius verba refert Noguerol. *sup.* sequitur Gutierrez *allegat. 4. num. 10.* Pichard. *sup. nu. 59.* Anton. Faber *dict. cap. 10.* Iacobus Cuiacius *lib. 2. resp. Papin. in l. alterius, D. de tutelæ, & rationib. distrah.* Nec enim † in iure insolens, aut
10 nouum est, vt actio quæ apud creditorem post solutionem sibi factam inutilis, & ineffica x est, alij postmodũ cessa efficax, & vtilis sit: vt accidit in specie *l. in creditore 38. D. de euictionib.* notat eleganter Cuiacius *ad tit. C. creditorem euict. pignor. non debere*, ex Immola, & Anton. Fabro Noguerol *dict. alleg. 11. num. 62.*

11 Similiter † ex prædicta distinctione veram interpretationem accipiũt iura alias difficilia, *in l. Papinianus, D. mandati, l. si cl um, §. si mandato, D. de solutionib. l. si res obligata, D. de leg. 1. l. dominus Sticho, D. de pecul. legat. l. cũ possessor, D. de censib.* in quibus eâ ratione correo post solutionẽ cedi tur actio: quia correorũ nõ vna, sed diuersa obligatio erat, vt latè & doctè prosequitur Anton. Faber *lib. 11. coniect. cap. 9. & sequentib.* Pichard. *ad nu. 58.* Noguerol. *dict. alleg. 11. nu. 56.*

12 Quæ † diximus, correo post solutionem inutiliter actiones mandari; ita accipias vellim, si correus simpliciter soluat: nàm si suo nomine expressè solui sset, & pro sua tantùm obligatione: cùm tunc alterius correi obligatio nõ ipso iure, sed ope exceptionis extinguatur, posset ex interuallo actio cedi, vt expressè docet Paul. de Castro *in dict. l. Modestinus, num. 2.* ibi: *Etè conuerso si vnus ex principaliter obligatis, cũ solueret, diceret, soluo pro me tãtum, & meo nomine, non tolleretur obligatio alterius correi ipso iure, sed ope exceptionis, vt posset etiam ex interuallo cedi, etiam conuentione non præcedente*, sequitur ex alis Noguerol *num. 49.* Hector Capycius Latro *decision. 32. num. 5.* licèt enim correus suo nomine soluens de cedendis sibi iuribus expressè nõ paciscatur, tacitè id egisse videtur; & in eum non in alium finẽ declarasse se suo nomine soluere.

De † fideiussore soluente agamus, 13
& an ei cessio post solutionem facta opituletur vt iuribus sibi cessis, tàn cõtradebitorẽ, quam aduersus alios cõfideiussores possit experiri. In quo articulo apud omnes constans est, cessionem etiam nullâ præmissa pactione ex interuallo factam, fideiussori prodesse, si proprio nomine, hoc est fideiussorio soluit, *l. cũ is 36. D. de fideiuss. l. 11. tit. 12. part. 5.* alia iura expendit in confirmationem D. Ioseph Vela *tomo 2. dissert. 37. num. 14.* vbi præter alios ex antiquioribus referi Gutierrez, Rodrig. Felician. Gratian. Hering. Pirrhum Maur. Cancer. Gallerat. Cencium, Fontanell. & Amat. quibus addo Hodiernam ad Surdum *dict. decis. 308* Noguerol *sup. nu. 48.* Rodriguez *de executione, cap. 3. nu. 27.* Novar. ad Franch. *decis. 55. vers. quod autem*, Acosta *dict. ampl. 2. nu 85.* Hunnium *in Encyclop. iuris 3. part. tit. 5. cap. 4. n. 6.* Franc. Castracanium *de societatib. super officiis Curiæ Romanæ, cap. 68. à num 1.* Duardum *d. decis. 184. à nu. 3.*

Quandò † verò fideiussor simpliciter soluit, in obscuro est, an ei cessio 14
post solutionem suffragetur, siue contra debitorem, siue contra fideiussores, eius virtute agere intẽdat? Et pro veriâ resolutione videre expedit, quid

in

in hac dubitatione ius commune; quid vè Regium nostrum agnouerit. Et iure cõmuni inspecto, fideiussori simpliciter soluenti quandòcumque iurũ cessionem fieri posse, videtur apertè probari *ex l. cum is 36. D. de fideiussor. l. stichum, aut Pamphilum, §. si mandato, D. de solution. l. Papinianus, D. mandati*, agnoscunt, simulque magis receptam sententiam esse testantur, ex innumerisHering. *de fideiuss. cap. 28. àn. 34.* Gratian. *discept. 286. à nu. 4.* Cencius *de censib. quæst. 71. à nu. 16.* Capycius Latro *dict. decis. 32. num. 6.* Ioan. Andr. Dornsperg. *syntag. iuris lib. 2. p. 1. c. p. 30. vers. quãdò vero.* ex multis Anton. Amato *resol. 37. à nu. 39.* Nouar. ad Franch. *dict. decis. 55. vers. quod autem.*

15 Contrariamtamen sententiam iure communi longè veriorem esse, post Accurs. Azon *in sum. C. de fideiuss. nu. 13.* profitentur Menoch. *d. libr. 3. præsumpt. 143. à num. 6.* Anton. Faber *d. lib. 11. cap. 10.* Schifordeg. *lib. 2. tract. 8. quæst. 1. cum sequentib.* Pichardus *sup. a num. 61.* In cuius comprobationem expendunt satis expressa responsa, *in l. vt fideiussor 39. D. de fideiussor. l. cum alter 11. C. eodem tit.* rationemque ipsam, *dict. l. Modestinus*, quæ tàn correo, quàm fideiussori conueuit, Lasarte diù post hæc visus *de gauellis cap. 9. à num. 19. ad 32.*

16 In qua † controuersia si post tot doctissimos viros liceret meum exponere iudicium. Existimarem distinguendum fore, an fideiussor sponte, vel coactus soluerit. Nam si vltrò, & à creditore non impetitus offerret debitum, dicerem non tàn insolutum dare, quã nomen debitoris emisse censeri; quo casu cùm non extinguẽdæ obligationis animo accessisse, seù soluisse videatur, quando cumque ei cessio fieri poterit: & ita intelligo text. *in dict. l. cum is 36.* ex cuius specie eumcitur, Paulũ de eo fideiussore sermonẽ facere, qui sponte soluit. At verò si coactus, & à creditore conuentus simpliciter soluisset, cessio ex interuallo nõ prodesset, quia non emendi nominis, sed extinguendæ obligationis animo soluisse præsumitur: & hoc modo accipio Modestinum *in dict. l. vt fideiussor. dict. l. cum alter*, in quibus fideiussor nõ spõte, sed coactus soluit.

Nec † huic nostræ interpretationi, 17
& distinctioni inter fideiussorem spõtè, vel coactê soluentem, quicquã aduersatur text. *in dict. l. Papinianus, D. mandati, dict. l. stichum, aut Pamphilũ §. si mandato, D. de solutionib.* quia nõ de fideiussore, sed de mandatore loquuntur: cui certum est, quandòcumque vtilitèr iura cedi, cùm nõ vnâ sed diuersâ actione teneatur, iuxta distinctionem, quam ex practicis, & theoricis firmauimus sup.

Quæ † interpretatio si displiceat, & 18
vnæ ex dictis contrariis sententiis ad hærendũ esset, semper mihi visum fuit, primam magis communem, & æquiorem esse, à qua in iudicando, vbi ius commune viget, non discederem: licèt in pũcto iuris, strictâque disputãdi ratione, secunda sententia securior sit, quam subtilitèr, & doctè suo more defendit Anton. Faber *dict. cap. 10.* Schifordeg. *sup.* qui satis aptè respondent iuribus in contrarium.

Quam † primam sententiam nõ so- 19
lũ in simplici fideiussore accipere poteris, sed etiam in eo, qui vt fideiussor simulque vt reus principalis obligationi accessit, hoc est vt Hispano nostro sermone dicimus, *como fiador, y principal pagador*: nàm si is simpliciter soluat, etiam ex interuallo poterit iurium cessionem desiderare, vt veriorẽ sententiam profitetur, & iuxta eã pronunciatum testatur Capycius Latro *dict. decis. 32.* æquiorem etiam appellat Hodierna ad Surdum *dict. decision. 308.* licèt Surdo ibi contrariũ placeat, cuius sentẽtia in pũcto iuris, & stricta disputatione rectè procedit; sed prima æquior est, quam sequitur his non relatis Merlin. *de pignorib. lib. 4. quæst. 70. à num. 30.* qui ampliat siue fideiusso-

res

res obligati essent ex causa onerosa, vel lucratiua.

20 De † iure vero Regio, secunda Azonis sententia expressè approbatur in *l.* 11. *tit.* 12. *part.* 5. in qua statuitur fideiussorem simpliciter soluentē frustrà ex interuallo cessionem exposcere, obseruat Greg. Lopez ibi, Gutierrez *dict. allegat.* 4. Rodriguez *de execution. cap.* 3. *num.* 27. Vela *d. dissert.* 37. *num.* 11. qui dat alios. Cuius legis decisionem ad eos qui pro alio se soluturos constituerunt, extendit Felician. *de censib. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 6. & 7. quasi fideiusio, & constitutū à pari procedāt, in multis tamen differre ostendit Schifordeg. *lib.* 2. *tract.* 9. *quæst.* 6. *per tot.*

Quam † legem Regiam omnes, 21
quos retulimus, intelligunt, siue fideiussor, qui simpliciter soluit, cessionē ex postfacto desideret contra debitorem principalem; siue contra alios cōfideiussores: nàm vno, & altero casu cessionem inutilem esse testātur. Quæ sententia verissima est, sed nescio qua ratione nouitèr contrariam inuexerit Acosta *de priuileg. creditor. dict. reg.* 3. *ampl.* 2. *num.* 61. qui expressè contra Felicianum defendit, quòd quamuis iure nostro Regio fideiussori simpliciter soluenti cessio ex interuallo non prosit, id tamen intelligendum, si fideiussor aduersus alios confideiussores agere intenderet: nam si aduersus debitorem vellet experiri, cessio quādòcumque obtenta vtilis esset: moueturipse non alio fundamento, quàm ipsius legis Regiæ verbis, ibi: *E si alguno de los fiadores pagasse todo el debdo, simplemente non diziendo, que lo facia en nome del debdor principal, nin en el suio, si luego que la paga ha fecha, demāda à aquel que la face que le otorgue poder de demandar lo que pagò à los otros fiadores, decimos que le deue ser otorgado: è si entonces no le demanda dende adelante, non gele deue otorgar, porque se meja que hizo la paga en nome del deudor principal, è non en el suio: pero bien puede demandar al debdor que le dè lo q̄ pagò por el.* Ex his finalibus verbis suā adstruit opinionem Acosta, quibus quocumque tempore fideiussori aduersus debitorem agere permittitur: vndè coniicit Feliciani sentētiam eroneam, & ab eâ tanquàm ab igne cauendum fore.

Sed † re vera fallitur Acosta, qui 22
contra expressa verba legis loquitur, quæ fideiussori indistinctè denegat ex interuallo iurium cessionem, tàn contra confideiussorem, qtàm contra debitorem, pro quo fideiusit. Neque cōtra faciunt verba illa: *Pero bien puede demandar al debdor que le dè lo que pagò por el.* Quia † intelligenda sunt, vt 23
possit fideiussor simpliciter soluens, si cessionem incontinenti non habuit, actione mandati agere, per quam absque vlla cessione debitorem poterit conuenire, si pro eo volente fideiusit, *l. indebitum* 47. *D. de condict. indebiti, l. si remunerandi* 6. *§. passus, l. idemque* 10. *§. fideiussores, l. heredem, l. inter causas, §. si is qui, l. rogatus* 33. *l. qui fide* 53. *D. mandati, l. si fideiussor* 6. *C. eodē tit. §. si quid autem, Instit. eodem titul. cap.* 1. & 3. *D. de fideiussorib.* vel actione negotiorum gestorum, si pro debitore absente, vel ignorante interceserit, *l.* 6. *§. si passus, l. ex mandato* 20. *§.* 1. *D. mandati, l. sed videamus, l. liberto, D. de negotiis gestis, l.* 12. & 13. *tit.* 12. *part.* 5. prosequitur latè omninò vidēdus Hering. *de fideiuss. cap.* 25. *à num.* 1. & 68. Felician. *dict. cap.* 3. *num.* 4. Cencius *quæst.* 75. *nu.* 10. multos cōgerit Amato *dict. resol.* 37. *nu.* 40. Fōtanell. *decis.* 216. *a nu.* 1. vbi asserit fideiussorem, qui soluit, licèt non possit aduersus alios cōfideiussores, sine cessione agere, eâ tamen non indigere, vt quod soluit à principali debitore valeat recuperare, Visconte *concl. iuris*, verb. *fideiussori soluenti*, qui actionem etiam concedit fideiussori aduersus principalem debitorem, pro damnis, expensis, & interesse, de quo nos suo loco agemus.

Nec

Nec magis † fælicitèr idemmet Acosta *sup. num.* 59. Felicianum reprehendit, quasi dixerit, fideiussorem, qui debitoris nomine soluit, nullum regressum aduersus eum habere. Nam Felicianus id neutiquam profitetur, sed id tantùm docet, fideiussorem qui nomine debitoris soluit, iurium cessionē obtinere non posse: non tamē inficiatur actione mandati à debitore consequi valere, quod soluit. In quo Felicianus non loquitur contra *dict. l.* 11. verba, prout sentit Acosta, imò eius doctrina dictæ legi Regiæ mirè cōuenit: a quâ Acosta longe discedit, dum existimat, fideiussorem † qui nomine debitoris soluit, iurium cessionem impetrare posse: id enim à iure alienum est, vt ex Feliciano, & aliis probat Carleual. *de iudiciis libr.* 1. *tit.* 3. *disp.* 35. *num.* 5. & 11. Fontanell. *de pactis nuptial. claus.* 4. *glos.* 18. *part.* 2. *numer.* 83. nam pugnat quòd fideiussor eo animo soluat, vt debitoris obligationem extinguat, simulque cessionem quasi extincta non fuisset, exposcat: conducūt elegantèr tradita per Amatum *dict. resol.* 37. *à num.* 4. *ad* 6. Gratian. *discept.* 286. *num.* 6. Casanate *cons.* 11. *num.* 2. & *cons.* 14. *à num.* 3. Cencium *de censib. quæst.* 71. *num.* 14.

Quarè † vt in posterùm circa *dict. l.* 11. *tit.* 12. *part.* 5. nulla hæsitatio sit, ex eâ sequentes elicio conclusiones. Prima, fideiussori suo nomine soluenti iurium cessio aduersus debitorem, & confideiussores etiam post solutionē vtilis est. Secunda, fideiussor nomine debitoris soluens, eum liberando, cessionem actionum, neque contra eum, neque contra confideiussores habere poterit; actione tamen mādati aduersus debitorem rectè agit. Tertia, fideiussor simplicitèr soluens iurium cessionem incontinenti contra debitorē, & confideiussores vtilitèr obtinet; ex interuallo verò cessio obtenta, tàn cōtra debitorem, quàm contra fideiussores inutilis erit, nisi pactum de cedendo fuisset adiectum: poterit tamen fideiussor actione mandati, vel negotiorum gestorum, prout sup. diximus, debitorem conuenire.

In tertio † hypothecæ possessore nihil expressè scriptum inuenio, ratio tamen à Modestino tradita *in dict. l. Modestinus*, suadere videtur, non alitèr ei proficuam futuram esse cessionē, quàm si incontinenti sit habita, vel pactum fuerit adiectum de iuribus quandòcumque cedendis: cui sententiæ assentiri videtur Amato *dict. resolut.* 37. *num.* 24.

Cæterū † verius iudico, tertio possessori hypothecaria actione conuento, etiam ex interuallo actiones cedēdas esse: quia soluere præsumitur, vt liberet hypothecam; non verò vt personalem debitoris obligationem supprimat; ideòque post solutionem remanet creditori actio, quæ vtilitèr cedi posit, vt probat elegans, & expressus text. *in l. si res obligata* 57. *D. de leg.* 1. vt ex eà lege probat Merlin. *dict. libr.* 4. *quæst.* 74. Anton. Faber *lib.* 11. *coniect. cap.* 10. Pichard: *princip. Inst. quibus mod. tollitur obligatio, num.* 60. est etiam pro hac sententia optimus textus *in l. cum possessor* 5. *D. de censib.* cuius decisio, vt infrà dicemus, nihil speciale fisci fauore continet.

Circa † extraneum soluentem, distinguit Amato sup. *à nu.* 4. & ante eū Menoch. *dict. præsumpt.* 134. *à num.* 1. & 3. an ipse nomine debitoris soluat, an verò suo proprio nomine, non eradicandæ obligationis animo, sed potius vt acquirat nomen illud, & obligationem. Primo casu cessionem nullo tempore fieri posse asserit: quia solutione omnis tollitur obligatio, nullaque superst actio, quæ cedi posit, *l. Papinianus, D. mandati.* Secundo verò casu, quandòcumque tertio soluenti cessionem vtilem esse profitetur: quia per similem solutionem, non tàn extincta obligatio dicitur, quàm ipsius debitoris nomen emptum censetur, *l. plusquam, l. nominis, D. de hered. vel action. vendit.* in cuius doctrinæ cōprobatio-

24 25 26 27 28 29

bationem innumeros refert *à num. 4. ad 9. & 11.* vbi *num. 12.* explicat, quãdo cessio incontinenti, vel ex interuallo facta dicatur, videndus Casanate *cons. 10. num. 101.* vers. *nec in hoc dubio*, Cenc. *de censib. quæst. 51. à num. 3.* vbi quid quãdo creditor fatetur se habuisse, & recepisse: et verius est, non ex eo cessionem ex interuallo factam cẽseri.

30 Hinc † hìc opportunè inquirendũ venit, an fiscus aliquo speciali priuilegio munitus sit, vt iura sua etiam ex interuallo cedere possit, cuius dubij resolutio alterius præuiũ requirit examen, an scilicèt Fiscõ soluens in eius iura sine cessione succedat? Suntque qui hoc Fisco indulgeant priuilegium, vt iura sua sine cessione tranferat, quã sententiam post Peregrin. & Surd. sequitur Noguerol *allegat. 11. num. 58.* Paschalis *de virib. patriæ potestat. 1. p. cap. 8. num. 579.*

31 Cæterum † hæc opinio omni fundamento destituitur, & expressè cõuincitur ex *l. 3. l. vlt. C. de priuileg. fisci, l. cũ alter, C. de fideiuss.* ibi: *Potuisti sanè cũ Fisco soluere, es desiderare vtilius pignoris, quod Fiscus habet, in te transferretur,* vbi Gothofred. frustra enim ibi Imperator de iurium cessione per Fiscũ facienda dubitaret, si soluens sine cessione in ius Fisci succederet.

32 Neque † satisfacies si dixeris, ideò ibi Imperatorem de iurium cessione per Fiscum facienda anxiè quærere: quia vtilius fideiussori est, cessas à Fisco habere actiones: cùm ex cessione directarum exercitium transferatur, quod vtilius est, quàm aliis actionibus, quę sine cessione competunt, experiri, vt suo loco diximus. Quia respondetur, Imperatorem in eo textu, Fiscum quoad cessionis necessitatem, priuato cuilibet æquiparare, vt appareret ex illis verbis: *Quod & in priuatis debitis obseruandum est.*

33 Quare † sine dubio teneas, Fiscò nihil speciale esse concessum; & cessione indigere, qui eius iura suscipere intendit: quam sententiam tuetur Gothofred. ita intelligens *l. 2. C. de his qui in prior. credit. loc. succed.* Iacob Cuiacius *lib. 18. obseru. cap. 40.* & contra pragmaticos veriorem dicit Schiforded. *lib. 3. tract. 23. quæstion. 23.* vers. *aliud*, qui rectè aduertit, cõtrariæ sententiæ non suffragari text. *in l. in fraudem, §. qui pro alio, D. de iure Fisci*, nã ibi I. C. Paulus tantùm probat, posse eum qui pro Fisci debitore soluit, cessionem congruo tempore postulare.

Præsuppositoque † iam Fiscum sine cessione iura sua non trãferre. Videamus an saltim fideiussori, vel alij soluenti, ex interuallo cedere possit? Et posse licèt nulla præcesserit protestatio, vel pactũ de cedẽdo, tenẽt Alfaro *de officio Fiscal. glos. 16. prin. 36. n. 146.* Noguerol. *alleg. 11. n. 60.* mouẽtur ex *l. cũ possessor, D. de censib.* Sed meo videri id ex ea lege non probatur, & verius est, simile priuilegium Fisco tributum non esse, vt defendit Anton. Faber *lib. 11. coniect. cap. 10. circa finem*, Alfaro *sup. num. 148.* Quorum interpretatione omissa ad *dict. l. cum possessor*: dicerem, in eâ ex interuallo iura cedi potuisse, non ex priuilegio, seu speciali iure cedentis, hoc est Fisci, vt perperã existimauit Arias de Mesa *lib. 1. var. c. 23. à num. 16. & 21.* sed ratione personæ cessionarij; nàm cùm is tertius hypothecæ possessor esset, soluens quòd alter ex personali actione debebat, ius nominis emisse videtur; ac proindè cessio quolibet tẽpore vtilis est: prout accidit *in dict. l. si res obligata*, quæ etiam in tertio possessore loquitur, qui hypothecariâ actione conuentus soluit.

Sed † non possum non referre lapsum Alfari *dict. glos. 16. priuileg. 36. numer. 146.* qui ita scribit: *Pupillus etiam quamuis à principio nũ cedat, potest post solutionem cedere, l. 1. D. de contr. iudic. tutel.* qui error adeò manifestus est, vt crederem typographo potius, quàm auctori attribuendum, cùm indubitati iuris sit, pupillum ex postfacto iurà

sua

ſua mandare non poſſe, vt probat ipſa *lex 1. d. l. Modeſtinus, D. de ſolutionib.*

36 Hactenùs de prima parte quæſtionis noſtræ, veniamus ad ſecundã. Primumque videamus, an correo qui ceſſionem non habuit, vel non congruo tempore, poſsit aliquo iuris remedio à correo repetere partem, quæ ad eũ ſpectabat? Et licèt pluribus argumentis eleganter contendat Anton. Faber, correo qui totum ſoluit, nullam prorsùs actionem aduerſus alterũ correum (ſi ipſi ſocij non ſint) competere, adeò vt neque mandati agere poſsit, neque negotiorum geſtorum actione, neque de in rem verſo, neque condictione vlla, neque vtili, aut directa actione dimiſsi creditoris, vt ipſe latiſſimè proſequitur *lib. 11. coniect. cap. 1. cum 8. ſequẽtib. & cap. 11. & 17.* Griuell. *deciſ. Dolana 80.* Laſſarte *de gauellis dict. cap. 9. num. 31.* tamen contrarium receptius eſt, ſcilicet poſſe correum qui ſolidum ſoluit, partem ab alio correo (licèt ſocij non ſint) repetere, vtili, vel negotiorum geſtorum actione, *l. 2. C. de duobus reis*, elegans, & ſingularis text. *in l. perceptione 3. D. de his qui deiecerunt*, Anton. Gomez *2. tomo var. cap. 12, num. 3.* Alex. Trentacinq. omninò videndus *lib. 3. var. tit. de ſolution. reſol. 34. à nu. 34.* Theſaur. *deciſ. 191.* Cencius *quæſt. 110. à num. 30.* (vbi quid ſi excauſa lucratiua correi debendi ſint) Amato *reſol. 37. nu. 36.* Ioan. Baptiſt. Thoro *2. part. comp. deciſ.* verb. *correus debendi*, Paulus Gallerat. *de renunciat. tom. 2. cent. 1. renũc. 76. num. 1.* Hodierna *ad Surdum deciſ. 308. num. 29.* Nouarius ſtatim referẽdus, ex Surd. Coſta, Bellono, Gratiano, & Amato, Merlinus *de pignorib. d. lib. 4. quæſt. 75.* nullo ex his relato præter Amatum, & quos ipſe refert, nouiſſimè doctiſsimus D. Salgado in ſuo nõ tortuoſo, ſed elegantiſsimo *labyrinth. creditor. 2. part. cap. 7. nu. 59.* quod inſigne opus peruenit ad manus, pridiè, quàm hæc prælo darentur.

37 Difficilior t longè inſpectio eſt, an fideiuſſor qui ceſsionem nõ obtinuit, poſsit, quod ſoluit, aliqua actione, vel remedio repetere? Et debitoris principalis reſpectu, indubium èſt, ceſsione non indigere, & citra eam, mandati, vel negotiorum geſtorum actione, quicquid ſoluit, ab eo poſſe recuperare, vt diximus ſup. ex Heringio, & aliis. Quarè in eo potiſsimum res eſt, an ei aliqua via ſuccurratur, vt aduerſus alios confideiuſſores agere poſsit? Et omni prorsus auxilio deſtitutum eſſe ſatis apertè probari videtur, *ex l. vt fideiuſſor, D. de fideiuſſorib. l. cum alter, C. eodem tit. d. l. 11. tit. 12. part. 5.* quibus cauetur, fideiuſſori aduerſus confideiuſſores actionem dandam nõ eſſe, niſi à creditore ceſsionem habuerit, quàm ſententiam ex Donello, & aliis veriorem dicit Hering, *de fideiuſſ. cap. 27. part. 3. à num. 9.* Griuell. *dict. deciſ. 80. per tot.* Laſſarte *dict. num. 31.* Cancer. *2. part. var. cap. 5. num. 152.* Parrador. *2. part. cap. fin. 4. part. §. 6. num. 1.* Gregor. Lopez *in dict. l. 11. gloſ. 2.* Rodriguez *de execut. cap. 3. num. 28.* Amato *dict. reſol. 37. nu. 41.* Nouar. *ad Frãch. deciſ. 55.* verſ. *nota tamen*, videndi Gaſpar Theſaur. *in additione ad dict. deciſ. Theſaur. 191.* Viſconte *concl. iur.* verb. *fideiuſſori ſoluenti*, Hodierna *ad dict. deciſ. 308. num. 30.* videndus Coſta *de ratione ratæ, quæſt. 22.* vbi de fideiuſſore, & correo loquitur, ſed obſcurè, & inuolutè, qui cum eadem perplexitate loquitur *in tract. de retrotractione, cap. 9. caſ. 5. per tot.* Cyriac. *cont. 211. n. 14.* qui aſſerit, cõfideiuſſorẽ ceſsione non indigere, quando ipſimet fideiuſſores ſibi prouiderunt, vt inuicẽ ſe conſeruarent indemnes.

Quæ t ſententia etſi iure ſtricto vera ſit; tamen æquius videtur, fideiuſſori, qui ceſsionem non obtinuit, aliquo remedio ſuccurrendum, nè totius fideiuſsionis damnum ſentiat, cùm ſolidũ ſoluens alterius confideiuſſoris negotium geſſerit, tenet Heringius ſibi cõtrarius *de fideiuſſor cap. 25. à num. 137.* facit ratio text. *in l. 2. C. de duobus reis, l. ſi* 38

l. si & me, & Titium, D. de rebus credit. (de cuius intellectu, & quæ necessaria sint, vt eius decisio locū habeat, consule omninò Costam *de remediis subsid. remed.* 12. *per tot.*) melior text. *in l. alterius* 20. *D. de tutel. & rationibus distrah* ibi: *Sed æquitatis ratione suadente, per vtilem actionē ei subueniri, in quantum alter reuelatus est, oportet*, sequitur Mainardus *decis.* 49. *num.* 1. *lib.* 2. Fōtanell. *decis.* 216. *à n.* 1. *ad* 6. vbi resoluere videtur, quæ ipse in decisa reliquerat *de pactis nuptial. clausul.* 4. *glos.* 18. *part.* 2. *num.* 57. vers. *attē tè*, Costa *dict. tract. de remediis subsidiariis, rem.* 33. *num.* 16. & 17. & *remed.* 84. *num.* 5. & in hanc sententiam declinare videtur Merlinus *dict. lib.* 4. *quæst.* 70. *n.* 6. & 7. dū refert Fōtanell.

39 Tertius † verò hypothecæ possessor qui cessionem non habuit, an aliqua ei actio competat contra principalem debitorem, vel alios compossessores hypothecarum? decisum non inuenio. Dicerem ego, ei qui soluit, si iniustus possessor esset, nullam actionem competere; retentionis tamen iure pro eo, quod præstitit se defēdere, & tueri posse, si dominus hypothecam ab eo vindicare intenderet. Si tamen iustus possessor esset, contra debitorem à quo causam habuit agere poterit, iuxta Cēcium *de censibus quæst.* 98. *num.* 79. similitèrque aduersus alios compossessores, ad exēplū correi, qui à creditore cōuētus solidū soluit, quasi videatur omnes possessores correos debēdi esse, & ex ipsa detētatione tacitè obligatos, vt ex Milanēs. Surd. & aliis probat Amato *d. resol.* 37. *n.* 22. Gratian. *discept.* 701. *nu.* 4. licèt non aduersus omnes possessores agere posset; sed tantùm cōtra eos, quos conuenire posset si cessionē habuisset, iuxta resoluta sup.

40 Extraneus † etiam qui sine cessione soluit, debitorem actione negotiorum gestorum poterit conuenire, nisi eo inuito, & contradicente soluisset: quia tūc quāuis debitorem liberet, actionē negotiorū gestorū aduersus eū non quærit, vt ex Beltramino, Hering. Vāder, & Osualdo suo loco diximus.

His † ita diffinitis, & resolutis aduerto, quòd quamuis sine cessione actionem tribuamus correo, fideiussori, tertio possessori, & extraneo soluētibus; tamen eis longè vtilius erit, cessionē à creditore habere. Quapropter anxiè in iure quæsitum inuenimus, de cessionis potestate, & an ex interuallo facta vtilis sit? Cessionis autem commodum, in eo potissimùm consistit, quòd correus, vel fideiussor cessionis virtute non solùm priuilegiis cedentis gaudet, *l. mandati actio, C. mādati, l. si prius* §. *à Titio, D. qui potiores in pignor. habeantur*: sed etiam executiuè agere poterit, quemadmodùm cedens posset, vt post alios tradit Felicianus *de censibus tom.* 1. *lib.* 3. *num.* 4. & 5. Gironda *de priuileg. num.* 894. Parlador. *libr.* 2. *rer. quot. cap. fin.* 4. *part.* §. 6. *nu.* 1. Rodriguez *de execut. cap.* 3. *num.* 26. Cur. Philip. 1. *tom.* 2. *part.* §. 9. *nu.* 9. Lassarte *dict. cap.* 9. *num.* 3. ex Gaito, & aliis Acosta *de priuileg. credit. reg.* 3. *ampliat.* 2. *num.* 55. & 56. Casanate *cons.* 10. *nu.* 103. de quo infrà latè agemus. Cùm si actionem mandati, vel negotiorum gestorum instituerent, viā executiuam, nec prælationem dimissi creditoris non haberent, Parlador. *dict. cap. fin.* 3. *part.* §. 4. *à num.* 2. Felician. *dict. num.* 4. Cancer. 2. *part. var. cap.* 5. *à num.* 148. *ad* 154. Rodriguez (qui circa finem limitat nisi debitor fideiussorem indemnem seruare promisisset) Gutierrez *dict. allegat.* 4. *nu.* 3. vbi cōtendit, fideiussorem mandati agentem præferendum fore aliis creditoribus personalibus posterioribus eiusdē debitoris, sequitur Cancer. vbi proximè *à num.* 149. In † eo etiam cessionis vtilitas detegitur, quòd fideiussor si actione mandati agat, cùm personalis sit, tertiū possessorē cōuenire nōpoterit; secùs tamē erit, si virtute cessionis experiatur, Cāc. *sup. n.* 162. Fōtanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 18. *p.* 2. *nu.* 70. Ripol. *var. resol.* 5. *vlt. à num.* 382.

41

42

Quæ

Quæ † diximus de fideiussore, vt non aliter viâ executiuâ agat, quàm si creditor iura sua executiua ei cesserit, declarauis procedere in fideiussore cõtractus, nõ verò in fideiussore iudicij, qui si exactus fuerit, executiuè contra principalem citra cessionem agere poterit, *l. fin. C. de vsuris rei iudicatæ*, ibi: *Quia per medium fideiussorem, statim pecunias soluere compellebatur*, Rodericus Suarez *tit. de los emplazamiẽtos, l.* 2. vers. *sed pone, nu.* 22. & 25. Trẽta-cinq. *lib.* 2. *var. tit. de expẽs. resol.* 3. *n.* 4. & 6. Guzman *de euictionib. q.* 16. *n.* 48. & 51. Marius Burgius *de modo procedendi ex arrupto cent.* 1. *q.* 5. *num.* 253.

43 Verùm † cum satis nota sit vtilitas quæ ex cessione, vulgo *carta de lasto*, prouenit, quæri solet, qua actione petenda sit. Qua in re aduerto, cessionẽ triplici modo desiderari posse, per viã exceptionis, actionis, vel officio iudicis, vt diximus in initio huius tituli.

44 Quoad aliud verò, an eiqui omissa exceptione cedendarũ soluit, aliquo remedio subueniẽdũ sit, si creditor culpa, vel facto suo cedere nõ posset, *gloss. in l. cum is de fideiussoribus*, quã cõmuniter probant Doctores, resoluit, solutũ tanquàm indebitum repeti posse, quia omissa exceptio locũ aperit condictioni, ac si quod solutũ est, fuisset indebitũ, sequitur Greg. Lop. *in l.* 11. *tit.* 12 *p.* 5. *glos.* 2. quãsententiam communem, & receptã esse testatur Ant. Faber *lib.* 11. *coniect. c.* 20. Ipse tamen nè cum his quæ aliis placuerunt cõueniat, contendit cõdictioni indebiti locũ non esse: quia hæc exceptio nõ respicit ius debiti, sed personæ: & quia omissio huius exceptionis non impedit, quin ex solutione liberatio sequatur, quæ sanè impediretur, si locus condictioni esset: quẽadmodùm ex contrariò secuta liberatio impedit cõdictionem indebiti, *l. si pœnæ* 19. *§.* 1. *l. vt fideiußor* 59. cum aliis quas allegat.

45 Hæc † verò tanti nõ sunt, vt in Fabri sententiã eam, imò libens cõmuni sententiæ assentior: quia qui exceptione perpetuâ tutus est, quod soluit quasi indebitũ repetit, *l. qui exceptione* 40. *D. de condict. indebiti.* Et debitor quis esse desinit, ex quo exceptionẽ iustam nactus fuit, *l. Marcellus* 66. *D. de reg. iur.* Nec obest, exceptionẽ hãc debiti ius nõ respicere, neq; impedire liberationẽ: quia licèt meliorameẽtorũ, & expensarũ exceptio ius debiti nõ respiciat, tamẽ certũ est, eum qui ratione expensarũ fundũ retinere poterat, si sine deductione earũ fundũ tradiderit, (ex qua traditione liberatio etiam inducitur) condictionẽ indebiti habere, *d. l. qui exceptionẽ, §. si pars, D. de condict. indebiti, l. quod si nulla, D. de leg.* 1 Arism. Tepat. *var. tit.* 272. *c.* 8. vers. *res tradita.* Similitèr qui cautionẽ aliquã ab eo cui soluit petere poterat, si eã omissa, & non petita soluat, quasi plus soluerit, repetit *l. si quis* 39. *D. de condict. indebiti.* Et † regularitèr si res tradatur, aliter vel pingius, quã debebatur, condicitur, vt retineatur. Quæ cõdictio quæ nudã retraditionẽ cõtinet, an indebiti, vel incerti sit, disputat Ioãnes Garcia *de expensis, c.* 7. *à n.* 6. ad intellectũ *d. l. qui exceptionẽ, §. si pars, d. l. quod si nulla, cũ aliis* Cũ igitur is qui omissa exceptione cedẽdarum soluit, pinguius, alitèrque quàm debebat soluerit, æquum est, ei condictione succurri, nè damnum ex facto, & culpa creditoris sentiat. 47.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor conuentus, & exactus per creditorem, an possit in eodem iudicio, & coram eodem iudice principalem debitorem pro quo soluit conuenire. negatiue resoluitur, nisi fideiussor non contractus, sed iudicij fit, quod extẽditur ad correos, & possessores soluentes,* & n. sequentib.

3 *Intelligitur* tex. in l. cũ eorũ, C. de sententiis, & interl. omn. iudic.

4 *Fideiussor à Fisco exactus coram*

iudice Fisci trahere potest debitorem principalem.

5 *Reprobatur opinio* Fontanellæ, & Parlador.

6 *Correo vel fideiussori soluenti, an creditor actiones suas aduersus alios correos & confideiussores cedere debeat insolidum, vel pro rata*, & num. 9.

8 *Correus, vel fideiussor, qui solidũ soluit, & cessionem obtinuit à creditore, potest aduersus quemlibet ex correis, vel confideiussoribus insolidum agere: dempta rata, quæ ad eum expectabat, si diuisionis beneficio renunciatum fuit*, & numer. 9.

10 *Fideiussor exactus insolidum ab alio confideiussore, potest cessis sibi iuribus rursus insolidũ agere aduersus vnum ex aliis confideiussoribus, dempta sua rata.*

11 *Correus, vel confideiussor, qui soluit, si virtute cessionis aduersus alios insolidum dempta sua parte agat: quonam modo debitum, & pro qua parte sit exigendum, vt inopis debitoris, vel confideiussoris periculum omnes æqualiter sentiant*: cum num. sequentib. vsque ad numer. 18.

17 *Correus debendi, adquem nulla vtilitas contractus peruenit, conuentus à creditore, an possit desiderare, vt suis sumptibus correus, qui commodum percepit, conueniatur.*

18 *Tertius possessor, qui soluit, & obtinuit cessionem à creditore: an debeat agere aduersus alios compossessores pro rata, vel possit insolidũ eos conuenire.* cum num. sequentib. vsque ad n. 33.

Tertius possessor, qui agit virtute cessionis contrà alios compossessores: an teneatur eis cedere actiones, etiam contra se.

29 *Creditor in cuius fraudem debitor bona alienauit, potest agere reuocatoria aduersus quẽlibet ex emptoribus, tametsi diuersis temporibus emissent: nec cogi potest, vt aduersus posteriorem emptorẽ agat.* & num. 30.

31 *Creditor hypothecarius in cuius præiudiciũ debitor posteriores creditores dimisit, potest auocare pecuniam à creditore posteriori, quẽ elegerit.*

32 *Ratam quam deducere debet tertius possessor, qui agit aduersus alios: an æstimanda sit, respectu rei, vel corporis, an verò respectu valoris eius.*

33 *Fideiussor, vel correus agens aduersus alios virtute cessionis, quomodò, & pro qua parte recuperet expensas litis, in quibus ipse creditor cedenti fuit condemnatus.*

34 *Correi debendi, vel confideiussores insolidum obligati, an sicut pro sorte insolidum condemnantur, ita etiam pro expẽsis litis insolidum condẽnandi sint, vel pro virili portione.*

35 *Condemnatus in causa criminali, an* potest pro litis expensis in carceribus detineri.

36 *Expensæ litis, quibus quis fuit condemnatus sequuntur naturam & causam principalis condẽnationis.*

37 *Prælatio quæ datur emptori in casu euictionis, eadem competit pro litis expensis.*

38 *Depositum vt legitimum sit, non solum debet esse de principali condẽnatione, sed etiam de litis expensis in quibus litigãs fuit condemnatus.*

39 *Creditor qui plures reos debẽdi, vel fideiussores condemnauit in solidum, non potest agere aduersus eos insolidum pro litis expensis: sed in praxi contrarium procedit.*

41 *Correus, vel fideiussor, qui condemnatus soluit principale debitum cum litis expensis, si cessionẽ obtineat, quas litis expensas aliàs correis*

correis, vel confideiußoribus repetat.

42 *Fideiussor condemnatus in expensis litis, an eas repetere possit à debitore principali, & pro eis cessionẽ à creditore obtinere.*

43 *Fideiussor qui soluit pro debitore, repetit ab eo pecuniam cum damnis, interesse, & expensis litis, nisi temerè, & sine causa litigasset.*

44 *Expensæ litis quas fideiussor repetere potest à principali debitore, actione mandati petendæ sunt.*

45 *Creditor qui condemnauit fideiussorem ad solutionẽ debiti cum expensis litis, an sententiam possit exequi contra debitorem, tàn pro sorte, quàm pro expensis,* & numer. 47.

46 *Fideiussor potest efficaciter obligari, licèt ex aliqua causa, vel speciali beneficio principalis debitoris obligatio non subsistat.*

48 *Fideiußor agens virtute cessionis, vel actione mandati, quibus exceptionibus repellatur: et quid si omiserit opponere aliquam exceptionem.*

49 *Fideiußori, qui virtute cessionis, quam habuit à creditore apprehendit possessionem bonorum debitoris, an possit opponi, vt pecuniam quã accepit pro fideiubendo recipiat in computum.*

50 *Fideiussor an possit aliquid recipere pro fideiubendo, & quid in foro conscientiæ.*

51 *Fideiussor qui soluit debitum cũ expensis, & decima, si virtute cessionis nouam executionem petat, an alia decima debeatur executori.*

52 *Fideiussor, vel correus condemnati ad solutionem debiti, & expensarum, an virtute cessionis possint expensas litis recuperare ab alio correo, vel confideiussore.*

53 *Soluens pro alio sortẽ cum vsuris, si cessionem obtineat, an possit ab eo pro quo soluit, exigere vsuras vsurarum,* cum num. sequentib.

56 *Tertius soluens creditori sortem cũ vsuris, siue ex iure sibi cesso, vel actione mandati, aut negotiorũ gestorum agat, vsuras vsurarum à debitore pro quo soluit exigere non valet.*

57 *Creditor secundus offerens priori creditori sortem cum vsuris, vsuras vsurarum non exigit.*

58 *Fideiussor soluens pro debitore sortem cum vsuris, rectè agit actione mandati, vel negotiorum gestorum ad vsuras vsurarum, aduersus debitorem.*

Nec non aduersus confideiussorem pro parte, quæ ad eum spectabat, ibidem.

QVÆSTIO V.

Fideiussor, correus, vel tertius possessor, qui condẽnati soluerunt, an possint cessis sibi iuribus in eodem iudicio principalem debitorem, confideiussores, correos, vel composessores conuenire. Et an insolidum, vel tãtùm pro rata agere debeant, tàn pro sorte, quàm pro expensis.

HVIVS quæstionis propria sedes erat, titulus sequens; cùm in eo de iuribus à cessionario exercendis agatur: sed tamen cùm eius disputatio superioribus quæstionibus proxima, & quasi consectaria sit, ideò conueniens duxi, eam hoc in loco expedire.

Fideiussor conuentus & à creditore coram vno iudice exactus, coràm ipso aduersus debitorem principalẽ age

re posse, licèt competens iudex nõ esset debitoris, tenet Angel. *in l. 1. D. iudicat solui*, Bart. & Salicet. *in l. cum eorum, C. de sent. & interloc. omnium iudicum.*

2 Veriùs † tamen est, fideiussorẽ, correum, vel tertium possessorem, siue cessis iuribus agat, siue mandati, vel alia actione experiatur, debitoris, correi, vel confideiussoris, seu compossessoris sorum sequi debere, quam sententiam infideiussore contractus, veram esse testatur Baldus *in dict. l. cum eorũ*, qui communiter est receptus.

3 Nec † obest *dict. l. cum eorum*, ex qua iuxta vnam lecturã deducitur, fideiussorem captum pro debito, posse per eundem iudicem facere capi reum principalem. Nam id procedit in fideiussore iudicij, non verò in fideiusore contractus: quam distinctionem probant post antiquiores Rodericus Suarez *in l. 2. tit. de los emplazamientos*, vers. *sed pone, num. 23. & 24.* Bertazolus *clauſ. 43. gloſ. 8. num. 2.* Lara (quem ego cum dicta distinctione accipio) *de vita homin. cap. 21. nu. 60.* Gratian. statim referendus Alex. Trentacinq. *lib. 2. var. tit. de expensis resol. 3. nu. 4.* Guzman *de edictionib. quæstion. 16. numer. 49.* Cancer. *2. part. variar. cap. 5. numer. 24.*

Hæc † in fideiussore, qui apud Fiscum interceſsit, non procedunt: nam
4 si is Fisco soluerit, poterit reum principalem coram iudice Fisci conuenire, siue à Fisco iura cessa habeat, siuè nõ, *l. cum vendente, C. vbi causæ Fiscales*, Bart. & Bald. *in dict. l. cum eorum*, Suarez *sup. num. 24.* Gratian. *1. tom. cap. 154. à num. 21.* Lara *dict. num. 60.* Alfaro *de officio Fiscal. gloſ. 16. prin. 36. nu. 148* ex Peregrin. & aliis Farin. *infrag. lit. F. num. 186.* quibus conuenit Horat. Carpan. *ad stat. Mediol. tom. 1. cap. 445. num. 64.* qui asserit, cessionarium Fisci ex causa necessaria, posse debitorem coram iudice Fisci conuenire, sequuntur alij de quibus infrà *tit. 6. quæst. 3. num. fin.*

Ex his † colliges cautè legendum esse doctum Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 18 part. 2. num. 59. & 60.* qui ex Parlador. decisum refert, tertiũ possessorem, vel fideiussorem insoliduũ conuentum, & exactum posse cessis sibi iuribus per creditorem in eodẽ iudicio, & cum eodem processu, absque alia causæ cognitione executionem eiusdem sententiæ aduersus alios confideiusores, vel compossessores petere. Quæ assertio vera nõ est, & in duobus deficit. Primo, quia cõfideiussori, vel compossessori sententia lata contra alium confideiusorem, vel compossorem non nocet, nec eius virtute executio poterit intendi; sed instrumenti, & obligationis, simùlque cessionis virtute, noua executio, nouumque iudicium institui debet. Secũdò, quia executio non coram primo iudice, sed coram eo, qui competens sit confideiusoris, vel compossessoris petenda est, iuxta doctrinas proximè relatas.

Cognito † iam, coram quo iudi- 6
ce comparere debeant fideiussor, correus, vel tertius possessor, qui soluerunt, videamus quomodò agere debeant, & conuenire correos, confideiusores, vel compossessores, an scilicèt insolidum, vel pro rata? Cuius dubij propositio apertè supponit, creditorem eis insolidum actiones suas cedere debere: nam si pro rata cessæ essent, frustra quæreremus, an insolidum agere posset. Insolidumque creditorem actiones suas cedere teneri, cùm cedere debeat ius quale ipse habet, post Bartol. *in l. Modestinus, num. 10. D. de solutionibus*, & alios classicos, Heringius *de fideiussor. cap. 27. part. 3. à num. 28. & 31.* Cancerius *2. part. variar. cap. 5. numer. 32.* ex innumeris Ant. Amat. *lib. 1. var. resol. 37. num. 42. & 43.*

Quod † nè inæquiuoco versemur 7
sic accipio, vt non insolidum prout à principio ius creditor habebat, cedere teneatur, ita vt pro ea parte, quæ ad soluen-

soluentem spectabat actiones ei cedat, sed tantùm insolidum pro cæteris portionibus, quæ ad alios debitores pertinent; exemplo res demonstrabitur, finge tres esse fideiussores, vel correos insolidum pro 300. quorum vnus conuentus, solidum hoc est integra tercenta soluit, ei creditor cedere tenebitur actionem non in solidum pro 300. sed dempta parte quæ ad soluentem spectabat, hoc est insolidum pro 200. ita vt non satisfaciat, si pro virili cedere paratus esset, id est contraquelibet ex aliis pro singulis 100. Ad quæ reducenda sunt, quæ aliquantulum obscurè tradit Anton. Faber *libr.* 11. *coniectur. cap.* 14. à versic. *sed illud hic*, quæ rectè explicat Heringius *à num.* 28. *ad* 37. vbi idem esse profitetur, etsi correi, vel fideiussores diuisionis beneficium haberent: quia cessio insolidum fieri posset, licèt exactio si de beneficio diuisionis opponeretur pro virili tantùm facienda esset, sequitur Hunnius *in Encycloped. iuris* 3. *part. n.* 5. *à num.* 7.

8 Hoc † præmonito, tametsi certi iuris sit, fideiusorem contra reum principalem cessis sibi iuribus insolidum agere, *cap.* 2. *de fideiussor.* Fontanella *decision.* 216. *num.* 6. tamen circa exactionem quæ ab aliis confideiussoribus faciēda est, aliter; atque aliter sentiunt interpretes. Ego vt rem tùm succintè, tùm clarè aperiam, separo correos, & confideiussores, à tertiis possessoribus: quia correorum, & confideiusorum vnum ius, seu inspectio est: compossessorum verò diuersa. Et licèt quoad correos, & confideiussores veritas variis resolutionibus agitetur, iureque communi attento rem obscuram esse appareat, ex prolixè traditis per Cencium *quæstion.* 71. *à num.* 2. Anton. Amatum *resolut.* 37. *numer.* 42. qui anxiè agunt de componendis in hoc puncto contrariis Rotæ decisionibus, Pacificus *de Saluian. interd. insp.* 3. *c.* 7. *à n.* 933. *ad* 957. ominò videndus, qui post longam disputationem arbitrio iudicis relinquit, an cō fideiusori, vel correo soluenti, danda sit repetitio, vel non aduersus confideiusores, vel correos, idem Pacificus *decision.* 163. De iure nostro Regio post *l.* 11. *tit.* 12. *part.* 5. idem dubium agnoscunt Parlador. *cap. fin.* 4. *part.* §. 6. *num.* 3. Rodriguez *de executione*, *c.* 23. *num.* 28.

Tamen † vtroque iure, omisso Anton. Fabro *dict. cap.* 14. Dornsperg. 9
lib. 2. *syntag. iuris*, *part.* 1. *cap.* 30. a versicul. *quid autem.* ex omnium scribentium mente statuendum est, vnum ex pluribus correis, vel fideiusoribus insolidum obligatis, qui solidum soluit, posse cessis sibi iuribus dempta sua parte aduersus alios insolidum experiri: sin verò diuisionis beneficio non renunciassent, pro virili, & ratâ quæ ad quemlibet spectabat, eos conuenire debere agnoscunt, ex Regnicolis Parlador. & Rodriguez sup. Felician. *de censib. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 16. *& tom.* 2. *dict. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 9. Rodriguez *de reditib. lib.* 2. *quæst.* 17. *nu.* 14. *&* 15. qui sequitur Greg. Lopez, Rodriguez *de executione*, *cap.* 3. *nu.* 28. ex aliis Cancer. *dict. cap.* 5. *num.* 32. Fontanell. *dict. glos.* 18. *part.* 2. *num.* 55. *& decis.* 216. *à nu.* 6. Cencius, Maurus, Hering. quos laudat Amato *sup. num.* 47. Capycius Latro *decis.* 32. *nu.* 7.

Verùm † si cessionis virtute vnus ex 10
correis, vel fideiusoribus dempta parte quæ ad correum, vel fideiusorem cessionarium spectabat, insolidum exactus sit, poterit ipse ab eo cui soluit, iurium cessionem desiderare, & rursus ex iure sibi cesso dempta sua parte aduersus alios correos, vel confideiusores insolidum experiri: qua via vnusquisque ex correis, vel fideiusoribus soluet partem, & virilem portionem, quam quisque ex contractu percepit, vt aduertit Parlador. *dict.* §. 6. *numer.* 3.

Quæ † rectè procedunt, & æqua- 11
litas inter omnes correos, vel fideiusores seruatur, si omnes idonei,

& soluendo sunt: sed si ex eis vnus soluendo non esset, inæqualitas resultaret, omnibusque periculum fideiussionis non communicaretur, imo potius qui vltimo loco conuenitur, deterioris esset conditionis: cùm portio illa quæ ad correum, vel fideiussorem non idoneum spectabat, suo damno cederet. Nam pone, quatuor esse fideiussores, vel correos pro 400. soluit primus insolidum, qui dempta sua virili, idest 100. à secundo 300. recuperauit: secundus similitèr demptis 100. quæ ad eũ spectabant, à tertio 200. exegit. Tertius agit contra quartum, qui si soluẽdo esset, demptis suis 100. residua 100. ab eo haberet; sed si fortè idoneus non esset, illorum 100. periculum suũ esset; & alij duo, idest primus, & secũdus, melioris essent conditionis.

12 Quapropter † eo casu aliter se res habebit, & damnum fideiussoris, vel correi non idonei, inter omnes communicabitur, *l. verum, §. si cum tres, D. pro socio, l. plures, D. de administrat. tutor.* Carocius *decis.* 87. *num.* 2. Parlador. *dict. §. 6. nu.* 4. Hering. *dict. cap.* 27. *part.* 3. *nu.* 36. Cancer. *dict. cap.* 5. *num.* 321. *in fin. & num.* 333. Exemplo res clara fiet, iuxta *l. prætor.* 3. §. *quotiens* 2. ibi: *Quod dico exemplo manifestius fiet, D. de collatione bonor.* si fingamus speciem, in quatuor fideiussoribus, vel correis in 400. insolidum obligatis, quorum primus si 400. integra soluerit, à secundo 267. minus 8. marepetinos recuperat, ipseque cessis sibi iuribus à tertio 133. & 8. marepetinos habebit, quo facto damnum inopis correi, vel fideiussoris æquâ lance eis officiet, cùm vterque ex tribus idoneis 133. & 8. marapetinos præstet, vt rectè notauerat Greg. Lopez *in dict. l.* 11. *glos. debe tomar*: vbi in fine aduertit, quòd si fortè non insolidum fideiussores, vel correi tenerentur, si vnus eorũ solidum soluat, periculũ vnius qui idoneus facultatibus non est, ad soluentẽ tantùm spectaret, qui id sibi imputare debet, cùm potuisset beneficio epistolæ Diui Adriani iuuari, *§. si plures*, versic. *sed si ab vno, Inst. de fideiussorib.* Hering. *dict. cap.* 27. *part.* 2. *num.* 23. Nec placet mihi Gothofred. ibi, aliter sentiens, & limitãs, *dict.* vers. *sed si ab vno*, vbi fideiussor cessas à creditore haberet actiones.

Sed † quemadmodùm ex eo, quòd confideiussorum, vel correorum alter 13
non soluẽdo esset, damnum sequi posse diximus, ei qui postremo loco conueniebatur, nisi à principio oppositâ confideiussoris inopiâ, portio quæ ad eum spectabat inter omnes diuideretur: ita è conuersò posset accidere, vt is qui postremo loco exigitur, melioris esset conditionis, veluti si omnes fideiussores idonei essent, simul atque & debitor principalis: nam eo casu is qui vltimo loco conuentus fuit, solaque 100. ex 400. soluit, posset cessis sibi iuribus à debitore principali, integra 400. consequi, qui locupletaretur cùm aliorum confideiussorum damno: vel si diceres, vltimo loco cõuentum pro eo tantùm quod soluit agere posse contra debitorem, euenire aliorum fideiussorum, qui prius soluerunt, æqualem esse cum debitore principali fortunam, solumque indemnem seruari eum, qui vltimo loco exactus 100. soluit: sin verò magis placeat, debitorem ab eo, qui vltimo loco soluit, pro 400. posse conueniri, tercentaque aliis confideiussoribus restituere teneri, & ipsos contra eum pro sua virili portione agendi ius esse, quo pacto omnes indemnes remanebunt: euenire vt fideiussores perpetuis litium anfractibus, & sumptibus cum magno incommodo inquietentur, lituumque inueniretur multiplicitas, quæ quantũ fieri posset, amputanda est, *l. singulis 6. D. de exceptione rei iud. l. quidam 21. D. de rebus creditis.*

Cuius † casus perplexitatem licèt 14
non considerauerit Anton. Faber *libr.* 11. *coniect. c.* 14. nec vllus ex his quos viderim; tamen vt circuitus eũitetur, eius fuit sententiæ, quòd fideiussores,

vel

vel correi, non insolidum dempta rei cessionarij parte, sed pro virili tantũ conueniantur: idem placuit Dornsperg. *dict. lib. 2. part. 1. cap. 30. vers. quod autẽ*, qui refert Colleriũ. Hartman. Pist. Rochengalium, & Franch.

15 Quorum † opinio licèt plausibilis videatur, tamen eorum fundamenta me à communi sententia non retrahunt: quia si admitterẽmus, correum, vel fideiussorem, qui solidum soluit, pro virili tantùm aduersus alios agere teneri, non rectè diceremus, eum cedentis personam induere, eiusque iuribus, atquè priuilegiis potiri: cùm creditori liberum sit, aduersus quemlibet insolidum agere. Vltra quòd is qui solidum soluit, si ei insolidum dẽpta sua parte agere non liceret, deterioris conditionis esset, cùm pro recuperandis 300. quę soluit, tres lites, & forè in diuersis tribunalibus instituere necesse haberet.

16 Vndè † communi sententia retenta, in eo potissimum erit difficultas, vt respondeamus, & vitemus circuitus, & damna quæ proximè considerauimus, eo casu quo fideiussores omnes, & debitor principalis solnendo sunt. Quibus ego dupliciter occurri posse existimabam. Primò, si fideiussor qui a confideinssore insolidũ cõuenitur, desideret vt prius communibus omnium confideinssorum expensis, reus principalis excutiatur, quod ei indulgendum est, cùm id in nullius damnum cedat, & res facilius expediatur. Nec † in iure insolens est, vt hi ad

17 quos pecuniæ non peruenerunt, desiderent vt prius suis sumptibus is qui cõmodum percepit, conueniatur, vt accidit *in l. Vnde quæritur 7. iunct. l. 5. §. vlt. D. commodati*, Bart. *in authen. hoc ita, C. de duobus reis*, Angel. Imola *in l. reos, C. de duobus reis*, Alex. Trẽtacinq. *lib. 3. var. tit. de solutionib. resol. 34. à num. 39. & 41.* explicat Anton. Faber *lib. 11. coniect. cap. 1.* Carocius *de excussione 2. part. quæst. 2. à nu. 1. & 41.* ex aliis Arias de Mesa *lib. 2. var. cap. 14. nu. 5.* Leotardus *de vsuris, quæst. 94. num. 71. & 72.* qui loquuntur in fortioribus terminis. Altero, & secũdo modo, vt fideiussor exactus, qui cõfideiussorem conuenit, ei contra alios confideiussores insolidũ actiones suas cedat: contra reum verò principalem non insolidum, sed cum reseruatione illius partis, quam pro eo expendit, vt eam ipse à debitore consequatur: quo facto æqualitas inter omnes seruabitur, cùm quilibet ea quæ de suo expẽdit, possit a debitore recuperare.

Quæ † de correis, & fideiussoribus dicta sunt, nõ indistinctè in tertiis pos- 18
sessoribus procedunt: quare eorum ius & causam diuersam esse superiùs monuimus: quod vt qua potuerim claritate explicem, aduerto, interpretes in hoc articulo duo inuoluere. Primum, an tertius possessor, qui cessionem à creditore obtinuit, compossessoribus iura sua aduersus se cedere teneatur? Alterum, an insolidum, an vero pro rata, aduersus eos agere debeat? quæ duo in idem reincidunt: quia si tertius possessor compossessoribus contra se cedere non tenetur, insolidum aduersus eos agere poterit: sin verò contra se cedere debere dicas, sufficiet vt ratam, quæ suæ possessionis respectu ad eum pertinet, deducat, & pro cæteris portionibus alios compossessores cõueniet, vt post Felician. rectè notat Auendaño *de censibus, cap. 100. nu. 13.*

Quarè † nos sub hoc quæsito an ter- 19
tius possessor contra compossessores virtute cessionis insolidum, vel pro rata agere debeat, simul explicabimus, an contra se cedere teneatur? In qua re distinguendũ est, inter tertiũ possessorẽ, qui a debitore; & inter eũ qui ab aliquo ex fideiussoribus causã habet: nã si à fideiussore hypothecam haberet, cõuentusque hypothecaria actione solidum creditori præstitisset, existimarẽ eum aduersus tertios bonorum debitoris possessores insolidum, & absque vlla ratæ detractione agere posse, vt soluant, aut dimittant hypothecas: quemad-

quemadmodùm fideiusor à quo tertius comparauit agere posset, si soluisset: postquæ diù scripta notaui pro hac sententia Milanens. *lib. 2. decis. 1. à numer. 52.*

20 Si verò † tertius possessor qui soluit, à debitore principali rem emisset, si cessis sibi iuribus aduersus alios cõpossessores, qui à fideiusore alias hypothecas habuerunt, experiri intenderet, in obscuro est, an ei aliqua actio competat? Actionemque ei denegandam esse ex eo suadetur: quia si debitor ipse soluisset, nulla ei actio aduersus possessores hypothecarum competeret, ac proindè nec ei, qui ab eo causam non habuit, competere debet: nec enim iustum esset, vt ex vẽditione per debitorem factâ, deterioris fieret cõditio fideiusoris, vel eius qui ab eo rẽ accepit.

Ex his † colligo per obscurè, & si- 21
ne distinctione loquutum fuisse doctũ Felician. *de censib. lib. 3. cap. 2. nu. 19. vers. postremi casus, tom. 2.* in eâ quæstione, an possessor teneatur cedere fideiusori contra se? Quam ex Speculatore distinguens ita resoluit, vt quoties possessor habet causam à debitore principali, diuidendum sit debitum inter possessorem, & fideiusorem: si verò a debitore principali causam nõ haberet, asserit debitum diuidendum non esse. Quam Speculatoris distinctionem in Regia Pinciana Cancellaria amplexam fuisse testatur: transcribit Felicianũ per varios numeros Arias de Mesa *lib. 1. var. cap. 23. à num. 16.* qui cù eâdem perplexitate loquitur: reasumit eandem disputationem Auendaño *de censib. cap. 100. num. 15. & 16.* rem tamen non aperit, vt ex ipso videre erit.

22 Planè † si quid mei iudicij est, dubium de quo Felicianus, ex supra à nobis dictis dirimendum erit: vt si tertius à debitore causam habeat, non possit aduersus fideiusorem agere: si verò à fideiusore causam haberet, si contra possessorem, qui à debitore comparauit agere, solidi petẽdi ei ius erit, neque teneretur, vllam ratam deducere, neque contra se cedere, imò tertius possessor aut integrè soluere, aut rem dimittere deberet.

Vndè † difficultas eo demùm casu 23
consistit, quando is qui emit à debitore, vel confideiusore, contra aliũ tertium, qui ab ipsis rem habet, ex iure sibi per creditorem cessso, experitur. Et tunc distinguendum esse arbitror; an tertij possessores vno tempore, vel diuersis hypothecas acquisierint. Nàm si vno tempore emerũt, is qui solidum creditori soluit, dẽpta sua rata aduersus quemlibet ex aliis compossessoribus insolidum experiri poterit, eo mõdo, & formâ, quam in correis, & fideiussoribus seruari diximus: quomodò accipiendus est *text in l. cum possessor, D. de censib.* ibi: *Actiones à Fisco præstabuntur, vt omnes pro modo prædiorum pecuniam tributi conferant*, Parlador. *lib. 2. rerum quot. cap. fin. 4. part. §. 3. num. 21.* Felician. Rodriguez, quos sequitur Cencius *de censib. quæst. 80. n. 19. & quæst. 98. num. 80.* Capyc. *decis. 81. num. 8.* Valascus *de iure emphyt. quæst. 32. num. 15.* Milanens. *lib. 2. decis. 1. à num. 15.* vbi latè *à n. 26.* quomodò tertius qui petit executionem virtute cessionis, procedere debeat: et qua forma executio facienda sit.

Ex qua † verissima doctrina notan 24
dus est lapsus Peregrin. *de iure Fisci lib. 6. tit. 6. nu. 50. & 51.* quem sequitur Acosta *de priuileg. credit. regul. 2. ampl. 7. num. 74.* & ante eum Schifordeg. *lib. 3. tract. 13, quæst. 23.* qui asserunt, tertium hypothecæ possessorem à Fisco insolidum exactum, alios cõpossessores cessis sibi à Fisco iuribus non insolidum, sed pro rata conuenire posse, iuxta *text. in dict. l. cùm possessor.* Quod ex eo textu non probatur, vt rectè defendit Costa *de quot. & ration. quæst. 47.* quem iniustè reprehẽdit Schifordeg. nàm ibi Consultus tãtùm docet, omnes possessores pro modo prædiorum pecuniam cõferre debere:

bere: non tamen asserit, quòd pro rata exactio contra eos faciēda sit, sed insolidum: iuxta formam à nobis traditam, per quam eorum quilibet insolidum conuentus pro rata, & prædiorū modo, in effectu pecuniam confert.

25 Quando † vero tertij possessores diuersis temporibus hypothecas habuerunt, subdistinguendum est, an simpliciter emerint, an verò cum obligatione, & hypotheca bonorum venditoris, qui se expressè obligauit, emptorē indemnem seruaturum. Primo casu quandò simpliciter emerunt, & debitorem, simulque venditorem sola actione personali exempto obligatum habent, crederem eorum vnā esse causam, & eorum quemlibet soluentem dempta sua rata aduersus alios prout diximus insolidum agere posse. Altero verò casu, quo venditio cum hypotheca bonorum pro securitate, in euictionis casum fuit celebrata; periculū ad posteriorem emptorem spectabit, qui si conuentus soluerit, aduersus eū, qui prius emit, iura sibi cessa exercere non poterit. Ratio est, quia prior emptor posterioris emptoris hypothecam obligatam habet. Econuerso verò, si is qui prius emit exactus sit, si aduersus posteriorem emptorem ex iure sibi cesso agat: solidum exiget, nec cōtra se cedere obstringi poterit, nec tenebitur aliquam ratam deducere, cū hypotheca secundi emptoris sibi obligata sit. Quapropter vno, & altero casu posterioris emptoris periculū erit, argum. text. *in l. si quis habens, D. qui & à quibus*, quam sententiam ex solo Feliciano, sequitur Arias de Mesa *dict. lib. 1. cap. 23. à num. 23.* cui addo latissimè agentem Giurbam *dec. 57. à nu. 5.* Anton. Fabrum quem habes apud Fontanellam *de pact. nupt. claus. 4. glos. 18. part. 2. à num. 54.* Anton. Amarum qui dat alios *resol. 37. à nu. 24.*

26 Cùm † igitur is qui postremo egit, damnum sentire debeat, nè si secundus, vel tertius emptor, à tertio possessore, qui prius emit, & cessionem obtinuit conueniatur, diuersæ lites oriantur, asserit Anton. Faber *in C. lib. 8. tit. 24. de exceptionib. def. 42.* creditorem hypothecarium, licèt posset aduersus quemlibet ex tertiis possessoribus agere, *l. moschis, D. de iure fisci, l. creditoris arbitrio, D. de distract. pignor.* tamen tertium possessorem condemnatum si aduersus alios compossessores agere velit, prædictam electionem nō habere, sed necessariò debere recurrere ad posteriorem emptorē, & eo excusso ad penultimum, & sic deinceps: nè ex vna plures lites fiant, quod ex æquitate etiam admittit Iacob. Cancer. 2. *part. var. cap. 5. nu. 198.*

Quæ † sententia quamuis æquitate nitatur, tamen vera non est, imo potius dicerem, primum hypothecæ emptorem, qui condemnatus soluit, siue à creditore iura cessa habeat, siue non; posse aduersus quemlibet ex aliis possessoribus, qui postremo emerunt, hypothecariâ agere: neque teneri aduersus posteriorem emptorem litem instituere: quod sine dubio est, si cessionem habuit à creditore, cùm per eā in omne eius ius succedat: ac per consequēs eandem electionem habebit, quā haberet creditor, cuius iura exercet: si verò cessionem non obtinuit, idem dicēdum erit: quia cùm pro securitate suæ emptionis, & contractus, hypothecas aliorum, qui post eum emerunt, obligatas habeat, nihil ei obstare potest, vt quam ex eis maluerit eligat, vt ipse Anton. Faber, & Cancer. probant *ex dict. l. moschis.* 27

Nec † ea ratio qua mouentur Anton. Faber, & Cancer. nè plures lites fiant; quicquam me mouet, & ex exēplis suprà adductis cōuincitur, in quibus litium multiplicitatis ratio nō habetur: vltrā quę alia facilè subiiciemus, in quibus illa ratio in consideratione non est. Nam † si debitor creditoris sui fraudandi animo, res suas in diuersas personas, diuersis temporibus alienasset, licèt magnus litium circuitus euitaretur, si fraudatus creditor aduersus 28 29

ſus poſteriorem poſſeſſorem Paulianã ſeù reuocatoriam intenderet; tamen in eius poteſtate eſt, aduerſus quemlibet ex emptoribus agere, vt ex Guid. Pap. Franc. Marco, & aliis veriorem dicit Amendol. ad Franch. *deciſ.* 53. *à num.* 24. Anton. Faber *de error. pragm. decad.* 5. *error.* 9.

30 † Et licèt Amendola ibi, nonnullos in contrarium referat, tenentes creditorem contra poſteriorem emptorem experiri debere, pro quibus expendi poteſt text. *in l. ſi quis habẽs* 24. *D. qui & à quibus manumiſs.* cum aliis adductis ibi per Gothofred. vbi ſi debitor habens creditores, plures ſeruos manumittat, non omnium libertatem impediri aſſeritur, ſed eorum tantùm qui vltimo loco libertates acceperũt. Támen eorum opinio amplectenda non eſt, nec pro eis facit *dict. l. ſi quis habẽs* cum ſimilibus, quæ ſpecialem libertatis rationem habet: nec enim audiri deberet creditor, agens de reuocanda primi ſerui libertate, vt hic poſteà ſecundi ſerui libertatem reuocaret, vt ex pretio eius dimitteret creditorem. Quod inconueniens in aliis alienationibus ceſſat: & iniquum eſſet, cogere creditorem, vel tertium poſſeſſorem, qui ſoluit, vt contra poſteriorem emptorem ageret, cùm poſſet aduerſus alium poſſeſſorem facilioris exactionis experiri.

31 Quæ † ratio facit, vt quoties debitor plures habens creditores, in præiudicium anterioris creditoris hypothecarij, poſteriores dimiſsit (quo caſu creditori anteriori licet ſolutiones poſterioribus factas auocare, iuxta *l. pecuniam, C. de priuileg. Fiſci*, Caſtillo, Fõtanella, Gaito, & alij relati *tit.* 7. *quæſtion.* 6. *in fine,*) non teneatur aduerſus poſteriorem creditorem agere, ſed in eius arbitrio ſit, à quolibet ex poſterioribus auocare pecuniã ſolutã, vt ex Cæſar. Manẽt. probat Noguerol *alleg.* 7. *n.* 48. quibus nouiſsimè accedit D. Salgado *in labyrinth. cred.* 3. *p. c.* 14. *à n.* 1. *ad* 29. *& 1. p. c.* 17. *& nu.* 17. 19. qui neminẽ addit his quos nos laudamus, elegantèr tamẽ per more ad partes diſputat, & maturo iudicio reſoluit, omninò videndus. Eam etiam ſatis vtilẽ, & nouã, *à n.* 29. mouet quæſtionem, an creditor ſecũdus à quo prior, & potior creditor per rem iudicatam auocauit pecuniam, poſsit contra tertium creditorem abſque nouo proceſſu, & iudicio exequi ſententiam aduerſus ſẽ latam, & eius virtute pecuniam tertio ſolutam auocare. In quo dubio ſecurius eſſe reſoluit, quòd ſecundus creditor, qui reuocatoriã à primo cõuenitur, in eodem iudicio reuocatoriam etiam actionem intendat aduerſus alios poſteriores creditores, vt vnã ſententiã omnes reſpectiuè condemnentur ad reſtitutionem pecuniarum, quas præmaturè, & extraordinẽ ſententiæ graduationis exegerunt. Quo conſilio, ſeu cautelã neceſſariò vtetur ſecũdus creditor quãdò cõmunis debitor nullo formato cõcurſu præpoſterè, & extra gradus, & prærrogatiuæ ordinẽ, ſibi & aliis poſterioribus creditoribus ſoluit; vel ipſi ab eo exegerũt: nam eo caſu indubitatũ eſt, ſententiã cõtra ſe latã aduerſus alios poſteriores creditores exequi non poſſe, ſed noua inſtantia opus eſſe.

Ratam † autem, quam deducere tenentur tertij poſſeſſores, qui aduerſus 32
alios agunt, quomodò æſtimanda, ſeu liquidanda ſit, diſſerunt latè Giurba *n.* 6. Amato *num.* 24. qui reſoluunt, eius rationem habendam eſſe, reſpectu rei, vel corporis quod poſsident.

Dubitationis † tamen eſt, an quod de ſorte principali ab vno ex correis, confideiuſſoribus, vel compoſſeſſoribus inſolidum exigendã diximus, idẽ in litis expenſis procedat: ita vt quas vnus præſtitit, poſsit ab aliis dẽpra ſua parte recuperare? Qui caſus etſi frequẽs ſit, ab interpretibus non proponitur. Sed pro vera reſolutione diſtingues, an creditor omnes cõfideiuſſores, vel correos vno iudicio conuenerit; an verò vnum ex eis. Primo caſu, ſi eos

ad

ad sortis principalis solutionē, simùlque in expēsis litis, vel in decima executionis condemnauit, vt sciamus an virtute cessionis insolidum sortem, & expensas soluens, possit etiam pro eis insolidum dempta sua parte agere. Inquirendum † est prius, an expensarum 34
condemnatio vnumquemque ex reis insolidum obligatis taliter afficiat, vt quilibet eorum possit, sicut pro sorte, ita & pro expensis insolidū exigi: nàm si insolidum quisque expensarum debitor effectus qui soluit, insolidū alios dempta sua parte poterit conuenire.

In quo † dubio videtur, plures cor- 35
reos insolidum obligatos, in expensis litis non insolidum, sed pro æquis portionibus, & viribus condēnādos esse, vt colligitur ex Anton. Fabro *in C. tit. 27. defi. 13*: Et in pluribus correis ex delicto insolidum obligatis, ita decisum refert idem *Faber in C. lib. 7. tit. 27. defi. 1*. Arism. Tepat. *tit. 268. cap. 4. vers. non licet*. Et expensarum condemnatio contra plures vnâ sententiâ facta, intelligitur vt vnus quisque pro rata teneatur: cùm quilibet ex facto suo causam liti præstet, vt ex Flaminio, & Milanens. notat Cancer. *lib. 3. var. cap. 17. num. 295. vers. similitèr*, & vers. *ad expensas*, Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 2. tit. 39. à nu. 235*. Anton. Faber *dict. def. 13. in allegat. num. 3. & 4*. vbi *num. 2*. quod solet separari causa sortis ab accessionibus, *l. quæro, D. locati*. Cuius † rei argumentum non leue est, quòd licèt condemnatus in causa criminali, retineatur in carceribus pro pœna, & pecuniaria condemnatione; pro expēsis litis retineri non potest, Arism. Tepatus, vbi proximè *& tit. 280. cap. 4. vers. pro expensis l. 11. & 22. tit. 12. lib. 1. Recop.* Paz *in l. stili 20. & 99*. Didacus Perez *in l. 12. tit. 14. lib. 2. ordin. quæst. 7. & in l. 25*. Anton. Faber *lib. 7. tit. 18. defin. 8. & 16*. Camill. Borrell. *in sum. decis. tomo 2. tit. 39. num. 41*.

Sed † hoc difficile videtur, in pluri- 36
bus reis ex contractu insolidum obligatis, qui si insolidum pro sorte principali condemnati sint, rursusque simplex expensarum litis condemnatio sequatur, etiam pro expensis insolidū condemnati videntur. Probatur ex eo quòd expensæ litis, vt accessoriæ cōdemnationi principali, eius naturam sortiuntur: vndè si sententia quoad principalem condemnationem executiua sit, pro expensis litis etiam exequetur, quamuis excederent condemnationem principalem, vt contra Afflictis ex Olasc. & Anton. Fabro tradit Cancer. *3. part. var. cap. 17. à nu. 223*. Similitèr † prælatio quæ datur emptori in casu euictionis pro sorte principali, eadem competit pro litis expensis quas emptor in defensione rei, & causæ prosecutione fecit, vt *ex l. Lutius, D. qui potior. in pignor.* tenet Hermosilla *in l. 32. tit. 5. p. 5. glos. 6. num. 56*. videndus *à nu. 26. ad 37*. vbi latè de expensis litis in casu euictionis soluēdis, Acosta *de priuileg. credit. reg. 3. limit. 5. num. 2*. Quarè † depositum vt integrum dicatur, non solùm debet fieri de condēnatione principali, sed etiam de litis expēsis, vt ex Sola probat Hieronym. de Leon *tom. 2. in resp. iuris post decis. 173. num. 163*. 37 38

Hæc † licèt multùm pro hac sententia stringant, tamen primam in terminis receptam videò per Anton. Fabrum *dict. def. 13*. Iacob. Cancer. *sup. & lib. 2. var. cap. 5. num. 116. & 117*. Ex quibus resoluendum videtur, creditorem qui omnes correos, vel fideiussores insolidum ad sortem principalem condemnauit, & simplicitèr in expensis, non posse expensas ab vno ex eis insolidum exigere. Nec si ipse expensas litis integrè soluerit, & pro eis cessionem meruerit, poterit insolidum dempta sua parte aduersus alios agere: cùm creditor si insolidum agerer, exceptione diuisionis repelli posset, quæ eius cessionario obesse etiam debet, vt ex variis iuribus firmat Anton. Faber *lib 12. coniect. cap. 9*. Milanens. *lib. 2. decis. 1. num. 1*. 39

Sed

40 Sed quamuis † hæc sententia verior videatur; tamē in praxi aliud sine controuersiâ receptum video: nam petita executione contra plures correos, vel fideiussores in solidum obligatos, cōtra eos insolidum profertur sententia addictionis pro principali, expensis litis, & decimâ: & a quolibet reorū tam principale debitum, quàm decima & expensæ insolidum exiguntur: quorū vnus si soluat, cessionem iurium accipit à creditore, cuius virtute à cæteris insolidum etiam dempta parte quæ ad eum spectabat, decimam, & expensas recuperat. Quæ praxis iustissima est, & vltra superiora ex eo fulcitur, quòd quilibet correorum, vel confideiussorum, qui litigat, insolidum causam liti præstat, cùm posset soluendo ab ea desistere: quare è æquum est vt insolidum creditori litis expēsas satisfaciat. Quādò autem duo pro inæqualibus partibus litem prosequuntur agendo, aut defendendo, si succumbant, & in litis expensis simpliciter condemnentur, pro virili ad expensas litis teneri, *ex l. si quis separatim, §. quoties, D. de appel lat.* probat Costa *de ratione ratæ quæstion.* 203. inter ipsos tamen aliter cōtributionem faciēdam esse existimat; nimirùm quoad acta processus, pro virili: quoad salaria vero, & sportulas, per æs, & libram.

41 In alio † verò casu, quandò creditor vnum tantū ex fideiussoribus, vel correis exegit, quem in expensis etiam condemnauit. Quamuis supponat Cācer. *dict. cap. 5. num. 116. & 117.* cessionem pro expensis litis quas exsolvit ei aduersus alios vtiliter dari, non vt insolidum, sed vt pro virili agat: tamen id difficile est, nàm videtur, creditorem correo, vel fideiussori soluenti, ius exigendi expensas cedere non valere, cùm ipse ab aliis petere nō possit quas fecit, propter temeritatem eius qui litigauit: cùm expensarum cōdemnatio non alia ratione fiat, quàm in pœnam temerariæ, & iniustæ litis, *l. cum qui temere, D. de iudiciis* (cuius textus materiam elegantèr prosequitur Fontanella *decis. 95. cum 4. sequentib.* Costa *de ratione ratæ q. 138.* vbi quòd plures cōdēnati in expensis, intelligūtur condemnati pro rata) quomodò igitur expensarum pœnam patietur, qui inscius litis fuit, & qui si cōuentus simplicitèr forsan fuisset, bonā litem agnoscens debitum offerret. Si igitur creditor expensarum condemnationem aduersus correum, vel fideiussorem qui liti non adfuit, exequi nō posset, quo pacto ius exigendi eas cedere valebit, maximè in vtilitatem eius, ex cuius temeritate, & malitiâ descenderunt: cum indubitati iuris sit, neminem plus iuris alij cedere posse, quā quod ipse habet, *l. nemo plus iuris, D. de regul. iuris, cum aliis adductis sup.*

Quod † adeò verū existimo, vt ex- 42
pensæ litis non solum correo, vel fideiussori aduersus alium correum, vel cō fideiussorem per creditorem cedi non possint, verū nec etiā fideiussori aduersus debitorem ipsum, tametsi contrarium doceat Anton. Fāber *dict. defin.* 13. Rodriguez *de executione, capit. 7. num. 17.* qui cessionem rectè fideiussori fieri asserit pro debito, decima, & expensis. Moueor † ex eo quòd licèt 43
verum sit, fideiussorem non solùm sortem principalem, sed & damna, & litis expensas à debitore principali repetere posse. *cap. 2. de fideiussorib. l. si mādatu, §. si fideiussor, D. mandati, l. si cōtra, C. eodem tit. l. Titius, D. de procuratorib.* post alios Cencius *de cens. quæstion. 75. à num. 2. & 6.* Hering. *de fideiussor. cap. 26. à num. 55. ad finem,* vbi latissimè quomodò fideiussori resarciri debeant damna, & expensæ litis, *& num. 68.* eas eo casu soluendas nō esse probat, quo fideiussor temerè, & sine causa litigauit: idem ex Menoch. & Mantica, tradit Gaito *de credito cap. 2. tit. 3. num. 570.*

Ea † tamen expensarum repetitio, 44
& exactio, actione mandati, & virtute obligationis qua principalis debitor fideiussorem indemnem seruare promisit,

promiſsit, facienda eſt, non verò virtute ceſsionis: cùm creditor † qui in
45 expenſis condemnauit fideiuſſorem, ſententiam contra debitorem principalem quoad expenſas exequi non poſsit; imò neque pro ſorte principali, ſi ipſe ſe debitorem inficietur, vel aliquâ exceptione tutum ſe eſſe contendat: quia accidere poteſt vt † fideiuſſor efficacitèr ſit obligatus, princi-
46 palis verò debitoris obligatio non ſubſiſtat, iuxta latè tradita per Mareſcotum *lib. 2. variar. cap.* 65. Felician. *2. tom. de cenſib. lib. 3. cap. 2. num.* 20. à verſ. *ex quo*, Auendaño *de cenſib. cap.* 97. *num.* 8. Gregor. XV. *deciſ.* 321. & 560. *num.* 5. Sanchez *de ſtat. Religioſ. lib. 7. cap.* 31. *à num.* 42. Maurus Aretinus *de fideiuſſor. ſect. 1. cap.* 5. plenè Heringius *de fideiuſſoribus cap.* 10. *à numer.* 1. Caſtillo *tom. 6. controuer. cap.* 168. *à num.* 54. Gaito *de credito, cap. 2. num.* 1960. Lara *de vita hominis cap.* 22. *à num.* 24. Tuſchus *tom. 3. lit. F. concl.* 292. vnde ſententia contra fideiuſſorem, ſine nouo proceſſu aduerſus debitorem exequi non debet.

Et quamuis † ſciam contrariũ placuiſſe Alphonſo Guzman *de euictionibus quæſtion. 16. num.* 44. Gaito *de credito, dict. cap. 2. numer.* 567. tamen
47 Paul. de Caſtro, & Bertazol. quos refert Guzman, ſuam ſententiam non probãt; nec pro eis facit, *l. cum venden te, C. vbi cauſæ fiſcales*, nàm ex ea id non inducitur; imò colligi videtur, cauſæ cognitionẽ neceſſariam eſſe, vt fideiuſſor, vel mandator condemnentur.

Verùm † cùm in præſenti quæramus de actione, quam fideiuſſor vir-
48 tute ceſsionis habet, è re erit inquirere, quibus exceptionibus repelli poſsit, ſiue aduerſus principalem debitorem, ſiue aduerſus confideiuſſores ageret. Multa enim ſunt quæ ei opponi ſolent, & obſtant. Nam ſolet obiici eũ re vera nõ numeraſse pecuniam, & non ſufficere confeſsionem de recepto, vt virtute ceſsionis aduerſus debitorem, vel confideiuſſores poſsit experiri, de quo infrà *tit. ſequent.* agemus. Opponi etiam ei poterũt omnia ea per quæ fideiuſſor actione mãdati, vel negotiorum geſtorum agens repellitur, de quibus latè Heringius *de fideiuſſorib. cap.* 25. *à num.* 68. Et generalitèr illud notabis, fideiuſſorem ſiue actione mandati, ſiue ceſsis ſibi iuribus experiatur, repellendum eſſe, ſi culpa ei imputari poſsit: veluti quia condemnatus non appellauit, vel aliquam iuſtam, & legitimam exceptionem ſcientèr omiſsit, *l. ſi fideiuſſor* 29. *cum §§. D. mandati, l. fin. §. illud, C. de tempor. appellat. l.* 15. *tit.* 12. *part.* 5. multis relatis proſequitur Acoſta *de priuileg. credit. regul.* 3. *ampliat.* 2. *à num.* 90. Pacificus *poſt tract. de Saluiano interdicto deciſ.* 278. *à num.* 1. Alexan. Trentacinq. *lib.* 3. *variar. titul. de fideiuſſor. reſolut. 6. per totam*, Cancer. *lib. 2. variar. cap.* 5. *à num.* 115. ex aliis nouiter Frantzkus *variar. reſol. lib. 2. reſolut.* 10. *à num.* 100. Vlricus Hunnius *in Encycloped. iur. 3. part. titul.* 5. *cap.* 5. *à numer.* 7. Fontanella *deciſion.* 216. *à num.* 8. qui loquitur in fideiuſſore, qui omiſſa præſcriptionis exceptione ſoluit, Fontanellâ tantùm relato, Mercurial. Merlinus *de pignoribus libr. 3. quæſtion.* 70. *numero* 44. videas quæ nos infra hoc *titul. quæſtion. final, numer.* dicemus.

Fideiuſſori † qui virtute ceſsionis aprehendit poſſeſsionem bono- 49
rum debitoris, an obiici poſsit, vt quantitatem, quam pro actu fideiubendi accepit, recipiat in calculo, & imputet in ſortem principalem? In terminis diſputat Scobar *poſt tract. de ratiociniis comp.* 16. cuius caſus reſolutio ab alio pendet, an † ſcilicet fi- 50
deiuſſor pro actu fideiubendi poſsit iuſto titulo aliquid à debitore accipere? et poſſe indubitatum eſt, *l. ſi remunerandi, §. fin. D. mandati, l. hoc iure, §. 1. D. de donationibus*, poſt Couarr. Padillam, & alios Felicianus

de censibus lib.2.cap.5.numer.20.vers. secundo animaduerto, Auendaño *de censibus cap.21.numer.2.* Rodriguez *de reditibus lib.2.quæstion.12.à num.* 7.Matienzo *in l.1.tit.11.lib.5. Recop. glos.8.num.63.*Molina *de iustit.& iure,tom.2.tract.2.disp.* 319. Valascus *consult.*18.Surdus *cons.*306.*per tot.*la tè Carocius *de locato part.2.tit. de fideiussor.fol.*224.Castillo *lib.3. contr. cap.23.à num.*11. vbi etiam in foro conscientiæ id licere probat, si fraus cesset, & aliquid moderatũ accipiatur,ex aliis tradit Cancerius *dict.cap.5.à num.*118.videndus omninò latè agens Honoratus Leotardus post hęc visus *de vsuris quæst.*23.*à num.*30. sequitur Scobar *sup.*ex quo rectè resoluit, acceptum per fideiussorem minimè in calculum imputandum fore.

51 In † casibus verò vbi fideiussori soluenti creditor actiones suas, tàm pro sorte,quàm pro decima, & expensis rectè cedit,valde cõtrouertitur apud Regnicolas nostros,an si cessionis virtute fideiussor nouam executionem intendat,alia decima debeatur? Quẽ articulum ex professo disputat Azeuedo *in l.7.tit.21.libr.4. Recopilat. à num.*14.& pro affirmatiua,& negatiua sententia expensis fundamentis, resoluit, nouam decimam executori deberi.Sed contra Azeued. communis,& recepta sententia est, decimam non deberi,quia ex vno debito non nisi vna decima exigi potest, *dict.l.7.titul.21.lib.4.l.vnica,titul.31.eodem lib.*vt latè ex Parladorio, & aliis tuetur Rodriguez *de execut. cap.7.à num.16.ad* 20.

52 Cæterum † licèt cessionis virtute fideiussor,qui soluit decimã,& litis expensas,eas à principali debitore(vt supra diximus) recuperet: tamen ex suppositione (vt praxis admittit) quòd aduersus alium confideiussorem agere possit,non videò qua ratione confideiussor, vel correus pro decima, & expensis quas alter correus,vel confideiussor soluit, teneri,aut exequi possint. Nam quod eas a debitore recuperet,ea ratio est, quòd principalis debitor fideiussori expensas,& damna resarcire tenetur, eum que ab omni molestiâ indemnem seruare(vt supra diximus.) At verò quòd correus correo, fideiussor confideiussori expensas litis,aut damna satisfacere teneatur, vel in eorum præstatione contribuere, nullibi statutum inueni:nec æquum esset,vt correus,vel confideiussor moræ, vel malitiæ alterius confideiussoris pœnas luerẽt:sibi enim imputare debet correus,vel fideiussor,qui si statim solueret,nullam nec decimæ,nec expensarum condemnationem passus esset. Quare eo tantùm casu crederem posse correum,vel fideiussorem, qui soluit,decimam,& expensas litis ab aliis exigere,quandò omnes vno iudicio conuenti essent,& insolidum tam pro sorte,quàm pro expensis, & decima (vt fieri solet, & debet) condemnati apparerent.

Illud † verò hìc etiam notandum est,an soluens creditori sortem, quæ sibi debebatur cum vsuris eidebitis,si cessionem obtineat, possit agere aduersus debitorem cessum,non solùm pro sorte, & vsuris, quas soluit;sed etiam pro vsuris vsurarum? Et cessionario ius agendi ad vsuras vsurarum concedit post *glosam in l. si prior,§.sciendum,D.qui potior in pignor habeantur*, Milanensis *decision.*8. *à numer.*347.*&* 351. cuius meminit Honoratus Leotardus *de vsuris quæstion.*87.*numer.*11, qui cessionario idem ius tribuit:nec non etiam ei,qui pro alio sortem, & vsuras soluit: qui rectè ad vsuras vsurarum agit, dummodo eius verè interfit:quia interesse pro alio vtiliter solutum, & numeratum vice sortis fungitur:adducit in id Menochium,Cuiacium,Fabrum,Frãch.Peregrin.Trentacinq. & Rodericum. 53

Hæc † tamẽ doctrina difficilis mihi 54

hi visa fuit, quia absonũ est, vt ei qui, pro me soluit, vsuras vsurarũ præstem; quas creditor meus à me exigere non posset. Quarè pro veritate assequẽdâ, & antequa in hoc pũcto iudiciũ meũ interponerẽ, originalitèr vidi aliquos Doctores ex his, quos retulit Leotardus; ex quibus collegi, me non sine ratione de hac propositione dubiũ extitisse; sed multo magis hęsitare incœpi ex eodem Leotardo, qui rursus ex Cuiacio contra Milanensem resoluit, cessionario ius nõ esse, vt exigat vsuras vsurarum.

55 In quo† dubio (saluâ doctissimi Leotardi pace) nulla ex prædictis resolutionibus, prout iacent, & proponuntur ab eo, vera mihi videtur. Nam absolutè dicere, cessionario non deberi vsuras vsurarum, verum non est: quemadmodùm nec verum est, indistinctè asserere, ei ad vsuras vsurarum agendi ius esse. Similitèr nec veritati accedunt, qui indistinctè ei, qui pro alio soluit, concedunt, aut denegant aliarum vsurarum exactionem.

56 Quapropter† pro verâ resolutione sequentes casus considerandi sunt. Primus, quandò tertius soluit pro debitore sortem cùm vsuris: et tunc siue ex iure sibi cesso, siue negotiorum gestorum actione ageret, vsuras vsurarũ exigere non posset à debitore pro quo soluit: aliàs enim id, quod vtilitate debitoris admissum est, vt alter pro eo etiam ignorante soluat, damno eius cederet, & sine facto suo grauaretur soluendo vsuras vsurarum, quas creditori suo minimè deberet. Si enim tertius virtute cessionis, & ex iure sibi cesso ageret; certum est, vsuras vsurarum exigere non posse: nec enim in eum per cessionẽ ius trãsferri posset, quod cedẽs nõ haberet. At verò si actione negotiorũ gestorũ ageret; nec vsuras vsurarum poterit percipere, nè aliàs factum soluentis onerare debitorem; ex quo potius deberet releuari, ad tradita a nobis suprà hoc *tit. quæst. 1. num. 5.* Vno tamen casu vsuras vsurarum petere posset, qui pro alio soluit; quandò scilicèt solutio facta per eum, longè plus commodi attulisset debitori, quã quod essent vsuræ vsurarum, *l. & in cõtraria 37. D. de vsuris, l. atqui natura 19. §. non tantùm*, vers. *contra, D. de negotiis gestis, l. si verò non remunerandi 12. §. si mihi mandaueris, D. mandati.*

57 Secũdus† casus est, quandò creditor posterior soluit anteriori creditori sortem cum vsuris: nam tunc indubitati iuris est, vsuras vsurarũ petere non posse: quia secundus creditor, qui debitum offert priori creditori, negotiũ suum facit, & pignus suum confirmat, sunt expressa iura *in l. creditor*, aliàs *l. si prior, §. sciendum, D. qui potiores in pignore habeantur, l. secundus 21. C. de pignorib. & hypothec.* Cuiacius *ad d. l. 22.* Horom. Capic. Medic. quos refert Leotardus *dict. num. 21.* cui addo Rodriguez *de reditibus lib. 2. q. 17. nu. 28. & 29.* idẽ probat Mercurialis Merlinus *de pignorib. & hypoth. lib. 4. q. 49. num. 5.* qui refert Fulgos, Negus. & Mantic.

58 Tertius† casus est, quandò fideiussor, vel mandatarius soluunt pro debitore principali sortem cum vsuris: et certum est, eos ad vsuras vsurarum agere posse, vt in indiuidno tradunt Rodriguez *de reditibus lib. 3. quæstio. 7. num. 28.* Anton. Faber *in C. libr. 4. tit. 24. de vsuris defin. 23.* non tamen ad hoc indigebunt cessione creditoris, sed actione mandati, si mandatum intercesit; vel negotiorum gestorum actione, si pro debitore absente, vel ignorante fideiusserunt, ad latè tradita à nobis supra *quæstion. 4. numer. 23.* per cessionem enim vsuras vsurarum non consequentur: quia creditor non potuit transferre, & cedere ius, quod ipse non habebat. Quemadmodum igitur, fideiussor qui soluit, (dummodo ei verè interfit) repetit à debitore principali vsuras vsurarum; idemmet ius habebit contra alterum confideiussorem pro ea parte,

quæ ad eum expectaret: cùm eadem in vno, ac in alio militet ratio.

SVMMARIVM.

1 *Debitores plures si vna sententia in certam quantitatem condemnentur simpliciter, pro rata condemnati censentur, nec vnius inopia alios onerat.*

Exornatur l.1.& 2.C.si plures vna sententia fuerint condemnati, *vsque ad* num.6.

2 *Debitores obligati in solidum ex cõtractu, si simpliciter condemnentur, non nisi pro rata aduersus eos exequi potest sententia.*

3 *Condemnati simpliciter per sententiam, si ex contractu in solidum teneantur, an possint omissa iudicati actione, ex contractu in solidũ conueniri.*

4 *In delictis si plures simpliciter condemnentur, an in solidum, vel pro rata teneantur.*

Salaria an possit iudex delegatus, vulgo Pesquisidor, *à quolibet ex reis in solidum exigere.*

6 *Vnus ex sociis delicti, si integram condemnationem soluat, an possit cessionem deferre, vt ab aliis sociis delicti partes quæ ad eos spectant repetat.*

In delictis cessioni actionum locus non est, vbi ratio.

7 *Expenditur, & intelligitur* l. perceptione 4. D. de his qui effecerunt, vel effuderunt.

In delictis actionum cessioni locus non est, secus in quasi maleficiis.

8 *Iudex si condemnetur, vt restituat pecuniam, in qua reum iniustè condemnauit, si soluat, an possit cessionem iurium à reo exposcere contra eum in cuius fauorem malè iudicauit,* & num. sequentib. vsque ad num. 13.

Expenditur l. missi opinatores, C. de exactorib. tribut. lib. 10. & l. mancipia, C. de seruis fugitiuis.

13 *Tutor vnus ex communi culpa: vel alterius culpa, dolove condemnatus, rectè desiderat iurium cessionem aduersus contutorem: alia res esset, si ex dolo proprio, vel communi condemnatus fuisset: qua eo casu, nec vtilis actio ei daretur.*

14 *Tutor vnus etiam ex communi dolo insolidum conuentus, siue in faciendo, siue in omittendo consistat, diuisionis beneficio se tueri potest.*

15 *Officiali damnato pro mala administratione, an competat actio, vel saltim diuisionis beneficium.*

16 *Custos carceris condemnatus propter fugam debitoris carcerati, vt soluat creditori interesse, an possit petere iurium cessionem contra debitorem fugitiuum.*

17 *Carceris custos, quando teneatur de fuga carcerati, & an possit opponere omnes exceptiones, quibus is qui aufugit se defendere posset.*

18 *Expenduntur* l. si culpa 63. l. is qui dolo 69. D. de rei vindication. *simulque interpretantur,* & numer. 19.

20 *Opponitur* l. in depositi, D. de re iudicata, *& reiicitur intellectus* Gothofredi *ad eam.*

21 *Refertur alius intellectus* Iulij Paccij, *& reprobatur.*

22 *Alter intellectus* Duareni, *&* Ioannis Roberti, *recensetur.*

23 *Vera, & noua interpretatio, & concordia,* dict. l. in depositi 12. cum dict. l. is qui dolo, D. de rei vindicat. *& num.* 24.

25 *Intellectus* Celsi Bargalij ad leg. si culpa 63. D. de rei vindicat.

Culpa lata, & dolus in quibus differant.

26 *Recenſetur opinio* Thomæ Carleual.

27 *Culpa lata, & dolus, quandò in criminalibus æquiparentur.*

Iuramentum in litem affectionis, quod propter aduerſarij dolum defertur, an ob eius latam culpam deferendum ſit: laudatur D. D. Martinus de Larreatigui.

28 *Domino pro culpa famuli, officialis, vel ſubſtituti, an actio cedenda ſit aduerſus eos, & an ſine ceſſione vtilis actio ei competat.*

Dominus quandò teneatur pro culpa famuli, officialis, vel ſubſtituti, & quandò eos exhibendo liberetur?

29 *Vniuerſitas quæ tenetur ex damno dato, vel delicto commiſſo in eius territorio. ſi condemnata ſit, poteſt petere iurium ceſsionem contra delinquentem. & ſolutum vtili actione ſine ceſsione repetere.*

Statutum vt vniuerſitas teneatur de damno. & delicto commiſſo in eius territorio, an iuſtum ſit.

30 *Epiſcopus, qui coactus ſoluit mulctam impoſitã eius Vicario, poterit petere ceſsionem aduerſus eum, & ſine ceſsione vtili actione agere.*

31 *Mulcta an poſsit exigi ab Epiſcopo propter inobedientiam eius Vicarij, qui inobediens fuit Regiis prouiſionibus, ſi Vicarius abſit, vel ſoluendo non ſit.*

32 *Epiſcopus an teneatur ex culpa, vel imperitia Vicarij ſui.*

Epiſcopus an præſumatur ſcire facta Vicarij ſui, etiam foranei.

33 *Epiſcopus an neceſſariò teneatur conſtituere Vicarium.*

34 *Fideiuſſor ex cauſa maleficij ſi ſoluat, poteſt petere iurium ceſsionem aduerſus alium confideiuſſorem, contra* Merlinum.

35 *Iudex an poſsit pœnam quæ ſibi applicatur à lege, cedere in fauorem ipſius rei, vel alterius.*

36 *Actiones pœnales an cedi, & trãſmitti poſsint, & de iure accuſſandi, actione iniuriarũ, condictione furtiua, & aliis, quæ ex delicto deſcendunt.*

QVÆSTIO VI.

Alter ex duobus reis condemnatis inſolidum ex delicto, ſi ſoluat, an rectè deſideret iurium ceſsionem contra alterum correum, & ſocium delicti: et an in delictis ceſsioni actionum ſit locus? Interpretantur, & conciliantur *l. ſi culpa* 63. *l. is qui dolo* 69. *D. de rei vindicat. l. in depoſiti*, *D. de re iudicata.*

QVANDO † plures vnâ ſententiâ ſimplicitèr in vnam quantitatem condemnantur, ſi cauſa ciuilis ſit, vnuſquiſque pro rata condemnatus intelligitur; & pro virili portione tenetur; alteriuſque inopia alterum non onerat, *l. Paulus reſpondit* 43. *D. de re iudicata. l.* 1. *C. ſi plures vna ſententia fuerint condemnati*, *l. ſi qui ſeparatim*, *§. quotiens*, *D. de appellationibus*, Anton. Gomez 2. *tom. variar. cap.* 12. *in principio*, Cardoſo *in praxi*, verb. *ſententia, numer.* 17. Gratian. 1. *tom. diſceptation.* 33. *à numer.* 50. Alexand. Trentacinq. *lib.* 3. *variar. titul. de ſolutionibus, reſolut.* 34. *num.* 30. Oſualdus ad Donellum *lib.* 27. *commun. cap.* 2. Cuiacius *ad titul. C. ſi plures vna ſententia*, Anton. Faber. *lib.* 11, *coniecturar. cap.* 20. infrà medium, Ariſmin. Tepatus, *titul.* 247. per totum.

Quod † procedit licèt insolidũ ex
2 contractu obligati essent, *l. si mandato* 59. §. *Paulus respondit, D. mandati, l. 2. C. si plures vna sententia, l. 4. tit. 27. part. 3.* innumeris relatis, ita concludunt Marius Giurba *decis. 46. à nu. 1. & ad consuet. Mesan. capit. 9. glos. 6. numer. 19.* Felicius *de societate, cap. 30. num. 65.* D. Salgado *de Reg. protect. 4. part. cap. 12. à num. 114.* Lara *de vita homin. cap. 15. num. 39.* Cancerius *3. p. var. cap. 17. à num. 292.* Anton. Faber *in C. lib. 17. tit. 21. def. 3.* Cuiacius *sup.* Guzman *de euictionib. quæst. 61. à nu. 42.* Marta *de iurisdict. 4. part. casu 118. num. 11.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 2. tit. 39. à nu. 235.* Ioan. Baptist. Thoro *infra referendus*, qui etiam in pluribus tutoribus simpliciter condẽnatis exemplum constituunt, qui pro rata condemnati censentur, vt ex *dict. l. 2. dict. §. quotiens*, resoluit elegantèr D. Salgado *sup.* Donell. *dict. cap. 2.*

3 Id † autem perpetuò menti teneas, posse actorem si solidum ex quolibet ex obligatis consequi vellit, omissa iudicati actione, veteri tutelæ actione, vel virtute instrumenti experiri, nec sententia si eius executionem omittat impedimento erit, vt in indiuiduo resoluunt Greg. Lopez *in d. l. 4. glos. fin.* Lara *dict. cap. 15. à num. 41.* Cancer. *dict. cap. 17. à n. 297.* nouissimè D. Salgado *in labyrinth. creditor. 3. part. cap. 1. §. vnic. per totum*, qui à nobis præuisis neminem addidit præter Costã, sed iunge Carleual. *de iudiciis libr. 1. tit. 1. disput. 5. num. 42. & 43.* qui refert Rouitum *cons. 58.* & Bouadillam *lib. 2. cap. 20. num. 58.* qui ita iudicatũ refert Osuald. *dict. cap. 2.* ibi: *Sanè veteri tutelæ actione in plus conuenire nihil impedit, nisi de hoc ipso actum sit, an insolidum deberent, necne, quia tunc eadem quæstio reuocari nequit,* Giurba *dict. c. 9. num. 19. in fine*, ibi: *Veram potest creditor relicta iudicati actione eos insolidum denuò conuenire*, videndus omninò D. Lara, qui ex aliquibus fundamẽtis hanc tueturlententiam, quam æquissimam puto, licèt in puncto iuris difficilis videatur Vicentio de Franch. *decis. 680.* vbi Riccius Illã tamẽ retentã existimat eum non aliter posse ex veteri actione agi, quàm si expensæ primi iudicij reo refunderentur, qui posset de nouo omnes exceptiones etiã antea victas, & reiectas obiicere, quod vltimum probat *ex l. duobus, D. de except. rei iudicatæ*, Vicent. de Anna, & aliis Alex. Trentacinq. *lib. 2. var. tit. de exceptionibus, resol. 1. num. 37.* Cancerius *num. 300.* apud quem, & relatos *sup.* inuenies alia ad exornationẽ *dict. l. 1. & 3. C. si plures vna sententia*, vltra eos Ioan. Baptist. Thoro *in compend. decis. tom. 2.* verb. *sententia condẽnans, fol. 625.*

In † delictis an hæc ita se habeant, 4
& pluribus simpliciter condemnatis, an insolidum vnusquisque teneatur, in dubium reuocat doctus Amendola *in addit. ad Franchis decis. 228. numer. 3.* ibi: *Sed in delictis si fit condemnatio in plures diuites tenentur soluere pro pauperibus: et ratio meo iudicio potest esse: quia in delictis ante, & posi sententiam aliqui tenuerunt, quemlibet insolidũ teneri, quod ego pro constanti nõ habeo, per ea quæ aliàs scripsi, quæ suo tempore imprimentur.*

Qui † articulus licèt difficilis, & du- 5
bius sit propter opinionum varietatẽ tamen eius disputationẽ omitto: quia in praxi rarò aut nunquàm in controuersiam venire potest, cùm semper in sententiis vnusquisque reorum insolidùm condemnetur: & siue in vnam, siue in diuersas summas fuerint damnati, adiici soleat, *vt quod ab vno exigi nõ possit, ab alio suppleatur*, iuxta *l. si multi, D. de public. & vectig.* ibi: *Et quod ab alio præstari non potest, ab altero exigetur, l. aufertur, §. fin. D. de iure Fisci*, ibi: *Sanè pro non idoneis, qui sunt idonei conuenientur.* Ex quibus iuribus orta est praxis *de mancomunar à los delinquentes en las penas pecuniarias*, teste Bouadilla *lib. 2. cap. 21. nu. 251.* Boerius omninò videndus *decis. 310. per tot.*

tot. vbi an si plures rei simplicitèr, vel in diuersas summas condẽnentur, possit insolidũ executio fieri, vt quod ab vno exigi non potest, alter præstare debeat? videndi Costa *de ratione ratæ cap.* 40. *& de remed subsid. rem.* 106. *illat.* 7. *num.* 5. Cancer. 3. *part. var. cap.* 17. *num.* 298. *&* 299. Anton. Faber *in C. lib.* 7. *tit.* 21. *def.* 1. D. Amaya *in l. eorum* 10. *C. de iure Fisci, lib.* 10. *nu.* 35. latissimè Carleual. *de iudiciis dict. disput.* 5. *per tot.* vbi quandò iudex delegatus ab vno reis, & sociis delicti salaria insolidum possit exigere. Et quandò vnusquisque reorum ex delicto insolidum teneatur, & vno eorum solue te, alij liberentur? dissérunt Bouadilla *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 278. Arism. Tepat. *vbi proximè*, vers. *rei si ex eodem delicto*, Thesaur. *decis.* 254. Griuell. *decis.* 25. Costa *dict. quæst.* 40. *per totam*, D. D. Melchior de Valentia *illust. iuris lib.* 2. *tract.* 4. *cap.* 4. *à num.* 24. qui refert Hotoman. laiè agentem.

Quibus † præhabitis dubium est, an 6
si vnus ex reis condẽnatis ex delicto, inquem insolidum executio pœnæ pecuniariæ, vel salarij fuit facta, cuius solutione correus altèr liberatus fuit, possit iurium cessionem ab actore deferiderare cõtra alium correum, & socium delicti? In quo dubio resolutiuè dicendum est, actiones ei cedendas nõ esse, nec si cessæ sint alicuius vtilitatis esse: quia in delictis cessioni actionum locus non est, *glos. fin. in c. si quis præsbiterorum de reb. Ecclesiæ non alienan.* Bart. *in l.* 1, *§. si plures in fine*, *D. de eo per quem factum erit*, Petrus de Rauena *sing.* 960. vers. *sed dubitatur*, Bouadilla *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 252. *&* 254. Anton. Faber *de err. prag. decad.* 80. *error.* 8. *circa princip.* ea motus ratione, quòd maleficiorum nulla societas est, vel iusta communicatio damni, quod ex maleficio descendit, *l. quod autem* 53. *D. pro socio*, *l.* 1. *§. planè*, *D. de tutelæ, & rationib. distrah.* Grauianus *discept.* 713. *num.* 6. Virgilius *de legitim. personæ, cap.* 4. *num.* 32. vers. *hæc omnia*, Costa *de ratione ratæ quæst.* 154. *n.* 4. his non relatis Carleual. *dict. disp. à num.* 44.

Nec † te turbet text. *in l. perceptio-* 7
ne 4. *D. de his qui deiecerunt, vel effuderunt*, in qua ex duobus reis cõdemnatis, is qui solidum præstitit, partem dãni ab alio recuperat, vbi Anton. Faber in rationali, non minus cedendam esse asserit actionem reo, qui solidum soluit, ac cedẽda esset fideiussori, vel correo debendi ex contractu. Nam *dict. l.* 4. procedit non in delicto, vel maleficio, in quo cessioni actionis locus non est; sed in quasi maleficio: veluti quandò ex duorum cœnaculo quid deiectũ fuit, *§. item is, Instit. de obligat. quæ ex quasi delicto*, quo casu cessio actionis prohibita non est, iuxta *glos. in l. ex maleficiis, §. is quoque, D. de obligat. & action.* quam sequitur ita distinguẽs Bartol. *in dict. l.* 1. *§. si plures*, Bouadilla *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 278. quæ distinctio verissima est, quamuis aliud sentiat Carleual. quem infra refellemus.

Ex qua † verissima inter maleficiũ, 8
& quasi maleficiũ distinctione, infertur verissimam etiam esse doctrinam, quam tradit Politicus Bouadilla *lib.* 5. *cap.* 3. *à num.* 66. vbi disputat, an si iudex, qui malè indicauit, condemnetur in syndicatu, vel alio modo ad restitutionem; possit si parti læsæ condemnationem soluit, petere iurium cessionẽ contra eum, in cuius fauorem iniustam protulit sententiam. Solent enim qui ad alicuius rei, vel quantitatis restitutionem iniquè condemnantur, iudices superiores appellare, qui sententiam reuocant, simulque iudicem, qui litem suam fecit, ad satisfactionem, & restitutionem condẽnant, quod effici consuenit, absque aliqua ipsius iudicis citatione: eo tamen comparente, sententia cõuertitur in simplicem citationẽ, vt rectè aduertit ipse Bouadilla *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 255. quod ita practicatur, nàm iudices in absentia, & in defensi condemnati, comparent in Cancellariis per procuratorem, & cum clausula illa,

illa, *sin quesca visto causar instãcia*, supplicationem interponunt à sententia. Et quandò iudex ad defensionem suæ sententiæ citari debeat, videndus Lancellotus *de attentatis 2. part. cap. 20. in princip. num. 225.*

9 In hoc † igitur casu dubium non leue est, & discordia apud interpretes, an iudici debeat cedi actio, vt quod soluit parti læsæ, ab eo pro quo iudicauit recuperet? Et ei actionem cedendam esse probari videtur, ex textu *in l. missi opinatores, C. de exactoribus tributor. lib. 10.* vbi iudices, qui per annũ non exegerunt quod militibus debebatur, de proprio soluere cogũtur; ipsis aduersus obnoxios repetitione seruata: quam sententiam tuetur Lucas de Pena *ibi colum. penult.* vers. *ex hoc colligitur*, Speculator *tit. de expens. §. postremo*, vers. *etsi iudex, num. 5.* Angel. *in l. stichum, §. si mandatu. num. 1. D. de solationibus*, & alij ex antiquioribus, quos refert Anton. Maria Corat. *com. opin. tit. 12. num. 54.*

10 Contrariam † tamen sententiã defendunt alij, moti ex textu *in l. mancipia, C. de seruis fugitiuis*, vbi defensor ciuitatis negligens in requirẽdo solicitatore, & reuocando seruo solicitatato, duos seruos reddere tenetur, nullo ei reseruato recursu aduersus solicitatorem, Gothofred. *ibi lit. K.* Quarè cessionem iurium iudici, qui malè iudicauit, denegandam asserunt, Alex. *in addit. ad Bart. in l. fin. D. de variis, & extraordin. cognit. lit. H.* Bald. *in l. sanctimus, num. fin. C. de iudiciis*, Angelus *in l. si quis dolo, §. si quis. D. de re iudicata*, & alij quos refert Bouadilla *sup. num. 68. lit. B.* Farinacius statim referendus.

11 Quod † desidium ita in concordiã redigit eximius Politicus Bouadilla: vt quoties iudex iniustè iudicauit propter sordes, dolo, odio, vel amore, minimè ei cedenda sit actio: quia proprij delicti pœnam luit, *l. 24. tit. 22. part. 3 l. si plures 38. §. fin. D. de administ. tutor.* melior text. *in dict. l. 1. §. plane, D. de tutelæ, & rationibus*, ibi: *Quia proprij delicti pœnam subit, & in delictis cessio locum non habet.* Si verò propter imperitiam absque dolo malè iudicauit, tunc iurium cessionem desiderare posse profitetur: multùm enim refert, an iudex per sordes, vel per imperitiã malè iudicauerit, vt cõstat ex latè traditis per Giurbam *cons. 76.*

Quam † distinctionem verissimam 12
& æquissimam iudico, quia primo casu iudex qui litem suam fecit, ex delicto; in secundo verò ex quasi delicto conuenitur, *princip. Instit. de obligationib. quæ ex quasi delicto, l. fin. D. de variis, & extraordinariis cognitionib. l. 1. & per tot. C. de pœna iudic. qui malè iudicauit*, sequitur hanc distinctionẽ inter iudicem, qui per sordes, vel dolo malè iudicauit; vel eum qui per imperitiam, vt hoc casu ei cedenda sit actio; illo verò non, Parlador. *in sex quic. differ. 3. §. 2. num. 4.* quibus iunge latè agentem Farinac. *in praxi 3. tom. quæstion. 111. à num. 503.* Et de vera interpretatione textus *in l. missi opinatores*, consule omninò Anton. Maria Coratium *sup. à num. 54.* & remissiuè Amayam ad eam legem.

Ex his † etiam fluit aliud, superiori- 13
bus non absimile, quòd et vni ex pluribus tutoribus conuento ex communi culpa; vel ex culpa, aut dolo alterius, cedenda sit actio per pupillũ cõtra contutores; & ex cessione rectè aduersus eos experiatur, *l. Modestinus 76. D. de solutionibus, l. si pupillus, D. de administ. tutor. l. 1. §. et si forte, D. de tutel. & rationib. dist. l. 1. C. contr. iudic. tutel.* Iacob Cuiac. *lib. 12. quæstion. Papin. ad l. si plures, D. de administrat. tutor.* tamen si ex communi dolo, vel contumaciâ in non administrando, alter ex eis solidum præstiterit, nec vtilem actionem, nec cessionis petendæ ius cõtra alios cõtutores habebit, *l. si plures 38. §. fin. D. de administ. tutor. l. 1. §. planè, D. de tutelæ, & rationib.* nàm vt ratiocinatur Vlpianus vnusquisque proprij delicti pœnã subit,

quæ

quæ res indignum eum facit, vt à cæteris doli participibus quid cõsequatur: nec enim vlla societas maleficiorum, vel communicatio iusta damni ex maleficio est: ex quibus iuribus præter ordinarios hanc sententiam probarunt Padilla *in l. nec actio, à nu. 7. C. de transactionib.* Gregor. Lopez, & alij quos sequitur Bouadilla *dict. lib. 5. cap. 3. num. 68. circa finem*, late Franch. *decis. 662. à num. 8.* cuius meminit Ioan. Baptist. Thoro 1. *part. cõp. decis.* verb. *tutores dolosi*, Gratianus 3. *tom. discept. cap. 409. à nu. 14.* Gutierrez *de tutel. 1. part. cap. 15. à num. 28.* Anton. Amato *tom. 1. resol. 37. nu. 52.* Donell. *lib. 15. com. cap. 20. in fin.* Cuiacius *sup.* Anton. Faber *lib. 11. coniectur. cap. 11. circa finem, & in iurisprud. en. tit. 12. princ. 7. illat. 34. & de error. pragm. decad. 80. error. 6. circa princip.* Schifordeg. *lib. 1. tract. 3. q. 3.* Ex qua verissima doctrina notabis lapsum calami, aut typographi apud Zeuall. *tom. 3. com. quæst. 845. num. 11.* vbi ierptum inuenies, beneficium cessionis dari vni ex pluribus tutoribus iniohdum ex communi dolo conuentuo, quæ propositio vt iacet, à iure aliena est.

14 Sed † quamuis vni ex tutoribus ex communi dolo conuento cedenda nõ sit actio, nec vtilis detur aduersus alios tutores, etiam si dolus in omittẽdo constitat, ad tradita per Acostam *de priuileg. credit. reg. 3. amp. 2. nu. 83. vers. limita denique*: tamen aliud dicẽdum existimo circa diuisionis beneficium, quo vti poterit tutor, non solùm vbi ex communi culpa; sed etiam vbi ex dolo communi conuenitur; siue in omittendo, siue in cõmittendo constat. Discriminis ratio inter cessionis, & diuisionis beneficium elegans est: nam per beneficium diuisionis, nihil quis consequitur à contutore, sed est mera defensio, nè quis insolidum condẽnetur: at verò per cessionis beneficiũ nõ tã agit tutor de se defendẽdo, quàm vt cõsequatur à cõtutore, quòd iam soluerat: quam sententiam veriorem, & magis communem esse testantur Boerius, Carocius, Montan. Costa & alij quos sequitur Schifordeg. *dict. quæst. 3. per totam*, Surdus *cons. 170. à num. 30.* omninò videndus Gutierrez *de tutel. part. 1. cap. 15. num. 19.* Zeuallos *dict. quæst. 845.* Padilla *in l. 1. C. de transactionibus*, Franch. *dict. decision. 662. num. 13.* Carleual. *dict. disput. 5. à num. 47.* eleganter Iacobus Cuiac. *lib. 12. quæst. Papin. ad dict. l. si plures* 38. apud quos videas an idem obseruandum sit, circa ordinis beneficium. Et an † officiali dãnato pro mala administratione, competat actio, vel saltim beneficium diuisionis? videas *l. in magistratus, D. de Magistratib. conuen.* Gutierrez *sup. numer. 20. & 23.* Ioann. Baptist. Thoro 1. *par. comp. decis.* verb. *actio vel saltim*, qui refert Põte *decis. 10.* Riccium *collectan. 2040.* 15

Superior † etiam distinctio lucem 16
etiam affert quæstioni, & dubio: an custodi carceris, qui creditori soluit pecuniam, pro qua carceratus qui aufugit erat detentus, debeat cedi actio contra debitorem fugitiuum, & eius fideiussores. Et licèt Alexicus *de statutis 2. part. quæst. 144.* quem sequitur Menoch. *de arbitrariis lib. 2. casu 302. nu. 4.* quos refert Farinac. 1. *tom. quæstion. 131. num. 84.* eius sit sententiæ, posse ante solutionem, vel in ipso solutionis actu cessionem desiderare, cuius virtute poterit agere aduersus debitorem, eodem modo quo poterat cedens: tamen verius cum Bart. sup. distinguendum existimo, an culpa, vel negligentia custodis, carceratus aufugerit; an verò dolo, & fraude: nam primo casu cessio iurium locum habebit, iuxta Alexic. Menoch. & Farinacium: secundo verò casu cessionis beneficio indignus erit, cùm in delictis, & veris maleficiis prohibita sit cessio iurium, & actionum. Quandò † 17
autem carceris custos teneatur de fugâ carcerati: et quòd teneatur soluere id, pro quo erat detentus: et an excussio

sio in bonis debitoris facienda sit: & an possit se defendere, & allegare omnes exceptiones quas ipse debitor posset, & de aliis in materia, latè Farinacius *quæst.* 31. Bouadilla *lib.* 3. *cap.* 15. *an.* 125. Ioan. Baptist. Thoro *voto* 41.

18 Ex † eadem etiam Bart. doctrina facilè intelliges iura *in l. si culpa* 63. *l. is qui dolo* 69. *D. de rei vindicat.* in quibus Papinianus, & Paul. differunt, an ei qui culpa, vel dolo fecit quominus possideret, si soluerit rei petitæ æstimationē, cedenda sit actio necne. Et supposita ea iuris regula, eū qui dolo desiit possidere, pro possessore haberi, *l. qui dolo. D. de reg. iur. l. quod si possessor, D. de rei vindic.* cum aliis congestis à Celso Bargalio *de dolo lib.* 6. *regul.* 17. *per tot.* quærit Papinianus *in dict. l. si culpa*, an is qui culpa, & non fraude post litem contestatam possessionem amisit, ex quo litis æstimationem fuit passus, audiendus sit, si desideret, vt aduersarius actiones suas ei cedat: et respondet, rectè hoc desiderare posse, eique absque cessione vtilē actionē, & publicianam competere, Bald. *in d. l. si culpa*, vbi Cuiacius statim referendus.

19 Paulus † vero *in d. l. is qui dolo* 69. ei qui dolo desiit possidere, beneficiū cessionis denegat. Quorum iurium ratio est, nàm in primo casu cùm culpa tantùm interuenerit, iustè desideratur actionum cessio. In secundo aut ēcùm dolo, & fraude quis amisserit possessionem, cessionis vtilitate, & commodo priuatur: ut rectè considerat Cuiacius *lib.* 12. *quæst. Papin. ad d. l. si culpa.* Donell. *lib.* 20. *com. cap.* 7. *in fine*, vbi Osuald. *lit. P.* Oliban. *de actionib. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. Bargal. *d. regul.* 17. *num.* 18.

20 His † tamen grauitèr obstat text. *in l. in depositi* 12. *D. de re iudicata*, ex qua euerti videtur non solùm Pauli decisio *in d. l. is qui dolo*, sed etiam quæ tradidimus, nempè in delictis cessioni actionum locum non esse: asserit enim Marcellus *in d. l. in depositi*, ei apud quem res deposita, vel commodata fuit, si dolo rem amisserit, ex quo eius soluit æstimationem, succurri solere, vt actionibus suis dominus cedat: quod expressè aduersatur, *d. l. is qui dolo.* Iu cuius textus interpretatione varia tradiderunt interpretes. Nam Gothofred. *in d. l. in depositi* existimauit, eius decisionem de æquitate procedere, motus ex illis verbis *condemnato succurri*: at verò *d. l. is qui dolo*, ad ius strictum esse referendam: sed refellitur ab Osuald. *lib.* 27, *com. cap.* 3. *lit. FF.* quasi id non diluere, sed adstruere antinomias sit.

21 Quarè † aliter Iulius Paccius *cent.* 3. *quæst.* 48. qui distinguit inter actionē in personam, & actionem in rem; nàm qui rem vindicat, ei qui dolo malo nō restituit, cedere non cogitur, *d. l. is qui dolo*, qui verò in personam agit cedere debet *d. l. in depositi.* Differentiæ rationē reddit, quia dominij maior vis est, quàm obligationis; & plus iuris in rebus nostris habemus, quàm in his quæ nobis debentur, sequitur hāc interpretationem Oliban. *d. cap.* 4. *num.* 9. & 10. sed reiicit Osuald. vbi proximè, quia deposito, & commodato nō conuenit: cùm in his non tàm quæ nobis debentur, quàm quæ nostra sunt persequamur.

22 Alios † Duareni, & Ioan. Roberti intellectus recenset, & refutat Osuald. ipse tamē nullā interpretationē assignat, licēt videatur acquiescere. Donellus ibi: à quo nec dissentit Cuiacius *d. lib.* 12. qui asserit quòd in bonæ fidei iudiciis, qualia sunt commodati, & depositi, ei qui intulit æstimationē, quamuis dolo possidere desierit, cedenda sit actio; secùs verò in strictis iudiciis, vt in actione in rem, quæ est arbitraria, & stricta actio, in qua cùm dominus cum possessore non contraxerit, ei non obligatur. In deposito verò, & commodato, mutua contrahentium obligatio inuenitur, quæ res efficit, vt actiones post solutam æstimationem debeant præstari. Sed hic Donelli,

nelli,& Cuiacij intellectus displicet: quia in depositio,& commodato maiori ratione dolus,& fraus erat coercenda: cùm in bonæ fidei contractibus,magis dolus abesse debeat: vltra, quod prædictà interpretatione amplexâ,delinquenti,& doloso competeret cessionis beneficium,quod iura ei denegant.

23 Vnde † omissis his interpretationibus,alium existimo esse Marcelli sensum *in d.l.in depositi*, qui si literæ tex. conuenit,superioribus principiis aptissimus,& conueniens erit: loquitur enim Marcellus de depositario à quo res deposita abest, non propter eius verum dolum,sed ex lata culpa, quæ licèt dolo æquiparetur,propriè tamẽ dolus non est: præcipuè in his quæ delictum respiciunt,*l.1.§.si quis ideò,D. nè vis fiat ei,l.si quis*,vers.*doli mali.D. de iurisdict.omnium iudic.l.sed etsi*,§. *scire,D.de petit.hered.glos: in l.in lege Cornelia*.verb.*culpa lata,D.ad l. Corneliam de sicariis*,latè Farinac.3.*tom. quæst.*88.*à num.*18.*& lib.*1. *cons.*1. *num.*21.vbi latè *add.lit.F.* Cum enim in delictis tantùm cessio actionis prohibeatur,inde est, quòd cum depositarius *in dict.l.Marcellus*, non verũ delictum commisserit, debeant ei actiones præstari: quod secùs est,*in dicta l.is qui dolo*,quia in ea lege nõ culpâ,sed dolo,& fraude possessor desiit possidere.

24 Textum † verò *in dict.l.in depositi*, non de dolo veto,sed de lata culpa intelligendum esse moueor ex eo,quòd in iure sæpius dolus pro culpa accipitur,*vt in l.quod Nerua,D.depositi, l.si fideiussor,D.mandati, l. impuberibus, §.1.D.de suspectis tutor.l.cũ res, §.5. D.de legat*:1.cum aliis iuribus congestis à Farinac. vbi proximè *num.*18. Sed vt id sentiam,magis me impellũt verba *dict.l. in depositi*,ibi: *In depositi,vel commodati iudicio, quamquam dolo aduersarij res absit,condẽnato succurrisolet,vt actionibus suis dominus cedat*.vbi notanda sunt verba illa:*succurrisolet*,quibus id docemur,nõ semper,& indistinctè succurrendum esse cessionis beneficio depositario, qui dolo amisit possessionem; sed iuxta doli qualitatẽ: nàm si lata culpa, quæ dolo similis est,res absit, actiones ei præstabũtur; si verò dolo desierit possidere,actionum cessione indignus erit. Suadent etiam nostram interpretationem verba illa:*res absit*,quæ denotât,non vero dolo,seu facto positiuo depositarij; sed eius desidiâ rem abfuisse.

Ex quo † verissimo intellectu iã 25
colliges non rectè asseruisse Bargal. *de dolo lib.6.reg.*17.*num.*18. text.*in dict.l.si culpa*, intelligendum esse de leui culpa: nam si latâ culpâ quis post litem contestatam desineret possidere,actionum cessioni locus non esset. Verius namque est,verum dolum, & delictum necessarium esse, vt cessio locum non habeat,iuxta proximè resoluta. Et de differentiis inter latam culpam,& dolum; & in quibus culpa dolo æquiparetur, videndus Bargal. *lib.5.cap.*1.*&* 2.latissimè Farinac.*d.* 3.*tom.quæst.*87.*per tot.cũ aliis sequentib.& dict.cons.*1.*num.*21.*vbi addit. lit.F.* Couart.*in cap.alma mater*, 1.*p.* §.10.*nu.*17.*& in* 4.2.*part.cap.*6.§. 8.*num.*21.Sanchez *de matrim.libr.*7. *disput.*48.*num.*19.Giurba *cons.*76.*n.* 2. Et qua ratione solicitatori serui, qui eius pretium intulit, cedantur actiones,*in l.vt tantum* 14.§.*fin. D.de seruo corrupto*,videndus Iacob.Cuiacius *lib.*19. *Pauli ad edictum in dict. l.*14.

Similiter † ex superioribus cauen- 26
dum erit,à docto sanè viro Carleual. *de iudiciis dict.disput.*5.*numer.*45.qui expressè asserit,pluribus condemnatis ex quasi delicto,vel ex culpa dolo simili,beneficium cessionis,aut vtilis actionis ei,qui solidum soluit,non cõperire. Nam vt tot iuribus probauimus,in quasi delictis cessioni actionũ locus est, necnon etiam quandò ex culpa dolo simili condemnatio præcessit.

cessit. In eo autem ei libens assentior, quatenus probat, condemnatum ex delicto, vel dolo communi, quamuis à sociis nihil possit repetere: tamen eos in foro conscientiæ soluenti satisfacere teneri partem, quæ ad ipsos spectabat, vt firmant D. Thomas, Caietanus, Couarr. Lessius, & Magon. quos refert.

Cæterùm † licèt verius credam, ei
27 qui ex lata culpa conuentus soluit, actiones cedendas esse, non tamen inficior contrariam sententiam in scholis posse defendi, quam tenet Bargal. & Carleual. sup. pro quibus facit opinio eorum qui tenent, quòd etsi lata culpa in criminalibus dolo non æquiparetur: hoc fallit quoad pœnam, & interesse pecuniarium, vt ex Osasco, Guid. Papa, Marant. tradit Arism. Tepat. *var. tit. 93. cap. 1. vers. lata culpa*, elegantissimè D. D. Martinus de Larreatugui meritissimus supremi Consilij Senator *select. disput. lib. 3. capit. 5. num. 5.* vbi per totum contendit, iuramentum in litem, quod affectionis dicitur, & propter aduersarij dolum præstatur, etiam ob latam culpam cõcedi, quam sententiam sequũtur multi quos refert Hermosilla *in l. 8. titul. 3. part. 5. glos. 6. numer. 33.* ipse tamen verius esse asserit, iuramentum affectionis, neque ex dolo præsumpto, neque ex lata culpa deferendum esse, vt latè ostendit *à nu. 30. & 39.* D. Fraciscus Merlin. *cent. 2. cõt. cap. 25. n. 13.* limitat Hermosilla *num. 37.* in actione tutelæ, in qua ob culpam tutoris, iuramentum in litem defertur.

Resoluenda † est etiam ex superio-
28 ri distinctione quæstio illa, an dominus condemnatus pro delicto, vel culpa famuli, officialis, vel substituti possit petere iurium cessionem? Et omissa disputatione, an & quandò quis teneatur pro culpa famuli, substituti, vel officialis sui, & an liberetur eos exhibendo? de quibus videndi latissimè agentes Gratian. *discept. 725. à num. 1. & 2. tom. discept. 395. nu. 22.* (vbi quòd negotiorum gestor non liberatur cedendo actiones contra eũ, quem substituit, *l. nam & 21. §. mandatu tuo, D. de negotiis gestis*) Scobar *de ratiociniis, cap. 19. à num. 49.* Capell. Tholos. *decis. 196. per tot.* Farinac. *quæst. 24. à num. 48. ad 107. & tom. 3. quæst. 111, num. 462. & lib. 3. resp. crim. cons. 207. & 230.* Anton. Faber *C. mandati, defin. 2.* Thesaur. *decis. 83.* Cancer. *2. part. variar. cap. 2, num. 95.* Polydor. Ripa *de nocturn. temp. cap. 31. num. 12.* (vbi quòd propter delictum filij, vel famuli, contra patrem, vel dominum iuramentum in litẽ non defertur) Costa *de facti scient. & ignor. inspect. 41. & 42. & 43.* Amaya *in l. nullus 60, C. de decurionib, à num. 43.* Larrea *allegat. 39. & alleg. 86. à n. 25*, latè Salzedo *ad nou, leg. Recop. in l. 7. tit. 21. lib. 2. à num. 36. & 56.* ex aliis Carleual. *de iudiciis tom. 2. in apologia à num. 1. ad 11.* dicẽdum est, in casibus in quibus dominus condẽnatur pro culpa famuli, officialis, vel substituti, debere ei præstari iura, & actiones contra eos; dominoque sine cessione vtilem competere, quia in eo delictum non consideratur, sed tãtùm ratione malæ electionis tenetur, *l. vel per literas, D. si mensor falsum. mod. dixerit, l. videamus in princip. D. locati, l. 5. tit. 18. part. 2.*

In † cuius sententiæ comprobatio-
29 nem facit, quòd in locis vbi viget statutum, vt vniuersitas teneatur pro furto, damnò, vel delicto, commisso in eius territorio, per suos cives (de quo statuto, & eius iustificatione videndus latè agens Farinac. *1. tom. quæst. 24. à numer. 197.* Osascus *decision. 88.* Costa *remedio 51. cap. 2.* Menoch. *de arbitrar. casu 345.* plenissimè Polydorus Ripa *de nocturno tempore, cap. 29. & 30. per totum, & cap. 31. à numer. 11. ad 18.* Cenedo *quæst. 9. num. 30.* Bellon. *de his quæ fiunt incontinenti, cap. 1. num. 6*, ex aliis doctus Otero in hac nostra Vallisoletana Academia Decretorum Cathedræ antecessor digniss-

dignissimus in suo *tract. de pascuis, & iure pascendi, cap.* 14. *à num.* 3. *ad* 8.) damnum passus tenetur actiones suas vniuersitati cedere contra delinquẽtem, ipsaque absque cessione vtilitèr agit, Alucric. à Rosate *de statutis 2. p. quæst.* 70. Farinac. *dict. quæst.* 24. *nu.* 214. facit expressus text. *in l. licèt 6. §. possumus, D. nautæ caup. & stab.* ibi: *Etsi cum exercitore egerimus, præstare ei debemus actiones nostras, quãuis ex conducto actio aduersus eos competat exercitori.* Et solutum pro culpa, vel delicto famuli posse ab eo repeti firmat Farinac. *dict. quæst.* 24. *numer.* 90. Capell. Tholos *dict. decis.* 106. *nu.* 4. *in fin.* videndus Auiles *in cap. præt. cap.* 4. verb. *sea obligado*, vbi denegat repetitionem, quandò dominus particeps fuit fraudis, vel eius habuit sciẽtiam.

30 Hinc † descendit, quòd si ab Episcopo, eius vè bonis temporalibus exacta sit aliqua mulcta, imposita eius Vicario generali, ex eo quòd parere, & obedire noluit Regiis prouisionibus, quibus declaratum fuit vim facere; cedenda ei sit actio contra Vicarium, à quo propter suam inopiam, vel absentiam mulcta exigi non potuit; poteritq; Episcopus sine cessione, quod soluit ab eo repetere, Farin. 3. *tom. quæst.* 111. *n.* 462. *in fi.*

31 Hæc † quæ de cessione Episcopo facienda dicta sunt, intelligas vellim, sub suppositione, quòd verum sit, ab eo exigi posse mulctam propter inobedientiam sui Vicarij in non parendo Regiis prouisionibus, quibus vt appellationi deferret, & reponeret iubebatur. Et licèt in occurrenti casu in Regia Vallisoletana Cancellaria sic decisum fuisse, testetur D. Amaya *in l. nullus* 60. *C. de decurionibus, num.* 45. cuius meminit Didacus Latrea *tom. 1. allegation. 39. num.* 12, tãmen id ex professo agere instituti nostri non est. An

32 † autem Episcopus de imperitia, vel culpa sui Vicarij teneatur, vltra Farinac. *dict. num.* 462. Add. ad Capell. Tholos *dict. decis.* 196. *à num.* 1. Franciscus Marcus *decis.* 378. 2. *part.* Costa *sup. dict. insp.* 41. *num.* 4. Mari. Giurba *cons.* 36. *num.* 28. Marta *in comp. decis.* 6. *tom.* verb. *Episcopus, cap.* 11. vbi resoluit teneri: pro quo non leuiter facit, quòd Episcopus præsumitur scire omnia quæ fiunt ab eius Vicario, etiam foraneo, Seraphin. *decis.* 306. *numer.* 6. Et † an Episcopus necessario 33 Vicarium seu officialem, vulgo *Prouisor*, teneatur habere, videndus Barbosa *de iure vniu. Eccles. lib.* 1. *cap.* 15. *numer.* 16. vers. *an autem*, qui resoluit ad id non teneri, sequitur Riccius *in praxi Episcop. decis.* 562.

Ex his † cautè legendus est Mer- 34 curialis Merlin. *de pignorib. & hypoth. lib.* 4. *quæstion.* 70. *num.* 41. qui asserit, fideiussorem, qui soluit pro debitore ex causa maleficij, non posse impetrare cessionem contra confideiussorem, neque ei aliquam actionem competere, vt quod soluit à confideiussore repetat. Ea enim doctrina absona mihi videtur, & quamuis alleget Bart. *in l.* 1. *§. si plures in fine, D. de eo, per quam fact. erit*, Bald. *in l.* 1. *numer.* 4. *C. de condict. furtiu.* id non probant. Nec quicquam facit ratio, qua mouetur, scilicèt quòd solutio in pœnalibus parit tantùm liberationem, non verò actionem ad repetendum. Quia id solùm militat respectu plurũ deliquentium, non verò plurium fideiussorum etiam ex causa maleficij: cùm inter se non ex delicto, vel maleficio, sed ex contractu teneantur: et mutui periculi respectu intercessisse intelligitur, ad tradita à nobis *sup. quæst.* 2.

Nostræ † quæstionis materiam at- 35 tingit dubium illud, an iudex pœnam quæ sibi per legem applicatur, possit in fauorem ipsius rei, vel alterius cedere, pendente accusatione, vel post sententiam, nondum tamen in rẽ iudicatam transactam. Sed quia ar-

ticulus hic plenè,& doctè ad partes discutitur per Bouadillam *lib.5. cap. 3.à num.96. ad 114.* præcipuè *num. 103.*de eo agere supersedeo.

36 Actiones autem pœnales an cedi possint,& quandò in heredes transmittantur?videndus omninò Noalis *de transmissione casu 27.per totum.* Et de actione iniuriarum, accusandi iure,condictione furtiua,& aliis ex delicto descendentibus,videas in Miscellanea tituli tertij.

SVMMARIVM.

1 *Tutorem vnum habere magis quàm duos expediens est pupillo.*

2 *Tutores plures insolidum tenentur, nisi testator, aut iudex inter eos diuiserit tutelam.*

3 *Tutor vnus si contradicat aliorum administrationi,vel alicuius negotij expeditioni,quid faciendum sit.remissiuè.*

4 *Tutores licèt inter se diuidant tutelam,adhuc insolidum pupillo tenentur.*

5 *Tutoribus qui insolidum pupillo tenentur,lex quatuor indulget beneficia.*

6 *Ordinis beneficium competit vni ex tutoribus,qui non administrauit.*

7 *Refertur cautela,qua pupillus possit ex eisdem actis gestis cum tutore qui administrauit, conuenire eos,qui non administrauerunt.*

8 *Tutor vnus ex pluribus qui administrauit,si soluendo non sit, an debeat prius ad contutores, quã ad magistratum, qui eos nominauit deueniri.*

L.Lucius,§.1.cum l.cum alicui,D. de negotiis gestis,concordia.*remissiuè.*

9 *Diuisionis beneficio consequitur tutor,vt alter qui administrauit tutelam,& soluendo est excutiatur*

10 *Diuisionis exceptio an perẽptoria, vel dilatoria sit,& quandò excludatur.*

11 *Tutor insolidum conuentus cessionis iurium beneficium habet, per quod consequitur vt pupillus ei aduersus contutores iura, & actiones suas cedat.*

12 *Pupillus qui condemnauit curatorem in id,quod culpa sua minus exegit à tutore, ei actiones suas præstare tenetur.*

13 *Pupillus si aduersus alios contutores actiones suas cedere non possit, exceptione cedendarũ repellitur.*

Pactum,liberatio, transactio facta cum vno ex tutoribus,vel correis debendi,quatenus aliis prosit.

Pactum de non petendo,quandò personale censeatur,ita vt in heredes non transeat.

14 *Pupillus,vel adultus qui vnum ex tutoribus liberauit,repellitur exceptione cedendarum,licèt is soluendo non esset.*

15 *Actio quam cedere tenetur pupillus tutori solidum soluenti aduersus contutores,non negotiorũ gestorum,sed tutelæ actio est.*

16 *Tutor vnus,qui solidum soluit,qua actione à pupillo petere debeat iurium cessionem contra cõtutores.*

17 *Pupillus si mandet actiones suas tutori aduersus alios tutores, directa actio pœnes eum inefficax manet.*

18 *Tutori,qui solidum præstitit, datur beneficium vtilis actionis,per quam aduersus contutores experiatur.*

19 *Cessio actionum vtilior est tutori, quàm vtilis actio,quam lex citra cessionem concedit.*

Negotiorum gestorum actio personalis est, actio verò tutelæ tacitam habet hypothecam cum priuilegio.

20 *Intelligitur* l.1.§.etsi fortè, D.de tutelæ,& rationib.distrah.

Negotiorum gestorum actio non datur ei,qui negotium suum gessit.

21 *Re-*

21 *Refertur alter intellectus* ad dict. l.1.§.etsi fortè, *& reiicitur* numer.22.

22 *Magistratus, & collega, qui solidum soluit, aduersus alium magistratum vtilem actionem habet, exemplo tutorum.*

23 *Vera assignatur ratio* ad l. Modestinus, D. de solutionib.

24 *Vtilis actio eiusdem potestatis est, ac directa.*

25 *Exceptiones variæ vtilibus actionibus obstant, quæ directis non opponuntur.*

26 *Elegans assignatur ratio, cur magis expediens sit tutori, qui solidũ soluit, cessionem à pupillo habere, quàm vtili tutelæ actione, sine cessione experiri,* & num.27.

Exceptione perpetua tutus, si soluat condicere potest pecuniam, tanquàm indebitam.

28 *Tutor qui propter alterius dolum vel communem culpam solidum soluit, nec cessionis, nec vtilis actionis beneficium habet.*

QVÆSTIO. VII.

Tutor vnus ex pluribus insolidum actione tutelæ cõdemnatus, cessionem actionis aduersus contutores iustè desiderat: et vtiliùs esse ostenditur, cessionem actionum habere, quàm vtili actione sine cessione experiri.

QVAMVIS † tutorem vnũ habere magis quã duos conueniens sit pupillo, *l.3.§. apparet*, ibi: *Sanè enim faciliùs vnus tutor, & actiones exercet, & excipit, nè per multos tutela spargatur, D. de admin. tutor. l. stipulatio, §. penult. D. de nou. oper. nunciat.* D. Valenzuela *cons.36. n.67. tom.1.* tamen † quandò pupillus 2
super abundat facultatibus, solet testator, vel Prætor plures ei dare tutores, inter quos nisi testator ipse, vel iudex diuiserit tutelã, insolidum pupillo tenentur, siue omnes administrauerint, siue nullus, *l. tres tutores, D. de admin. tutor. l.1.§. nunc tractemus, D. de tutelæ, & rationib. glos. & ordinarij, in l.1. C. de transact.* vbi Padilla *nu.6.* Gutierrez *de tutelis 1.p.c.15.à n.1.* ex aliis Ioan. Baptist, Thor. 2. *p. comp. decis.* verb. *tutela pluribus* (vbi † per to- 3
tã, quid faciẽdũ, si vnus tutor contradicat aliorum administrationi, & expeditioni negotiorum, Cancer. proximè referendus, qui probant, in casu discordiæ iudicem adeundum esse.) Quod † procedit quamuis ipsi inter se 4
diuiserint tutelam, *l.2. C. de diuid. tutela.* Rodrig. *de concursu 1.p.art.4.à n.16.* quia ex tali diuisione nudum tantùm ministerium; non autem potestas nec exercitium diuisum censetur, *l. inter tutores, D. de administ. tutor.* prosequitur elegantèr Surd. *cons.170.à n.5 & 11.* Donell. *lib.15. com.c.18.* Schifordeg. *lib.1. tract.3. in princ.* Anton. Fab. *in iurisprud. Papin. tit.12. princ. 7. illat.72.* late Marius Muta *decis.32. per tot.* nouissimè & elegantèr (nullo tamen ex his relato) D. Salgado *in labyrinth. credit. p.2.c.12. à num.26.* vbi quomodò debeant conueniri plures tutores qui inter se, vel iudice, aut testatore mandante per regiones diuiserunt administrationem: nec non & plures heredes, quãdò defunctus per prouincias diuisit hereditatem.

Sed † cùm lex plures tutores insolidum obliget; ex æquitate quatuor 6
eis indulget beneficia, scilicèt ordinis, diuisionis, cessionis; & vtilis actionis, Gutierrez *dict. cap.15. per tot.* Padilla *in dict. l.1. C. de transact. per totam*, Marius Muta *dict. decision. 32. numer.8. & 25.* Cancer. *1. part. var. cap.7. à nu.35.* Schifordeg. *lib.3. tract.*

3. *quæst.* 3. *ante fi.* Donell. *lib.* 15. *com. cap.* 20. *vbi Oswald. lit. F.* Cyriac. *lib.* 2. *cõtrouer.* 280. *à n.* 16. *ad* 23. quorũ auxilio, quisque suam portionem soluit, vt ex Bart. & Curt. Senior. rectè aduertit Surd. *d. cons.* 70. *n.* 10. Muta. 8.

6 Et† licèt ex his quatuor beneficiis, duo posteriora ad nostram quæstionem tantum attineant; tamen pro meliori cognitione breuiter ordinis, & diuisionis beneficia explicare conueniens erit. Ordinis beneficio tutor, qui non administrauit, à pupillo conuentus, consequitur vt alter tutor, qui administrauit, insolidum cõueniatur, & excutiatur: vt non prius ad eũ qui non administrauit deueniatur, quàm si constiterit eum, qui tutelam gessit, soluendo non esse, *l.* 1. *&* 2. *C. si tutor non gesser. l. vlt. C. de diuid. tutel. l. cum interdictæ*, §. 1. *C. arbitrium tutel. l. tutores, qui post*, § *in eũ, D. de administ. tutor.* Anton. Faber *d. illat.* 52. *& tit.* 12. *princ.* 7. *illat.* 33. quandò verò hoc ordinis beneficium cessat, vltra Gutier. videndus omninò Surdus *consil.* 170. *nu.* 13.

7 Id autem† vt circuitum euitet, curare debet qui pupilli causam agit, vt quandò cum qui tutelam gessit conuenit, citari faciat tutores, qui nõ administrarunt: quia statim absque alia citatione ex eisdem actis aduersus eos executiuè agi poterit, vt ex Scobar *de ratiociniis*, *cap.* 4. *nu.* 16. probat Acosta *de priuileg. credit. reg.* 3, *amp.* 1. *n.* 72. vbi *à nu.* 40. id in† controuersiam, & disputationem adducit; an si

8 vnus ex pluribus tutoribus, qui tutelam gessit, conuentus soluendo non sit, prius sint conueniendi alij contutores, & in eis excussio faciẽda, antequàm ad magistratum, qui nominauit perueniatur; vel an statim magistratus debeat conueniri? de quo vltra ab eo dicta, videas *l.* 1. §. *vsque adeo, D. de tutel. & rationib. distrah. l. Lucius* 46. §. 1. *&* §. *cum testamento, D. de administ. tutor. glos. in d.* §. 1. verb. *conueniri oportere*, Gutierrez *d. cap.* 15. *nu.* 27. Cuiac. *lib.* 3. *obseru. c.* 8. *& lib.* 9. *resp. Pauli ad d. l. Lucius*, §. 1. Anton. Faber *in Iurisprud. titul.* 12. *de tutelis prin.* 8. *illat.* 13. apud quos elegantèr de intellectu, & concordia, *d. l. Lucius*, §. 1. cum *l. cum alicui, D. de negotiis gestis*, Iulius Paccius *centur.* 5. *quæst.* 78. Et quòd antequam ad magistratum deueniatur excussio sit faciẽda in tutore, & eius fideiussoribus: et quis teneatur probare tutorem tempore suscepræ tutelæ idoneum fuisse, vel non, si aduersus heredem tutoris agatur? Cyriac. *lib.* 1. *cont.* 22.

Diuisionis† beneficium id præstat, 9 vt alter tutor qui administrauit, & soluendo est, conueniatur, & excutiatur pro parte; & eo non reperto soluẽdo deueniatur insolidum ad tutorem cõuentum, *l.* 1. §. *nunc tractemus, D. de tutel. & rationib. l.* 6. *C. arbitrium tutel. d. l. si plures* 38. Quod exemplo fideiussorum ex æquitate fuit introductum, *l.* 1. §. *etsi quid*, de quo diuisionis beneficio Ant. Faber *lib.* 11. *coniect. cap.* 11. Et an eisdem regatur regulis, quibus eo fideiussores vtuntur? Schifordeg. *d. tract.* 3. *per tot.* Et† an diui- 10 sionis exceptio dilatoria, vel peremptoria sit, & ex quibus excludatur, multis relatis Ioan. And. Dornspeg. *syntag. iuris lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 29. *per tot.*

Tertium† nostræ quæstionis pecu- 11 liare beneficium, cessionis est, cuius ope tutor qui ordinis, & diuisionis exceptionem omisit, potest si insolidũ condemnetur, consequi à pupillo iurium cessionem contra alios tutores, vt quod pro eis soluit, ab ipsis repetat, *l. si pupillus, D. de administ. tutor, l.* 1. §. *etsi forte, l. alterius* 20. §. 1. *cum l. sequenti, D. de tutel. & rationib. l.* 1. *C. contrar. iudic. tutel. l.* 2. *C. de diuid. tutel.* ibi: *Et vnum eorum eligere. & totum debitum exigere, cessione videlicet ab eo, aduersus cæteros tutores, seu curatores actionum ei competentium facienda*, Gutierrez *d. c.* 15. *n.* 28. Muta, Surd. Cancer. Ant. Fab. Schifordeg. vbi proximè. Simulitèrque† pupillus, 12

qui

qui condemnauit curatorem in id, quod culpa sua minus exigit à tutoribus, ei actiones suas cedere tenetur, *l. si minoris* 25. *l. vlt. D. de admin. tut.* Anton. Faber *in Papin. titul.* 12. *princip.* 8. *illat.* 10. Auendaño *de metu lib.* 2. *cap.* 24. *nu.* 24.

13 His † casibus si pupillus actionem cedere recuset, exceptione cedendarum repellitur, vel si alium ex tutoribus liberasset, siue per pactum, legatum, vel trasactionem, textus expressus *in dict. l. si pupillus*, Gratian. *discept.* 409. *nu.* 14. Intrigliol. Zeuallos, Eugenius, quos sequitur Anton. Amato 1. *tom. resolut.* 37. *nu.* 52. Intrigliol. *decis.* 16. *à nu.* 30. *lib.* 1. Acosta *de priuileg. credit. reg.* 3. *amp.* 2, *num.* 72. *&* 77. Franch. omnino videndus *decis.* 662. *per tot.* vbi Riccius, optimè Petr. Surdus *d. cons.* 170, *per tot.* vbi latè, quòd etsi liberatio, pactum, vel transactio cum vno ex tutoribus, vel correis, alios non liberet, nec eâ directè se iuuare possint, nisi socij sint, *l. si ex duobus, D. de tutelæ, & rationib.* l. 1. *C. de transaction.* Anton. Faber *in iurisp. Papinian. tit.* 12. *princ.* 7. *illation.* 77. tamen indirectè eis prodest, opposita ordinis, diuisionis, vel cedendarum exceptione. Quandò verò pactū, vel liberatio vnius correi, aliis prosit, consule latè agentes Sesse *decisio.* 344. *à nu.* 13. Gutierrez *allegat.* 2. *per tot.* Bertazol. *claus.* 35. *glos.* 6. Casana te *cons.* 12, *&* 13. *per tot.* Gaitum *de credito. cap.* 2. *tit.* 3. *nu.* 600. Anton. Faber *lib.* 11. *coniectur. cap.* 18. Paul. Gallerat. *de renunc. lib.* 1. *cap.* 10. vbi per totum quandò pactum de non petendo personale sit, neque extendatur ad alios correos, heredes, vel fideiussores, videas Cyriac. *lib.* 2. *cont.* 211. *&* 212.

Adeò † autem tutori soluenti de- 14
bita est actionum cessio contra tutores, vt etsi pupillus, vel adultus inopem aliquem, & qui soluendo non esset liberasset, adhuc exceptio cedendarum ei obstaret, vt cõcluduntBart. *in l. si stipulatus*, §. 1. *D. de fideiuss. & in d. l. si pupillus*, Franch. *d. decis.* 662. *à n.* 5. Surdus *d. cons.* 170. *n.* 35. cum aliis quos sup. retulimus.

Obitèr † tamen aduerto, cautè le- 15
gendum esse Gutierrez *d. c.* 15. *n.* 28. qui asserit, tutori solidum soluenti cedendam esse à pupillo actionem negotiorum gestorum ei competentem aduersus tutores: Quod absonum est. nàm pupillus actionem, quam cedere tenetur, tutelæ actio est, non negotiorum gestorum, *l. ex pluribus, D. de administrat. tutor.* ibi: *Priuilegium pupilli non habebit*, quæ verba necessariò ad actionem tutelæ referenda sunt, cum negotiorum gestorum actio personalis sit, nullo tacitæ hypothecæ priuilegio munita, *l. penultima, C. de negotiis gestis*: vndè prædicta iura de cessione actionis tutelæ accipienda esse, rectè probat Anton. Faber infrà referendus, *& lib.* 11. *cõiect. cap.* 9.

Sed † qua actione desiderare pos- 16
sit tutor insolidum conuentus, vt pupillus ei tutelæ actionem præstet aduersus alios tutores, in dubium reuocat Schifordeg. *lib.* 5. *tract.* 23. *quæstion.* 21. vers. *diximus*, vbi contrario iudicio tutelæ id consequendum asserit; non verò doli exceptione opposita: ex eo motus quòd verbum *desiderare*, quo vtuntur Consulti, ad id referri solet, quòd per viam actionis, nõ verò oppositæ exceptionè postulatur, *l. actoris* 30. *D. de procuratorib. l. eum qui*, §. 1. *D. de inoffic. testam. l. cæterũ* 31. *D. de re iudicata, l. Pomponius* 40. *in princ. D. de procurat.* Ego verò in hac re ita distinguendum fore cẽseo, vt si tutor sponte solidum offerat pupillo, vellit que iura sibi cedi contra alios; id contrario iudicio tutelæ desiderandum sit: sin verò pupillus aduersus tutorem agat, & ab eo inuito extorquere intendat pecuniam, doli exceptione oppositæ possit repelli, nisi paratus sit actiones suas præstare.

17 Mandatâ † verò tutori, qui iudicatum fecit, actione tutelæ, actiones directæ penes pupillum in efficaces remanent, iuxta Schisordeg. *sup.* vers. *cæterum.* Etiam cessio vt prosit incõtinenti fieri debeat, diximus *sup.* Et infrà agemus, an tutor, qui cessas habet pupilli actiones, eius iuribus, & priuilegio fruatur.

18 Quartum, † & vltimum beneficiũ vtilis actionis dicitur, quod tunc cõpetit, quandò tutor qui soluit, cessionem congruo tempore non obtinuit, eo enim casu cum directæ pupilli actionis exercitium tutor, non habeat, vtilis ei aduersus alios tutores legis potestate actio conceditur, *l.1. §. etsi forte, D. de tutelæ, & rationib. l.2. C. contrar. iudicium tutel.* Gutierrez *sup. num.* 31. Anton. Faber *lib.11. coniect. cap.11.* Acosta *de priuileg. credit. reg.3. ampl.2. num.* 69. Heringius *de fideiussor. cap.27. part.3. nu.16. & cap.28. num.45.* Lasarte *de gauell. cap. 9. num.30.* Cancer. omninò videndus *dict. num.30.* vbi in fine hæc menti tenenda esse monet, quia in facto sæpè accidunt, Padilla *in l.1. C. de transact. per totam*, ex Negusant. & Galganet. Merlinus *de pignorib. lib.4. quæst.70. num.20.*

19 Dubitationis † tamen non leuis, nec inelegantis est, qua ratione *in l. Modestinus 76. D. de solutionib.* inquiratur, an rectè actiones tutori mãdatæ sint, cùm ei absque cessione vtilis aduersus alios tutores actio competat: ex quo videtur, tutorem cessione pupilli non indigere. In qua difficultate nonnulli existimarunt, vtilem actionem quæ legis beneficio tutori soluenti conceditur *in dict. §. etsi forte*, vtilem negotiorum gestorũ actionẽ esse, iuxta *l. ex facto 30. §. Valerius seuerus*, ibi: *Aduersus contutorem negotiorum gestorum actionem tutori dãdam, D. de negotiis gestis*, quæ negotiorum gestorum actio, cùm hypothecâ sit destituta, *dict. l. penult.* Anton. Faber *dict. cap.11. ad medium*, ex Molfesio, Scobar, Tusch. & aliis Noguerol. *alleg.1. nu.32.* Acosta *dict. reg.3. amp. 1. nu.21. & limitat.6. nn.8.* vtilius esse censent, cessionem habere, per quã tutelæ actio in tutorem transferatur, quæ non solùm tacitâ hypothecâ munitur, *l. Vnica, §.1. C. de rei vxoriæ actione, l. pro officio, C. de administrat. tutor.* sed prælationis gaudet prærogatiua, *l. fin. D. de tutelæ, & rationib. l.4. §.1. D. de priuileg. credit. l. ex pluribus, D. de administrat. tutor.* Gutierrez *de tutelis 2. part. cap.16. num.10.* latissimè Acosta *dict. reg.3. ampl.1. à nu.1. & per tot.*

20 Sed † hæc sententia displicet, quia text. *in dict. §. etsi forte*, non de vtili negotiorum gestorum actione intelligendus est, sed de vtili tutelæ actione, Paul. de Castro *in dict. l. Modestinus, nu.2.* ex Azone contra Accurs. veriorem dicit Anton. Faber *libr.11. c.11.* ea ratione motus, quòd *in dict. §. etsi forte*, Iuris Consultus non solũ vtilem actionem tutori ex facto contutoris conuenio concedit, sed etiam quandò ex communi gestione condẽnatus soluit: & licèt verum sit, priori casu actionem negotiorum gestorum tutori soluenti ex æquitate competituram; tamen posteriori casu quo tutor ex communi administratione, & gestu conuenitur, actio negotiorum gestorum competere non potest, quę nunquam datur ei, qui negotium suũ gessit, *l. creditor 60. §.1.* vers. *palam, D. mandati, l. deducta, §. qui post tempus, D. ad S.C. Trebell.* videndus Anton. Faber *lib.11. coniect. cap.7.*

21 Nec † veriorem existimo alteram sententiam, quam à quodam grauissimo præceptore probatam vidi, qui distinguendum esse asserebat, an tutor sponte, vel cõdẽnatus soluisset: nàm si sponte, vtilẽ tutelę actionẽ nõ habebit, *l.1. C. contrar. iud. tntel.* si verò condẽnatus, & cõpulsus soluisset, vtilis tutelæ actio ei præstabitur; quo casu procedit *text. in dict. §. etsi forte*, Ex quo inferes non frustra apud Modesti-

destinum dubitari, an cessio actionis ex interuallo, vel incontinenti sit facta, cum eà indigeat tutor quoties sponte offert solutionem: quia si eo casu actio tutori non cederetur, neque vtilem, neque directam haberet.

22 Hæc † doctrina licèt plausibilis videatur, displicet ex eo, quia nullus interpretum quos retulimus, eã probauit: nec pro ea quicquam facit *dict. l.* 1. nam in eà nullum verbum reperies, ex quo suaderi possit, tutori spõtè soluenti vtilem actionem denegari. Nec quod *in dict. §. et si forte*, de tutore condemnato ipecies sit; inde colligi poterit, eius decisionem ad tutorem sponte soluentem non esse protrahendam: cùm vno, & altero casu cadẽ æquitatis militet ratio: qua motus Vlpian. *in l.* 2. *§. actio autem, D. de administr. rerum, ad ciuit. pertin.* decreuit, collegam, & magistratum, qui pro alio collega soluit, vtilem actionem habere, nulla facta mentione, an sponte, vel coactus soluisset, quod ad exemplum tutorum statutum fuit, *d. l.* 2. *§. prior*, aliàs *l. prior*, ibi: *Prior autem exemplo tutorum, D. de administrat. rerum ad ciuitat.* facit *l. fin. D. de magistratib. conueniend.* ibi: *Quoniam eadẽ in magistratus actio datur, quæ competit in tutores.*

Quarè † his & aliis reiectis, verissimè dicendum est; ideò *in dict. l. Modestinus*, anxiè quæri, an incontinenti, vel ex interuallo cessio facta sit: quia licet tutor solidum soluens, vtilis actionis beneficium habeat; tamen ei expedit mandatas à pupillo actiones habere, vt non solùm vtiles actiones suo nomine intendere possit; verùm etiam directas ex persona pupilli exercere. Nec in eo directarum actionum vtilitatem consistere dicas (vt malè existimarunt aliqui) quòd vtilis actio tutelæ quæ conceditur *in dict. §. et si forte*, personalis tantùm sit; directa verò tutelæ actio tacitam hypothecam habeat: Nam † vtilis actio quę deficiente directâ in eius locum benigna iuris ratione substituitur, Donell. *lib.* 21. *com. cap.* 2. eiusdem potestatis, ac directa actio est, *l. actio* 47. *D. de negotiis gestis*, ibi: *Cum vtraque actio eiusdem potestatis sit, eundẽq; effectũ habeat*, Ant. Faber *lib.* 4. *coniect. cap.* 7. Cuiacius *lib.* 15. *obseru. cap.* 11. Bertazol. *clauſ.* 27. *glos.* 9. *nu.* 2. Guzman *de euictionib. quæst.* 35. *num.* 79. Acosta *de priuileg. creditor. prælud.* 2. *nu.* 13.

Vtilitas † ergo cessionis in eo consistit, quòd tutor habeat exercitium directarum actionum, *l. qui stipendia, C. de procuratorib.* Ex quibus considerabile consequitur commodum, quia contra vtiles actiones multæ obstant exceptiones, quæ directis actionibus non opponuntur, *glos. in l. quoties, C. de administ. tutor.* Bald. *in l.* 1. *C. de trã sactionib. num.* 10. vers. *sed quæro*, vbi Iason *nu.* 7. Padill. *in dict. l.* 1. *nu.* 24. Parlador. *in sex quæst. differ.* 37. *num.* 4. & 9. Cellus Bargal. *de dolo lib.* 5. *cap.* 14. *nu.* 115. Schiffordeg. *lib.* 3. *tractat.* 23. *quæst.* 19.

Cæterum † vltra omnes, cessionis vtilitatem, & cedendarum beneficiũ, in eo etiam considero, quòd si pupillus, vel adultus vnum ex tutoribus, vel curatoribus liberauerit, si ab altero solidum exigat, oppositâ cedendarum exceptione repellitur, quâ vi â euitat solutionem, *dict. l. si pupillus*: si verò tutor eâ exceptione non vtatur, solidum præstabit, vtili que actione aduersus alios experietur: quod minus vtile esse manifestè apparet, & colligitur ex eo, quòd si obtenta cessione; postea constaret pupillum vnũ ex tutoribus liberasse, aut cum eo trã segisse, tutor qui soluit, recursum contra pupillum haberet, à quo quod soluit repetere posset, tanquàm indebitum, eumque de stellionatu accusare valeret, cùm huius criminis reus sit, qui cedit iura, quæ sibi non competunt, vt ex Natta *cons.* 588. *nu.* 11. *lib.* 3. tradit Farinacius *de falsitate q.* 150. *part.*

part.9.n.223. Amatis *decis.6. nu.10.* Guzman *de evictionib.quæst. 35. numer.43.*

27 Aut verò si non opposita cedendarum exceptione soluisset tutor, & vtili actione aduersus alios contutores ageret, licèt vnum, aut omnes liberasset pupillus, contra eum recursum non haberet, nec solutum vt indebitum repetere posset: nàm quamuis qui exceptionem perpetuam habet (in sui fauorem, non in odium creditoris comparatam) solutum per errorem repetat, *l.qui exceptionem 40.l. ex his leg. sufficit, D. de condict. indebiti,* quia debitor iustam exceptionem nactus, amplius debitor non dicitur, *l. Marcellus 66. D. de reg. iuris,* Donell, *lib.14. com. cap.11. vbi Osuald.* tamen in hoc casu condictio cessabit: quia cùm tutor sciens se hac exceptione tutum esse soluerit, condicere non potest, in terminis Anton. Faber *lib.11. coniect. cap.20.* facit *l. si nõ sortem 26. §. indebitum,* ibi: *Quarè hoc quoque repeti poterit, nisi sciens se tutũ exceptione soluit, D. de condict. indebiti,* quam exceptionem sibi competere ignorare non potuit tutor, nisi per iuris ignorantiam, quæ condictioni viam non aperit, sed tantùm ea quæ facti est, *l. cum quis 10. D. de iuris, & facti ignor.* Donell. *lib.14. com. cap.14.*

28 Licèt autem tutoribus his beneficiis cessionis, & vtilis actionis iura succurrãt, hoc tamẽ procedit, si propter alterius dolum, vel communem culpam solidum soluerint; nam si ex proprio, vel communi dolo condemnentur, cessionis, & vtilis actionis beneficio indigni efficiuntur, vt dictũ est quæstione antecedenti.

SVMMARIVM.

1 *Summa, & inscriptio quæstionis.*

2 *Iudex executor antequam compellat condemnatum ad factum, prius eũ monere debet.*

3 *Condemnato ad factũ debet dari aliquis terminus, & dilatio intra quam iudicatis satisfaciat.*

Appellari licitè potest ab executore, qui debitã dilationẽ non concedit cõdẽnato ad præstationẽ facti.

4 *Dilatio qualis debeat dari condemnato ad factum arbitrio iudicis relinquitur.*

5 *Fideiussor de repræsentando reũ ad omne mandatum iudicis, prius moneri debet, concesso aliquo termino saltim de æquitate, vt perquirat reum.*

6 *Mercator cui literæ soluendæ diriguntur, vt statim soluat, vulgo.* à letra vista, *in quod vsque tẽpus possit differre solutionem.*

7 *Obligatus, vel condemnatus illico facere, qua dilatione vti possit.*

8 *Condemnatus, vel obligatus ad factũ, post terminum assignatum cõpellendus est nõ per viam executiuã, sed per mandatum, quod dicitur,* de apremio.

Depositarius compellendus est ad restitutionem depositi non per viã executiuam, sed per mandatum, de apremio: *etiam pro interesse à tempore moræ.* ibid.

9 *Condemnatus per sententiam ad factum, compellitur per carcerem, & captis pignoribus, etiam si sit nobilis.*

Administrator bonorum concursus, si reliquatus non soluit compellitur per carcerem: & quid in nobili depositario, tutore, curatore, aut executore testamenti, si non soluant id, in quo reliquati sunt. ibid.

10 *Condemnatus ad exhibendum aliquod instrumentum, compellitur per carcerem, licèt sit clericus, vel nobilis.*

11 *Condemnatus ad recipiendam aliquam in vxorẽ, quo modò sit compellendus: & quando superdere debeat iudex Ecclesiasticus in cõpul-*

pulsione per censuras.

12 *Iudex secularis an possit compellere eum, qui fidem dedit de contrahendo matrimonio.*

13 *Iudex secularis an possit compellere coniugem, vt cum coniuge cohabitet; vel vt puella disponsata restituatur viro.*

24 *Condemnatus ad faciendam cessionem, quomodo compellendus: vbi duplex modus compulsionis refertur.*

15 *Condemnatus ad præstationem facti, quod necessariò operam condemnati requirit, per carcerem. & pignorum captionem compellitur.*

16 *Condemnatus ad cedendum, iudicatis non dicitur satisfacere, nisi simul tradat instrumenta, quæ habet contra debitorem cessum.*

17 *Officia Hispaniæ, vt patrimonialia bona reputãtur, & in eis rectè fit executio: vẽdi, & cedi possũt.*

18 *Dominus officij in publica subhastatione distracti pro satisfaciendis creditoribus, cogitur illius facere renunciationem, & titulum exhibere. & qualiter sit compellendus.*

19 *Condemnati ad factum, si nulla opera eius sit necessaria, sed tantũ vt cedat, vel renunciet, poterit executor in eius contumaciam declarare, quod cessio, vel renunciatio pro facta habeatur.*

Expenditur l. si ego 9. §. si res alicui, D. de iure dotium.

20 *Pater si nollit filio agenti consentire, quid faciendum sit.*

Expenditur, & intelligitur, l. cum non solum, vers. necessitate, C. de bon. quæ liberis.

21 *Iudex in contumaciam mariti nollentis præstare consensum muliери ad contrahendum, poterit ipse licentiam concedere.*

22 *Condemnatus ad cedendum iura, & actiones, quæ sibi cõpetebãt, si nullas habeat, ad nihilum condẽnatus intelligitur.*

23 *Iudex nõ potest supplere factum illius, qui ratione alicuius conuitij condemnatus fuit in pœnam palinodiæ: etsi reus nimis renitens sit, quid faciendum? Palinodiæ pœna an in vsu sit, & vnde habuerit originem: et de alijs,* ibid.

24 *Condemnatus ad factum an soluendo interesse liberetur.*

QVÆSTIO VIII.

Condemnatus ad cedendũ iura, & actiones, si cedere recusset, quibus iuris remediis sit compellendus: et an ad factum condemnatus soluendo interesse liberetur.

QVI † cedere promisit, vel ad cedendum aliqua lege tenetur, si in id cõdemnatus, iudicatis parere nollit, quibus modis compellendus sit; & qualiter executor sententiæ se habere debeat, præsentis quæstionis speculatio est. Ex cuius progressu simul apparebit, quid iuris sit in aliis similibus speciebus; veluti quandò quis ad meri facti præstationem condemnatur, ad cuius implementum condemnati persona, eiusque aliqua operatio requiritur; vt putà renunciare officium; præstare cõsensum, vel licentiam; exhibere aliquod instrumentum. 1

Cuius † sententiæ executor (qui potius compulsor debet appellari, vt rectè notat D. Salg. *de Reg. protect.* 4. *part. cap.* 5. *num.* 42. & 77.) priusquã ad executionem, seu compulsionem deueniat, monere debet condemnatum vt cedat: quia cõpulsionem semper debet præcedere monitio, singul. 2

text.

text. *in l. defendente 21. D. de auctorit. & consens. tutor*, ibi: *Priscus procurator Cæsaris dixit, faciat iudicata. cap. ex literis el segundo de sponsalib.* ibi: *Mandamus vt eum moneas, etsi monitus non acquieuerit, censura compellas. cap. 2. eod. tit.* ibi: *Commonendi sunt, & omnibus modis inducendi. cap. requisisti eod. tit.* ibi: *Monenda est potius, quã cogenda*, vbi verbum illud, *potius*, pro *prius* accipitur, vt ex aliis aduertit D. Salgado *num.* 47. de qua præuia monitione, est etiam text. *in cap. bonæ de postulatione prælator.* conducit Castillo *tom. 6. controu. cap. 115. à nu. 19.* ex Parladorio, & Anton. Gomez, idẽ probat Carleual. *de iudiciis tit. 3. disput. 1. num. 4.*

3 Sed † cùm monitio, & requisitio inutilis, & sine effectu esset, nisi condemnato aliqua concederetur dilatio, & terminus ad faciendam scripturam cessionis, vel renunciationis: scire oportet, quem terminum assignare debeat iudex executor ad facti præstationem. In quo cautus esse debet, nè post monitionem illicò ad cõpulsionem accedat: nam si id faceret, licitè ab eo appellabitur: quia iudex debitam dilationem denegans exequendi modum excedit, *l. ab executore, C. quor. appellat.* Bald. *in l. fin. C. de executione rei iud. num. 9.*

4 Et Baldus, † cui accedere videtur D. Salgado, & Greg. Lopez *in l. 5. tit. 27. part. 3. glos. debelo apremiar*, dilationem dandam esse asserit, prout desiderat id quod faciendum est, *l. continuus, § item qui insulam, D. de verbor. obligat.* arbitrio igitur iudicis terminus statuendus est, quantus sufficiat ad illius facti expeditionem, faciunt tradita à Castillo *supr. num. 25.* Quemadmodùm dicimus de eo, qui aliquid facere promisit non designato termino, veluti redimere censum, qui prius monendus, & interpellandus est iudicialiter vt redimat, terminusquè assignandus arbitrio iudicis, quo lapso, & accusata cõtumacia, relaxatur mandatum executiuum pro pecunia necessaria ad extinctionem census, simulque pro expensis, & interesse, vt affirmat Cencius *de censibus, quæst. 106. num. 15. vers. secundus casus.*

Cui † & illud simile est, quòd fide- 5
iussor de repræsentando reum ad mãdatum iudicis, debet prius moneri, & interpellari, cui de æquitate aliquis terminus competens assignandus est, ad perquirendum, & præsentandum reum, vt testatur Cancer. *2. part. var. cap. 5. à num. 142.*

Nec † longè ab his abest, quòd si 6
literæ dirigantur ad aliquem mercatorem per verbum *pagate*, vel *pagate à letera vista*, quamuis solutio statim, & celeritèr facienda sit; tamen post acceptationem, terminus concedendus est, saltim duorum, vel trium dierũ & solutio ad decem vsque dies differri poterit, Scaccia *de cõmert. § 2. glos. 5. à num. 4. ad 8.* Gaito *de credito, cap. 2. à num. 2585.*

Arbitrio † ergo iudicis relinquitur 7
assignatio termini, qui iuxta facti qualitatem modò maiorem, modò minorem dilationem assignabit. Ex traditis tamen a Barbosa *de officio parrochi, cap. 2. num. 34.* dicendum videtur triduum concedendum esse condemnato ad alicuius facti præstationem, licèt illicò facere condemnatus esset, conducit Larrea *alleg. 78. num. 10.* vbi quod illicò facere obligato, duorum, vel trium dierum dilatio danda est, quamuis verbum *illicò*, omnem moram, & dilationem excludat, *l. idemque 10. § si cui mandauero*, vers. *sed Papinianus, D. mandati, l. 1. § si quis simpliciter, D. de verbor. obligat. l. litigatoribus, C. de appellation.* videndus omninò D. Salgado *de Reg. protect. 3. part. cap. 7. à num. 39. ad 51.*

Post † monitionem, & dilatio- 8
nis concessæ cursum, ad compulsionẽ procedet iudex, non per viam executiuam, & eius terminos, sed per mandatum, quod dicitur *de apremio, l. penult.*

nult. C. depositi, ibi: *Qui depositum reddere illico modis omnibus cõpellatur.* Ex quo textu deducitur, depositariũ à quo factum petitur, & restitutio rei depositæ, si de depósito constet per instrumentum, vel confessionem, non per viam executiuam, sed per compulsionem esse cogendum, vt ex Rebuff. Suarez, Parlador. & Rodriguez probat D. Salgado *dict. cap.* 5. *num.* 51: cui iunges Graſ. *de exceptionib. in prælud. num.* 30. Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *var. tit. depositi, resol.* 1. *num. fin.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 32. *num.* 282. Costam *rem.* 103. *n.* 6. D. Ioseph. Velam *tom.* 2. *dissert.* 27. *à num.* 15. & 18. de qua executionis, siuè compulsionis formâ intelligendi sunt, qui simpliciter asserunt, depositi instrumentum paratam executionem habere, quos sequitur, & refert Hermosilla *in l.* 5. *tit.* 3. *part.* 5. *glos.* 3. *n.* 2. Cancer. 3. *p. var. cap.* 8. *num.* 34. multos congerit Carleual. *de iudiciis. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 6. *num.* 2. quod procedere asserit, non solùm vbi de depósito constaret per instrumentum, vel confessionem; sed etiam per aliam probationem quæ faceret fidem, Iulius Cæsar Glusianus *tract. de bonis insolutum dandis lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 535. vers. *literæ istæ.* Et non solùm mandatũ expediri debet contra depositarium, vt restituat pecuniam depositam, sed etiam interesse eius à tempore moræ, *l. Lucius* 24. *D. depositi*, aliis relatis Noguerol *allegat.* 7, *num.* 53. cui addes Narbonam *in l.* 15. *titul.* 18. *lib.* 5. *glos.* 2. *num.* 15. Hermosillã *dict. tit.* 3. *in l.* 4. *glos.* 4. *num.* 3. Larream *decision.* 14. *num.* 8. *tom.* 1. videndus Le otard. *de vsuris quæst.* 32. *à num.* 1. & 19. vbi latè quòd licèt de iure ciuili in actione depositi veniant vsuræ, hodie tamen etiam post moram non debẽtur, nisi tantùm id quod interest.

9 Ad † cuiuscumque facti præstationem condemnatus, modo quo diximus compelli debet, *l.* 5. *tit.* 27. *p.* 3. ibi: *E si la sentencia fuese dada contra el demandado, en razon de alguna cosa que debiese facer, debelo apremiar q̃ lo faga*, Mantica infra referendus *à n.* 13. quæ compulsio per capturam, & pignoribus captis facienda est, *§. sciendum*, vers. *quibus, Instit. de satisdat. tutor.* ibi: *Nisi caueant tutores, & curatores pignoribus captis coerceantur, l. si quis à liberis, §. si quis ex his*, ibi: *Pignoribus captis, & distractis cogitur sententiæ satisfacere, D. de liberis agnoscend. l.* 1. *§. ex hoc rescripto.* vers. *quid ergo, D. de ventre inspic.* multis relatis exornat Carleual. *de iudiciis tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 3. *à num.* 27. *ad* 31. D. Salgado vbi proximè. Et *n.* 57. quòd si condemnatus ad factum eius conditionis esset, vt pro debito ciuili carcerari non posset, ramen quousque executoribus obediat, in carceribus detinendus est, quia non ex debito, sed ex delicto, & propter inobedientiam capitur, nouissimè idemmet D. Salgado *in suo doctissimo labyrinth. credit.* 1. *part. c.* 41. *à n.* 36. vbi per tot. multa conducibilia annectit, resoluẽs administratorem bonorum alicuius concursus, qui reddita ratione fuit reliquatus, pro reliquorum solutione carcerari posse, & ita decisum refert in hac Regia Vallisoleti Cancellariâ Addo in confirmationem Carrasc. *ad l. Regni* (in secunda editione) de nobilibus non carcerandis ad *l.* 14. *tit.* 2. *lib.* 6. *Recop. à num.* 34. *ad* 63. vbi latè quòd depositarius, & sequester à iudice constitutus, necnon, & alij, qui administrant, & exigunr ex mandato iudicis, si reliqua non soluerint, carcerarur, etsi essent nobiles. Et quandò tutor, curator, seu executor testamenti reliquati ex eâ administratione, & officio, carcerari debeanr quâuis sint nobiles, idem *Carrasc. à n.* 81.

Quapropter † ad exhibendum aliquod instrumentum condemnatus, si id facere recusset, in carcerandus est, quamuis esset clericus, vel nobilis, Burgos de Paz *in quæst. ciuilib. quæst.* 5. *à num.* 18. D. Lara *de vita homin.* 10

cap.

cap.19.num.43. D. Salgado *dict.1.p. cap.41.num.37.* & ita practicari testis est Zeuallos *2.part.de cognit per viam viol.quæst.118.nu.9.* & per censuras ecclesiasticas iustè compellitur, multis relatis Giurba *decis.94.num.1.*

11 Similiter † condemnatus ad recipiendam aliquam in vxorem compellitur per carcerem, & censuras ecclesiasticas. Ex quibus autem causis supersedere debeat iudex in executione, & compulsione, adde laudatis per D. Salgadum sup. Riccium *in praxi matrim.decis.231.in fine num.7.* Farinac. *in nouiss.decis.25. num.6.* Alex. Ludouis. *decis.376.num.7.* vbi latè ad-

12 dit Beltramin. An † vero sæcularis iudex sit competens ad compellẽdum per carcerem, & alias pœnas eos qui matrimonium contrahere promisserunt, vt promissam fidem impleant, vel id priuatiuè spectet ad iudicem Ecclesiasticum? videndi Sanchez *de matrimon.lib.1.disp.29.num.9.* Bouadilla *lib.2.cap.18.num.236.* Bayo *lib. 2.prax.quæst.3.* Fontanell. *de pactis nupt.claus.5.glos.5.part.1.à num.28.*

13 *& nu.37.* Et an† sæcularis iudex adiri possit vt compellat coniugem, vt cum cõiuge cohabitet; vel quod puella desponsata restituatur marito? videndi Zeuallos *de cognit.per viam violent.2.part.quæst.65.à num.19.* Thesaur. *decis.117.* Marta *de iurisd.cent.1. casu 38.* Franc. Marcus *decis.165.lib.2.* Fontanell. *claus.6.glos.2.part.3.n.30. & claus.12.glos.vnic.nu.4.*

14 Sed † inter alias facti præstationes, in indiuiduo loquitur D. Salgado *d. 4.part.cap.5.num.59.* de condemnato ad faciendam iurium cessionem, quẽ per carcerem compellendum esse, & in eâ detinendum quousque cedat, expresse resoluit: quãuis ipse postea *à num.87.* faciliori modo executionem sententiæ fieri posse profiteatur, si iudex condemnatum moneat, & requirat, vt intra certum diem cessionis faciat scripturam, ita vt aliàs cessio pro factâ habeatur: quo casu si meritus cedere nolit, iuris interpretatione, & eius potestate procedẽte habetur, perindeque est, ac si cessisset, *cap.bonæ de postulatione prælator.* Decius *in cap.porrecta col.3.* vers. *& confirmatur.*

Ego verò † existimarem, iuxta casus varietatem, vnâ vel alterâ formâ vsurum fore iudicem executorem: nàm si vltra consensum condemnati, eius extrinsecus aliquis actus requiratur, veluti si condemnatus esset ad ædificandum, vel quid aliud faciendum, in quo eius opera necessaria foret, primus compulsionis modus per carcerem, & pignorum captionem, necessarius esset; idemque erit, quandò condemnatus ad cedẽdum, penes se haberet instrumentum iurium, quorum cessio petitur, nàm tunc si cedere recusaret, ad primam compulsionis formam deueniendum esset, vt per eã cessio simul, & traditio instrumentorum obtineretur. 15

In † quo illud menti teneas, con- 16 demnatum ad cedendũ, simplici cessione factâ iudicatis non satisfacere, nisi simul tradat cessionario instrumẽta contra debitorem cessum, *l.si nomẽ vbi DD.D.de hered.vel action.vendit.* Alex. Roman. quos sequitur *decis.Genoæ*, apud Bellonum *204.num.1. & decis.189.ex num.1. ad 4.* vbi expressè asseritur, condemnatum ad cedendum neuriquàm sententiæ paruisse, nisi cedat, & tradat instrumenta, quibus possit is in cuius fauorem cessio fit, contra debitores cessos experiri. Cuius autem sumptibus traditio scripturarum fieri debeat: et an satisfaciat condemnatus si dicat, vbi & apud quem tabellionem instrumenta sunt, infrà suo loco dicemus.

Cuius † doctrinæ elegans, & aptis- 17 simum fundamentum erit, quòd cum in officiis Hispaniæ pro debitis executio fieri possit, Gutierrez *lib.2.canon. cap.5.num.47.* Rodriguez, & Felicianus statim referendi: quia hæc officia reputantur tanquàm alia bona patrimonialia

monialia, vēdi, cedi, & renūciari posſunt, & in ſolutū dari creditoribus, Noguer. *alleg.* 19. *à n.* 46. D. Salgad. *in labyrinth. cred. 1. p. c.* 35. *n.* 2. Si † ad inſtantiā creditoris diſtrahantur, cogēdus eſt, & cōpellitur debitor per carcerē, & alias pœnas, vt titulum officij exhibeat, eiuſque renunciationem faciat in emptorē, vt ex Rodrig. *de execut. c.* 5. *n.* 69. Felician. *de cenſib. lib.* 2. *c.* 3. *à n.* 30. quos refert D. Salgad. *d.* 4. *p. c.* 5. *n.* 91. *& 92. & in labyrinth. d. c.* 35. *n.* 1. qui laudat Bouadillā, ſe tamē nō retulit, addeMatien. *in dialog. relator.* 4. *p. c.* 12. *n.* 1. ſed ſi ſola renūciatio officij, non verò tituli exhibitio deſideretur, poterit iudex decernere, vt intra tres dies renuuciatio officij fiat, quibus tranſactis pro factā habeatur, vt reſoluit Azeued. *in l.* 10. *tit.* 17. *lib.* 4. *Recop. n.* 24.

18

19 Quandò † verò nihil aliud, præter ceſsionem, vel condemnati conſenſum, vel licentiam requiritur, tunc ſi monitus, & aliqua formā compulſus, cedere renueret, vel aſſenſum, licentiāvè præſtare, tunc vt diximus, decernere poſſet executor, quòd ceſsio, vel conſenſus pro præſtitis haberentur, vt deciſum refert Franch. *deciſ.* 310. vbi Viſcente, & Riccius qui dant alios, Carleual. *de iudiciis tit.* 3. *diſp.* 3. *n.* 31. Ioan. Bapt. Thor. 1. *tom. comp. deciſ.* verb. *aſſenſum renuens, fol.* 49. *& 2. tomo,* verb. *conſentire,* Capyc. Galeota *lib.* 2. *cont.* 66. *n.* 30. Fontanell. omninò videndus *deciſ.* 252. *n.* 6. qui *à n.* 5. huius duplicis compulſionis meminit: pro quo vltra omnes expendo textū elegantiſsimum *in l. ſiego* 9. *§. ſi res alicui, D. de iure dotium,* ibi: *Neceſsitatem imponi heredi conſentire ei, quòd defunctus fecit, aut ſi diſtulerit, vel abſit, etiam nollente, vel abſente eo dominium ad maritum ipſo iure transferri,* quem verſiculum Triboniano attribuit Ant. Faber *lib.* 8. *coniect. c.* 9. *& dec. ad.* 43. *err.* 3. ſed literam text. contra Fabr. defendit D. Amaya *lib.* 2. *ob ſeru. cap.* 4. *à num.* 29.

Nec † hæc conturbat text. *in l. cum non ſolùm,* verſ. *neceſsitate, C. de bonis quæ liberis,* ibi: *Neceſsitate per officiū iudicis patri imponenda tantummodo filio conſentire, vel agenti, vel fugienti, nè iudicium ſine patris voluntate videatur conſiſtere.* Ex quo videtur, neceſſariò parrem filio agenti debere præſtare conſenſum, quin poſsit pro conſentiente haberi. Quia licèt poſsit pater præciſsè cogi ad præſtandum conſenſum, vt multis relatis probat Virgilius *de legitim. perſonæ, cap.* 4. *nu.* 106. non tamen excluditur vt poſsit iudex ſi cōſentire renuat declarare, quòd habeatur pro conſentiente. vt in ſpecie tradit Azeued. vbi proximè à *nu.* 23. Oſuald. *ad Donell. lib.* 17. *com. c.* 4. *lit. H.* ibi: *Ac contumacia habebitur pro conſenſu.* qui refert pro hac ſententia Scip. Gentil. *de bonis maternis, cap.* 26. 20

In † caſibus namque in quibus cōſenſus alicuius requiritur, ſi is contumax ſit, poteſt iudex conſenſum illius ſupplere, vt expreſsè deciditur *in l.* 57 *Tauri,* in quā cauetur, iudicē cōpellere debere maritū, vt vxori præſtet cōſenſum, quem ſi cōpulſus non dederit, & iuſta cauſa ſubſit, poſſe ipſum licentiā ad contrahendum concedere, & validare contractum, ac ſi maritus cōſenſiſſet, exornat pluribus Suar. *in l.* 13. *tit. de las deudas, n.* 21. *&* 22. vbi alios refert doctiſsimus D. Valdes olim in noſtra Academia iuris Pōtificij Primarius, deinde Senator Granatenſis, Mier. *de maioratib.* 1. *p. q.* 50. *n.* 63. *& q.* 1. *n.* 408. latius exornat Fontanell. *de pactis nuptial. clauſ.* 6. *gloſ.* 3. *p.* 5. *à num.* 5. 21

Hic † illud non omittā, cōdemnatū ad cedendū iura, & actiones, quæ ſibi cōpetebant, vel competere poterāt, ſi nullas actiones habeat, ad nihilū condēnatum cenſeri, *arg. text. in l. ſtichū qui meus erit. D. de leg.* 1. *l. quod ſi in venditione, D. de hered. vel action. vendit.* Paul. de Caſtro, quem ſequitur Seſſe 3. *tom. deciſ.* 291. *à numer.* 11. 22

Quæ diximus † poſſe iudicem ſup- 23

ptere consensum illius, qui consentire, vel facere recusar, cùm ad id condemnatus existat: et perindè haberi ac si fecisset, vel consensisset. In criminalibus non procedunt, nam si quis alicuius conuitij, seu iniuriæ ratione condemnatus esset, vt confessionē factam ratificaret; vel vt eam sub certa forma faceret, honorando iniuriatū: vel condemnatus esset in pœnam palinodiæ; necessariò per carcerem, & alias pœnas tentiæ obedire, & palinodiam recantare cogendus esset; nec factum illud iudex supplere, nec pro facto declarare poterit: cùm tàm satisfactio partis, quam pœna rei iniuriantis in recantāda palinodia cōsistat, vndè per aliū impleri nō potest, D. Salgad. *de Reg. protect. p. 2. c. 4. nu.* 72. ex quo infert, huius pœnę reū sub fideiussoribus relaxandum non esse, sequitur Gratian. *decis. 195. n. 2.* si verò condemnatus ad palinodiam recāta ndam post multū temporis renitēs esset, quo modo possit, & debeat iniuriato satisfieri, videndus Azcued. *in l. 2. tit. 10. lib. 8. Recop. à n.* 231. Et an hodiè palinodiæ pœna, & eius forma in vsu sit? videndi Couarr. *libr. 1. var. c. 11.* Gonzal. *reg. 8. glos. 43. n. 39.* Zeuàll. *q. 128. n. 8.* Scobar à Corro *de purit. sang. 1. p. q. 4. §. 2. à n. 66.* Fāc. Marc. *decis. 34. n. 7. libr. 2.* Gratian. *d. decis. 195. vbi addit.* Fontanell. *de pactis nupt. claus. 5. glos. 1. n. 106.* D. Amaya *in l. 1. C. de iure fisci n. 43.* Ioan. Baptist. Thor. *voto 77. à nu. 1. & 56. per tot.* communis sententia est, palinodiæ pœnā eiusque riguroſam formam in vsu non esse; contrarium tamen in praxi receptum video. Quæ palinodiæ pœna initium fortè sumpsit *à l. 1. tit. 5. lib. 1. in legibus Longobardorum*, de qua, & quādò prouocacio, vel conuitij veritas excuset, & de aliis, vltra relatos Gutierr. *de delictis q. 116. cum segq.* qui refert Salazar, Farinat. & alios, Parlad. *diff. 6. §. 1. n. 9.*

24 In animo † erat in præsenti prosequi, an obligatus, vel condēnatus ad factum soluendo interesse liberetur, cuius rei disputationem omittimus: quia quid de iure cōmuni, vel Regio tenendum sit latè, & doctè discutit Parlador. *lib. 1. rer. quot. c. 6. cum §§.* Matien. *inl. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. glos. 6.* Mendoza *de pactis lib. 3. c. 2. à n. 11.* Gutierr. *de iuram. confirm. 1. p. c. 39.* Mier. *4. p. q. 1. lim. 2. n. 35.* multis relatis Castillo *de vsufruct. c. 13. à nu. 12.* D. Salgad. *d. p. 4. c. 5. num. 43.* Scip. Theod. *alleg. 80. à nu. 44.* Ioan. Bapt. Thor. *4. tom. comp. decis.* verb. *promittens facere*, & latiùs *2. tom.* verb. *instrumētū celebratū, inf. med.* plenè Māuic. *de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 22.* vbi quindecim casus refert inquibus quis precisè cogitur ad factū, nec satisfacit soluendo interesse, Carrasc. *ad l. Reg. c. 11. adl. 41. tit. 4. lib. 3. Recop. 1. p. à n. 58.* latè, & nouiter Hunn. *resol. iur. ciuil, lib. 3. tract. 4. q. 13.* Cyriac. *lib. 1. cont. forēs. cōt. 103.* D. Salgad. *in labyrinth. cred. 3. p. c. 12. n. 17.* (qui refert Noguer. à nobis iam laudatū) Tōran. *decis. 252. & 233.* Bellon. *de his quæ fiūt in cōtinētī lib. 2. c. 117. per tot.* Hermosill. *in l. 10. tit. 1. p. 5. glos. 4. n. 246.* Noguer. qui refert Pichard. *alleg. 6. n. 22.* Velasc. *de priuil. paup. tom. 3. q 8 à n. 275.* Donell. *lib. 15. com. c. 3. vbi Osuald. lit. A. & B.* omniū doctissimè D. Valentia *illustriū iuris lib. 2. tract. 2. c. 4. per tot.* qui refert Cuiac. Ant. Fab. & alios, latissimè posthæc visus Carleu. *de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. n. 1021. & 1036. et disp. 3. à n. 1. ad 26.*

SVMMARIVM.

1 *Literæ vulgo* libranzas *tribus modis falsificari solent.*

2 *Debitor pecuniæ soluendo virtute cessionis falsæ non liberatur.*
Soluēs alij quā creditori: aut procuratori falso liberationē nō cōsequitur.

3 *Acta facta per falsū procuratorem domino non præiudicant: licèt index mandatum sufficiens declarasset, & quando secus.*

4 *Debi-*

4 *Debitor soluendo falso heredi non liberatur.*

5 *Pactum, transactio, aut liberatio facta per heredem putatiuum an ei noceat, vel prosit.*

6 *Soluens heredi putatiuo, qui possidebat hereditatem auctoritate iudicis, liberatur.*

Possessor hereditatis pendẽte lite super hereditate, an possit agere aduersus debitores hereditarios.

Heres putatiuus si soluat legata, vel debitum defuncti, potest retinere bona hereditatis, quousque sibi satisfiat.

7 *Transactio, liberatio, pactum, vel contractus factus per heredem putatiuum, etiamsi possideat hereditatem auctore Prætore, vero heredi non nocent.*

8 *Possessor maioratus putatiuus si si cum Regia facultate alienet, vel obliget bona maioratus, an id vero successori noceat*, & numer. 9.

10 *Expenditur doctrina* D. Ioann. Baptist. de Larrea, & numer. 11. cum num. sequentib.

14 *Debitor si soluat famulo creditoris cum falso mandato, quando liberetur, maximè si actionem furtiuam cedere paratus sit.*

15 *Depositarius pecuniæ si soluat virtute literarum, vel cessionis falsæ, quando liberetur*, cum num. sequentib. *distinguitur inter regulare, & irregulare depositum.*

20 *Thesaurarij Regij si soluant virtute syngraphæ falsæ, an liberentur, & an in eos dominium pecuniarum transferatur, & eis vti possint.*

21 *Campsor, vel thesaurarius soluens alij quàm vero creditori non liberatur, licèt soluisset virtute instrumenti publici, si falsum esset.*

22 *Reprobatur opinio* Casanat.

23 *Debitor soluens virtute literarum quæ falsificatæ fuerunt in numero pecuniarum, an liberetur*, & num. 24.

Soluens procuratori reuocato liberatur, si reuocationis ignarus fuisset.

25 *Creditor literarum si literas amittat, & alius se creditorem, & in literis contentum simulans exegerit, an soluens liberetur.*

26 *Soluens portatori literarum, satisfacit si conceptæ fuerunt in fauorem cuiuscumque, qui eas attulisset.*

27 *Debitori si iusserit creditor vt soluat cui cumque tale signum, vel annulum portanti, an liberetur si soluat alij cui revera tale signum datum non fuit.*

QVÆSTIO. IX.

Soluens literas, vel cessionem falsam, vel veram, sed alicui personæ suppositæ, an liberetur: maximè si paratus sit actiones suas cedere contra eum, qui per dolum exegit pecunias.

ACCIDIT † aliquando vt fraus fiat his quibus literæ soluẽdę diriguntur: quod vno ex tribus modis contingere solet. Primus est, quando aliquis mercatoris manum imitatus, eius nomine, & subscriptione literas fingit directas ad debitorem, quibus præcipit vt Petro, vel literarũ portatori aliquã quãtitatẽ soluat, cũ reverâ mercator literas tales nec miserit, nec scripserit. Sunt namque qui alterius manum ita fingunt, vt illam ipsam scripturã esse dicamus, Menoch. *de arbitrariis lib.* 2. 1

casu 114. *à nu.* 14. Anſaldus *conſ.* 125. *à n.* 46. qui capitaliscriminis rei ſunt, vt ex *l. quid ſit falsū, D. ad l. Cornel. de falſ.* notat Caluin. *lexic. iur.* verb. *imitari*, vbi refert, Titio Cæſari hãc chyrographorum imitationem facillimã fuiſſe, videndus Gothofred. *in dict. l. quid ſit falſum.* Secundus eſt, quandò creditor dat literas contra debitorẽ, vel campſorem, quibus iubet ſolui Petro mille; ipſe verò Petrus falſificat literas numero; reponendo loco illius mille, duo vel tria millia. Tertiꝰ verò eſt, quãdò mercator pro cẽtũ acceptis Vallisoleti a Ioanne, facit in eius fauorem literas eiuſdem quantitatis ſoluendas à Petro in alia ciuitate, quas literas Ioannes amiſit, & alter fingens ſe Ioannem in literis contentum à Petro exegit pecunias. His caſibus dubitati ſæpius contingit, an debitor ſoluendo liberetur, & ſatisfaciat cedendo actiones ſuas, & condictionem furtiuam cõtra eum qui doloſè exegit pecunias.

2 Pro † primi caſus verá reſolutione diſtinguendum eſt, an mercator contra quem ſchedula ſuppoſita, vel ceſſio dirigitur, debitor ſit; an vero depoſitarius tantùm pecuniæ: prout quotidiè accidit plures apud mercatores, & nũmularios ſuas deponere pecunias, vt inde eas pro vſibus ſuis expẽdant. Et quandò mercator debitor eſt, ſoluendo literas vel ceſſionẽ falſam non liberatur: quia ſoluens alij, quàm vero creditori liberationẽ non conſequitur, *l. ſi ego, D. de negotiis geſtis, l. eius qui in prouincia, vbi gloſ. & Bart. D. ſi cert. pet. l. cum quis, §. 1. l. qui hominem, §. ſi nullo, D. de ſolution.* Surdus *deciſ.* 229. *nu.* 1. Cartarius *deciſ.* 30. *nu.* 7. Duardus *poſt tract. de cẽſib. deciſ.* 374. *à nu.* 2. Cyriac. *libr.* 2. *cont. forenſ. cont.* 330. *à num.* 27. Donell. *lib.* 16. *com. cap.* 10. Ant. Faber *lib.* 8. *coniectur. cap.* 16. Quare ſoluens falſo procuratori non liberatur, licèt iuſta ſubeſſet credendi cauſa, eum verum procuratorem eſſe, *l. falſus procurator, C. de furtis, l. creditoris, C. de condict. indebiti, l. inuito* 12. *de ſolutionibus, l. qui hominem, § fin. l. verò procuratori, & §. fin. D. eodem tit.* Retes *opuſcul. lib.* 1. *ſect.* 2. *c.* 4. *n.* 3. & 4. vbi per tot. maturo iudicio ſex diſtinctis caſibus explicat materiã, *l. ſi procuratori* 14. *D. decõdict. cauſa data*, Scaccia *de commert. §.* 2. *glo.* 5. *quæſt.* 2. *num.* 24. Mareſcotus *lib.* 2. *var. cap.* 93. *à nu.* 15. Donell. *dict. cap.* 10. *infine*, Noguerol. *alleg.* 19. *num.* 27.

Nec † geſta per falſum procuratorem domino præiudicant, etiam ſi per ſententiam iudicis, mandatũ ſufficiens, & legitimum declaratum fuiſſet, Alueric. *in dict. l. falſus*, Alexan. *conſ.* 103. *num.* 15. *lib.* 2. ex aliis Noguerol *dict. alleg.* 19. *nu.* 23. Golinus *de procuratorib.* 3. *part. cap.* 3. *num.* 13. aliud tamen erit, ſi mandatum certũ ſit, & dubitetur an ad cauſam de qua agitur ſufficiens eſſet: nam ſi legitimũ eſſe per ſententiam declaretur, amplius de eius defectu opponi non poterit: quo caſu exiſtimo intelligendos eſſe, & loqui Bart. Speculat. & Iaſon, quos ſequitur Noguerol *alleg.* 36. *nu.* 15. Golinus *dict. c.* 3. *nu.* 12. 3

Cui † proximum eſt, debitorem ſoluendo falſo heredi non liberari, *l. ſi quid poſſeſſor, §. fin. D. de petit. hereditat.* Iaſon *in l. Vrbana, nu.* 5. & 7. *D. de condict. indebiti*, Gratian. 1. *tom. diſcept.* 194. *num.* 17. Cartarius *deciſ.* 30. Mareſcot. *lib.* 2. *var. cap.* 17. *nu.* 15. Anton. Faber omninò videndus *in rationali ad l. cum fundus, §.* 1. *D. ſi certum petatur, lit. F. in fine.* Quemadmodum † nec pactum, vel liberatio per heredem putatiuum facta, vero heredi nocet, *l. ſi tibi decem* 18. *§. cum poſſeſſor, D. de pactis, l. ſi actionem, C. eodem titul.* Et an pactum, vel tranſactio facta per heredem putatiuum, vero heredi profit: et de intellectu, *l. Imperatores, §. fin. D. de tranſact.* Mareſcot. *dict. cap.* 17. *per tot.* Mantica *de tacitis & ambig. lib.* 26. *tit.* 5. *per tot.* Franc. Ponte *conſ.* 38. *à num.* 2. *ad fin.* Paulus 4 5

Galle-

Gallerat. *de renunc. tom. 1. lib. 1. cap. 10. à n um. 18.*

6 Superiorem † tamen doctrinam, quòd per solutionem heredi putatiuo factam, debitor non liberetur, intelligit Ant. Faber *in rationali ad dict. l. si quid possessor, §. fin.* siue hereditatis possessor prædo; siue bonâ fide possideat hereditatē: ex eo motus quia solutio alij quā vero creditori facta non præstat liberationem. Quod quamuis verum existimem, procedere tamen iudico, quandò quis soluit heredi putatiuo, qui sua auctoritate occupauit hereditatem: nàm si auctore Prætore in eius possessione esset; quia se proximiorem consanguineum esse probauit, crederem solutionem ei factam prodesse debitori, etsi ex post facto alter proximior consanguineus ab eo vindicasset hereditatem: ignosci enim debet debitori, qui diuinare non debuerat, alium proximiorem consanguineum esse; ei que soluit, qui vt heres agere poterat, & talem se esse probauerat, ad tradita per Ant. Amatum *2. tom. resol. 78. à num. 6.*

Elegantèr ad rem Iacob Cancer. *1. part. variar. cap. 2. num. 64. in addit.* ibi: *Verum cum dicti censualistæ soluissent bona fide dicto saluatori, cum ostēdisset adiudicationem sibi de dicta hereditate factam per Regētem, & ob id essent liberati à vero creditore.* Nec minus aptè Hermosill. *in l. 5. tit. 3. part. 5. glos. 3. num. 5.* vbi quòd depositarius si reddat depositum ei, qui in possessione hereditatis erat, liberatur. Idem in eo qui soluit creditori putatiuo, vel possessori hereditatis posteà priuato resolut ex aliis Casanate *cons. 9. à n. 30.* Giurba *decis. 79. n. 20.* D. Larreati gui *lib. 6. select. cap. 7. & 8.* vbi quòd possessor hereditatis etiam pendente lite rectè agit aduersus debitores hereditarios, si periculum sit in mora. Conducit etiam quòd sicùt solutio facta iusto hereditatis possessori, legitima reputatur: ita similitèr, si is qui ex testamento se heredem esse putabat, legata de suo soluerit, & posteà hereditas à venientibus abintestato sit euicta, retinere poterit bona hereditaria, donec sibi satisfiat: & ad id solùm tenebitur, vt petitori cedat actiones contra legatarios, *l. quod si possessor 17. D. de petit. hered.* Donell. *libr. 14. com. cap. 18.*

Hæc † tamen intelligas vellim in 7
solutione quæ necessariam, non voluntariam habet causam: non verò procedent in liberatione, pacto, tranfactione, alienatione, vel contractu: nàm cùm voluntatis, non necessitatis sint, veroheredi nō nocebūt, iuxta *d. l. si tibi decē, §. cū possessor, d. l. si actionē*, cōducit singularis text. *in l. fugitiuus 19. D. de solutionib. l. Arrianus, D. de oblig. & act.* Ex quo infero, quod si 8
possessor maioratus putatiuus Regia facultate accedente bona maioratus alienaret, vel super eis censum imponeret, alienatio nullius esset momenti, vt tradit Gregor. Lopez *in l. 10. tit. 26. part. 4. glos. vendiendo, quæst. 4.* Mareſc. *dict. lib. 2. cap. 17. in fine*, Noguerol *dict. allegat. 19. num. 22. in fin.* videndus latissimè disputans D. Paz *de Tenuta tom. 2. cap. 40. à num. 20.* qui plura quæstioni nostræ conducibilia refert: alia res esset, si actus necessarius esset, proindeque solutio, vel census redemptio facta possessori maioratus posteà priuato, legitima, & firma erit, Casanate, & Giurba, vbi proximè. Et hanc distinctionem inter contractus, & alienationem factam per heredem, vel maioratus possessorem putatiuum; & solutionem ei factam, nuperrimè, probat D. Salgado *in labyrinth. credit. 1. p. c. 27. à n. 91.* & melius *c. 28. à n. 28. & 2. p. cap. 9. præcipuè à num. 33. & 144. & cap. 10. & 3. part. cap. 22.* vbi latissimè, & elegantèr prosequitur quæ nos paucis, (vt mos est) in præsenti, *& tit. 1. g. 1. à num. 21. ad 48.* resoluimus, cōducunt dicenda infrà *tit. 8. g. 2. n. 36.*

Quarè † cauendum erit à Cancer. 9
lib. 1. var. cap. 9. nu. 186. dum asserit,

quod si is qui de facto occupauit bona fideicómissi, cum ad eũ nõ pertineret, duxerit vxorem à qua dotem accepit, bona fideicommissi restitutioni dotis obnoxia manent.

10 Nec † in eleganter superior principalis assertio, quòd debitor fallo procuratori, vel virtute falsi instrumenti soluens non liberetur; confirmatur ex traditis à D. Larrea *tom.* 1. *allegat.* 1. *alleg. Fiscal.* 12. *à num.* 57. qui asserit, quòd si aliquis officialibus Regij patrimonij offerat pretium alicuius Regij reditus (vulgo *iuro*) venditi iam & constituti ad rationem vnius pro viginti, vt ex eâ pecunia redimatur, & consumatur, & alius eiusdem qualitatis, & anterioritatis ad rationem tamen vnius pro vigintiquinque in eisdem vegtigalibus in sui fauorem constituatur; quòd si forte is cui Regius ille reditus redimitur, dominus eius nõ sit, & falsis instrumẽtis accepisset pretium, id nouo emptori nocere nõ potest, cùm sufficiat ei, Regali patrimonio pretium intulisse; Fisco verò Regio supersse actionem contra fraudatorem.

11 Ex quo † supponit Larrea, consumptionem, seu redemptionem cẽsus nõ vero domino factam, neutiquam vero domino nocere: quia licet fallitas latens officiales Regios excusset; & nouo emptori fraudis non participi præiudicium inferre non debeat, cùm nihil cum fraudatore gesserit; tamen Fiscus Regalis, & Regium patrimoniũ vero domino obstrictum manet; & cẽsus pro non consumpto habetur.

12 Occurrit † tamen dubium, circa anterioritatem, & prælationem huius noui emptoris, qui eo pacto pecuniã intulit, vt in locum primi emptoris, & creditoris succederet. In quo existimo neutiquàm subingredi posse locũ illius census, qui verè consumptus nõ fuit; nec locum creditoris, qui nõ fuit dimissus: quare à die quo in eius fauorem noua venditio fuit expedita, prælationem habebit, nè aliàs anterioribus creditoribus in illis vegtigalibus (vulgo *Iuristas*) preiudicium inferatur: æquum tamen imò, & iustum crederem, vt si nouus emptor erogatam pecuniam potius malet, ei restituatur.

13 Diuersum † tamen esset, si noua vẽditio alio modo fiat, de quo ipse Larrea *dict. alleg.* 22. *num.* 4. nam cum eo casu negotium principaliter geratur, inter nouum emptorem, & dominum census: si fortè aliquis supponendo se illius Regij reditus dominum esse, vel cum fallo veri domini mandato vendiderit; & eo censu consumpto, in fauorem emptoris alter ex noua venditione sit constitutus (quod dicitur *que para la Real hazienda sea entrada por salida*) Fiscus Regius, Regale vè Patrimonium, nullum ex eo damnũ patietur, sed noui emptoris detrimentũ erit; cui salua aduersus dolosum venditorem manebit actio.

14 Et vt ad † primum casum reuertamur, in eo resoluta locum habebunt, quamuis is qui falsæ schedulæ, vel cessionis virtute pecuniã à debitore exegit, famulus esset ipsius creditoris, qui solitus erat mitti pro pecuniis; vt articulo discusso ex multis resoluit Anton. de Amato *lib.* 1. *var. resol.* 20. *à n.* 14. vers. *Numreplicabatur*; quod procedit vbi famulus cũ falsis literis exegit pecunias: aliud tamen erit, si sine schedula solutum ei fuisset virtute supposiri mandati: nam si dominus ea forma mittere soleret famulum pro pecuniis, debitor ei soluendo liberaretur, Grass. *except.* 25. *num.* 66. pro qua sententia facit optimè text. *in l. fin. D. quod cum eo, l. cum quis* 38. *§.* 1. *D. de solutionib.* quibus docemur debitorem cedendo actionem furtiuam cõtra famulum liberari, aliis relatis Cãcerius 1. *part. var. cap.* 22. *num.* 24. *in fine*, conducit Larrea *allegat.* 22. *num.* 58. Scobar *de ratiociniis*, *cap.* 19. *numer.* 58.

15 Alio verò † casu, quandò is qui literas, vel cessionem falsam soluit, debitor

tor non est, sed depositarius: subdistinguendum erit, an depositum pecuniarum irregulare, vel irregulare sit: nam si sit regulare (quod contrahitur quādò obsignata, & in saculo pecunia traditur, vt eodem corpore reddatur, Anton. Amato *dict. resolut.* 20. *numer.* 2. Hermosilla *in l.* 2. *tit.* 3. *part.* 5. *glos.* 3. & 4. *à num.* 8. Castillo *lib.* 3. *controu. cap.* 23. Larrea *decis.* 14. *nu.* 35. Acosta *de priuileg. credit. reg.* 1. *ampl.* 12. *num.* 3. quod regulare depositum verum, & reale appellant interpretes, de quo *in l. Lucius, l. si saculū, l. licèt, §. rei D. depositi, l.* 9. *tit.* 3. *part.* 5.) existimo depositarium virtute literarum, vel cessionis falsæ soluentem liberari, si falsitas ita occulta, & latens esset, vt quemlibet peritum falleret, sunt enim multi, qui alterius manum ita fingunt, vt literarum simulatio dignosci non possit, Menoch. Ansaldus, Caluinus, & Gothofred. relati *sup. n.* 1.

16 Ratio † est, quia cùm in hoc deposito, rei depositæ dominiū penes deponentem maneat, *dict. §. rei depositæ*, ita vt in concursu ad bona depositarij nummos vindicare possit, *l. si vētri. §. in bonis, D. de priuileg. credit. l. si is qui, C. depositi*, Barbosa, Molina, Larrea, & alij, quos laudat Acosta *d. ampliat.* 12. *nu.* 5. D. Salgad. *in labyrinth. cred.* 1. *part. c.* 11. *nuñ.* 108. *& à num.* 34. *& c.* 19. *n.* 38 Indè est vt casus fortuitus, & furtum præter culpam depositarij contingens, debeat cedere periculo deponentis, *l. quæ fortuitis 6. C. de pignorat. actione*, Anton. Faber *lib.* 8. *coniect. cap.* 16. *circa medium*, Hermosill. *in l.* 4. *tit.* 3. *part.* 5. *glos.* 1. & 9. *in fine*, latissimè Larrea *vbi sup.*

17 Quæ † veritsima doctrina ex eo etiam comprobatur: quia in regulari, & vero depositio depositarius non quātitatis debitor est, sed certæ rei, & speciei: debitor autē speciei quēadmodùm eius interitu sine mora, vel culpa sua contingente liberatur, latè & elegantèr D. D. Melchior de Valent. *illust. iuris lib.* 2. *tract.* 2. *cap.* 3. *per tot.* D. Larrea 2. *tom. alleg.* 84. *à num.* 14. ita etiam si falso nuncio, vel procuratori soluat, vel tradat inmunis est, si nulla culpa ei imputari possit, optimè text. *in l. argentum commodatum, D. commodati*, in qua in fortiori specie asseritur, eum qui argētum commodatum idoneo, & fideli famulo suo tradidit, vt commodanti deferret, si is aufugisset, damnum periculo commodātis cedere, innumeris relatis Hermosilla *in l.* 4. *tit.* 2. *part.* 5. *glos.* 1. *per tot. & glos.* 4. Carocius *de locato tit. de locatione per procuratorem, quæst.* 2. *fol.* 68. quo casu commodatarius cedendo actionem contra famulum liberabitur, facit *glos. fin. per text. ibi in l. cum falsus, §.* 1. *D. si certum petatur*, in terminis Scaccia *de commertiis, §.* 2. *glos.* 5. *quæst.* 12. *num.* 341. *&* 342. Cācer. 1. *part. cap.* 22. *num.* 22. quod in debitore quantitatis alitèr se habet, vt statim videbimus.

In alia † subdistinctionis specie, ve- 18
luti in depositio irregulari, quod improprium dicitur, veluti quandò pecunia deponitur ad numerum, ita vt non ipsa species, sed tantundem reddatur, quæ pactio notissimos depositi terminos egreditur, *l. Lucius, D. depositi, l. si quis, nec causam, D. si certum petatur*, de quo depositio irregulari, seu improprio loquitur text. *in l. in naue Sauphei, D. locati*, quod mutui vim obtinet, quia dominium transfert in depositarium, qui de quocumque casu, etiam fortuito tenetur, vt latè, & elegantèr exornat Amato *dict. resolut.* 20. *à num.* 1. *ad* 7. Larrea *dict. decisio.* 14. Acosta *reg.* 4. *ampl.* 1. *à num.* 1. *& per tot. & reg.* 1. *ampl.* 12. qui asserit hoc depositum contrahi, quandò quis in banchis publicis (qui apud nos depositarij generales dicuntur) deponit pecuniam, quæ ad numerum cōceditur sub tacita conuentione, vt eâ depositarij vtantur.

Huiusmodi † depositarij, seu camp- 19
sores si falsas literas, vel cessionē soluant, non liberantur, quamtumuis falsitas

situs latens esset, & caracteres ita exē plati, vt nullus peritus diuersitatē manus agnosceret, ita Scaccia *dict. §.2. glos.5.quæst.15.num.396.* Franch. *dec.* 304. Amato *dict. resol.20.à num.* 9. Noguerol *dict. alleg.19.n.27.* Quod limitare videtur Franch. & Amato, si falsitas subscriptionis adeo similis esset, vt nec per verum dominum posset agnosci: quam limitationem cùm nullo iure, vel auctoritate firment, veram esse non credo.

20 Idem † quod in campsoribus dixi; in Regis thesaurariis obseruandum erit, qui si syngraphā falsam, vulgo *Libranza, ò libramiento falso*, soluant, eorum periculo solutio cedet; nàm licèt depositarij dicantur, eis tamen vsus pecuniæ permittitur, *leg.1.iuncta glos. ibi, D. ad leg. Iul. peculat.* Et periculum ad eos spectat, *l. sacrilegiis 9.§. labeo, D. eod. tit.* In eosque dominium pecuniæ transfertur, vt ex Farinacio, & alijs probat Noguerol *allegat.20. num.141.* Larrea *dict. alleg.83. per totam, præcipuè à num.6.* quarè licèt vtantur pecuniis, delictum non committunt, Noguerol *alleg.5. numer.18.* quamuis contrarium teneat Gutierrez *de delictis quæst.159. à num.5.* videndi Salazar *de vsu, & consuetud. c. 2. num.14.* Girond. *de priuileg. quæst. 250. num.1383.* Surdus *cons. 391. per tot.* Hermosilla *in l.2. tit.1. par.5. glos. 1. nu.12.* apud quos latè an thesaurariis Regis liceat negotiari cum pecuniis: et an ad Regem spectet lucrum ex negotiatione perceptum.

Quæ † resoluimus, debitorem, cāp-
21 sorem, vel thesaurarium cessionē falsam soluentes non liberari, locum habent, licèt virtute instrumenti publici soluissent; si tamen intrinsecè falsum esset: quia cùm quantitatis; & generis debitores sint, nullus casus fortuitus eos liberat, aut alia quælibet, etsi iustissima credulitatis causa ære alieno eos exuit, *l. incendium 11. C. si certum petatur*, docent communiter interpretes *in l. quod te mihi, D. de rebus credit.* Hermosilla vbi proximè *num.3.* Larrea *allegat.84. à num.6. & 11.* Anton. Gomez *dict. cap.7. num.3.* Cancer. *d. cap.22. à num.21.* Farinac. *infrag.* verbo, *debitor, à num.16.* Vander. *singular.92.*

Vndè † cauendum esse aduerto, à 22
Casanate (viro ecquidèm docto *cons. 9. à n.33.* qui indistinctè asserit, quòd soluens tradenti instrumentum publi cā formā confectum liberatur, quamuis intrinsecè falsū esset. Eius enim assertio secura non est, quia nulla congrua reddi potest ratio, cur magis creditori nocere debeat falsitas, quæ à tabellione, quàm quæ à priuato cōmittitur.

In † secundo falsitatis casu, quan- 23
dò creditor mittit cessionem, vel literas contra campsorem, quibus iubet solui Petro mille: ipse verò Petrus falsificat literas, vel cessionem, reponēdo duo millia. Indistinctè tenendum est, soluentem liberari, & satisfacere cedendo actiones suas, si falsitas adeò obscura esset, vt etiam à perito quolibet, & diligenti campsore dignosci non posset, vt ex Angelo, & Foller. sc curè resoluit Scaccia *de commert. d. §.2. glos.5. quæst.15. per tot.*

Differentiæ † ratio inter hos casus 24
elegans est, nàm in primo, & superiori, nullum factum intervenit veri domini, quod iustam præstet erroris causam: ideòque periculum ipsi soli cāpsori remanet: cum ei fraus, & furtum pecuniæ fiat; at verò in secundo casu factum creditoris intervenit, eiusque literæ; quę si latenti falsitate corrumpantur, id creditori ipsi imputari debet, qui non cautè scripsit caracteres Est enim regulare, vt quoties adest aliqua iusta causa ex facto creditoris originē habēs, debitor soluēdo liberè tur: veluti quādò soluit pecunias procuratori iam reuocato, ignarus reuocationis, *l. si fideiussor, §. si cum debitor, D. mandati, l. vero procuratori, §. sed etsi quis, l. dispensatorem, l. filium, l. cum quis 38.§. si debitorem. D. de solutionib.*

tionib. Casanate *cons.*9.*n.*31. Quibus autem procuratoris reuocatio tàm ad iudicia, quàm ad negotia denunciari debeat, vt rata, & vtilis sit, latè prosequitur Arias de Mesa *lib.*3. *var. cap.*43.

25 In † tertio verò, & vltimo casu, quandò cessionem dirigo, vel literas soluendas Petro, si amissis literis, alius eius nomine, se Petrum, & in literis contentum simulans exegerit, soluens non liberabitur: licèt condictionem furtiuam contra fraudatorem cedere paratus esset: quia soluendo alij, quàm cui creditor iussit, mandatum non implet: et priusquam solueret, inquirere debuit, an is qui præsentabat literas, esset in illis contentus, vnde soluendo alij fuit in culpâ, quæ sibi, non alteri nocere debet, Rota *decis.* 76. Scaccia *dict. glos.*5. *à nu.*340. qui verò culpæ obnoxius est (vt iam dixi mus) cedendo actionem non liberatur, *l. de illo sanè* 23. *D. pro socio*, Arisminn. Tepat. *tit.*93. *cap.*7. versic. *qui tenetur.*

26 Alia † res esset, si literæ ita conceptæ essent, vt soluerentur portatori, id est *aquien esta diere*: quia tunc soluens ei, qui literas præsentat liberabitur: sibique imputare debet creditor, quòd sub illa formâ literas cõcepisset: potest tamẽ is cui literæ dirigũtur recusare solutionẽ; si portator literarum indemnitatis cautionem non præstet, vt ex Pechio, Gratian. Coller. Parexa, & aliis resoluimus *sup. tit.*1. *quæst.*3.

27 Cui † simile est, quòd debitor iussus soluere ei, qui tale signum præstauerit, cuicumque signum danti soluẽs liberatur, licet furti actio soluenti cõperat, optimus text. *in l. si quis vxori, §. apud Labeonẽ, D. de furtis*, ibi: *Apud Labeonem relatum est, si signario quis dixerit vt quisquis nomine eius siliginem petisset ei daret, & quidam ex transeuntibus, cum audisset petiit eius nomine, & accepit, furti actionem aduersus eum, qui suppetet signario cõpetere, non mihi: non enim mihi negotium, sed sibi signarius fecit*, docent Bald. *in l. si is cui*, vers. *quæro, C. de furtis*, Alex. *in l. si procurator, num.*16. *D. decõ dict. indebiti*, Bart. *in dict. §. apud Labeonem*, Anton. Gomez 2. *tom. var. c.*7. *num.*3. aliis relatis Hermosill. *in l.*4. *tit.*2. *part.*5. *glos.*1. *nu.*4. Eodẽ modo soluens alicui portanti signum creditoris, vt putà annullum, vel clauem liberatur, si creditor iussisset solui ei, qui tale signum attulisset Grass. *exception.*25. *num.*67. optimè Farinac. *in frag.* verb. *debitor, nu.*20. *in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Debitor soluens virtute cessionis inualidæ an liberetur à cedente.*

2 *Census redemptio facta ei cui pater censum filij sui cessit, non liberat debitorem.*

3 *Casus graues, & difficiles maiori indigent examine, & cognitione.*

4 *Debitorem soluentem virtute cessionis inualidæ liberari, quæ fundamenta suadeant, &* n. seq.

Debitor census potest libere redimere à quocumque eius singulari successore. 31

5 *Pactum de retrouendendo exerceri potest sine cessione contra quemlibet rei singularem successorem: et quid si verbis non directis, sed obliquis conceptum fuit?*

7 *Debitor opponero potest cessionario deniustitia cessionis; & quandò id voluntatis, vel necessitatis sit,* & num.13.

Exceptio iniustitiæ cessionis, an ante litis contestationem opponenda sit.

8 *Ius tertij allegari, vel cessionem nullam dicere an liceat debitori cesso,* & num.14.

9 *Cessionis nullitas quandò clara est, non liberatur debitor soluendo cessionario, secùs si de eius nullitate non constaret, quia vitium erat extrin-*

extrinsecum.

10 *Redēptio cēssus facta eius cessionario, qui cessionem habuerat à filio familias minore, vel eius parente ad suum commodum filiū auctorizante, non liberat debitorem.*

Pater, curator, maritus, & alij non possunt filium, minorem, vel vxorem ad suum commodum auctorizare.

11 *Debitor, qui soluit virtute cessionis inualidæ, vbi ex ea solutione non liberatur, potest desiderare, vt creditor ei actiones suas cedat contra cessionarium.*

12 *Redemptio census minori facta nō valet, si pecunia in eius vtilitatem versa non fuit.*

13 *Debitor iussus soluere cessionario, qui inualidā, aut nullam cessionē habebat, an teneatur appellare.*

15 *Exceptio cancellationis census, vel redēptionis eius, an impediat executionem, si replicetur cancellationem, vel redemptionem à non domino factam fuisse.*

Replicatio nullitatis notoriæ in executiuis, an admittatur?

17 *Instrumentū cancellatū executionem non meretur.*

18 *Replicatio nullitatis aduersus redemptionē, vel cancellationē non admittitur in via executiua, si altiorem requirat indaginem.*

19 *Exceptio redemptionis, vel solutionis si dubia sit, non impedit executionem.*

20 *Assignatur discrimen inter exceptionem cancellationis instrumenti, & exceptionem redemptionis, vel solutionis.*

21 *Exceptio dubia siue in facto, siue in iure, in causis executiuis non admittitur, & reseruanda est ad ordinarium iudicium.*

QVÆSTIO X.

Discutitur rursùs superioris quæstionis tractatio, & in specie agitur, an debitor cessus, qui soluit cessionario virtute cessionis inualidæ, liberetur à cedente.

ACTVM est † suprà, de debitore cesso, qui soluit cessionario virtute cessionis falsæ: videndum nunc est, de eo debitore, qui soluit virtute cessionis inualidæ, an is per solutionem factam cessionario, liberetur à cedente? Et non liberari resoluit iam Rota Romana apud Duardum *post tract. de censib. decis.* 18. *per tot.* qui refert anxiè fuisse disceptatum, an filius familias minor, qui patre suo auctorizante, cessit cēssum ad fauorem creditoris paterni, possit reditus census exigere à debitore cesso, qui iam illum extinxerat, soluendo cessionario sortem principalem simul cum reditibus decursis. 1

In quo † dubio resoluit Rota prædictā cessionem, & redemptionem census factam per debitorem cessum, nō obesse filio quin possit reditus census à debitore exigere: ex eo quòd in cessione, & alienatione census, debitę solemnitates non interuenerunt. 2

Sed † licèt id placuerit Rotæ, visum tamen fuit, quòd partes iterùm audirentur, moti ex eo quòd materia larga, & exemplaris erat, vt testatur ipse Duard. *in fine decisionis.* ibi: *Atque ex his domini censuerunt cessionem non obstare Hanibali: dixerunt tamen quòd agentes pro Camera Bononiæ iterum audiantur, si voluerint: quia materia est larga, & exemplaris*, prout in alio casu respondit Rota Romana apud 3

pud Farinacium *tom.1.in posth.decis.* 106.*num.*2. ibi: *Quoniam articulus erat grauis,& exemplaris.*

4 Vnde † quia hic casus altiori examine dignus visus fuit, inquirendum erit,an debitor redimens censum cessionario,liberetur a cedente, quamuis cessio ex aliquâ causâ inualida, vel nulla sit? Et affirmatiuè respondendum videtur ex eo: quia debitori liberum est censum quandò voluerit redimere,non solùm à primo emptore,vel domino census,sed etiã à quocumque eius singulari successore, vt ex Boerio,Bócatio,Feliciano,& aliis probat Cencius *de censib.quæst.* 109. *à num.*14.quem sequitur Duard.*de cẽsib.*§.5.*quæst.*27.qui asserit,debitorẽ nulla venditoris,seu cedentis cessione indigere:nàm licèt pactum de retronendendocensum,sine expressum, sine tacitum non afficiat personã emptoris:quia actio illa personalis est, quæ sine cessione regulariter nõ trãsfertur,Bertazol.*clauſ.*27.*glos.*8.*nu.*5. *& clauſ.*29.*glos.*6.*num.*8. Hypolit. Montan.*in addit. ad Oliban. part.*2. *lib.*1.*cap.*4.*num.*7.Surdus *decis.* 264. *num.*2.Virgilius *de legitim. person. in prælud.num.*158.Pichard. *in princip. Instit.de acquisit.per adrog. à nu.* 45. exerceri non potest contra singularẽ successorem,cùm talis actio non sequatur rem,tametsi obligatio ex quâ agitur contracta sit habito respectu ad rem ipsam,*l.quædam*, §. *nihil interst*,*D.de edendo*:tamenid non procedit in retrouendirione census,ad quã debitor contra singularem successorẽ sine cessione agit,ex rationibus quas latè referunt Cencius, & Duardus *sup.*

5 Quod † ita se habet non solùm in facultate redimendi,quæ etiam secluſa qualibet pactione censuali debitori competit,sed etiã inquolibet pacto de retrouẽdendo, quod iuxta equiorem sententiam aduersus quemlibet rei vendiræ singularem successorem exercetur,siue pactũ verbis obliquis, vel directis concipiatur, vt resoluit Cencius *dict.quæst.*109.*n.*17. Duardus §.4.*quæstio.*17.Noalis *de transmiss.casu* 57.*à num.*3.licèt in puncto iuris verissima sit distinctio, quòd si verbis obliquis pactum de retrouendendo conceptum sit, actio nõ competat contra secundum, vel tertium rei emptorem,nisi hypotheca specialis,vel saltim generalis interceſſerit; vel nisi primus emptor venditori iura sua cesserit,vt latè alitèr limitãs prosequitur omninò legendus Alex. Trẽtacinq.*lib.*3.*var.tit.de empt. & vendit.resol.*10.*à num.*17.*ad* 25. Cancer. 1.*part.var.cap.*13.*num.*103. Sin vero verbis directis pactum de retrouendẽdo concipiatur,competet non solùm aduersus primum,sed etiam aduersus secundum, vel alium quemcumque possessorem,iuxta quam distinctionẽ iudicauit Senatus Hispalensis, vt refert D.Ioseph.Veia 2.*tom. dissertat.* 32.*num.*16. vbi per totam latissimè disserit,quandò pactũ de retrouendẽdo exerceri possit contra secundum, vel tertium rei emptorem: eandẽ distinctionem sequitur Acosta *de priuileg.credit.reg.*5.*ampl.*2.*per tot.* nouitèr Vlric.Hunnius *resol.iur.ciuil.lib.* 3.*tract* 7.*part.*1.*quæst.*6.*& in Encyclop.iur.*3.*part.tit.*15.*cap.*2.*à.n.*17.

Cùm † igitur debitori censuali libera esse debeat facultas censum redimendi,quin ei aliquid opponi possit impedimenti,quod liberam redimẽdi potestatem remoretur, Leotardus *de Vsuris quæst.*67.*per tot.*consequens est,etiam à quocumque successore censum posse redimere, nec teneri perscrutari,an cessio valida sit,necnè; alàs enim redemptioni magnum pararetur obstaculum:quia debitor cùm dubius sit de valore cessionis,redimere non posset cessionario;nec redẽptio facta cedenti secuta esset, postquam ipse ius census in alium transtulit. 6

Deinde † facit quòd etsi expeditũ sit,debitorem opponere posse cessio- 7

nario

nario exceptionē nullitatis, vel iniustitiæ cessionis, ex eo quòd cedens nō potuerit cedere, quia furiosus, infans, aut minor sit: aut quia cessio titulo caret: vel potentiori facta est, vt in specie probat Rebuff. *ad l. Galliæ 2. tom. tit. de cessionib. action. art. 2. glos. vltimæ*, Felician. *de censib. tom. 2. lib. 2. c. 1. à num. 1. & 7.* tamen id non necessitari, imò debitoris cessi arbitrio relinqui videtur, iuxta tradita per Ant. Fabrū *in C. lib. 4. tit. 26. C. mandati def.* 10, qui asserit, agēri ex cessione vitiosa exceptionem opponēdam esse ante litem contestatam: quia post contestationem exceptio debitoris non admitteretur, quasi contraxisse iam videatur cum cessionario, sequitur Arias de Mesa *lib. 1. var. cap. 24. num. 7.* Schiffordeg. *lib. 3. tract. 23. quæst. 20. in fin.* quos nos infra *tit. 6. quæst. 10.* in fine laudamus.

8 † Adstipulatur etiam his, quòd qui opponit, & obicit cessionario nullitatem, vel iniustitiam cessionis, ius tertij, idest cedētis allegat: quia actio illa non cessionarij, sed cedentis est: at ius tertij allegare, seu cessionē nullam dicere regularitèr non permittitur, vt in terminis probat Marius Giurba *de succes. feudor. §. 2. glos. 9. num.* 81. ibi. *Nec cessionem esse nullam, quia ius tertij est*, Caualc. *decis. 16. num. 28. part. 2.* Vvesemb. *cons. 8. num. 24.* Et debitorem opponere non posse cessionario iniustitiam cessionis ex multis probat Noguerol *alleg. 37. nu. 60.* de quo nos infra.

His † tamen non obstātibus pro ve- 9
râ resolutione duplex casus considerandus est, primus quādo nullitas cessionis est clara, apparens ex ipsâ facie instrumenti; alitèr quando nullitas, quam cessio patitur, clara nō est, quia de eâ ex ventre cessionis non cōstat, Primo casu, veluti si cedens minor esset, vel alter qui sine solemnitatibus alienare non posset, solutio cessionario facta non liberaret debitorē: alio autem casu, scilicèt vbi cessio ex falsâ causâ facta esset, & in aliis similibus speciebus, solutio, & redemptio census facta cessionario vtilis esset debitori Et cedenti aduersus cessionarū tantùm recursus daretur.

Iuxta † quæ rectè iudicauit Rota a- 10
pud Cencium *dict. decis.* 18. quod redemptio census facta cessionario virtute cessionis factæ à filio familiàs minore, patre ad suum commodum auctorizante, non liberat debitorē: quia cessio illa ex defectu solemnitatum nulla fuit, cùm pater ad suam vtilitatem non possit filij personam auctorizare, maximè quandò ex contractu filius læderetur, vt ex Ascanio Clément. Gabriel. Cencio, probat idem Duardus *de censib. §. 1. quæstion. 19. n.* 23. latè Bertazol. *claus. 7. glos. 11. per tot.* Ioan. Baptist. Thoro *voto 97. num.* 138. Sesse 4. *tom. decis. 409. numer. 12.* Cancer. 2. *part. var. cap. 1. à num. 71.* Capycius Galeota *lib. 2. contr. 14. nu.* 44. latissimè D. Franc. Merlin. *cent. 1. controu. cap. 39. à num. 28. & cent. 2. cap. 99. & 100. per tot.* qui innumeris relatis probant, quòd vbi ad valorem contractus requiritur auctoritas patris, tutoris, mariti, vel consanguineorum, ad integrandas personas filij, minoris, vxoris, vel mulieris consanguineæ, non potest præstari ad suum commodum per patrem, tutorem, maritū, vel consanguineum, vt est text. *in l. 1. D. de auctorit. & consens. tutor, Clem. 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis, l. 1. §. fuit quæsitum, D. ad Trebell.* de cuius textus concordiâ *cùm l. fistulas, § fundum, D. de contrah. empt.* videndus Giurba *decis. 69. num. 9.* à versic. *non obstat secundo.* Et in tutoribus quòd non possint minoribus ad suam vtilitatem auctoritatem præstare, vltra relatos Hermosill. *in l. 4. glos. 9. nu.* 7. *tit. 5. part. 5.* Et in vxore, videndus Matienz. *in l. 2. tit. 3. lib. 5. Recop. glos.* 1. *num. 12.* Gutierrez *de iuramento cō firmat. 1. part. cap. 1. à num. 46.*

Nec † huic sententiæ quicquā ad- 11
uersantur rationes in contrariū adductæ,

ctæ, non prima: nam licèt verum sit, liberum esse debitori censum redimere, non solùm à creditore, sed etiam à quocumque eius singulari successore; id tamen intelligendum est, quandò cessio legitima est: nam si nulla esset ex eo: quia cedens sine solemnitatibus alienauit, solutio, vel redemptio nihil proficeret, non magis ac si census ipsi minori fuisset redemptus, si pecunia in eius vtilitatem versa nõ fuisset, ad tradita laiè per Cencium *de cẽsib. quæst.* 110. *à num.* 5. Duardum §. 5. *quæst.* 15. videndi Monter à Cueua *decis.* 1. D. Larrea *decis.* 19. *num.* 3. Fõtanell. *de pactis nuptialib. claus.* 4. *glos.* 18. *part.* 5. *à num.* 2. Fabius Anna *cons.* 49. *per tot.* qui referunt Felicianum latè agentem. Retes *opuscul. lib.* 1. *c.* 9.

12 Minus † obstat secunda ratio scilicèt quòd excipere de nullitate, vel iniustitiâ cessionis, non iuris necessitati, sed debitoris voluntati relinquitur: nam id procedit vbi nullitas, vel exceptio tendit in fauorem ipsius debitoris cessi, qualis est illa, quòd cessionarius potentior sit, vel quòd non iusto pretio vexandi causâ comparauerit alicuius iuris dubij cessionem, cui exceptioni liberum ei erit renunciare, argum. *l. si quis in conscribendo, C. de pactis, cum vulg.* congestis à Velasco *lit. F. axiom.* 118. in qua specie loquitur Anton. Faber *dict. def.* 10. non verò in nullitatis exceptione in fauorẽ cedentis inductâ, quæ si ex ventre cessionis resultet, quia apparet, non interfuisse debitas solemnitates, necessariò opponenda erit: cùm debitor nõ liberetur, nisi vero creditori soluat, verus autem creditor non dicetur, qui cessionem non habuit, vel qui nullam exhibet. Quapropter si iudex præciperet debitori, vt tali cessionariò solueret, consulerem ei, vt reclamaret, & appellaret: quia debitor iussus soluere alij, quàm legitimo creditori, respondere, & appellare tenetur, iuxta aliquorum sententiam, licèt alij mandatum, seu præceptum iudicis excusare debitorem sentiant, de qua quæstione videndi latissimè agẽtes Gratianus *cap.* 485. Bellonus *decis. Genuens.* 33. Gamma *decis.* 303. Gutierrez *lib.* 1. *pract. quæst.* 81. *&* 113. Gaspar Thesaur. *lib.* 2. *quæst. Forens. quæst.* 54. D. Salgado *de reg. protect.* 4. *part. cap.* 7. *à nu.* 154. *& part.* 3. *c.* 16. *num.* 94. Castillo *tom.* 4. *controu. cap.* 59. *nu.* 40. Guzman *de euictionib. quæstion.* 35. *à num.* 160. Fontanell. *de pactis nuptial. claus.* 3. *glos.* 2. *à num.* 42. Hermosill. *in l.* 3. *tit.* 3. *part.* 5. *glos.* 1. *à num.* 4. Anton. Faber *C. de solutionib. def.* 9. Intrigliol. *decis.* 13. *à num.* 5. Auendaño *de metu libr.* 2. *cap.* 4. *à numer.* 65.

Ex quo † iam facilè diluitur tertia, & vltima ratio, nempè quòd debitor qui excipit de nullitate cessionis, iuris tertij allegat, quòd regulariter non permittitur, vt in terminis cessionis probat Giurba *supr.* Nam in casu in quo versamur, qui de nullitate cessionis ob solemnitatis defectum excipit, non alterius, sed ius & interesse proprium deducit: cùm alias soluendo liberationẽ nõ consequatur, quo casu de iure tertij excipere licet, Bellonus *de his quæ fiunt incontinenti lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 3. 13

Ingens † tamen simùl, & elegans dubium est, an eo casu quo redemptionem cessionariò factam inutilem esse diximus, exceptio redemptionis, vel cãcellationis cẽsus impediat executionem, quam intendit cedens virtute instrumenti censualis? quod ferè in terminis disputat Anton. Amato *2. tom. var. resol.* 81. vbi per totã agit, an exceptio cancellationis cẽsus impediat eius executionẽ? vbi pro resolutione tres casus distinguit. Primus quãdò nõ dubitatur cãcellationẽ illegitimã esse, vel ratione potestatis cãcellãtis; vel ex errore notarij; vel quia legitima causa cãcellationis nõ interuenit: quo casu instrumẽtũ exequendum esse asserit: quia cancellatio inualida non impedit executionem: ideò- 14

que si cancellationis exceptio opponatur, de eius nullitate replicari potest, quia in executiuis admittitur nullitatis notoriæ replicatio, iuxta Paris. Alex. Socin. Hon. dedeum, Mutam, & Giurbam *decis.69.* quos allegat. Aliud tamen erit, si replicatio nullitatis, vellata esset, & requireret altiorē indaginem: nam ad viam ordinariam reseruanda esset Giurba *decis.22. nu.* 7. *&* 18. *& decis.62. num.* 21. idem Amatus *resol.94. num.44. &* 15. ita intelligendus Noguerol *allegation.7. num.63.*

15 Et quòd instrumētum census exequendum sit, non obstante cancellatione, & redemptione alij factæ, quā vero, & legitimo creditori, qui potestatem habebat cancellandi, articulo discusso defendit Intrigliolus *cons.27. à nu.5. ad 25.*

Secundus † casus est, quando can-
6 cellatio, & redemptio census legitima est, de quo dubitari non potest, et tunc executionem impediet, quia instrumentum cancellatum executionem non meretur, *l. fin. C. de edicto Diui Adriani*, exornant late Amato *à num.1.* & Intrigliol. vbi proximè, optime Cencius *de censibus quæstion. 95. num.31.* versic. *limita septimo*, ibi: *Ista exceptio redemptionis debet admitti ad retardandam executionem dicti instrumenti censualis*, Giurba *dict. decis.55. n.17. &* 19. ibi *maximè si dicta exceptio iustificetur ex eodem instrumento, vel altiorem non requirat indaginem.*

17 Tertius † casus est, vbi de cancellationis viribus dubitatur, & eius discussio altiorem exigit cognitionem: nam eius exceptio impediet executionē, vt ex innumeris suo more testatur Amato *à num.12.* ex eo motus, quòd vt supra diximus, & ipse etiam probat, replicatio nullitatis, quæ euidens non est, in iudicio executiuo non admittitur, siue in facto, siue in iure dubietas consistat: et quia instrumentū guarentigiatum aliquo modo offuscatum executionem non meretur.

Quam † doctrinam intelliges, quā- 18
dò instrumentum cancellatum appareat, & ei cancellationis exceptio opponitur: alia res esset, si instrumentum neque abolitum, nec cancellatum esset, nec ex quacumque suæ formæ parte vitiatum: nam si solutionis, vel redemptionis exceptio obiiceretur, si ea dubia, & turbida esset, non retardaret executionem, vt sentit Cencius *dict. quæstion.95. num.31.* ibi: *Vel altiorem non requirat indaginem*, idem Cencius *quæst.98. numer.84. in fine.*

Discriminis † ratio inter excep- 19
tionem cancellationis; & exceptionem redemptionis, seu solutionis, euidens est: quia vbi instrumentum cancellatum apparet (hoc est lineâ per transuersum ductâ in modum crucis, *glos. in l. si quis libertatem*, verb. *inducere, D. de petition. hered.* quam sequitur Bartol. *in l. 1. §. 1. & in l. cancellauerat, numer.3. D. de his quæ in testam. delent.* Intrigliolus *supr.* Caluinus *in lexic. iuris*, verb. *cancellare*) deficit notorium illud, quod erat causa executionis; & instrumenti auctoritas cessat: quod si elidere vellit actor, replicando de nullitate cancellationis, ea notoria, & euidens tàm in facto, quàm in iure esse debet, alias in directum, & ordinarium iudicium reseruanda erit: quod secus est in exceptione redemptionis, vel solutionis: nam cùm instrumentum illasum, & sine vitio exhibeatur, exceptio redemptionis, vel solutionis, vel quæ alia, clara & euidens esse debet: adeò vt si quamlibet tergiuersationem admittat, reiicienda sit: cùm † exceptiones non solùm in 20
facto, sed in iure propter varias interpretum opiniones dubiæ, & obscuræ in causis executiuis, vel sumariis non admittantur, Mieres *3. part. quæstion.15. num.45.* Castillo *tom.3. controu. c.24. nu.94.* Giurba *decis.69. n.18.* Surd. *cōs.252. n.10.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom.1. titul.48. de exceptio-*

ceptionib. num. 113. *& à num.* 107. *ad* 128. Guzman *de euictionib. quæst.* 20. *num.* 39. *& 40. circa medium*, Saccia *de iudiciis lib.* 2. *c.* 2. *g.* 4. *num.* 62. ibi: *Imò exceptio, & fortius replicatio, quæ disputationem in iure requirit, ad diffinitiuam reseruanda est*, Cæsar Argelus *de legitimo contradictore, quæst.* 10. *artic.* 22. *num.* 281. Et generalitèr quòd exceptiones requirentes altiorem indaginem non impediant executionẽ, & reseruandæ sint ad ordinarium iudicium, probat *l.* 3. *§. ibidem, D. ad exhibendum, l. fin. C. de ordine cognit.* D. Salgado *de Reg. protect. p.* 3. *c.* 3. *n.* 40. *& 4. p. c.* 7. *n.* 51. *& 64.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 32. *de sententiar. execut. à n.* 98. *ad* 107. Fontanell. *de pactis nuptial. claus.* 10. *glos. vnic. n.* 55. *& claus.* 7. *glos.* 3. *p.* 10. *nu.* 75. Garcia *de beneficiis* 1. *p. c.* 5. *à nu.* 544. qui loquuntur in exceptione extinctionis, seu redemptionis pensionis, D. Frãc. Merlin. *controu. for. cent.* 1. *c.* 96. *n.* 10. D. Larrea *alleg.* 21. *à n.* 6. Carleual. *de iudiciis tit.* 3. *disp.* 3. *nu.* 4. *& disp.* 16. *n.* 2. qui innumeros referũt, & latè explicant, præcipuè Borrell. locis relatis, quandò dicatur exceptionem altiorem exposcere indaginem.

21 Quæ omnia summè notanda sunt, quia quotidiè accidunt, vel quandò cẽsus redimitur; vel vbi eius sors principalis cum reditibus decursis post oblationem, iudicis auctoritate deponitur: nàm cùm non obstante deposito, quod creditores illegitimum esse prætendunt, soleant virtute instrumẽti censualis executionem petere, debitores statim exceptionem depositi, & redemptionis opponunt, quæ an impediat executionem, ex superiùs dictis facilè colliges.

SVMMARIVM.

1 *Refertur* D. Francisc. Merlin.
2 *Laudatur* Gribellus, *& quid de aduocatis senserit.*
3 *Aduocati clarissimi dicuntur, & honorabilibus titulis condecorantur.*
4 *Aduocati in iudices supremos sunt eligendi.*
Alciatus, *&* Martialis *ab omnibus notantur.*
5 *Aduocatos ad Senatoriam dignitatem esse eligendos, qui sentiant.*
6 *Expenditur elegans locus* Iacobi Cuiacii.
7 *Expenditur locus alter* Ant. Fabri.
8 *Aduocatorum laus, & occupatio.*
9 *Tutor qui bona fide rem alienã quasi pupilli vendidit, de euictione nõ tenetur, sed vtilis in pupillum actio insolidum datur.*
10 *Contrahens ex necessitate officij de euictione non tenetur, nec finito officio conuentri potest, vbi de magistratu, tutore, executore, & aliis: limitatur, nisi nomine proprio se obligasset.*
11 *Pupillus vbi ex contractu tutoris tenetur de euictione, non satisfacit, licèt cedere paratus sit actiones suas contra tutorem.*
Antonium Fabrũ *obscurè loqui notatur.*
12 *Eadem obscuritas reperitur apud* D. Franciscum Merlin.
13 *Interpretatur, & intelligitur*, l. 4. §. si impuberis, D. de euictionibus, *vt de tutore bona fide alienãte loquatur*, cum numer. sequentib.
16 *Tutor si mala fide rem alienam, quasi pupilli alienet, quatenùs in pupillum actio detur?*
17 *Pupillus ex tutoris dolo si locupletior fiat, in eum actio, & exceptio datur, siue tutor soluendo sit, siue non.*
18 *Pupillus non tenetur ex dolo tutoris, si nihil ad eum peruenit, siue soluendo existat tutor, aut non.*
Extenditur hæc regula ad contractus, delicta, & iudicia.
19 *Minori ex dolo tutoris conuento*

qualiter succurratur, & an cedendo actiones suas contra tutorem liberetur, siue is soluendo sit, siue non, & num. sequentib.

Expenditur l. fin. D. de administr. tutorum.

20 *Expenditur* Vlpian. in l. 3. §. si seruus, D. de tributoria actione, *qui magis consultum esse voluit pupillo.*

21 *Pupillo magis conuenit non soluere quàm solutum à tutore repetere.*

22 *Refertur opinio* Anton. Fabri, *qui tenet pupillum ex dolo tutoris cõuẽtum nõ liberari cedẽdo actiones contra tutorem, si ipse soluẽdo sit.*

23 *Sententia* Iacobi Cuiacij *amplectitur, qui indistinctè probat, pupillum conuentum ex tutoris dolo cedendo actiones liberari.*

24 *Intelligitur* l. 1. §. hoc edicto, D. nè vis fiat ei, l. Polla, D. de his quib. vt indig. cum aliis.

25 *Actio de dolo non alij datur, quã ei qui dolum passus est, nec in aliũ cõpetit quàm in eum, qui dolũ admisit.*

26 *Pupillum ex dolo tutoris conuentum, si nihil ad eum peruenit cedendo actiones liberari, ex variis iuribus probatur.*

27 *Tutor si oblitem malitiosè instituta condemnatus sit in expensis litis, an executio facienda sit in bonis minoris.*

28 *Examinatur* Bartol. *doctrina* in l. qui solidum 88. §. etiam, D. de legat. 2.

29 *Expensarum condemnationis sententia contra tutorem calumniosè agentem quo modo concipienda sit. Expenditur locus* Camill. Borrell.

30 *Tutor qui nulliter, vel sine solẽnitatibus rẽ alienam, quasi pupilli vendidit, an de euictione teneatur*

31 *Pupillus cuius tutor rem sine solẽnitatibus alienauit, potest agere aduersus emptorem, non excusso tutore. Reprobatur* D. Francisc. Merlin. *contra sentiens.*

32 *Bona minoris si culpa tutoris minori pretio distrahãtur, in electione minoris est, an contra tutorem, vel emptorem experiri velit.*

33 *Res minoris si nulliter, & insolẽniter alienentur per tutorem, eas ab emptore directo poterit minor vindicare, & possessoria remedia ei competunt.*

34 *Re minoris per tutorem sine solemnitatibus alienata, si eam euincat minor, non tenebitur emptori pretium restituere, nisi in eius vtilitatem sit versum.*

35 *Pretium in vtilitatem minoris versum fuisse, an præsumatur?*

QVÆSTIO. XI.

Pupillus ex dolo tutoris, vel de euictione conuentus pro re à tutore alienata, an condemnandus sit; vel satisfaciat cedẽdo actiones suas contra tutorem? Vbi varia, & difficilia iura explicantur, & conciliantur.

NOSTRÆ † quæstionis concertationẽ, subtilem, & præclaram esse dicit doctus, & elegans D. Francisc. Merlin. *cẽt. 2. cõtrou. forens. c. 76. in princ.* de qua cum in sacro Consilio disputari in casu occurrenti contigisset, vtriusque partes aduocatos nec articuli superficiem degustasse testatur; quos carpere frequenter solet, quòd nihil, vel ad rem, pro decisione causarum allegent, vt ex eius controuersiis (quarũ primum, & secundum tomum summâ delectatione perlegi) videre est. Speciali- 1

cialiter tamen has notaui, *cent. 1. controu. 16. nu. 11.* ibi: *Hæc quæ diximus, non quidem ab aduocatis recitata, sed nostris vigiliis elucubrata, prout passim in vniuerso hoc opere euenit:* & *cent. 2. cap. 46.* ibi: *Ea vobis melius examinanda tradimus amici lectores, vt articuli veritatem inueniatis, ad quod assequēdum parùm hac tempestate aduocatorum allegationes proficiunt:* & *capit. 60. in princip.* ibi: *Sed decidendi rationes non illæ fuerunt, de quibus aduocati disceptauerunt inutiliter,* & rursus in fine decis. ibi: *Ad quas partium aduocati non aduerterunt,* his similia repetit *cent. 2. cap. 2. nu. 10. infine: & c. 31. num. 4. circa finem, & cap. 32. nu. 18. in fine, & cap. 52. in princip. & c. 53. num. 1. in fin.*

2 Alitèr † video de aduocatis scripsisse doctum Griuellum Dolani Senatus consiliarium meritissimum, & à cõsiliis intimis, & à libellis, qui in epistolâ seu salutatione ad lectorem, in decisionibus hæc tradit: *Multa enim aduocatorum eruditioni (qui has controuersias dùm clientum partes sustinerent, doctissimis consultationibus hinc, & inde exagitarunt) tribuenda esse fateor, quorum cùm plerique etiam nunc supersint, non dubito, quin hæc hilari vultu, grataque & iucunda animi recordatione excipiant, suos animi cõceptus, suaque argumenta hic agnoscentes.*

Sed † quis clarissimis aduocatis (cla-
3 rissimos nãque dici probat D. Amaya infrà referendus, & ex *l. 1. C. de aduocatis diuers. iudic.* Marta *de iurisd. 4. p. cent. 2. casu 115. à nu. 3.*) debitos non referet honores? quos Imperatores non solum honorabilibus, & dignis titulis decorarũt; de quibus *in tit. C. de aduocatis diuers. iudicior. & C. de aduocatis diuers. iudic.* Marta *sup.* Frãc. de Prætis *cons. 1.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 1. tit. 65. à nu. 1.* Velasc. *de priuileg. paup. 3. part. quæst. 17. à n. 14.* Salzedo *ad l. nou. Recop. l. 34. tit. 16. lib. 2.* Parexa *de edition. instrum. titul. 6. resolut. 1. nu. 6.* Sed † in iudices supremos eligendos esse, exẽplo monuit Imper. Iustinian. vt videre est, *ex authen. de iudicibus, coll. 6. tit. 11. nouell. 82.* vers. *Vetus igitur*, ad quod iuris testimonium non respexit Alciatus, dùm incautè (ex Poeta Martiali mutuatus) protulit, expediens nõ esse, aduocatos eligere in iudices, quasi non sint iudicaturi sine pecuniâ, tanquàm assueti linguâ venali opes acquirere: quod dicterium vanum, & ridiculum dicit idem Parexa *d. tract. de edit. instrum. tit. 10. resol. 2. n. fin. tom. 2.* quare Alciatum iustè reprehendit Gratian. *tom. 1. discept. 4. num. 9.* D. Franc. Merlin. *d. cent. 2. cap. 38. nu. 8.* in idemque placitum licèt tardo pede descendit Thesaur. *in præm. decis. n. 26*

Planè † contra Alciatũ omnes sen- 4
tiunt, & ad senatoriam dignitatem viros experientia aduocationis illustres eligendos profitetur D. Amaya *in l. vnica, C. de infamib. lib. 10. nu. 87.* qui refert Mastrillũ: omninò videndus D. Perez de Lara *in comp. vitæ homin. c. 30. à n. 14.* vbi in curiis habitis anno 1520. ita dispositum fuisse ad Regni petitionẽ refert: et ex causarũ patronis, & hominibus in foro versatis Senatores eligendos esse, non ex tyrunculis, & inexpertis, eleganter probat, insignis literaturæ D. Solorzano *tom. 2. de iure Indiar. lib. 4. cap. 4. à nu. 8.*

In id † etiam expendo eruditissimũ 5
Iacob. Cuiac. *lib. 16. obseru. c. 22.* qui ex nouella Imp. Valent. & Mart. idem probat, his verbis: *Hæc igitur tandem fuit magis, magisque probata sentẽtia, quæ & vetus, ne essent aduocati perpetui, sed eo officio, magno, necessario, sancto, certo tẽpore funẽti, fisci patronatũ etiam ad tempus susciperent, ac posti scã derent maiores honores, quæ valuit diu post eam nouellam.*

Eiusdem † sententiæ fuit Subaudiæ 6
Præses dignissimus Antonius Faber *de err. prag. tom. 1. in dedicatoria, seu epistola ad Ducẽ Subaudiæ*, his verbis: *Quam in rem nihil est, quod aut facilius, aut commodius facere possis, quã si*

si vt cæpisti ad eas dignitates, quæ iudicandi munere fungũtur, in supremo potissimum isto tribunali, vbique terrarum, si quod vsquam aliud, & eruditionis, & integritatis fama celeberrimo, illos cuchas, qui veram germanamque iuris scientiam apprimè professi, lõgaque rerum forensium exercitatione exculti, de se præstare possint, vt nõ minus quid iudicandum, quàm quid iudicari solitum sit intelligant.

8 Sed † nulla indiget commẽdatione laudabile aduocatorum nomen, satis enim ipsi se literis, virtute, & meritis commendant, & eo potissimùm, quod eorũ vni in Regiis supremisque Senatibus sedent Senatores dignissimi; alij lucubrationibus suis, & scriptis praxim illustrant: testentur tot doctissimorum aduocatorum commentaria quibus in dies lucem accipit iurisprudentia nostra. Alij denique in palatiis patrocinantur causas, suæque defensionis viribus, in rebus sæpe publicis, ac priuatis, lapsa erigũt, fatigata reparant, & non minus prouident humano generi, quã si præliis, ac vulneribus patriam, parentesque saluarent, vt verbis vtar Imperatorum *in l. aduocati* 14. *C. de aduocatis diuers. iudiciorum.*

9 Sed † quò vehimur? veniamus ad quæstionem: quam difficilem esse testis est Cuiacius *lib.* 20. *quæst. Papin. ad l. dolus* 3. *D. quando ex facto tutor.* circa medium. Eam tamen pro viribus, & qua potuero claritate, & breuitate expediam, sub ea specie, an pupillus ex dolo tutoris de euictione teneatur. In qua constituo, tutorem qui in casu permisso, & bonâ fide rem alienam, quasi pupilli esset vendidit, de euictione nomine proprio non teneri; sed in pupillum vtilem actionem dandam, non solùm in id, quod ad eũ peruenit, sed insolidum, vt ex Papiniano probat Vlpianus *in l.* 4. *§. si impuberis, D. de euictionib.* præter antiquiores docent Boer. *decis.* 80. Gratian. *decis.* 182. *num.* 7. Marta *in comp. decis. tom.* 3. verb. *euictio, cap.* 10. Guzman *de euiction. q.* 53. *n.* 5. Hector Capyc. *decis.* 104. *n.* 2. Cyriac. *cõt.* 188. *n.* 5. Cuiacius *ad d. l. dolus.* vbi id in pupilli vtilitatẽ statuũ probat, nã aliàs nemo cum tutoribus contraheret, si contractus ab eis bona fide gesti, pupillum insolidum non obligarent, *l. quod si minor, §.* 1. *D. de minorib.* quã rationem elegantèr vno verbo insinuat, & probat Vlpianus *in dict. §. si impuberis*, ibi: *Quod magis puto, nec enim malè contrahitur cum tutoribus.*

Qui † enim ex necessitate officij contrahit, de euictione non obligatur, nec finito officio conueniri potest, *l. post mortem, §. tutor, D. quando ex facto tutor, l.* 1. *C. cod tit. l. si pignora, vbi Baldus, D. de euictionib.* In tutore id probat Gutierrez *de tutel.* 1. *part. cap.* 13. *num.* 1. Guzman, & Capycius vbi proxime. Et in Magistratu, procuratore, executore testamenti, etiam vniuersali, eandem sententiam ex innumeris probant Marius Giurba *ad consuet. Mesan.* 1. *part. cap.* 2. *glos.* 13. *num.* 13. Hermosill. *in l.* 32. *titul.* 5. *part.* 5. *glos.* 1. *art.* 4. *à n.* 27. D. Amaya *ad rubric. C. de delatoribus, nu.* 25. Carpio *de executor. testam. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 71. & 72. nisi procurator, tutor, vel executor testamenti, vel quiuis alter alieno nomine, & ratione officij contrahens, euictionem proprio nomine promisisset, *l. procurator, qui pro euictione, D. de procuratorib.* de cuius textus materia, *& d. l. fin. D. de institor actione*, & quandò quis de gestis durante officio, eo finito teneatur. Videndi latè agentes Gutierrez *dict. c.* 13. Guzman *dict. quæst.* 53. latissimè Hermosill. *in l.* 7. *tit.* 1. *part.* 5. *glos.* 4. *per tot.* Golinus *de procuratorib.* 4. *p. cap.* 1. *per tot.* Anton. Faber *C. de obligat. & actionib. def.* 4. *cum* 2. *seqüent. & def.* 15. *cum* 2. *seqüent.* Et de institore conuento post officium finitum, D. Franc. Merlin. 2. *tom. cont. cap.* 51. *per tot.* aliquos ex iis refert doctissimus

mus D. Salgado *in labyrinth. credit. 1. part. cap. 10. à num. 84.*

11 Cum † igitur tutor nomine pupilli bona fide contrahens, euictioni non maneat adstrictus, rectè inferes cum Anton. Fabro *in iurisp. Papin. tit. 12. de tutel. princip. 7. illat. 14. pag. 943. in fine.* Pupillum cùm eo casu insolidũ teneatur, neutiquam liberari, licèt offerat actiones suas præstare contra tutorem; cùm nullas aduersus eum habeat, siue soluendo sit tutor, siue non. In quo quamuis subtilissimo Fabro assentiar; aduerto eum nimis confusè, & obscurè loqui circa text. *in dict. §. si impuberis*, quia expressis verbis docere videtur, pupillum ex contractu tutoris etiam mala fide gesti, insolidũ de euictione teneri, quãuis tutor soluẽdo non sit, Fabri verba sunt: *Nam si tutor pupilli nomine rẽ aliquã vẽdiderit, siue bona fide, siue mala, quasi rem pupilli quæ erat aliena: dubitandum non est, quin pupillus ipse de euictione teneatur, & quidem insolidum, etiam si tutor soluendo non sit.*

12 Eandem † perplexitatem, & obscuritatem inuenies apud D. Francisc. Merlin. *dict. cap. 76.* nàm in tertia cõclusione m (quas peculiari examinatione delibatas profitetur) postquàm in secunda, de tutore dolo, vel culpa contrahente egisset; in tertia ita scribit: *Tertia conclusio: tutorem qui taliter pupilli rem vendidit, euictione secuta eatenus de ea teneri, quatenus nõ est in vtilitatem pupilli versum: si tamen soluendo sit: nam in quantum pupillus factus est locupletior tenebitur ipse pupillus, in residuum verò tutor ipse, dicti l. Iulianus, §. sed cum in facto, D. de actionib. empt. sin autem soluendo tutor non sit, in totum tenebitur pupillus, eãque euictionis actionem non directam, sed vtilẽ appellat Papinianus, cui subscribit Vlpianus in l. 4. §. si impuberis, D. de euictionib.*

13 Obscura † sanè verba, quæ nec percipi possunt, nec vt sonant, congruũ iuris intellectum habent (quod typographi fortè incuriâ accidit:) nam si conclusio hæc de tutore dolo, vel sine solemnitate alienante accipienda sit, prout in eo casu loqui videtur D. Franc. Merlin. si attendamus verba illa *tutorem, qui taliter pupilli rem vendidit*, præcipuè si ea conferas, cum secunda conclusione, quæ de tutore dolo loquitur: neutiquàm sustineri poterit: quia vbi tutor dolo, vel sine solemnitate alienat, pupillus eius dolũ non præstat; nec de euictione tenetur; & in id solùm quod ad eum peruenit conuenitur, vt infra dicemus, & ipse Merlin. agnoscit: ergo minus benè eo casu, si minor soluendo non sit, insolidum pupillum teneri asserit. Sin verò eam conclusionem de tutore bona fide alienante intelligi posse dicas; id longe difficilius est, nàm eo casu tutor in residuum non teneretur, iuxta *dict. §. si impuberis*, cuius contrarium scribit Merlin ibi: *In residuum verò tutor ipse.*

Huic † perplexitati (quæ simul apud Anton. Fabrum, & D. Franc. Merlin. inuenitur) iine dubio causam præstiterunt verba illa, *dict. §. si impuberis*, ibi: *Si tutor soluendo non sit*, quæ dubiam reddunt mentem Vlpiani, & in obscuro constituunt, an ipse de tutore bonâ, vel malâ fide vendẽte loquatur: nam per argumentum à contrario sensu deducitur, tutorem, si soluendo sit, de euictione teneri; quod si verum esset, de tutore mala fide vendente necessariò intelligi deberet Vlpianus, iuxta Bart. *in l. vltim. D. de admin. tut.* vbi licèt in eo textu insolidum pupillum propter tutoris dolum teneri agnoscat, tamen cedendo actiones quas habet contra tutorem liberari asserit, quem in hoc rectè refellit Ant. Fab, *dict. illat. 14.* 14

Quarè † verius est (quidquid reclamet Anton. Faber ibi, & in rationali *ad l. sed ex dolo 15. D. de dolo, circa medium.*) Vlpianum de tutore bona fide alienante accipiendum esse, aliàs enim nunquàm pupillus ex eius facto 15

insolidum

in solidum teneretur, vt sentiunt Cuiacius,& relati *sup.* idem Cuiacius *lib. 3. resp. Papin. ad dict. §. si impuberis,* vbi speciem his verbis fingit: si tutor pupilli nomine rem vendiderit ex vtilitate pupilli,& bona fide:sic enim ponendum est *ex l. cum plures,* §. 1. *D. de adminis. tutor.* sequitur Celsus Bargal. *de dolo lib. 2. diuis. 6. nu. 11.* vers. *alia præterea circa finem, fol. 206.* Petrus Faber *in l. neque in interdicto 198. in fine, D. de reg. iuris:* et in ea specie si dolus aliquis tutoris interuenit, non in contrahēdo fuit,sed in eo quòd integrum pretium in rationibus pupilli non intulit,vt ratiocinatur Vlpianus, ibi: *In id demum, quod rationibus eius accepto latum est, sed an in totum,* quo casu etsi soluendo tutor non sit, pupillus insolidum tenetur, cùm à principio bona fide tutor emptionem celebrauerit,vt docet Paulus *in dict. l. cū plures,* §. *quæ bona fide:* nec in contrarium mouere debet argumentū,quod à contrario sensu deducitur,cuius debilis,& infirma est auctoritas, si ex eo absonus,& contra legem resultet intellectus, *l. conuenticula cum vulg. C. de Episcop. & cleric.*

16 Diximus † de tutore,qui bonâ fide rem pupilli alienauit; sed difficilior est alia species,de tutore malâ fide,& dolosè distrahente:et per interpretes adeò confusè disputata, vt quid sentiant,percipi non possit: sed & apud ipsosmet Iurisconsultos eadem inuenitur ambiguitas,inter quos diù ventilata fuit hæc quæstio. Et disputationis, simùl & dissensionis inter eos vestigia inuenimus,& testimonium,in *l. 4. §. illa etiam quæstio, D. de doli mali, & met. except.* ibi: *Illa etiam quæstio ventilata est apud plerosque, an de dolo tutoris exceptio pupillo experienti nocere debeat,* ex quibus articulus hic non solùm obscurus,sed ferè in extricabilis est.

17 Cæterùm † vt veritatem assequamur,constituendum erit; illud apud omnes sine controuersia esse,in pupillum ex tutoris dolo locupletiorem factum,actionem dari, & exceptionē; quod idem est ac si diceremus,pupillum ex dolo tutoris obligari, & conueniri,quatenus ad eum peruenit, vt pro certo statuitur, *in l. sed ex dolo 15. D. de dolo, l. 3. §. si seruus, D. de tribut. actione, l. illud 13. §. sed cum in facto, D. de actionib. empt. dict. l. 4. §. si impuberis, D. de euictionib. l. 3. D. quādo ex facto tutor, l. summa, §. si dolo, D. de peculio, l. si dolo 24. D. si quis omissa causa testam.* Quod procedit siue tutor soluendo sit,siue non *dict. l. apud Celsum 4. §. illa etiam quæstio, D. de doli mali, & met. except.* (quæ necessariò de pupillo locupletiore facto intelligenda est) nàm pupillis,& minoribus tunc succurrendum est,cum aliquid eis abest,non verò cùm id agūt, vt cum alterius detrimento lucrum quærant, *l. minoris 25. D. de adminis. tutor.*& in nostræ quæstionis terminis hoc idem probarunt Ant. Faber, Cuiacius, Cels. Bargal. Marta, locis relatis, D. Franc. Merlin. *dict. controu. 76. num. 10.* Capycius Latro *decis. 104. n. 38. & 39.*

In eo† autem quod ad pupillum ex dolo tutoris non peruenit, an teneatur? difficultas,& labor est, simulque dissensio apud Consultos, qui modo insolidum cōtra pupillū, si tutor soluendo sit,actionem concedunt;modo eum cedendo actiones suas contra tutorem liberari scribunt. Quod desidium vt sedemus aduerto,iuris regulam esse,quam nemo inficiari poterit, dolum tutoris in id quod ad pupillum non peruenit,ei nocere non posse,siue tutor soluendo sit,siue non, vt ex Casio refert Iabolenus *in l. nec in interdicto 198. D. de reg. iur.* ibi: *Nec in interdicto, nec in cæteris causis, pupillo nocere oportet dolum tutoris, siue soluēdo est, siue non est:* quasi dicat Iabolenus, in nullo casu dolum tutoris pupillo obesse posse: vt in interdicto de tabulis exhibēdis idem Iabolenus probat, *in l. fin. D. de tabulis exhibend.* 18

ex

ex quâ dictam legem (siue regulam) *nec in interdicto* sumptam fuisse dicit Petr. Faber, & Ræbard. ibi: cui similis est text. *in l. is qui in puteum, §. si tutoris, D. quod vi, aut clam.* In delictis idem procedere docent Imperatores *in l. meminerint, §. vlt. C. vnde vi.* In cõtractibus idem placuit Vlpiano *in d l. Iulianus, §. sed cum in facto*, ibi: *Quia nec transfertur in pupillum post pubertatem hoc, quod dolo tutorum factum est*, Petr. Faber *in l. alterius circumuentio, D. de reg. iuris.* In iudiciis *text. sing. in l. 1. C. de plus petition.* vbi si tutor tẽpore, aut quantitate, plus petat, ipse non pupillus, plus petentium patitur pœnas. Et ex dolo tutoris contra pupillum in litem nõ iurari *ex l. 1. C. quãdo ex facto tutor*, notat Osuald. *ad Donell. lib. 26. com. cap. 9. lit. B.*

19 Hoc† igitur verissimo principio præiacto, dolum tutoris, siue soluẽdo sit siuenon, pupillo nõ officere, à quo nec iuris Consultorum vnus, nec interpretum discedit. Controuersiam solum agnosco, circa formam quâ minori ex tutoris dolo cõuẽto succurri debeat. In quo variant Consulti, nàm Pomponius Aristonem secutus *in l. final, D. de admin. tutor.* in eâ sententiâ est, pupillum ex dolo tutoris conuentum, solidum præstare debere, si tutor soluendo sit: si verò non sit soluendo liberari pupillum, si cedere paratus sit actiones quas habet contra tutorem: satis enim vtroque casu pupillo consultum esse existimauit Põponius: quia si tutor soluẽdo est, licèt pupillus solidum præstet, nullam patietur patrimonij diminutionẽ: cùm id quod soluit, à tutore recuperare possit; sin verò tutor idoneus non sit, ex cessione actionum cõtra eum nullam sentiet iacturam.

20 Pomponij† sententia hæc fuit; sed Vlpiano aliud placuit, qui indemnitati pupilli magis consultum esse voluit. Nam si in id, quod ad eum non peruenit, ex dolo tutoris cõueniatur, etsi tutor idoneus, & soluendo sit, hactenùs pupillũ teneri asserit, vt actionem quam contra tutorem habet, cedat agenti, vt discretè docet (taxans Pomponij relatam sententiam.) *in l. 3. §. si seruus, D. de tribut. action.* ibi: *Quamuis Pomponius libr. 8. epistol. si soluendo tutor sit, ex dolo eius pupillũ teneri scripsit. Et sanè hactenus tenebitur, vt actionem quam contra tutorem habeat præstet.*

Rectiùs† namque visum fuit Vl- 21
piano, circuitum inutilem vitare, pupilliquè cessionem pro iusta præstatione, & solutione habere, *vt in l. quod debetur, D. de peculio*, ibi: *Delegatio pro iusta præstatione est, l. Titio fundus 73. D. de conditionib. & demonstr.* eius enim interest non soluere potius, quàm solutum a tutore repetere, *l. 3. D. de compensat.* obidque dici solet, neminem obid solùm obligari debere: quia recepturus sit ab alio, quod præstiterit, *l. nemo ideò 71. D. de reg. iur.* Ant. Faber *in rationali ad dict. l. sed ex dolo.*

Ex† his duobus Pomponij, & Vl- 22
piani responsis, quæ licèt quoad conseruandum pupillum indemnem, in vnum tendant, in formâ tamen differunt: orta est dissensio inter interpretes. Et Anton. Faber Pomponij sentẽtiam secutus, mordicus tenet, pupillũ si tutor soluendo sit, cessione actionũ non liberari: quod iuri magis consonum esse contendit, *in ariisp. Papin. dict. princ. 8. illat. 14. & in rationali ad dict. l. sed ex dolo*, vbi vt suam opinionem tueatur, cruciatur valdè, & multa pro more emendat, & attribuit Triboniano.

Planè† cum communi Magistro Iacobo Cuiacio *dict. lib. 10. resp. Papin. ad l. dolus 3. D. quando ex facto tutor.* Vlpiani sententiam præualuisse existimo, qui quasi velamento quodam excusauit Pomponium, & loco veræ solutionis, quàm ipse requirebat, vbi tutor soluendo est, cessionem admittit; quæ ficta, & impropria solutio dicitur Scaccia *de commerc. §. 2. glos. 5. num. 47.*

*num.*47. D. Lar. ea *alleg.* 36. *num.*12. *tom.*1.

24 Nec † te turbent varia iura in quibus ex dolo tutoris, si is soluendo sit, pupillum insolidum teneri probatur, qualia sunt *l.*1.§.*hoc edicto, D.nè vis fiat ei, dict.l.summa,§. si dolo,* cum aliis cõgestis à Cuiacio, & Fabro: quia intelligenda sunt, & supplenda ex Vlpiano, *in dict.l.*3.§.*si seruus, D.de tribut.actione,* vt licèt teneatur insolidum, cedendo actiones liberetur, Arisin. Tepat. *var. tit.*486. vers. *pupillus,* ibi: *Pupillus tenetur ex culpa tutoris, quatenùs est locupletior, & etiam vltra, si tutor est soluendo, sed liberatur cedendo actionem,* & ita interpretari potest text. difficilis *in l.Polla, D. de his quæ vt indignis auf.* vt adimi debeat pupillo portio, quam ex testamento habebat, nisi paratus sit cedere actiones contra tutorem; vel petere restitutionem contra eius factum. Aliter interpretatur *glos. ibi,* & vltra Anton. Fabrum locis relatis videndi Petr. Fab. *in dict.l.neque in interdicto,* Celsus Bargal. *sup.*

25 Quæ † actionum cessio iustâ ratione fuit inducta, quia cùm tutor in rerum pupillarium administratione, vt ipsi pupillo, non vt alij noceat dolum commisserit, (nam si extrinsecùs aliquid tutor dolo fecerit, pupillo nihil nocere oportet, *l.at si extrinsecus* 4. *D. quando ex facto tutor*) non alij quàm pupillo actio de dolo dari potest. Nã sicut eâ actione nunquàm alius tenetur, quàm qui dolum admisit, aut heres eius, ideòque actio illa dicitur in personam, *l.*2.§.1. *D. de doli mali, & metus except.* ita nec alius de dolo agere potest, quàm is qui dolum fuit passus, aut eius heres: tametsi de dolo excipere quilibet possit, dummodo eius interfit: vndè merito necessaria est cessio pupilli, cùm actionem de dolo citra cessionem habere nõ possit qui cum tutore contraxit, vt elegantissimè docet Ant. Faber *dict. illation.*14. *ante medium pag.*944. *in fine,*

Quibus † ita explanatis, facilis iam est quæstionis nostræ resolutio. In qua sine dubio tenendum est, pupillum in id quod ad eum ex dolo tutoris peruenerit teneri; si verò vltra quàm in id quod consecutus fuit conueniatur, cedendo actiones suas contra tutorẽ liberari. Et in terminis quòd pupillus pro re perperàm, vel dolo alienatâ de euictione conuentus cedendo actiones suas satisfaciat, *ex dict.l.*3.§. *si seruus, glos. in dict.l.fin. D. de administ. tutor. & in dict.l.Iulianus,§. sed cum in facto,* Cels. Bargalius *dict. quæst.* 6. *in fine,* Merlin. *dict. controu.*76. *num.*10. Capycius Latro *dict. decis.* 104. *num.* 6. quæ non solùm in pupillo procedunt, sed in Ecclesiâ, vel Vniuersitate, vt rectè ampliat Bargalius *sup.* 26

His † adstipulatur doctrina Bart. *in l. qui solidum* 78.§. *etiam, D. de leg.*2. quam sequitur addit. ad Capell. Tholos. *decis.*40. quòd si ob litem calumniosè institutam à tutore, in expensis litis tutorio nomine sit condemnatus, & expensarum executio contra pupillum fiat, liberatur cedendo actionem suam cõtra tutorem. Quod vt meliùs percipiatur aduerto, tutorem qui calumniosam litem tutorio nomine prosecutus fuit, in expensis proprio nomine condemnari posse, text. expressus *in l. non est ignotum, C. de administ. tutor.* Gratian. *discept.* 806. *num.* 6. si verò in expensis simpliciter condemnatio fiat, non de propriis bonis facta censebitur, sed tutorio nomine, vt in fortioribus terminis ex Anton. Fabro decisum refert Fontanella *decis.*98. *per tot.* ideòque executionem in bonis tutoris faciendam non esse, firmat Capell. Tholos, *& addit. dict. decision.*40. 27

Quo † supposito videamus, an vera sit Bart. doctrina, quæ quamuis superioribus principiis conueniat, de eius veritate dubius sum. Et crederem inuito eo, qui expensarum condemnationem exequitur, pupillum cedẽdo actionem contra tutorem non satisface- 28

tisfacere, nec euitare posse executionem sententiæ: quia exquo tutor proprio nomine condemnatus non apparet, & de dolo, vel temeritate eius in lite instituenda non constat, executio rectè in bonis pupilli fit, licèt ipsi semper actio superstit contra tutorem, si apparuerit temerè, & sine causâ litigasse, *dict. l. qui solidum*, §. *etiam*, Castillo quem sequitur Fontanell. *sup.*

29 Quarè † vt cessent dubia, quæ oriri possunt in executione sententiæ per quam tutor in expensis cõdemnatur, consulit iudicibus Camill. Borrell. in hæc verba: *Has controuersias circunspectus iudex sua prudentia resoluere poterit, qui ante sententiam si viderit, litẽ à tutore perperam fuisse introductam, & tutã litigandi causâ non fuisse motum, contra ipsum dirigere debet condẽnationis expensarum sententiam, & contra illius bona exequi facere: sin autẽ viderit pupilli causam ratione etiã ambigua motum, iustam litigandi causam habuisse: tunc vel pupillum condemnare, vel si tutorem tutorio nomine condẽnaret, quod breui manu ex pupilli bonis sibi reficiat, nè videantur tutores operã, tempusque, sed etiam sua bona pro pupillo deperdere.* Hæc Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 2. tit. 39. de expensis, num. 406.* vbi *a num. 401.* latè quandò tutor ob litem calumniosè institutam in expensis condemnandus sit, vi dendus etiam Arism. Tepat. *var. titul. 268. cap. 10.* vers. *tutor tutorio*, & vers. *executio sententiæ.*

30 Sed † vt nihil intactum relinquamus, examinanda est altera doctrina Mangilij quem refert, & improbat D. Franc. Merlin. *dict. cap. 76. à num. 13.* existimantis tutorem qui nullitèr, vel minus solemniter rem pupilli vendidit, de euictione non teneri, si eã proprio nomine non promiserit: ex eo motus, quòd emptor videtur esse in dolo, si sciens se a tutore emere, perscrutatus non fuit, an ad alienationem necessaria præcesserit causa, vel solẽnitas requisita. Quæ sententia vera non est, & eo demùm casu procederet, quo emptor doli particeps fuisset: quarè merito D. Franc. Merlin. discedit à Mangilio; cui in hoc assentior: nõ tamen in eo, quod ibi inuehitur contra Mangilium, simul & Caualuanum, quem ignis auctoritatis esse dicit, & plerumque ex proprio marte, vel falsis allegationibus loqui.

In † eo etiam dissentio à D. Franc. 31
Merlin, qui in præcitato, *cap. 76. num. 11. & 12.* scribit, pupillum cuius tutor rem perperam, & minus solemniter alienauit, non posse agere contra emptorem, nisi priùs contra tutorem experiatur, & eum soluendo non esse appareat, ecce formalia verba: *Scitur namque, duplicem à iure pupillo tributam esse actionem, vnam contra rei perperàm, & minus solemniter alienatæ possessorem, ad eam vindicandã, quæ realis est, rẽque ipsam persequitur, text. in l. magis puto, §. manet actio, & in l. illicite, D. de reb. eorum. Alteram quidem contra tutorem pro mala administratione, & hæc personalis est, iuxta text. punctualem in l. etiam, C. si tutor, vel curator interu. Rolandus, Surdus, & alij per Cyriacum cont. forens. tom. 2. cap. 321. num. 22. imò & actio huiusmodi contra tutorem adeò præiudicialis est, vt donec pupillus contra eum egerit: si tamen soluendo sit, non detur eidem actio ad petendam in integrũ restitutionem contra possessorem, quoniam hoc casu ista hæc subsidiaria est.*

Quæ † assertio vera non est, nàm 32
quamuis re per tutorem solemniter alienatâ, si in pretio deceptus sit minor, & restitutionis beneficium imploret, non succurrat ei Prætor, si alio remedio ordinario possit ei esse succursum, *l. in causa 26. D. de minorib.* prosequitur latissimè Hermosill. *in l. 4. titul. 5. part. 5. glos. 12. à num. 1. & 40.* tamen rè per tutorem minori pretio distractâ, si id culpæ eius adscribi possit, in electione minoris est, agere cõtra tutorem, vel curatorem; vel restitutionem petere, vt *ex l. etiam, C. si tutor*

tor, vel curator interu. tradit Cancer. *2. part. var. cap. 1. num. 285. in fin.* Cyriac. (quem non retulit Merlin.) *lib. 2. cont. 243. à nu. 20.* Hermosill. *sup. nu. 41.* vbi an si minor prius egerit contra tutorem, & ab eo consecutus sit pretium, teneatur ei cedere beneficium restitutionis in integrũ aduersus emptorẽ: & tenerisimò sine cessione experiri posse sentire videtur Cyriac. *d. lib. 2. cont. 321. ferè per tot.* vbi præcipuè quærit, an tutor, qui ex pecunia sua, vel minoris soluit indebitũ, vel rẽ minoris indebitè tradidit, si ex bonis suis satisfecerit minori, possit agere absque cessione? et resoluit vtilius esse cessionem exposcere, quàm minor præcisè facere compellitur.

Vbi † autem alienatio rei minoris,
33 ex defectu solemnitatis est nulla, fortiori ratione admittenda non est prędicta assertio: cùm eo casu restitutio in integrum, nec necessaria sit, nec vllo casu competere possit: imò minor rẽ directè vindicare poterit, cùm dominium ab eo non discesserit, *l. si prædiũ l. prædiorum, C. de prædiis minorum,* & non solùm in rem actionẽ habet, verùm remedium possessorium reintegrandæ intentare ei conceditur, vt ex innumeris probat Fachin. *lib. 12. controu. cap. 57. per tot.* nec † pretium eo
34 casu restituere tenebitur, nisi adhuc extet, vel in rem minoris sit versum, *l. prædiorum, dict. l. si prædium in fine.* Quas † resolutiones, & quis pretium
35 in vtilitatem versum probare teneatur, exornat multis relatis Hermosilla *à num. 42. 45. & 75.* Cancerius *dict. cap. 1. num. 165. & 270.* Capycius Latro *decis. 204. à num. 25.* nouitèr Acosta *de priuileg. credit. reg. 1. ampl. 1. à n. 1. ad 10.* apud quos videre poteris alia his spectantia, simulque quãdò minor qui pretium habuit à tutore, vel per quinquennium tacuit, alitèrvè ratam habuit alienationem sine solemnitate factam, doli exceptione repellatur, si agat contra possessorem.

SVMMARIVM.

1 *Nomina debitorum in dotẽ dari possunt.*

2 *Nomen debitoris in dotem datum marito, si exactum non sit, soluto matrimonio an eius retrocessione liberetur.*

3 *Nomen debitoris si æstimatũ in dotem detur, etiamsi citra maritici pam exactam non sit, non satisfaciet, nec heredes eius cedendo actiones suas contra debitores.*

Æstimatio rerum dotalium facit emptionem.

4 *Maritus rei æstimatæ in dotem datæ dominium consequitur, & alienare potest, licèt rem ipsam, vel eius æstimationem reddere maritus promisisset.*

5 *Nominis æstimati periculum ad maritum pertinet, & soluto matrimonio, ipse nec eius heredes eius retrocessione liberantur.*

6 *Nomen debitoris æstimatum, quod in dotem accepit maritus, si idoneum non esset, an liberetur si soluto matrimonio actiones suas cedere contra debitorem paratus sit.*

Nomen debitoris nõ idoneum si sciẽs æstimatum accipiat maritus, eius retrocessione non liberatur.

7 *Maritus si ignorans debitorem non soluendo esse, nomen eius in dotem æstimatum accipiat, liberatur retrocedendo nomen, licèt ignorantia eius culpabilis esset.*

8 *Longe differt emptor nominis, ac maritus qui nomen non idoneum in dotem æstimatum accepit.*

Læsio etiam intra dimidiam inæstimatione dotis attenditur.

Reprobatur opinio Anton. Fabr.

9 *Venditio nominis inducta ex datione eius in dotem, non simplex venditio est, sed dotis causâ.*

10 *Expenditur elegãs* Roberti *locus,*

11 *Mu-*

11 *Mulier rem æstimatam in dotem datam reivindicare potest, si maritus dotem soluendo non sit.*

Tertius possessor à quo mulier rem æstimatam in dotem datam reivindicare intendit, satisfacit si eius offerat æstimationem.

12 *Nomen debitoris quandò æstimatum, aut inæstimatum in dotem dari dicatur,* & num. 13.

14 *Nomen inæstimatum si in dotem detur marito, & eius culpâ exactum non sit, damnum eius periculo cedit, nec cedendo actiones satisfacit.*

Periculum nominis inæstimati in dotem dati, mulieris damno cedit, si marito culpa imputari non possit.

15 *Maritus quam diligentiam præstare teneatur in exigendis nominibus in dotem datis, vel in exactione dotis promissæ, siue debitor parens esset mulieris, vel extraneus,* & num. sequentib.

17 *Pater mulieris si promittat dotem, quam cùm non accepisset gener, fecit ei apocham de recepto, deindeq; socer promittat ei soluere dotem, an si eâ non exactâ dissoluatur matrimonium, satisfaciat maritus cedendo actionem contra socerum.*

18 *Fundus alienus quem pater æstimatum pro filia in dotem dedit marito, si ab eo euictus sit, & soluto matrimonio eius æstimatio petatur, doli exceptione maritus, & eius heredes se tueri poterunt.*

19 *Mulier vel eius heredes rectè desiderant, vt sibi cedatur actio contra heredes patris dotantis, qui fundum alienum æstimatũ in dotem dedit.*

20 *Extraneum, qui dotem mulieri donaturus promisit, si maritus ad eius solutionem non vrserit, an damnum de suo resarcire teneatur, sta vt cedendo actiones non liberetur.*

21 *Debitor mulieris si pro ea promittat dotem marito, quam diligentiam in exactione præstare teneatur.*

22 *Negligentia mariti in exigendis nominibus in dotem datis, quanta esse debeat vt eorum periculum ad eum expectet,* & num. 23. & 24. cum sequentib.

Tutor & alius administrator, quã diligentiam præstare teneantur in exigendis nominibus debitorum.

23 *Debitores cum moderamine, & efficacia sunt exigendi.*

Administrator, qui debitorem magnâ paupertate opressum noluit compellere ad solutionem, excussatur.

24 *Maritus qualiter teneatur, si debitorem mulieris ex causa voluntaria non compulit ad solutionem dotis sibi promissæ,* & numer. 25.

Intelligitur l. 15. tit. 11. part. 4. & l. si extraneus, D. de iure dotium.

26 *Nomen debitoris non æstimatum si maritus non exegerit, & propter eius moram deterius factum non sit, cedendo actiones liberabitur.*

27 *Nomina debitorum in dotem data, an expensis mariti sint exigenda, & quas expensas in exactione factas repetere possit.*

28 *Nomen debitoris, quod inæstimatum in dotem accepit maritus, si citra eius negligentiam deterioris conditionis fit, liberabitur maritus præstando actionẽ contra debitorem.*

29 *Maritus vbi liberatur cedendo actiones contra debitores dotis, an statim, an verò post annum à die soluti matrimonij retrocessio facienda sit?* & numero 30.

Maritus bona immobilia statim intra annum restituere tenetur, ni-

sistatim, atque solutum fuisset matrimonium, restituere promisisset.

Marito putatiuo, an anni dilatio ad restitutionem dotis in mobilibus consistentis concedatur.

QVÆSTIO. XII.

Maritus, qui debitorum nomina in dotem data, vel dotem sibi promissam nō exegit, si ad restitutionem dotis conueniatur, an satisfaciat, si cedat actiones suas contra debitores: Exornatur materia *l. si extraneus* 33. *D. de iure dotium.*

SOLENT† marito in dotem dari debitorum nomina, *l. Mæuia, D. solut. matrimon. l. promittendo, §. si à debitore, D. de iure dotium. l.* 2. *C. de obligation. & actionib. l.* 15. *tit.* 11. *part.* 4. Camill. Borrell. *in sum. decis.* 3. *tom. titul.* 4. *num.* 345. Quæ † si constante matrimonio exacta non sint, eo postmodùm soluto, cùm de restitutione dotis aduersus maritum, vel eius heredes agitur, sæpenumero dubitari contingit, an satisfaciat cedendo actiones contra debitores, ipsaque nomina retrocedendo ad fauorem mulieris, vel heredum eius? An verò teneantur ad restituendam pecuniam, & quantitatem ipsam, quam in nominibus in dotem accepit maritus? Eademque dubitatio oritur, circa promissam dotem à marito non exactam. In quibus, vt distinctè procedamus; pro verâ resolutione sequentes constituo regulas, siue iuris solidas conclusiones.

Prima † regula: si nomen debitoris æstimatum in dotem detur; etsi constante matrimonio, etiam extra aliquam mariti negligentiam, vel culpam, exactum non sit, si de dotis restitutione agatur, necesse habebit maritus soluere æstimationem; nec cedendo actiones, seu retrocedēdo nomen liberabitur; non magis ac liberaretur is, qui nomen emisset, si conuentus pro pretio nomen emptum retrocedere desideraret. Id enim quòd emptio, operatur æstimatio: quia maritus, qui æstimatas res dotales accepit, eas emisse censetur, *l. æstimatæ, l. æstimatas, D. solut. matrimon.* Ex quibus id probat Barbosa ibi, *l. quoties, l. cum dotem, C. de iure dotium, l. plerūque, D. eod. tit. dict. l.* 2. *C. de obligat. & actionib.* ex innumeris Castillo *de vsufruct. cap.* 4. *à num.* 7. multos iuxta morem congerit Giurba *ad cons. Messan. cap.* 15. *glos.* 1. *num.* 6. Fontanell. *de pactis nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 13. *à nu.* 25. Gutierr. *de gabell. quæst.* 25. *& lib.* 3. *pract. quæst.* 77. Ioan. Bapt. Thoro *voto* 74. *à num.* 58. Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *var tit. de iur. dotium, resolut.* 1. *à num.* 1.

Per quam † æstimationem maritus consequitur rei æstimatæ dominium, & quasi verus dominus de eâ pro arbitrio disponere poterit, *l. quoties, l. in rebus, C. de iur. dotiū, dict. l. plerumque, l.* 16. *&* 18. *tit.* 11. *part.* 4. Anton. Gomez *in l.* 53. *Tauri numer.* 44. Castillo *dict. num.* 7. poteritque alienare, licèt rem æstimatam, vel eius æstimationem soluto matrimonio reddere promisisset, vt ex *l. quod si fundus* 11. *D. de fund. dotali*, resoluit Capyc. Galeota *lib.* 2. *controu.* 40. *num.* 10. Hermosilla statim referendus *num.* 14. Giurba *numer.* 23. qui aliud constituunt, vbi mulier electionem sibi reseruasset.

Ex cuius † dominij translatione, rei æstimatæ periculum ad maritum spectat,

ſpectat, *l. cum dotem, C. de iur. dotium*, ex Azeued. Matienz. Barboſ. Mieres, & aliis Giurba vbi proximè *numer.* 3. Camill. Borrell. *in ſum. deciſ. tom.* 3. *titul.* 4. *num.* 350. Cyriac. *lib.* 2. *contr.* 225. *num.* 10. Et ſoluto matrimonio quemadmodum mulier rem æſtimatam repetere non poteſt, ſed pretium eius, *dict. l. quoties* iunctâ, *l. cum maritus, D. de pactis dotal. lib.* Franch. *deciſion.* 81. *num.* 9. Thoro *dict. voto* 74. *n.* 23. ita maritus eiusvè heredes inuitâ muliere rem reddere non poterunt, vt arguit Thoro, & Giurba *ſup.* cum aliis relatis, omninò videndus Hermo filla *in l.* 22. *tit.* 5. *part.* 5. *glo ſ.* 5. *à num.* 14. Donell. *lib.* 14. *comment. c.* 5. Molino *de ritu nuptiar. quæſt.* 57. Molina Theolog. *tom.* 2. *de iuſtit. & iur. diſputat.* 426. Parlador. *in ſexquic. differ.* 126. Leotardus *de vſuris gnæſtion.* 79. *à num.* 53? Et in indiuiduo, quòd nomine debitoris in dotem dato, ſi æſtimatum ſit, non ſatisfaciat maritus cedendo actionem contra debitorem, probat Marius Giurba *in conſ. Meſſan. part.* 1. *cap.* 10. *glo ſ.* 8. *nu.* 6.

6 Quæ † ſine dubio procedunt, quando nomen, quod æſtimatum accepit maritus eâ æſtimatione quæ faceret emptionem, non ſolùm verum, ſed bonum, & exigibile erat. Nam ſi debitor tempore quo in dotem nomen datum fuit, ſoluendo non eſſet, quæſtionis eſt: an maritus, vel eius heredes ſatisfacerent, ſi nomen retrocedere parati eſſent? In quo articulo dicendum eſt, maritum retrocedendo nomen non liberari, ſi ſciret debitorem ſoluendo non eſſe, vt ex Alex. Pinelo, Coſtâ, & aliis tenet Giurba *dict. cap.* 15. *glo ſ.* 14. *num.* 10. cui ſententiæ ſe ſubſcribere videtur Franch. *deciſ.* 108. ex aliis Molino *dict. quæſt.* 57. *à num.* 51.

7 Vbi verò † maritus ignorans debitorem idoneum non eſſe, nomen eius in dotem æſtimatum accepit, non ſatis apud Interpretes liquet, an id eius periculo cedere debeat; an verò vxoris damno ſit? Et licèt Anton. Faber *lib.* 12. *coniect. cap.* 8. quem ſequitur Schifordeg. *lib.* 3. *tractat.* 23. *quæſtion.* 16. *&* 17. exiſtimet, nominis æſtimati periculum indiſtinctè ad maritum pertinere, ſiue ſcierit, ſiue ignorauerit idoneum non eſſe debitorem. Tamen contrarium tenendum eſt, nam maritus non ſolùm vbi probabilem ignorantiæ haberet cauſam, nomen retrocedendo liberaretur, *l. promittendo, §. ſi à debitore, D. ſolut. matrimon.* ibi: *Quod ſciens tale nomen ſecutus videretur*, Bart. Caſtrenſ. & alij *in l. Mæuia, D. ſolut. matrimon.* Franch. *dict. deciſ.* 108. *n.* 3. ſed etiam quãuis eius ignorantia culpabilis eſſet, Barbosa *in dict. l. æſtimatis, num.* 11. quem ſequitur Anſaldus *conſ.* 72. *numer.* 51. omninò videndus *à numer.* 1. *ad* 54. Franc. Tondutus *quæſtion. ciuil. cap.* 49. *num.* 14. Capyc. Galeota *lib.* 1. *controu.* 32. *à nu.* 76. Quod procedit, ſiue nomen eſtimatum, vel delegatum ſit, Ariſmin. Tepat. *tom.* 2. *titul. de ſolut. matrimon. cap.* 29. verſic. *maritus*, Giurba *dict. numer.* 10. à quâ ſententiâ nec in iudicando, nec inconſulendo recedendum eſſe (etſi in delegatione aliud de iure communi videatur) reſoluit notantèr Acoſta *de priuil. g. credit. reg.* 2. *ampl.* 6. *à nu.* 49. *ad* 102. *præcipuè nu.* 97.

8 Nec † probanda eſt opinio Antonij Fabri, quam vt tueatur, nullam differentiæ rationem conſtitui poſſe aſſerit inter emptorem nominis, & maritum: quia longè diuerſa in vno, ac in altero ratio eſt; nam licèt læſio, quæ in aliis bonæ fidei contractibus dimidiam iuſti pretij non excedit, in conſideratione non ſit, *l.* 2. *C. de reſcindend. vendition.* quia intra dimidiam contrahentibus inuicem ſe decipere permittitur, *l. in cauſæ, la ſegunda in fine, D. de minoribus, l. in pretio, §. quemadmodum, D. locati*, Farinacius *in fragmentis. liter. D. numer.* 29. copioſè Velaſcus *in loc. communi. lit. C. axiom.* 201. tamen in dote

alitèr se res habet, & minor lęsio in rerum dotalium æstimatione contingès attenditur, vt circumuento succurratur, *l. iure succursum, §. si in dote, D. de iur. dotium*, ibi: *Si in dote dandâ circumuentus sit alteruter, etiam maiori annis 25. succurrendum est, quia bono, & æquo non conuenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum sentire per alterius lucrum*, elegans *l. 16. tit. 11. part. 4.* multis relatis Hermosill. *in l. 56. tit. 5. part. 5. glos. 9. num. 6. & glos. 4. num. 27.* Anfald. *dict. cons. 72. num. 47.* Fachin. *lib. 2. controu. cap. 29.* ex aliis antiquioribus Arias de Mesa *lib. 3. var. cap. 19.*

9 Cuius † rei rationem non ab alio, quàm ab ipsomet Ant. Fab. petamus, qui *dec. ad 8. de error. prag. error. 6.* eâ agnoscit inter emptionem, & dotem æstimatam differentiam, quòd licèt hęc faciat emptionem, tamen nõ simplex venditio est, sed dotis causâ, *d. l. quoties*, ibi: *Quia non simplex venditio sit, sed dotis causâ*, Guzman *de euictionib. quæst. 26. nu. 53.* & inter maritum, & vxorem id agi censetur, vt non magis sit in dote, quàm re verâ res æstimata fuit, vt latè prosequitur Anton. Fab. quem laudat, & sequitur Fontanell. *dict. p. 13. à num. 50.*

10 Sed vltra Fabrum, ego considero, eum, qui nomen emit, de nullo alio agere, quàm de ipsius emptione, quæ semper minori pretio fieri solet: vndè nihil mirum, si ad eum periculum spectet, *l. si nomen cum sequentib. D. de hered. vel act. vend.* At verò qui rem æstimatam in dotem accipit, principalitèr de matrimonio contrahendo solicitus est, & allectus fortè sponsæ pulchritudine æstuat amore; vel propter eius nobilitatem appetit consortium, non pacta, non dotales conuentiones, sed ipsam adamatæ virginis speciem, aut genus cogitat, vt elegãter prosequitur omnino videndus tersus, & eruditus Æneas Robert. *lib. 1. rer. iudicat. cap. 2. in allegat. pro Seio.*

11 Nec † scio, cur marito cui mulier nomen etsi æstimatum in dotem dedit, licere non debeat, id soluto matrimonio retrocedere, si debitor soluendo non fuit; cùm mulieri permittatur, rem æstimatam, si maritus soluendo non fuerit, etiam à tertio possessore vindicare, quasi eo casu æstimatio non fecerit emptionem, *l. in rebus, C. de iur. dotium, l. vxor marito, vbi glosa, & Bart. D. de donation. inter*, Thoro *sup. num. 74.* Giurba *num. 21.* Tientacinq. *num. 17.* Fontanell. *à numer. 76.* Hermosill. *dict. glos. 15. num. 32.* Gutierrez *dict. quæst. 77.* Farinac. *nouitèr nouiss. decis. 258.* quãuis rei restitutionem euitet tertius possessor, si eius æstimationem soluere paratus sit, Capyc. Galeota *dict. controu. 40. num. 9.*

Sed † cùm huius primæ regulæ virtus, officiumque in eo potissimum consistat, quòd nomen æstimatum datum sit in dotem, breuitèr inspiciẽdum est, ex quibus cognoscatur, an nomen æstimatum, vel inæstimatum in dotem detur. Et non ex eo, quòd nomen in dotem datum sit, quasi eo casu in pecuniâ dos consistat, pro æstimato habebitur: imò id potius doti datum intelligitur, quod ex eo nomine exigi possit, vt rectè docet Anton. Fabr. *in C. ad titul. de rei vxoriæ actione, defin. 26. numer. 10.* vbi enim simplicitèr nomen traditur, siue de per se, siue cum aliis rebus in æstimatum censetur; cum in dubio in dote æstimatio non præsumatur, nisi æstimationis simùl, & pretij mentiõ fiat: quod extendit Barbola *in dict. l. æstimatis, num. 7.* etiam si dicatur nomen dari pro ea quantitate, quæ in eo cõtinetur, sequitur Molino *dict. quæst. 57. à num. 43.* vbi sine causâ improbat Barbosam, quasi contrarium teneat. 12

Tunc † autem æstimatum nomen dari dicemus, quandò eo animo datum, & acceptum fuisse apparet, facit tex. *in d. l. 2. C. de oblig. & act.* ibi: *Ad similitudinem eius, qui nomen emerit:* 13

vel

vel quandò certâ dotis quâtitate promissâ pro illius satisfactione datur nomen debitoris, nã ex eo quòd pro certa quantitate dotis promissæ datur, tacita venditio inducitur, Barbosa *nu.*7. & 8. Molino *nu.*50. Marius Muta *decis.*84. *num.*7. quo casu satis non esse marito in casu dotis restituendæ actiones suas cedere, seu retrocedere nomen, probat ex Mantica, Phanuc. & alijs Giurba *dict. glos.*8. *num.*9. vbi *n.* 6. asserit, quòd si nomen pro decem in dotem detur, æstimatum censetur; ideoque cessioni locus non est, vidẽdus nouissimè Franc. Tondut. *quæst. ciuil. c.*52. vbi per totũ probat, quòd certa summa in dotẽ marito promissa, si in eius solutionem census, vel nomẽ illi cedatur, æstimatũ censetur: simulque affirmat dominiũ census cessi ad maritum pertinere, mulierẽ que pecuniæ manere creditricẽ, videndus nullo tamẽ ex his relato Merlin. *post tract. de pignorib. decis.*114. Et quandò æstimatio rerum dotaliũ faciat emptionem, ita vt bona in dotem data restitui non possint, agit latè Ripol. *variar. resol. c.*10. *à n.*90. *ad.*107. Cyriac. *lib.* 2. *cont.*220. Merlin. *de pign. lib.*2. *q*19.

14 Secunda † regula: si nomen inæstimatũ in dotẽ detur, & viri culpâ exactum non sit, eius erit periculum, nec retrocedendo nomen liberabitur, copiosè Giurba *dict. glos.*8. *num.*8. *& c.* 15. *glos.*14. *nu.*10. vers. *secundus casus.* Pro cuius regulæ explicatione aduertendum est, inter nomen æstimatum, & inæstimatũ illud esse discrimẽ, quòd sicut æstimati nominis periculum ad maritum spectat vt sup. diximus, ita & inæstimati periculum mulieris est, *l. Mœuia, D. solut. matrim.* vltra Barbos. & Molin. sup. Anton. Faber *libr.* 12. *coniect. cap.*8. Fontanell. *claus.*6. *glos.*1. *part.*2. *nu.*80. quod intelligendum est, nisi culpa imputari posset marito, cur non exegerit: quia teneretur, ac si exegisset, *l. si extraneus, D. de iur. dotium, l. nupta, §. quoties, D. solut. matrim. l. fundus, D. de fundo dotali, l. ob res, § sed si conuenerit, D. de pactis dotalib.* Mantica *de tacit. lib.*12. *titul.* 22. *num.*26. Cfascus *decis.*61. *num.*12. Garcia *de expens. cap.*13. *nu.*34. Flores ad Gamm. *dec.*373. *in fin.* Bellon. *de his, quæ fiunt incontinenti lib.*2. *cap.* 74. *nu.*3. Camill. Borrell. *sup. nu.*348. Cyriac. *lib.*1. *cont.*110. *nu.*5.

Cæterum † licèt apud omnes conueniat, maritum, qui in exigendis nominibus moram fecit, ex quo debitores non soluendo fuerunt effecti, cùm tempore promissionis soluendo essẽt, (nam si promissionis tempore idonei non fuissent, ad nihilum teneretur maritus, vt in fortioribus terminis resoluemus) teneri, ac si exegisset. Tamen non satis liquet, quam diligentiã præstare teneatur in exigendis nominibus in dotem datis; vel inconueniendo dotis promissore, siue parens, siue extraneus esset. Ad cuius articuli perfectam intelligentiam, quem magnis difficultatibus plenum, & inuolutum esse fatetur Acosta *de priuileg. credit. reg.*2. *amp.*6. *nu.*41. & variis decisionibus controuersum agnoscit Guzmã *de euictionib. quæst.*35. *nu.*49. Ego sequentes casus considero: primus, quãdò pater promisit dotem: Secundus, quandò dotem promisit extraneus, qui vxoris debitor non erat. Tertius, quandò debitor vxoris promisit dotem, vel ipsa vxor nomen debitoris; vel alter in dotem dedit. 15

Primo † casu, quandò pater pro filia dotem promisit, licèt culpa, vel negligentia mariti in non exigendò interuenerit, & pater non soluendo ex post facto fiat, nihil imputabitur marito, cui parcendum est, si patrem vxoris non vrsit ad solutionem, *dict. l. si extraneus* 33. *D. de iur. dotium,* Garcia *de expensis, cap.*13. *à num.*35. Camill. Borrell. *in sum. decis. tom.*3. *titul.*5. *de priuileg. dotis, num.*102. *& à num.*97. Anton. Faber *in C. libr.*5. *titul.*10. *defin.*8. *numer.*4. Guzman *à numer.*54. Fontanella *à num.*68. Acosta *numer.*48. Ansald. *sup. num.*44. 16

de iure Regio idem statutum est etiã in auo,& proauo,*l.*15.*titul.*11. *part.* 4. Quorum iurium decisiones an in matre dotante procedant; vel casu, quo maritus patronubus dilationem ad soluendum concessisset,videndus Anfald.*sup.*Franch.*decis.*424.vbi Viscont.*num.*1. qui rectè aduertunt, maritum non excusari si negligens esset in conueniendis soceri heredibus, *l.ob.æs,*§.*fin.D.de pact. dotalib.* Guzmã *num.*52.Fontanell.*nu.*77.

17 Incidit tamen circa patrem dotantem quæstio difficilis apud Doctores summè controuersa, vt testis est Fachineus *lib.*8.*controu.cap.*74.*per tot.* an si pater pro filia dotẽ genero promittat,quam cùm re verâ non accepisset,apocham fecit,vel confessionẽ de recepto,deinde socer ei dotem soluere promisisset, si non exactâ dote, matrimonium per mortem viri solutum sit,an heredes eius teneãtur restituere dotem,vel satisfaciant cedẽdo actiones suas contra patrem? Quam quæstionem licèt nimis agitatam videam, tamen cum eius casus rarò cõtingat,disputationem omitto. Consule latissimè agentes Carrascum 2.*p. cap.*11.*de dotis execution.à num.*154. *ad*160. (vbi etiam quid si extraneus dotem promisit) Fachineum *dict.*cõtrou.74. Franc.Marcum 2.*tom.quæst.* 642. Arism.Tepat.*tit.*462.*c.*10. vers. *quandò maritus.* Menoch.*libr.* 3.*præsumpt.*12.*à num.*88. Anton.Fab.*in C. ad tit.C.de dote caut.nõ numerata diffin.*8. Iacob Cancer.*lib.*1.*var.cap.*9. *à num.*147.Molinum *de ritu nuptiar. lib.*3.*quæst.*1.*à num.*225. (qui cum Menoch.distinguens resoluit) Mariũ Cutell.*de donation.contemp. matrim. tom.*2.*disc.*1.*speciali* 10.*à n.*1.*ad*12.

His ferè cõuenit,quòd si pater pro
18 filiâ fundum æstimatum in dotem dedit marito,si eo euicto mulier,quę patri heres non extitit,soluto matrimonio fundi æstimationem repetat,doli mali exceptione poterit submoueri, quasi dolo faciat agens ex parẽtis dolo;quem marito nocere æquum non est,vt respondit Paulus *in l. Mæuia, §.fin.D.solut.matrim.*

Et an eo casu maritus, vel eius he- 19
redes,actiones contra soceri heredes cedere teneantur, differit Guzman *de euictionib.quæst.*36.*à num.*47.*&* 50. qui quamuis sentiat cum Barbosa,nullo casu cessioni locum ẽsse posse,cùm maritus cedere non possit actionem, quam ipse habere non videtur; venùs crederem cum glosâ *in dict.§.fin.* rectè desiderari cessionem,cùm his casibus,in quibus maritus vxori non tenetur,veluti quandò dos sibi soluta non fuit,cedere debeat actionem cõtra promissorem,siue is pater mulieris fuerit,siue extraneus,*l.si socer, §. Lucius,D.solut.matrim.cum aliis,* de quibus infra *in* 3.*&* 4.*regula.* Nec in nostrâ cessionis materiâ infrequens est,vt licèt quis non habeat actionem vt eâ ipse vtatur,eam tamẽ habere intelligatur,vt alteri cedat,*l.cum is,D. de fidei iussorib.* elegantèr doctissimus Cuiacius *ad tit.C. creditorem euictionem pignor.* vers.*nunc tractemus, in fine.*

In secũdo casu,quandò extraneus 20
qui nihil mulieri debebat, donaturus ei dotem promisit,mulieris etiam periculo cedere,si ab eo maritus nõ exegit,tenet Ant.Faber *dict. defi.*8. Molina *tom.*2.*disp.*427. nouiter Acosta *dict.ampl.*6.*nu.*48. quæ resolutio an vera sit,multùm dubito,prout dubius est etiam Fontanell.*à nu.*71.nàm etsi excusari possit maritus,qui extraneũ donatorem non præcipitauit ad solutionem,tamen ei imputari debet, si nimis morosus fuit,& suâ culpâ extraneus donator effectus fuit non soluẽdo.Diuersa enim ratio est inter patrẽ dotantem,& alium extraneũ, in quo reuerentiæ ratio, & amor erga filiam cessat,quæ excusat maritum,*in dict.l. si extraneus.* Quarè veriùs credo imputandum esse marito, si cùm faciliter posset,extraneum qui dotauit nimia eius desidia, vel culpâ non conuenit,

ex

ex quo non soluendo fuit effectus, vt vt insinuant verba text. *in dict. l. si extraneus*, ibi: *Qui eum non præcipitauerat ad solutionem, qui donauerat.*

21 In tertio † vero casu, quandò qui vxoris debitor erat, promisit dotē, vel mulier nomen debitoris in dotem dedit: distinguendum est inter debitorem ex causâ necessariâ; & debitorem ex causâ voluntaria: nā si ex causa necessaria debitor mulieris esset, negligentia mariti in exigendo, suo periculo cederet, *dict. l. Mœnia, dict. l. 15. tit. 11. part. 4.* Molina *dict. disp. 427.* tenent omnes supra relati, Fontanell. ita distinguens *de pact. nupt. claus. 7. glos. 1. part. 2. num. 49.*

22 Sed † eorum nullus attingit, qualis debeat esse mariti negligentia: existimarem tamen nō quamcumque negligentiam, sed eam, quæ manifesta, & latæ culpæ proxima sit, marito nocere: quia licèt tutor, & alius administrator nomina exigere teneatur, & eorum periculum ad eos spectet, si minus idonea esse cœperint, *l. 2. C. arbitrium tutelæ*; id tamen procedit, non vbi leuis culpa interuenit; sed vbi dolus, vel culpa, siuè maxima eorum negligentia notatur, *l. chirographis, D. de admin. tut. l. si tutor, D. cod. tit.* vbi *glos.* verb. *minus idonei*, Burgos de Paz *cons. 43. à nu. 48.* Gratian. *1. tom. c. 125. per tot.* Scobar *de ratiocin. c. 19. à num. 21.* D. Valenzuela *cons. 179. à nu. 21.* Hermosill. *in l. 10. tit. 1. part. 5. glos. 4. à nu. 232.* qui latè disputant, quomodo diligentia, vel negligentia in non exigendis nominibus probetur, & cui probationis onus incumbat.

23 Quæ etsi † omninò ad maritū protrahere non velis, cùm tutores officiū exerceant ex necessitate; quare cum eis quoad exactionem nominum mitiùs agi debet, argum. *text. in l. si fideiussor 7. §. 1. D. qui satisdare cogantur:* tamen vt detrimentum nominum periculo mariti adscribatur, considerabilis eius negligentia necessaria erit, nec quælibet leuis culpa sufficiet; præcipuè cū debitores semper benignè, & salua honestate cōueniri oporteat, *l. 1. C. de commer. & mercator. l. si seruos 25. D. de pignorat. act.* singularis text. *in l. si bene, D. de vsuris*, ibi: *Dūmodo non aceruum se exactorem, nec contumelioſum præbeat, sed moderatū & cum efficacia benignum, & cum instantiâ humanū*, exornat ex aliis Carleual, *de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. disp. 2. num. 2.* Quâ ratione excusatur administrator, qui debitorē magna paupertate oppressum non compulit ad soluendum, *l. Thais, §. fin. D. de fideicom. libertatib.* Valenzuela *sup. num. 75.* qui refert Scobar, & alios, quibus iunges D. Laram *de anniuers. libr. 1. c. 22. nu. 32.*

24 Quandò † verò, debitor quis erat ex causa voluntaria, licèt tam de iure communi, quàm Regio existimet Acosta vbi sup. *à num. 44.* parcendū esse marito, si eum non conuenerit: tamen contrarium decidere videtur, *dict. l. 15.* nam in debitore voluntario, & eo, qui ex causa donationis debebat, distinguit, an certę quantitatis, vel incertæ debitor esset; quia si certāquātitatem promisit, vel mulier in illo nomine dotem dedit, expressè decidit *dict. lex Partitæ*, mariti periculo cedere, si debitorem dum soluendo erat, non exegerit: secus vero, si incertæ quantitatis debitor esset, quia eo casu nominis periculum ad mulierem spectaret.

25 Sed † quamuis prædicta lex Partitæ in primo casu periculum nominis ad maritum pertinere indistinctè decidat; tamen conciliandam esse existimō, cū *d. l. si extraneus*, ita vt id procedere debeat, quandò maritus nimis negligens, & culposus fuit circa illius nominis exactionem, tradit Acosta *sup. nu. 47.* Et de concordia text. *in d. l. si extraneus, cum l. Nesennius, D. de re iudic.* videndus Iulius Paccius *cent. 7. quæst. 7.* Cuiac. *lib. 12. obseru. c. 17.* Anton. Faber *lib. 2. coniect. cap. 13. per totum.*

Tertia

26 Tertia † regula: si nomen inæstimatum constante matrimonio maritus non exegerit, si propter eius moram deterioris conditionis effectum non sit, soluto matrimonio liberabitur, si heredibus vxoris retrocedat nomen cum cessione iurium, & actionum: ratio est, quia cùm hoc casu maritus ex eo solùm teneatur, quòd actionē habet contra debitorem, eam cedendo satisfacit, *l. quod debetur* 52. *D. de peculio*, ibi: *Et in omnibus, quos id circo teneri diximus, quia habent actionem, delegatio pro iusta præstatione est.* Fachin. *dict. controu.* 73. vers. *secūdo*, Marius Cutell. *dict. spec.* 10. *num.* 13. Anton. Faber *in iurisp. tit.* 12. *princ.* 7. *illat.* 14. *& lib.* 18. *coniect. cap.* 20. *post princ.* de quo latè infra *quæst.* 14. per totam. Quam regulam ampliabis, etsi nomen eo pacto in dotem dederit vxor, vt in casu restitutionis dotis in eius electione esset, nomen si exactum non fuisset, vel pecuniam accipere; nàm tūc retrocessioni nominis locus erit, vt decisum refert ex Franch. *decis.* 108. Marta, Muta, Ioan. Bapt. Thoro *comp. decis.* verb. *nomine debitoris in dotem.* Franc. Milan. *decis.* 11. *à num.* 1. 8. *& 15. lib.* 1.

Quibus simile est, quòd heres grauatus de restituēndo hereditatē (qui credita hereditaria restituere tenetur) satisfacit cedendo actiones contra debitores, si absque eius mora, & negligentia effecti fuerint non soluēdo; secùs verò erit, si id eius negligentia, & desidia accidisset: nàm tunc nō liberaretur, tametsi cedere actiones suas paratus esset, iuxta Peregrin. & alios quos sequitur Fusarius *de substitut. quæst.* 625. conducit Cancer. 3. *p. var. cap.* 2. *num.* 137. vbi quòd heres grauatus de restituendo hereditatem liberatur cedendo rem, quam acquisiuit ex pecunia hereditaria, vbi nihil ei imputari potest, & mouetur ex ratione, *dict. l. quod debetur, D. de peculio.*

27 Nec † iuuaret vxorem, eius ve heredes dotem repetentes, si dicerent, mariti onus esse exigere nomina, & expensas necessarias facere in eorum exactione, iuxta glos. *in l.* 1. *§.* 1. *D. de impens. in reb. dotalib.* ex Baldo, Boerio, Pinelo, Cancer. 1. *part. var. cap.* 9. *num.* 151. nàm licèt constante matrimonio teneatur maritus suis expensis exigere dotem, adeò vt expensas modicas in exigendis nominibus non repetat, quāuis aliud in magnis sit, quia hæ dotem minuunt, & soluto matrimonio repetuntur, Gregor, Lopez *in dict. l.* 15. *glos.* 2. Garcia *de expensis cap.* 13. *nu.* 37. Spino *de test. am. glos.* 11. *nu.* 87. Scobar *de ratiociniis c.* 25. *à n.* 57. Cyriacus *lib.* 1. *controu.* 42. *à numer.* 7. Costa *de iuris scient. & ignor. cent.* 2. *dist.* 57. *nu.* 14. *& de ratione ratæ quæstion.* 219. *per tot.* Noguerol *alleg.* 40. *num.* 15. *in fin.* Marius Muta *decis.* 84. *nu.* 7. *&* 10. Giurba *in consuet. Mossan. cap.* 15 *glos.* 10. *nu.* 6. Schifordeg. *lib.* 3. *tract.* 23. *quæst.* 14. Fōtanell. ita distinguens *de pactis nuptial. clauſ.* 7. *glos.* 3. *part.* 12. *à nu.* 34. Ripol. *var. d. cap.* 10. *à num.* 107. videas infra *tit.* 7. *quæst.* 3. *num.*... (nisi nomen æstimatum esset, quia expensæ in eo factæ licèt magnę essent, non repetuntur Gregor. Lopez *dict. glos.* 2. Costa *d. quæstion.* 219. Giurba *dict. cap.* 10. *glos.* 8. *num.* 6.) tamen soluto mātrimonio alia res erit, quia nihil expendere tenetur pro exactione nominum, quæ statim restituturus est, sed cedendo actionem satisfacit maritus, vel eius heredes, vt sumptibus vxoris, vel heredū eius exigantur.

28 Quarta † regula: si nulla mariti negligentia, vel ea, quæ ipsi imputari nō debet, nomen debitoris deterioris cō ditionis fiat, actionem à marito, vel eius heredibus cedi satis erit, tradit ex Phanutio Pancirol. Caualcano, & aliis Giurba *glos.* 8. *nu.* 6. *& glos.* 14 *n.* 10. Et in specie, quòd maritus, qui à socero non exegit, cedendo liberetur, probat text. *in l. si socer, §. Lucius, D. soluto matrimon.* Fachineus *libr.* 8. con-

*controu.cap.*73.vers.1.2.*&* 3.

29 Vbi † autem maritum cedendo actionem,& nomen retrocedendo liberari diximus; videndum est, an statim cessionem facere teneatur, vel intra annum a die soluti matrimonij? Et pro resolutione notanda est *l.* 1. §. *exactio,C.de rei vxoriæ actione*, qua cauetur,maritum,vel eius heredes soluto matrimonio bona immobilia statim restituere teneri, pecuniam verò & alia mobilia intra annum: idē de iure Regio statuitur *in l.*31.*tit.* 11.*part.* 4.Suarez *in l.*1.*tit.de las gananciας, n.* 11.Garcia *de expens.cap.*8.*à num.*29. Grais.*except.*32.*à num.*3. Ripol *dict. cap.*10.*num.*111.Cancer.1.*part.var. cap.*9.*à nu.*6.Giurba *inconsuet. Mess.*1.*part.cap.*13.*glos.*6.*à num.*21.*ad* 35.*& cap.*16.*glos.*2.*nu.*10.(vbi multis laudatis probat,quòd anni dilatio marito putatiuo non conceditur, sequitur nemine tamen ex his relato, Arias de Mesa *lib.*3.*var.cap.*22.*num.* 13.)Anton.Amato 1.*tom. var. resol.* 49.*à num.*20.*ad*53. Capycius Latro *decis.*63.qui plena manu materiam *d.* §.*exactio,& dict.l.* 31.prosequuntur, vbi videndus Gregor.Lopez,nullo ex his laudato,Carleual.*de iud.lib.*1.*tit.* 3.*disp.*8.*sect.*4.*num.*28.Apud nos tamen parùm frequentatur huius anni dilatio ex eo,quòd in instrumētis dotalibus frequentèr clausula illa apponitur,vt soluto matrimonio statim dos restitui debeat,per quam iuxta veriorem sententiam huiusmodi beneficio, seu dilationi renunciatum censetur, Amato *à nu.*31.Giurba *nu.* 27. conducit Farinac.*de carcerib. quæst.*34.*à num.*150.

Sed † licèt anni spatium ad pecu-
30 niæ,& mobilium restitutionem concedatur marito, si tamen nomen debitoris in dotem datum, exactum nō sit,statim retrocedendū erit,ex Neapodano,& Molfesio, resoluit Amato *dict.resol.*49.*num.*48.Cancer.2.*part. var.cap.*7.*à num* 33. alitèr Giurba *d. glos.*6.*num.*28.*& glos.*8.*nu.* 7. qui ex *l.licèt.*§.*fin,D.de iur.dotium*, asserit in debitoris nomine, cuius dies non cessit,annum expectandum non esse; at si cessit dies,anni dilationem concedendam.Et an census in dotem dati, aliaque iura incorporalia, statim atque matrimonium solutum fuit, an verò post annum restitui debeant? videndi Mieres *de maioratib.* 1.*part.q.* 40.*num.*79.Alex. Trentacinq. *lib.*3, *var.tit.de iur. dotium resol.*6.*num.*3.

SVMMARIVM.

1 *Debitorum bona duplici modo pro satisfaciendis creditoribus distrahi solent.*

2 *Creditor quandò iure creditoris, & ex pacto debitorum pignora distrahit,ipse non debitor vendere censetur.*

3 *Bona debitoris vbi adinstantiam creditorum pro eorum satisfactione venduntur,emptor ab ipso debitore causam habere existimatur.*
Factum iudicis partis factum censetur.

4 L.1.& per totum,C.de distractione pignor.& l.1.& 2.C.creditorem cuictionem pignor.non debere,*cum alijs quæ referuntur, intelligendæ sunt de creditore iure suo debitoris pignora distrahente.*

5 L.à Diuo Pio,§.si pignora, D. de re iudicata,l.si plus 74.§.si iussu,D.de euictionib.*loquūtur de venditione pignorum iudicis auctoritate facta instante creditore.*

6 *Refellitur opinio* Ferdinandi Arias de Mesa.
Multum refert inter venditionem quæ fit iure creditoris, & eam quæ iudicis auctoritate in publica subhastatione perficitur.

7 *Creditor si iure creditoris vendat pignora,ipse per se,aut per interpositam personam ea emere non poterit,*& num.8.

Pro-

Procurator ad vendendum constitutus, an emere possit, saltim palàm & bona fide, vel iudicis auctoritate intèrueniente.

8 *Bonis debitoris sub hastâ venditis ad instantiam creditoris, ipse per se aut per suppositam personam emere non prohibetur.*

Taxatur opinio Thomę Carleualij.

9 *Creditor si distrahat pignus iure creditoris sub pacto de retrouendendo, eo non poterit vti debitor, nisi cessis sibi iuribus à creditore: aliud dicendum est si venditio iudicis auctoritate fiat.*

10 *Intelligitur, & conciliatur,* l. si creditor 7. D. de distract. pignor. *cũ* l. si venderet, D. de pignorat. action.

11 *Creditor qui iure suo debitoris pignus vendidit, non poterit eius emptori ex causâ sibi superuenièti de eo facere controuersiam, licèt secus sit si iudicis auctoritate ad eius instantiam fuisset distractum* & num. 13.

12 *Intelligitur* text. in l. etsi is, D. de distractione pignor. *& expendũtur contrariæ* Iacobi Cuiacij *sententiæ.*

14 *Creditor de euictione pignoris non tenetur, siue iure creditoris, vel ad eius instantiam iudicis auctoritate distractum sit,* & num. 15.

16 *Creditor qui vendidit pignus debitoris sui, iure creditoris, si fortè euincatur, tenetur cedere actiones suas emptori contra debitorem.*

16 *Euicto pignore iure creditoris distracto, emptori vtilis ex empto actio competit contra debitorẽ: pignoraticia tamen contraria actione aduersus eum sine cessione nõ experitur,* & num. 18.

Expendũtur doctrinæ Donelli, Anton. Fabri, & Alphonsi à Guzman.

19 *Emptori pignoris longè vtilior est pignoraticia contraria, quàm vtilis ex empto actio.*

L. creditor 13. D. de distract. pignor. *intelligenda est de actione pignoraticia contraria.*

20 *Creditor qui pignus iure creditoris distraxit, si ex eius pretio satisfactus fuit, quo pacto habere possit actionem pignoraticiam, & cãcedere emptori, à quo rursus pignus venditum fuit euictum?* & n. 21. & 22.

23 *Pignore vendito, aut insolutum dato, si fuerit euictum, an primæua, actio duret, & quid stante protestatione creditoris. remissiuè.*

24 *Creditor qui iure suo pignus distraxit, vel iudicis auctoritate, si euictum sit, an possit in subsidium cõueniri ad pretij restitutionem,* & num. sequentib.

Euictio si in limine contractus imminеat, poterit pignoris emptor retinere pretium aduersus creditorem agentem.

25 *Reprobatur opinio* Ferdinandi Arias de Mesa, *& intelligitur* tex. in l. cum ea 68. D. de euictionibus.

Reprobatur opinio Alphonsi de Guzman.

27 *Creditor qui pignoris pretium accepit ad emptore, an eo postea euicto teneatur in subsidiũ ad pretij restitutionem? duplex sententia refertur. Negatiua eligitur contra* Molinam, Fontanellam, & alios. cum num. sequentib.

QVÆSTIO XIII.

Creditor, qui iure creditoris pignus distraxit, de euictione conuentus, quãdò liberetur, si cedat actionẽ suã contra debitorẽ? Ad *l. 1. & 2. C. credit. euict. pig. non debere,* & aliorum iuriũ ornatũ, & intellectũ.

DV-

1 DVPLICIt modo debitorum bona pro satisfaciendis creditoribus distrahi solent. Primùm, quandò ex pacto, vel ex lege pignora per creditorem venduntur iure creditoris. Aliter quandò postulante creditore iudicis auctoritate, & per subhastationem distrahuntur.

2 Primo t casu, scilicèt quandò per creditorem iure creditoris venditio fit, ipse, non debitor, vendere censetur; ex debitoris tamen mandato, & voluntate: et emptor, non tàm a debitore, ius habere intelligitur, quàm à creditore, qui iure suo vendidit.

3 Posteriori t verò casu, non creditor, sed eo instante iudex vendit, & emptor ab ipso debitore causam habere dicitur, cùm factum iudicis, factum ipsius partis reputetur, vt multis exornat Velasc. *in loc. com. liter. F. axiomat* 52. *cum sequentib.* latè Costa *de iuris, & fact. ignorant. inspect.* 40. *per totam*, eleganter in nostra specie Carleual. *de iudic. tom.* 1 *lib.* 1. *disput.* 8. *num.* 4. & 8. Fontanell. *decis.* 223. *num.* 22.

4 De quibus t speciebus extant decisiones, & tituli diuersi: nàm de primâ intelligendæ sunt leges, de quibus in *tit. D. & C. de distract. pignor. Tit. si antiquior credit. pign. vend. Tit. si de vendit. pignor. agatur, & Tit. C. creditorem euict. pignor. non debere.*

5 De t secundâ accipiendæ sunt leges, quæ sunt sub *tit. C. si in causam iudicati, l. à Diuo Pio, §. si pignora, D. de re iudicata, l. si ob causam* 13. *C. de euictionib. l. si plus* 74. *§. si iussu, D. de euictionib.* aduertit eleganter Anton. Faber *de error. pragm. decade* 1. *error.* 5. & 10. quem primus laudauit D. Castillo *lib.* 4. *controuer. cap.* 42. *num.* 71. D. Salgado *de Regiâ protect.* 4. *part. cap.* 7. *num.* 165. & post eos D. Larrea 2. *tom. decis.* 75. *num.* 2. quibus addo elegantèr agentem eundum Anton. Fabrum *in rational. ad l. eleganter, §. si vendiderit, D. de pignorat. action.*

Ex t quibus verissimis principiis, 6 notandus est Arias de Mesa *lib.* 1. *var. cap.* 25. qui à num. 4. innuere videtur, creditorem, qui ex pacto, & conuentione pignus distrahit, iure creditoris non vendere: quod absonum est, vt colligitur ex præfatis iuribus, & Doctoribus, vltra quos idem probat Fõtanell. *decis.* 222. & 223. posthæc visus Carleual. *de iudic. tom.* 2. *tit.* 3. *disput.* 21. *per tot.* vbi quâ adsolet dexteritate, & claritate explicat, quid interfit inter pignoris venditionẽ, quæ iure creditoris; & eam quæ instante creditore per iudicem in publicâ subhastatione fit.

Nec t solùm in formâ, sed in substantiâ differunt hæc: nàm vbi creditor iure creditoris distrahit pignus, ipse nec per interpositam personam emere poterit, *l. & qui sub imagine, C. de distraction. pignor.* vbi Donell: nàm cùm ipse creditor iure suo vendat, licèt vel lege permittente, vel ex volũtate debitoris, & quasi ipsius procurator, nõ magis ei emptio permitti debet, quã procuratori ad emendum constituto, cui emere non licere probat, *l. si emptione* 34. *§. fin. D. de contrah. empt.* Sicut nec executoribus testamentorum emere permittitur, *l.* 23. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop.* Nec tutoribus, *dict. §. fin. l. pupillus; §. item ipse tutor, D. auctor. tutor.* Et an id etiam instante bonâ fide, vel in emptione palàm, & iudicis auctoritate factâ procedat? videndi latissimè agentes Bertazol. *claus.* 5. *glos.* 1. *à num.* 6. Mantica *de tacit. lib.* 4. *tit.* 23. Hermosill. *in l.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. *glos.* 9. *à num.* 6. & 11. Carpio *de executorib. testam. lib.* 3. *cap.* 3. *à num.* 43. Acosta *de priuileg. credit. reg.* 1. *ampl.* 1. *à num.* 83. nouissimè D. Salgado *in suo elegãti labyrinth. credit.* 1. *part. c.* 13. *§.* 2. *à num.* 1. vbi per totum doctè disputat an administratori concursus liceat bona ipsius concursus emere, vel cessionem accipere, de quo videas dicta à nobis

nobis *titul.2.quæstion.6.*

8 At † verò quandò iudicis, seu Curiæ auctoritate vrgentibus creditoribus pignora distrahuntur, creditorũ quilibet emere potest, cùm non à se ipso, sed à debitore emere videatur, vt vnum, & alterum casum probat ex aliis Hermosill. *in l.5 2.tit.5.p.5. glos. 7.nu.16.* Felician. *de censib.tom.2.lib. 1.cap.3.num.3.& 4.* agnouerat ante eos Anton. Faber *dict.error.5.ante medium.* ex eodem Anton. Fabro *in l. si ex causâ, D.de minoribus,* Carrasc. *ad l.Reg.in l.41.tit.4.lib.3. Recop. à nu. 87.* Quam distinctionem non animaduertit doctus Carleual. *de iudic.lib.1. tit.3.disp.2.nu.30.* dùm asserit, pignus subhastatũ auctoritate iudicis ad instantiam creditoris, non posse abeo per interpositam personam comparari, *iuxt.dict.l.& qui sub imagine,* quæ lex eo casu non loquitur, sed vbi creditor iure suo distrahit pignus.

Sed † licèt inter has pignorum vẽ-
9 ditiones permultæ differentiæ sint, de quibus Carleual. & relati supra: illam tamen quia nostri tractatus est, non omittam; quòd vbi creditor pignus vendit iure creditoris, eâ lege, vel cõditione adiectâ, vt liceat sibi intra certum tempus reddendo pecuniam pignus recuperare, si debitor pacto illo vti intendat, & oblato pretio pignus consequi, tenetur à creditore habere iurũ cessionem, vt ex Iuliano probat I.C. Martianus *in l.si creditor 7.D. de distract.pignor.* quod secùs esset si vrgente creditore pignus subhastatum iudicis auctoritate distraheretur: nã si sub pacto de retrouendendo venditio fiat, eo vti poterit debitor absque vlla cessione creditoris, nõ solùm ad sui vtilitatem, sed in alterius commodum, cedendo ei facultatem redimẽdi, vt certissimũ supponit Hieronym. de Leon *lib.1.decis.67.per tot.* Anton. Fabr. *ad tit.C.creditor euiction.pignor. non debere defin.3.* Discriminis ratio est, quòd in primo casu cùm creditor sit, qui vendit, ei ex pactõ directa acquiritur actio, quâ sine cessione experiri non potest debitor: in secundo verò casu, cùm debitor vendere intelligatur, ipse non verò creditor pacto vti poterit.

Quibus † non refragatur textus *in* 10
l.si cum venderet, D.de pignorat.actio. in qua debitori cuius pignus creditor iure suo sub pacto de retrouendendo distraxit, vtilis absque vlla creditoris cessione actio conceditur, vt solutâ pecuniâ pignus possit recuperare: nã huius textus, *& d. l.creditor,* diuersa est species: nam *in dict. l.si creditor,* pactum in fauorem ipsius creditoris conceptum fuit: Vndè eo sine cessione debitor vti non potest: at verò *in l.si cum venderet,* actum fuit, vt ipsi debitori liceat rẽ redimere; quarè ei ex illo pacto vtilis actio conceditur, vt rectè aduertit Bart. *in dict. l. creditor,* quem licet referat, non ita distinguit Morotius *de iure offerendi, num.23.* nouissimè Mercurialis Merlin. *de pignorib.lib.4.quæst.45.à num.47.* qui refert Morotium relatum, & Negusan. subobscurè tamen loquitur, & sine distinctione, quàm nos probauimus: et de horum iurium intellectu latè actũ est suprà quæst...

Sed † nec omittam aliud, quia sin- 11
gulare est, quòd si creditor iure suo vendidit pignus, non potest etiam ex noua causa, & titulo superuenienti, emptori facere controuersiam, siue ab eo pignus euincere, *l.et si is, D. de distract.pignor.* Guzman *de euictionib.quæst.34.nu.13.* rationem reddit Iacob. Cuiacius, quia non potest creditor infringere quod ipse fecit, siue cõtra factum suum venire: et quamuis Cuiacius ibi intelligat procedere, quandò creditor in alterius creditoris anterioris ius successit, prout in eo casu loquitur, *l.1. C. creditorem euict. pignor.* quasi tunc cũ eum de euictione teneat actio, quia aliis creditoribus se potiorem præstare tenetur, *d.l. 1.* eundem agentem repellere debet exceptio, *l.vindicantem, D.de euictionib.*

rib. D. Solorzano *tom.* 2. *de iure Indiar. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 56.

12 Tamen † ego existimo, illum textum de quo cumque titulo, & causâ superuenienti accipiendum esse, etiam si creditor, qui distraxerat, pignoris dominium a vero domino acquisisset vt interpretatur idem Cuiacius *lib.* 6. *respons. Pauli ad d. l. etsi is*, quod suadent verba illa: *ex alia causâ*, quæ generalia sunt, & tam pignoris, quam dominij nouum titulum comprehendunt, creditoremque ex quacumque causâ agentem excludunt, Guzman vbi proximè.

13 Alia † res esset, si iudicialitèr instãte creditore pignus venditum fuisset, nàm si ex noua dominij causâ creditor quæstionem faceret emptori, nullo modo repelli posset, cũ nullum ipsius creditoris, sed debitoris factum in vẽditione iudiciali cõsideretur, perinde que sit, ac si ipse debitor vendidisset: de quibus vbi casus occurrerit maturè deliberandum erit.

14 Conueniunt † tamen in eo venditio, quæ iure creditoris fit, & quæ iudicis auctoritate celebratur, quod nec vno, nec altero casu creditor de euictione emptori tenetur, sed debitor cuius pignus fuit distractum: vt in vẽditione iudicis auctoritate facta, probat *l. si ob causam* 13. *C. de euictionib. l. si pignora* 50. *l. si plus* 54. *D. de euictionib.* Castillo *d. c.* 42. *nu.* 71. Hermosill. *in l.* 32. *tit.* 5. *p.* 5. *glos.* 1. *n.* 23. D. Amaya *ad rubric. C. de delatorib. n.* 25. Cuiacius *ad l. exceptione, C. de euictionib.* Carleual. *dict. disp.* 8. *nu.* 8. *& d. disp.* 21. *nu.* 8. D. Salgado *in labyrinth. creditor.* 2. *p. c.* 10. *nu.* 16. Ratio est, quòd non alius de euictione teneri potest, quàm ipse qui vendidit, aut euictionem stipulanti promisit, Anton. Fab. *dict. error.* 10. *circa princip.* Creditor tamen licèt ipso instante vẽditio fiat, non est, qui vendit; sed debitor, cuius factum præstat iudex, cui quia pretij solutio proficit, cùm ex eo suũ dimittat creditorem, iustum est, vt ipse non creditor euictionem præstet, *d. l. si ob causam.*

Similitèr † nec creditor, qui iure suo 15
vendidit, euictionem præstat, nam licèt ipse vendat, ab eoque emptorem causam habere censeatur, tamen æquum visum fuit, vt de euictione conueniri non possit: cùm non videatur emptorem decepisse eum, qui rem sibi obligatam, & qualem pignori accepit, non tanquàm dominus, sed tanquàm creditor distrahit; proinde est, vt nihil ei imputari debeat, pignore postea euicto, dummodo se legitimũ, & anteriorem creditorem probet, neque à se quicquàm dolo malo factum appareat, iuxta text. *in d. l.* 1. *C. creditor. euict. pignor. l.* 40. *tit.* 13. *p.* 5. imò cùm solutio creditori facta debitori proficiat, ipse de euictione teneri debet, vt rectè Anton. Fab. *d. error.* 10. Cuiac. & Castillo vbi proximè, Trentacinq *lib.* 3. *var. tit. de empt. & vendit. resol.* 17. prosequitur Guzman *de euict. q.* 34. *& q.* 47. *d nu.* 17. Marta *in compẽd. decis. tom.* 3. verb. *euictio, cap.* 21. 22. *&* 42. Fontanell. *dict. decision.* 222. *&* 223. qui latè referunt casus, in quibus creditor iure creditoris vẽdens euictionem præstat, posthæc visus Anas de Mesa *lib.* 1. *variar. cap.* 44. *à num.* 6. nullo ex his relato Merlinus *dict. tractat. de pignorib. libr.* 4. *quæstion.* 101. Cyriac. *lib.* 2. *cõt.* 276. *à n.* 1.

Sed quãuis † de euictione nõ teneatur creditor, qui iure creditoris pignº 16
distraxit, vel nomen debitoris vendidit, Guzman *supra num.* 4. vltra relatos suprà D. Francisc. Merlin. *centur.* 1. *controu. cap.* 46. *num.* 8. Anton. Fab. *ad titul. C. creditor. euiction. pignor. defin.* 1. *cum sequentibus*, tamen in eo tenetur emptori, vt ei actiones suas præstet, quibus experiri possit aduersus debitorem, *l. in creditore* 38. *D. de euictionib.* vbi Bald. & Bartol. ex Gregor. Lopez, Cuiacio, Anton. Fabro, Donello, & Molina, probat Castillo *dict. cap.* 42. *nu.* 97. vers. *sex. to denique*, Alexan. Trentacinquius

num. 4. Mesa *num.* 17. Guzman *dict. quæst.* 47. *num.* 20. Iacob. Cancer. 1. *part. var. cap.* 13. *nu.* 125. ex Negusantio tantùm Merlin. *dict. quæst.* 101. *à num.* 8. quę cessio æquitatis ratione nititur, *dict. l. creditore*, ibi: *Cui enim non æquum videtur, vel hoc saltim consequi emptorem, quod sine dispendio creditoris futurum est*, obseruat Anton. Faber (a nemine in hoc relatus) *lib.* 18. *coniect. cap.* 20. *& dict. decad.* 22. *error.* 9. *circa fin.*

17 Cessio † igitur creditoris in id necessaria est, vt emptor pignoris eo cuicto contra debitorem pignoraticia contraria agere valeat; nam vtili actione ex empto absquè vllâ cessione debitorem poterit conuenire, *l. rescriptum*, §. 1. *in princ. D. de distract. pignor.* Guzman *dict. quæst.* 34. *num.* 22. *in fin.* In eo tamen dissentio à Guzmã quatenùs emptori indistinctè vtilem ex empto actionem concedit, siue res iure creditoris, vel auctoritate iudicis sit distracta; nam etsi priori casu eius sententia vera sit, *dict. l. rescriptum*, §. 1. ibi: *Ipsi debitori vtili actione tenetur*: tamen posteriori casu emptori directam ex empto actionem concederē: quia ipse debitor vendere intelligitur, insinuat satis I. C. *in l. si plus* 74. §. 1. ibi: *Si iussu iudicis rei iudicatæ pignus captum per officium distrahatur, post euincatur, ex empto contra eum, qui pretio liberatus est, &c.*

18 An † autem sicut emptori, qui à creditore iure creditoris distrahente pignus comparauit, vtilem ex empto actionem competere diximus: ita etiam vtilis pignoraticia contraria sine cessione comperat, quæstionis est? In quâ video dissentientes Donellum, & Anton. Fab. nam Donellus *ad d. tit. C. creditorem euict. pignor. non debere, num.* 3. *&* 4. vtili pignoraticiâ emptori agere licere profitetur; contrarium tamen placuit Anton. Fabro *de error. prag. decad.* 22. *error.* 9. *circa fin.* cui assentior. Eo tamen casu sentẽtiam Donelli libens admitterē, quo creditor absens esset, vel cedere recusaret, iuxta ea, quæ quæstione sequẽti in fine dicemus.

Ex his † colliges duplici modo emptori, qui pignoris euictionẽ passus fuit, iura succurrere, scilicèt vel quòd vtili ex empto actione contra debitorem agat, vel quòd à creditore pignoraticiæ contrariæ actionis cessionem exposcat, *dict. l. in creditore*, de qua pignoraticia contraria accipies text. *in l. creditor* 13. *D. de distract. pignor.* vbi Paulus docet, creditorem, qui pignus distraxit, teneri iura sua emptori cedere. Cuius quidem pignoraticiæ actionis longè maior est vtilitas, vt aduertit Cuiacius *ad tit. C. creditor. euictionem pignor. non debere*, vers. *nunc tractemus*, qui quãuis non explicet quid amplius per pignoraticiam contrariam, quam per vtilem ex empto actionem consequatur emptor: in eo commodum consistere dices, quòd si pignoraticia contraria experiatur, primæuas creditoris actiones habebit, quæ longè vtiliores esse poterunt, tùm respectu hypothecæ, tùm respectu anterioritatis, si fortè ad bona debitoris plures concurrerent creditores. 19

Hæc † licèt indubitata sint, & apertis iuris testimoniis fulciantur, non sine graui difficultate sunt: quia videtur, creditori, qui ex pretio pignoris venditi satisfactus fuit, eo posteà euicto, nullam superesse actionem pignoraticiam, quam cedere possit aduersus debitorem: cùm pro certo statuat Triphoninus *in dict. l. rescriptum*, §. 1. *D. de distraction. pignorũ*, quod vbi creditor distrahit pignus, & pretium accepit, si euictionem non promisit, debitor confestim liberatur: cum igitur debitor liberationem prioris obligationis ex pretij numeratione consequatur: quo pacto superesse poterit, aut suscitari pignoraticia contraria actio per solutionem iam extincta? Quæ, etsi euictio postea sequatur, reuiuiscere non 20

potuit

potuit iuxta *l. eleganter. D. de pignor. action.* ibi: *Et videtur finita esse pignoris obligatio, & à contractu priori recessum, l. qui res* 98. *§. areã*, ibi: *In perpetuum enim sublata obligatio restitui non potest, D. de solut. l. eius qui, §. fin. D. de iurefisci*, ibi: *Et obligationes, quas adeundo confudit, non restituuntur, l. nihil interest, C. de solutionib. l. si prædiũ, C. de euictionib. l. si libera, C. de sent. & interlocut.* Et in pignore in solutũ dato, postea euicto, ex his iuribus probãt D. Franc. Merlin. *cent. 1. controu. cap. 27. num. 2.* Castillo *tom. 4. controu. c. 59. num. 53.*

21 Augetur † ex eo difficultas, quòd cessio actionis à creditore post solutionem facta nullius est momenti, cũ eo tempore nulla superstit actio, quæ cedi possit, *l. Modestinus 76. D. de solut. l. 1. C. contrar. iudic. tutelæ, l. cum alter 11. C. de fideiussorib. l. vt fideiussor 39. D. eod. tit.* Anton. Faber *lib. 11. cõiect. cap. 9. cum sequentib.* Et in indiuiduo, quòd sublata, & extincta actione personali, non possit supereſſe hypothecaria actio, eiusque cessionem ex interuallo factam nullius esse momẽti docet elegantèr Anton. Faber *lib. 15. coniect. cap. 5. pag. 491.*

Quàm † difficultatem præsensit,
22 *glos. in dict. l. in creditore*, in cuius solutione cruciatur Anton. Faber *dict. lib. 18. coniect. cap. 20.* qui id nudæ æquitati tribuit. Contra verò Iacobus Cuiacius sup. iuris subtilitatem in hoc cõsiderat, vt creditor, qui pignoraticiã contrariam non habet, vt eâ ipse vtatur; habeat tamen, vt eam alteri præstare possit, vt accidit *in l. cum is in fine, D. de fideiuss.* A litèr ex Fulgosio *in dict. l. in creditore*, interpretatur Mesa *lib. 1. var. cap. 44. à nu. 19.* qui Fabri, & Cuiacij non meminit. Videas tamen quæ nos *sup. quæst. 4.* diximus, vbi latè quando cessio ex interuallo, & post solutionem fieri possit.

23 An † autem pignore vendito, vel insolutum dato, primęa actio duret, ita vt eã creditor ante vel post euictũ pignus alteri cedere possit, differunt Scaccia *de commert. §. 2. glos. 5. à num. 288.* Griuellus *decis. Dolona 111. à nu. 1.* Guzman *dict. quæst. 34. à num. 25.* Fabius de Anna *cons. 90. & cons. 35. & 36.* vbi latè quando euicto nomine, vel re insolutum data, possit creditor redire ad primęua iura, & quid stãte protestatione? Capycius Galeota *lib. 1. controu. 32. à nu. 1.* cuius rei examen relinquo: quia vltra relatos noui tèr, & plenissimè disputant Cyriacus *lib. 3. cont. 500.* D. Castillo *dict. lib. 4. cap. 59. à num. 44.* Fontanell. *de pactis nuptialib. claus. 5. glos. 8. part. 14. à nu. 85.* D. Salgado *de Regiâ protect. 4. p. cap. 7. à num. 160. & in Labyrinth. credit. 1. part. cap. 18. nu. 17.* Guzman *d. quæst. 34. à num. 18.* Hermosill. *in l. 32 tit. 5. part. 5. glos. 1. à nu. 60. & 64.* Anton. Amato *tom. 1. var. resol. 50.* Cencius *de censib. quæst. 107. à nu. 21. & quæst. 108. à nu. 17.* Ioan. Bapt. Thoro *1. part. cõp. decis.* verb. *actione primæua, cum 2. seq.* Anton. Faber *de error. prag. decad. 10. error. 7. cum 2. sequentib.* D. Franc. Merlin. *cent. 1. controu. cap. 27. per tot.* Mercur. Merlin. *de pignorib. lib. 4. quæst. 150. & lib. 5. quæst. 4.* D. Larrea *2. tom. decis. 88.* A costa *de priuileg. credit. reg. 3. limit. 1. à num. 1. ad 19.* postquos eandem prouinciam suscepit Arias de Mesa *dict. lib. 1. var. à cap. 38. ad 46.* vbi quæ latè dixerat, per casus succintè resoluit, nouitèr Rettes *opusc. lib. 2. sect. 2. cap. 1. præcipuè à num. 13.* videndus Ioan. Bapt. Thoro *2. tom. compend. decis.* verb. *periculum nominum.* qui loquitur in assignatione nominum factâ per iudicem creditori, & in eorum simplici cessione, Mercurial. Merlinus *dict. quæstion. 150 num. 151.* nouissimè Leotardus *de vsuris, quæstion. 80. à numer. 26.* vbi in specie probat, quod rametsi inter partes actum sit, vt euictis rebus liceat cessionario ad pristina iura redire, potest agere de euictione: quia huius modi pactio addita est fauore cessionarij, seu creditoris, ideòque

ita accipitur si creditor velit.

24 Quæstionis † tamen est, an si debitor conuentus vtili actione ex empto, vel contrariâ pignoratitiâ sibi cessa, soluendo non sit, possit creditor in subsidium ad pretij restitutionem cõueniri? Qui articulus cõtrouersus est, tàm in venditione iudicis auctoritate facta, quàm in ea, quæ iure creditoris celebrata fuit. Et vno, & altero casu si euictio in limine contractus immineat, vel ante pretij numerationem secuta sit, retentionis beneficio emptor gaudebit, nec compelli poterit, vt pretiũ soluat, prout articulo discusso decisum refert Castill. *dict. cap.* 42. *à num.* 61. sequitur Larrea 2. *tom. decis.* 75. *nu.* 6. Acosta *de priuileg. creditor. regul.* 3. *limit.* 5. *n.* 47. quibus addo D. Franc. Merlin. *dict. cent.* 1. *cap.* 46. *nu.* 8. Fontanellam *dict. decision.* 222. *numer.* 17.

Quos † cum non vidisset Arias de
25 Mesa *sup. dict. cap.* 44. *num.* 9. *&* 10. contrarium respondet, & lapsum fuisse asserit Anton. Fabrum *lib.* 12. *conject cap.* 12. qui pretium nondùm numeratum post euictionem ab emptore exigi non posse docuit. Mouetur Mesa, vt à Fabri sententiâ recedat, ex tex. *in l. cum ea* 68. *D. de euictionib.* vbi Papinianus probat, pignore ea lege distracto nè quid euictione secuta creditor præstaret, nullam emptori quominus pretium soluat, exceptionem cõpetere, quamuis ante pretij solutionem euictio accidat. Sed licèt huius textus decisio nimium aduersari videatur communi sententiæ, ab ea tamen non discederem, quia *dict. l. cum eâ* 68. speciali ratione nititur, scilicèt quòd actum fuerit, nè quid euictione secuta creditor præstaret, quæ conditio etsi tacitè insit, tamen eius expressio operatur, vt emptor nec pretij retentionem habeat, maximè cùm emptoris fidem venditorem secutum fuisse proponatur; sæpe enim accidit, vt expressi maior sit virtus, & effectus, quàm taciti, vt multis iuxta morem exornat Velascus *in loc. comm. lit. E. axiom.* 132.

Hinc † colliges non rectè loquu- 26
tum fuisse Alphonsum de Guzman *de euictionib. quæstion.* 43. *numer.* 17. *&* 18. dùm asserit, creditorem iure creditoris vendentem, saltim ad pretij restitutionem re euicta teneri, etiam si pactum inisset cum emptore, vt de euictione non teneatur. Quæ assertio quantum a iure absit, ex dictis facilè dignoscitur: nàm creditor etiam simpliciter iure suo distrahens, nec euictionem præstat, nec ad pretij restitutionem potest conueniri; maximè si actum sit, vt de euictione non teneatur: nam ea pactio efficit, vt emptori qui euictionem fuit passus, pretij nondum soluti retentio non competat, *dict. l. cum ea* 68. Franch. *decision.* 239. *numer.* 7. *& per totam.*

Quarè † his missis articuli diffi- 27
cultas versabitur, quando pretium solutum iam fuerat creditori, an re euicta si debitor soluendo non sit, possit creditor in subsidium ad pretij restitutionem conueniri? et nullatenùs posse defendit Anton. Faber *dict. error.* 10. *circa finem*, sequitur solo Fabro relato Arias de Mesa *dict. cap.* 44. *nu.* 16. cui addes Castillum, & Acostam vbi proximè, Fontanellam *dict. decis.* 222. *num.* 16.

Contrariam † tamen sententiam 28
scilicèt creditorem in subsidium pretium restituere debere, nè cum iactura emptoris, qui bonam fidem secutus fuit, locupletetur, defendit Molina Theologus *de iustitia, & iure tom.* 2. *tract.* 2. *disputation.* 538. Alphonsus de Guzman *de euiction. dict. quæstion.* 47. *num.* 19. Hermosill. *in l.* 32. *titul.* 5. *part.* 5. *glos.* 1. *num.* 22. quibus accedere videtur D. Larrea *sup. â num.* 4. cui sententiæ post Mastrillum se subscribit Iacob. Cancerius *lib.* 1. *variar. cap.* 13. *num.* 126. Et in creditore ad cuius instantiam debitoris bona iudicis auctoritate distracta fuerunt,

fuerunt, idem probat Fontanell. *decis.* 223. & 255. *nu.* 25

29 In † quâ controuersiâ prima sententia placet: quia sibi imputare debet emptor, qui sciebat, debitorem, non creditorem sibi esse obligatum, si non curauit inquirere, an is soluendo esset, necne: et in pari causâ durior esse debet conditio petitoris; nec est, cur creditori pretium condici possit, qui quod sibi debebatur, bonâ fide accepit, vt ratiocinatur Anton. Faber *dicto error.* 10. *in fin.* cui sententiæ se adscribere videtur D. Salgado *in labyrinth. creditor. dict.* 3. *part. cap.* 10. *nu.* 17. qui solùm refert Fontanell. *dict. decis.* 223.

SVMMARIVM.

1 *Actio quandoque nobis competit, vt alium ad nostrũ cõmodum agere compellamus.*

2 *Actionem si quis habeat ad cõpellẽdum me, vt agam ad suum cõmodum contra Titium, liberor cedẽdo ei actiones meas, vt ipse contra Titium agat.*

3 *Expenditur* l. quod si in diem, §. vltimo, D. de petitione hereditat. *iunctâ interpretatione* Anton. Fabri.

4 *Expenditur* l. is apud quem, D. depositi, *& intelligitur*, num. 5.

5 *Depositarius non potest sponte suam rem apud se depositam apud aliũ deponere, nec liberatur cedendo actiones contra secundũ depositarium.*

7 *Expenditur* l. Titio fundus 73. D. de condit. & demonstrat.

Cautio Mutiana si præstetur per legatarium, potest statim petere legatum relictum sub cõditione quæ in non faciendo consistit.

7 *Nomine debitoris legato, satisfacit heres cedẽdo legatario actiones suas contra debitorem.*

8 *Expensas litis factas in exactione nominis legati, vel alterius speciei, an heres soluere teneatur.*

9 *Fideiussor qui soluit, & de solutione à se factâ non certiorauit debitorem, qui postea soluit, mandati actionem non habebit: & liberabitur debitor cedendo conditionem indebiti aduersus creditorem.*

10 *Fideiussor si soluat, itemque debitor principalis, cui ex eis danda sit condictio indebiti contra creditorem?*

11 *Condictionem indebiti quis cedere debeat, quandò fideiussor, & debitor principalis soluerunt, cùm ignoraret alter solutionem ab alio factam*, num. 12.

13 *Agere vbi possum aduersus alium, vt ad meum commodum agat cõtra Titium, an ego circuitus euitandi gratiâ possim Titium conuenire*, & num. sequentib.

14 *Expenditur, & interpretatur* l. cũ fundus, §. seruum tuum, D. de condictione indebiti.

15 *Æquitas, & beneficium*, l. si & me, & Titium, D. de reb. credit. *quandò locum habeat.*

16 *Compensationis exceptio an obstet domino, qui cessis iuribus agit aduersus depositarium secundum, penes quem primus depositarius rem deposuit.*

17 *Circuitus quandò vitandi sint, vt quis absque alterius cessione agere possit.*

18 *Vendens, vel locans ignoranter dolia vitiosa, si conueniatur ad damna per emptorem, vel locatorem, liberatur cedendo actiones suas contra Fabrum, à quo dolia habuit.*

QVÆSTIO XIV.

Quoties quis ex eo tenetur, quòd actionem habeat contra alium, eam cedēdo liberatur. Et an vbi quis liberatur cedendo mihi actionem contra alium, possim ego circuitus vitandi causa, eum cō uenire absque cessione?

1 EST † in iure nostro nouus agendi modus, quem obseruat Gothofred. *in l. Iulianus* 11. *§. penult. D. de action. empt.* vt actionem quis habeat contra alium, vt eum ad agendum cogere possit in eum finem, vt quidquid fuerit consequutus restituat, vt ex Tuberone scripsit Vlpianus *in dict. §. penult.* ibi: *Emptorem ex empto agentem cogere posse venditorem vt ex locato cū colono experiatur, vt quidquid fuerit cō sequutus emptori reddat. l. cum in plures, §. meßem, D. locati,* ibi: *Condicere tibi frumentum dominum posse Labeo ait, & vt id faciat colonum ex conducto cum domino actarum, l. si sic legatum* 75. *§. fin. D. de leg.* 1. ibi: *Per quā actionem compellat heredem experiri. l.* 2. *§. penult. D. ad l. Rhodiam de iactu,* cum aliis congestis à Gothofred. *in d. §. penult.* Iason *in l. si sic legatum, §. si quis ita, nu.* 9. *D. de leg.* 1. Maranta *de ordine iudicior. 4. part. dist.* 21. *num.* 13. latè Franch. *decis.* 41. *per tot.* Arism. Tepat. *var. tit.* 120. *cap.* 1. vers. *octauo ille,* ex Giurba, Fontanella, & aliis, Ioan. Bapt. Thoro 3. *tom. comp. decis.* verb. *creditor agere an possit,* idem Fōtanell. *decis.* 137. *nu.* 21. Costa *de remed. subsidiar. post fin. tractatus,* vers. *ago, vt agas,* cum vers. *sequenti.* elegā-

ter Anton. Fab. *lib.* 8. *coniect. cap.* 17. circa finem.

Sed † his casibus in quibus in id tā- 2
tùm prodita est actio, vt quis aduersus alium experiatur, vt ad suum fauorem agat; reum cedēdo actiones suas liberari tradit ex Bart. Gothofredus *sup.* & probat text. *in dict. l. si sic legatum. §. si quis ita stipulatus,* ex aliis Horat. Carpan. *ad stat. Mediol.* 1. *tom. c.* 445. *nu.* 41. Quotiēs enim quis ex eo tenetur, quòd actionem habeat contra alium, eam cedendo liberari tam practici, quàm theorici docent, vt videre erit ex Scaccia *de cōmert. §.* 7. *glos.* 2. *à nu.* 77. Franch. *decis.* 353. Marius Cutell. *de donat. contemp. tract.* 2. *disc.* 2. *special.* 10. *nu.* 13. Fachin. *lib.* 8. *controu. c.* 73. vers. 2. Ant. Fab. *in iurisp. Pap. tit. de nuptiis princ.* 7. *illat.* 14. *circa princ. & de error. prag. decad.* 80. *err.* 8. *in fin. & in rationali ad l. cum fundus, §.* 1. *D. si certū petatur, lit. F.* nouiter Leotard. *de vsuris quæst.* 93. *nu.* 8. qui vltra alia iura præcipuè mouētur *ex l. quod debetur, D. de peculio.*

Eius † que rei accomodatum exē- 3
plum sumit Anton. Faber *lib.* 15. *coniect. cap.* 5. ex *l. quod si in diem* 16. *§. vltim. D. de petit. hered.* vbi si quis ex causâ fideicommissi restituerit hereditatem, vel singulas res præstiterit, peti ab eo hereditatem posse probat Vlpianus eâ ratione, quòd condictionē habeat earum rerum, quæ sunt ex fideicommissi causâ solutæ; & veluti iuris possessor habeatur: sed etsi pretia rerum quas distraxit, ex causâ fideicommissi soluerit, ab eo peti hereditas poterit: quia repetitionem habet. Verùm his casibus heres præstando actiones liberatur, nempè quia nec ob aliam causam tenetur, quàm quòd actionem habeat, & condictionem contra fideicommissarium. Et in alia non minus eleganti specie prosequitur Anton. Faber *in rationali ad text. in l. creditor* 42. *D. de pignorat. actione,* de cuius intellectu, supra iam egimus.

Sed

Sed vt ad praxim huius rei exemplum exhibeamus, notandus est *text. in l. is apud quem, D. depositi*, vbi Africanus in hæc verba: *Si is apud quem rē deposueris, apud alium eam deponat, & ille dolo quid admiserit, ob dolum eius, apud quem sit depositum, eatenus eum teneri apud quem tu deposueris, vt actiones suas tibi præstet.* Ex quo textu subtilitèr notauit Paulus de Castro, quòd vbi quis restituere non tenetur, nisi quatenus habet, & ipse rē nō habeat. sed actionē, eā cedēdo liberatur, *glos. fi. d. in l. cū fundus, § seruum*, sequitur Gratian. 2. *tom. discept.* 395. *n.* 18. Ant. Amato 1. *tom. var. resol.* 21. *n.* 5. *in fin.* prout accidit *in dict. l. si is apud quem*, vbi depositarius, qui rem apud se depositam deposuit apud aliū, si ex dolo secundi depositarij conueniatur, cedendo actionem contra eum liberari iubetur. 4

Quem † textum vt intelligas velim, vbi ex mandato, seu consensu deponentis res apud alium deponitur, nàm cùm eo casu depositarius extra culpā sit, cedendo liberabitur, *l. 1. §. si te rogauero, D. depositi.* Secus tamen erit, si sua auctoritate rem apud alium deponat: nàm cùm hoc ei non liceat, quia sponte non potest deponere officiū, sed iustâ ex causâ, & iudicis auctoritate, *l. ei apud quem, §. si velit, D. depositi, l. fin. § sin autem, vers. per suam interlocutionē, C. de bonis auctorit. iudic. possid.* Gregor. Lopez *in l. 3. titul. 3. p. 3. glos. 6.* vbi Hermosill. multos congerit, alios dat Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 2. tit. 37. nu. 155.* eo casu nō satisfaciet, quamuis cedere actiones contra secundum depositarium paratus esset, vt ex Gratiano *dict. cap. 395.* contra alios ita distinguens resoluit Hermosill. *dict. glos. 6. à nu. 3.* videndus Gaspar Ant. Thesaur. qui ita decisum refert *lib. 1. quæst. Forens. quæst. 27. per tot.* cuius distinctionis, miror, non meminisse doctissimum Cuiacium *tract. 7. ad Africanum ind. l. si is apud quē*; horū tamē iurū meminit Larrea *decison. 19. num. 24. tom. 1.* 5

Aliam † etiam de hac re speciem inuenies, & Papiniano dignam *in l. Titio fundus 73. D. de conditionib. & demonstrat.* cuius species est: testator Titio legauit fundum sub conditione; si in Asiam non veniret; et si veniret, hūc fundum legauit Sempronio; Titius heredi cauit, se in Asiam non peruenturum, vel si peruenerit, se redditurum fundum; (quæ cautio Mutiana dicitur, quâ præstitâ legata relicta subconditione negatiuâ, quæ in non faciendo cōsistit, statim peti possunt, *l. Mutianæ 7. D. de condit. & demonst. l. is cui 18. l. cum subhac 67. l. heres meus 79. §. quamuis, D. eod. tit. l. cum filius, §. qui Mutianam, D. de leg. 2. l. 7. tit. 4. par. 6.* Anton. Gomez 2. *tom. var. cap. 11. nu. 37.* Gilken. *in l. siue apud acta, C. de transact.* Donell. *lib. 8. com. cap. 33.* vbi Osuald. *lit. P. cum seq.* Anton. Faber *lib. 2. coniect. cap. 16.* Spino, Molina, Sanchez, & alij, quos refert D. Amaya *lib. 1. obseruat. cap. 6. n. 1.*) Præstita igitur per Titium prædicta cautione, fundum fuit consequutus; sed quia ad Asiam peruenit, Mutianâ stipulatione commissâ, Sempronius cui idem fundus sub contraria conditione fuerat legatus, fundum ab herede petebat: et in id teneri heredem respondit Papinianus, vt quòd à Titio ex stipulatione, & cautione Mutiana consequutus fuerit, Sempronio præstet; vel si cautio, quæ ab initio idonea fuit defecerit, actiones suas ei cedat. Ratio decisionis est, quia cùm nihil sit, quod obiici possit heredi, qui solicitè cautionem exegit, nonaliâ ratione conueniri potest, quā quòd actionem habeat contra Titium, & fideiussores; cuiusce sione liberabitur, vt rectè explicat Cuiac. *lib. 19. quæst. Papin. ad dict. l. Titio fundus.* 6

Quibus † nō absimile est, quod traditur *in dict. l. si sic legatum 75. §. 2. & 3. D. de legat. 1.* vbi asseritur, quòd si Titio nomen debitoris legetur, heres dumtaxat tenetur, vt actiones suas lega- 7

legatario præstet contra debitorem.
5 Cuius rei ratio est, quia vbi testator quod sibi Sempronius debet, legat, vel si addiderit decem, quæ mihi Sempronius debet, lego; si nihil debeat, nullum legatum erit, *dict. §. 2. & 3.* quia tũc nihil aliud legatum censetur, quàm actio aduersus Semproniũ, quæ si nulla est, nihil legatum intelligitur. Cùm autem, vbi Sempronius aliquid debet, heres aduersus eum actionem habeat, legatarius in id agere poterit, vt heredem aduersus debitorem experiri compellat, acproindè ipse cedẽdo actiones suas liberabitur, *l. seruũ filiæ, §. eum qui chirographum, & §. sed etsi, D. de legat.* 1. Osuald. *ad Donell. lib. 8. com. cap. 14. liter. G.* Anton. Faber *lib. 5. coniect. cap. 2.* Ludouic. Morot. *respons. 5. per totum*, latè Cyriac. *lib. 2. cont. 336. num. 17. & 337. nu. 6.* apud quos videas de interpretatione *d. §. 2. & 3.* cũ *l. legaui 25. D. de liberatione legata, l. quidam testamento. D. de legat. 1.*

Quod † adeò verum est, vt nec ex-
8 pensas, & sumptus litis in exigendo debitoris nomine heres præstare teneatur legatario, vt ex Angelo, & Iason *in dict. §. eum qui chirographum*, rectè aduertit Morot. *dict. resp. 5. à n. 2.* sed ipse suis expensis exigere debet. Nam licèt re, vel specie aliqua legata, dubium sit, an heres, vel legatarius teneatur ad expensas litis: et communis sit resolutio, quòd si ante traditionem lis moueatur, sumptibus heredis agi debeat; si verò post traditionem, sumptibus legatarij, *l. his verbis. §. fin. D. de legat. 3. l. 1. §. 1. D. si vsusfructus petatur*, Parlador. *differ. 17. nu. 1.* Garcia *de expens. cap. 17. à num. 10.* Hermosill. *in l. 37. tit. 5. p. 5. glos. 5. nu. 31.* Tamen aliàs res est, si testator, quod sibi debetur, leget; nàm cùm non quãtitas, sed actio, & nomen legatum intelligatur, cuius cessione liberatur heres, exactio expensis legatarij facienda est, Morot. *sup. num. 2. & 3.* Cyriac. *dict. num. 6.* Quemadmodùm & cessionarius nominis suis expensis agit, *l. actoris procurator 30. D. de procurator.* Bertaz. & Costa, quos sequitur Schifordeg. *lib. 3. tract. 23. quæst. 14. vers. ita enim ius*, Guzm *de euictionib. quæst. 35. num. 63.*

Nec † minùs elegans est in superio-
9 ris doctrinæ comprobationem exemplum aliud, de quo in *l. si fideiussor 27. §. hoc idem tractari, D. mandati*, vbi Vlpianus in tota ea lege agit, an mãdati actio danda sit, necne fideiussori, qui sciens, siue ignorans soluit pro reo iam liberato, vel non efficaciter obligato? et rursus *in dict. §. idem tractari*, ostendit, fideiussorem, qui soluit, si cùm posset, de solutione à se factâ non certiorauit principalem debitorem, qui ignorans fideiussorem soluisse, iterùm soluit, repellendum esse, si actione mandati agat: quasi dolo proximus sit, cùm non certiorasset debitorem; ipsumque in id tantùm teneri asserit, vt indebiti condictionem, quam contra creditorem habet, fideiussori cedat, nè duplum creditor cõsequatur. Quæ species singularis est, quam vt perfectè ad rem nostram explicemus; duplex casus considerãdus est: vnus quandò debitor, qui fideiussorem habebat, prius soluit; deindeque fideiussor solutionis ignarus iterum soluit: alter quandò prius fideiussor, & post eum debitor principalis ignarus soluit.

Et † cùm vno, & altero casu duplũ
10 creditor consequatur, & vnam solutionem indebitè accipiat, prius vidẽdum est, cui indebiti cõdictio quæratur, seu repetitio competat, vtrum debitori, an fideiussori? Et vbi prius fideiussor soluit; deinde principalis debitor, ei nõ autem fideiussori cõdictionem indebiti competere probat Vlpianus *in §. hoc idem tractari*. Sed si prius debitor principalis soluat, deindè fideiussor, cui repetitio danda sit; dubitat Anton. Faber *lib. 18. coniect. cap. 20. vers. si enim poneres*. Verius tamen est, fideiussori dandam esse, & vtroque

troque casu inspiciendum fore, quis eorum postremo loco soluerit, nam is indebitum soluisse dicetur, quod vltra tradita per Anton. Fabrum, probat mihi expressus text. *in l. cum duo 25. D. de condict. indebiti*, ibi: *Placuit eum, qui posterior soluerit, repetere tria posse, l. fin. §. Titius, D. eod. tit.* ibi: *Respondit secundum ea, quæ proponerētur ei qui postea soluisset.*

11 Cognitio † iam cui indebiti condictio competat, videamus de eius cessione: et primo casu, quandò primùm debitor soluit, cuius solutionis ignarus fideiussor iterùm soluit, certū est, eum aduersus debitorem mandati actionem habere, cùm debuisset, de solutione à se facta fideiussorem certiorare: nec quicquàm ei bona fide soluenti imputari poterit, imò ignosci debet, cùm diuinare non debuisset, *dict. l. si fideiussor 29. §. si cum debitor*, Anton. Faber *in C. lib. 8. tit. 27. de fideiussor. defin. 27. & 29.* Fontanell. *de cis. 216. num. 15.* Pacific. *post tract. de Saluiano interdicto decis. 278. à num. 1, ad 5.* tenebitur tamen eo casu fideiussor condictionem indebiti, quam habet, debitori cedere; cùm recusare non debeat, quominus id saltim præstet, quod sine ipsius dispendio, & incommodo fit futurum, vt in simili casu docet Vlpianus *in l. in creditore 38. D. de euictionib.* Quam cessionem cōdictionis indebiti non vi, & iure alicuius actionis, sed huius legis æquitate faciendam esse testatur Anton. Fab. *dict. cap. 20. vers. si enim ponerēs.*

12 Alio † verò casu, quo fideiussor prius soluit, si solutionem notam non fecit debitori, propter quod ipse iterùm soluit, cùm ex ea solutione debitor nihil commodi sit consequutus, indè est, vt si mādati actione agat, quasi dolosè se gesserit, repellatur. Sed etsi quod soluit nulla actione exigere possit à debitore, tamen cùm ex solutione à fideiussore facta, debitor indebiti condictionem quæsierit, quam alioqui non haberet, in id actione mādati tenetur, vt condictionem cedat fideiussori, cuiusceſsione liberatur: cū non alia ratione fideiussori adstrictus sit, quàm quòd actionem habeat contra creditorē, ideòque cessio pro iusta præstatione habetur, *d. l. quod debetur*, obseruat eleganter Anton. Faber *dict. cap. 20.* & faciunt quæ diximus *sup. quæst. 12. à num. 26.* His annectere poterit alium casum non absimilē, de quo *in l. qui sedebere, D. de condict. caus. data*, de cuius intellectu consule benè agentē D. Ioseph. Retes *opusc. lib. 2. sect. 2. cap. 3. ferè per totum, præcipuè num. 11.*

Restat, † vt aliam quæstionis nostræ 13
partem resoluamus, an scilicet vbi quis liberatur cedendo mihi actionē contra alium, possim ego contra eū absque vlla cessione agere? Idque mihi licere, & recta via posse conuenire eum, contraquem mihi necessariò cedenda est actio, facit text. *in l. dominus testamento 53. in fin. D. de condict. indebiti*, ibi: *Sed tām benignius, quàm vtilius est, rectā viā ipsum, qui nummos dedit, suum recipere:* et inutiles circuitus vitari expedit, *Clemen. auditor de rescript.* innumeris relatis Velascus *in loc. comm. lit. C. axiom. 72.* Carleual. *de iudic. lib. 1. tit. 2. disput. 8. num. 5.* quo fundamento hanc sententiam in indiuiduo tenet Bart. *in l. cum fundus, §. seruum tuum, D. de condict. indebiti*; Iacob. Cancer. *1. part. var. cap. 2. nu. 64.* Giurba *inconf. Mess. an. cap. 13. glos. 1. num. 10.* Anton. Faber *in iurisp. Papin. tit. 12. princ. 6. illation. 33. in princ.*

Adstruit † suam sententiam Bart. 14
ex *dict. l. cum fundus, §. seruum tuum, iunctā glos. fin.* vbi sine cessione datur domino serui condictio contra eius bonæ fidei possessorem: proponitur enim *in dict. §. seruum tuum.* Si à fure bona fide seruum meum emeris, isque ex peculio ad me pertinente seruum comparauerit, tibique traditus sit, posse me tibi condicere seruum absque aliqua venditoris cessione: cuius §.

decisio-

decisionem obscuram, & intricatam esse testatur Anton. Faber *in rationali ad eum*, in cuius interpretatione nō semel dissentit ab Accursio; sed non sine ratione, quatenùs in explicatione vltimi veri. asserit, non ex eo venditorem in eâ specie cedendo actionem contra bonę fidei possessorem liberari, quòd non aliâ ratione teneatur, quàm quòd condictionem illam habeat; vel quia illam sine vllo dispēdio cedere potest. Nàm verius est, quòd quamuis cessione actionis liberetur; non tamen id prædictæ rationes suadent, cùm certum sit, venditorem domino serui actione exempto teneri, cùm tradendo seruum venditum bonę fidei possessori non satisfecerit, Quarè cum ipso Fabro dicendum est; idcò cedendo liberari, quia soluit bonæ fidei possessori, & iustissimam erroris habuit causam. In eo etiam cum Anton. Fabro conuenio, quatenus asserit condictionem, quæ mihi in eo textu sine cessione conceditur, non indebiti condictionem esse, sed condictionem sine causâ, de qua loquuntur varię eiusdem tituli leges, & de intellectu, *dict. §. seruū tuū*, Donell. *lib. 6. com. c.* 10. Iulius Paccius *cēt. 3. q.* 74.

15 Elegantèr † etiam superiorem sentiam probat Bart. *ex l. si & me, & Titium, D. si certum petatur*, vbi pro intellectu illius legis aduertit, quòd quandò res mea peruenit ad te sine causâ; distinguendum est: an pro ea possit mihi esse consultum, agendo cō tra alium, aut non. Nam primo casu, si ille contra quem agere possum, liberaretur cedendo mihi actiones suas, tunc haberet locum decisio illius legis, & ex æquitate daretur mihi actio absque aliquâ cessione, vt in casu *dict. §. seruum tuum* æquitur Paulus de Castro, cuius meminit Anton. Faber *in rationali ad dict. l. si & me, & Titium*. Si verò cedendo actiones suas non liberaretur, æquitas prædictæ legis cessaret, quæ nisi in subsidium, & vbi nulla alia actio competit, locum non habet, *l. si eam seruum, D. de rebus creditis*, Parlador. *in sexquic. differ.* 2. §. 2. ex Surdo, & aliis Ludouis. *decis.* 216. *vbi add.* Costa *de remed. subs. remed.* 12. Alio verò casu (qui ad propositum nostrum non attinet) quandò contra alium consultum mihi esse nō potest, alitèr subdistinguit inter lucratiuam causam, vel onerosam.

Adstipulatur † etiam huic sententiæ Iacobus Cuiacius *tract. 7. ad Africanum in dict. l. si is apud quem, D. depositi*, vbi vtilem sine cessione concedit actionem deponenti cōtra eum apud quem primus depositarius rem deposuit. Et an vbi primus depositarius rem apud alium deposuit, si deponens cessis actionibus contra secundum depositarium experiatur, possit ei obiici compensationis exceptio, quæ cedenti non obstaret, differit Hermosill. *in l. 5. glos. 5. num. 15. tit. 3. part. 5.* qui cum Carotio resoluit, non obstare huiusmodi exceptionem, si cessionarius non vtilem, sed directam actionem mandantis, siue cedentis nomine exerceret, de quo nos infrà. 16

Hæc † quamuis pro hac sententiâ multùm vrgeant, tamen eam non admitterem, nisi in casibus à iure expressis, vel si aliqua iusta causa id suaderet. Iusta autem huius vtilis actionis admittendæ causa diceretur, si is, qui mihi cedere tenebatur actionem, absens esset, vel decessisset, nàm possem his, & similibus casibus vtili actione sine cessione experiri, *l. 1. C. de obligat. & action.* ex Baldo, & aliis Hypol. Montan. *in addit. ad Olib. part. 2. lib. 1. cap. 4. num.* 10. Arism. Tepat. *var. iar. tit. 411. cap. 6.* vers. *quandò ille*, Maranta *de ordine iudic. 4. p. dist. 22. n.* 3. Greg. Lop. *in l. 8. tit. 11. p. 5. glos. lo otorguen*, Trenta cinq. *lib. 3. var. tit. de solut. resol. 13. n. 9.* Cancer. *2. p. var. c. 1. n. 143.* Acosta *de priuileg. credit. in præfat. ad reg. 1. n. 97. in fin.* 17

Videas † Scacc. *de cōmert. §. 2. glos. 2. à nu. 77. & l. Iulianus, §. penult. D. de actionib. empt.* 18

TRA-

IHS

TRACTATVS

DE CESSIONE IVRIVM, ET ACTIONVM.

TITVLVS SEXTVS.

QVÆ ACTIONES, ET IVRA COMPETANT CESSIONARIO, ET DE POTESTATE EIVS IN IVDICIO, ET QVIBVS EXCEPTIONIBVS REPELLATVR.

EXORDIVM TITVLI.

LICET videatur, omnes actiones, & iura, quæ cedenti competunt, in cessionarium transire, cum is cedentis personã induat, eiusque imago sit, *l. emptor, C. de hered. vel action. vẽdit. vbi glos.* verb. *fungitur*, Barbosa *in l. post dotem* 41. *num.* 58. *D. solut. matrimon.* Cencius *de censib. quæst.* 104. *num.* 9. *& quæst.* 108. *nu.* 21. Carleual. *de iudic. tom.* 2. *lib.* 3. *disput.* 26. *num.* 1. *& disputat.* 35. *num.* 1. Acosta *de priuileg. credit. prælud.* 2. *nu.* 14. Vnde cessionarium in ius cedentis succedere, & omnibus eius iuribus vti, communitèr proferunt Interpretes, vt apparet ex innumeris, quos refetunt Surdus *cons.* 333. *à nu.* 16. Costa *de remediis subsidiariis, rem.* 27. *in illat. nu.* 3. Intrigliolus *decis.* 1. *nu.* 24. *& decis.* 8. *nu.* 10. Fontanell. *decis.* 166. *à nu.* 8. *&* 15. Guzman *de euiction. quæst.* 35, *nu.* 26. plenissimè Paulus Gallerat. *de renunciat. lib.* 1. *cap.* 4. *à nu.* 57. *ad* 64. Giurba *ad cons. Messan. cap.* 2. *glos* 3. *nu.* 17. *part.* 1. Patific. *de Saluian. interd. insp.* 3. *cap.* 2. *à num.* 900. Hieronymus de Leon *lib.* 1. *decis.* 26. *à num.* 9. Cels. Bargal. *de dolo lib.* 5. *cap.* 7. *à num.* 86. Duardus *de censib.* §. 6. *quæst.* 16. *num.* 24. Ioan. Bapt. Thoro 2. *tom. comp. decis.* verb. *cessionarius iuris luendi*, & verbo, *creditores cessionarij*, latissimè idem Thoro 3. *tom. comp. decis.* verb. *cedens, vel cessionarius*, ante medium, nemine ex his relato Arias de Mesa *lib.* 1. *var. cap.* 19. *nu.* 5. Vlricus Hunnius *in Encycloped. iuris part.* 2. *tit.* 5. *cap.* 7. *nu.* 60. Cyriac. *lib.* 1. *cont.* 157. *nu.* 4. *& lib.* 2. *cont.* 208. *n.* 76. *& lib.* 3. *cont.* 500. *nu.* 14. nouissimè Mercur. Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *quæst.* 132. *à nu.* 2. D. D. Franc. Salgado *in labyrinth. credit.* 1. *part. cap.* 26. §. *vnic. à nu.* 5. qui elegãtèr exornat. Tamen, quia sæpius accidit, vt iura, & priuilegia, quæ cedenti competunt, in eius cessionarium non transferantur: & varia, difficiliaque circa potestatem cessionarij in iudicio occurrant, distinctis capitibus, & quæstionibus rẽ explanare vtilissimum erit.

SVMMARIVM.

1 *Vtilis, & directæ actionis materia vtilis, & difficilis est.*

2 *Directæ, & vtilis actionis multiplex est acceptio.*

3 *Directa actio quo ad cessionis iuris materiam dicitur, quæ tã ex verbis*

bis, quàm ex sententia legis nascitur.

4 *Vtilis actio dicitur, quæ ex sola legis mente, vtilitatis causâ conceditur.*

5 *Directa actio etiam dicitur, quam quis ex suo facto, & contractu quæsiuit, quæ ab eo diuelli, aut separari non potest.*

6 *Ratio quare inducta fuerit iurium cessio, & translatio.*

7 *Actio vtilis, & directa non duæ actiones sunt, sed vna, & eiusdem potestatis.*

8 *Directa actio, & vtilis quoad formam agendi differunt.*

9 *Actio vtilis ex cessione competens, an datiua, vel natiua sit.*

10 *Cessionarius cùm habeat directam nomine cedentis, qua ratione vtilis actio ei tribuatur, quæ non nisi ex mera necessitate conceditur.*

11 *Refertur opinio* Gasp. Schiordegeri.

12 *Vtilis actio licèt ex æquitate, sine cessione concedatur, tamen regulariter sine cessione non transfertur.*

13 *Cessionario aliquando longè vtilius est, habere vtilem, quàm directam actionem.*

14 *Cessionarius mortuo cedente sine herede, directam actionem exercere non potest.*

Intelligitur l. 1. C. de actionib. & obligat.

Mandatum etiam post tempus mortis mandantis conceptum, eius morte finitur, si decedit sine herede.

15 *Vtilis actionis vtilitas in quibus consistat. remissiuè.*

16 *Cessionario aliquandò expediēs est directas actiones exercere, quàm suo nomine vtilibus actionibus experiri.*

17 *Directas an vtiles actiones cessionarius exerceat, ex quibus cognoscatur.*

18 *Conclusio libelli, non eius narratio attenditur.*

Conclusio facta in possessorio an alteretur ex eo, quòd in libello fiat mētio de dominio, & proprietate.

Aduocati cauti esse debent in conclusione conceptionis libelli.

19 *Cessionarij libellus si obscurus sit, quia ex eo non agnoscitur an vtiles, vel directas actiones exerceat, poterit actor petere, vt declaret, qua actione experiatur.*

20 *Vtilis actio cùm à lege in alium transfertur, eiusdem potestatis est ac directa.*

21 *Actio vtilis, & directa, an cumulari possint, & an agens ex vna obtineat si probet ex altera.*

QVÆSTIO I.

De directis, & vtilibus actionibus, & qualitèr competant cessionario, eisque experiatur in iudicio.

SÆPIVS in nostro tractatu directarum, & vtilium actionum mentionem fecimus, præcipuè *tit. 1. quæstion. 2.* quo loci actū est, vtiles actiones per cessionem in cessionarium transferri, quibus suo nomine experitur; simulque in eum transire exercitium directarum, quas cedentis nomine in iudicio exercere potest. Quæ vt meliùs percipiantur, è re erit, quæ sit vtilis; & quæ directa actio, explanare. Huius enim articuli cognitio summè necessaria est, cùm passim in nostrâ materiâ vtilium, & directarum actionum disputatio occurrat, & ex eâ resoluantur difficilimę quæstiones, vt testis est Paul. Gallerat. *de renunciat. lib. 1. cap. 4. num. 39.* vbi materiam vtilis, & directæ actionis, subtilem, vtilem, & obscuram dixit,

xit, & à paucis intellectam. Sed nos clarè, & breuitèr, quæ ab aliis prolixè, & obscurè dicta sunt, explicabimus.

2 Directæ, † & vtilis actionis in iure frequens est sermo, & diffusa Interpretum tractatio, qui latè prosequuntur, quibus modis vtilis, & directa actio accipiatur, in quo notabilis, & recepta est distinctio Bartol. *in l. 1. à numer. 2. C. de obligation. & actionib.* qui vtilem actionem quadruplicitèr dici; directam vero duplicitèr accipi probat, quam Bartoli theoricam summis laudibus refert Bertazol. *clausul. 27. glos. 9. à numer. 1.* quem transcripsit Alfonsus de Guzman *de euictionib. quæstion. 35. à numer. 72. ad 84.* De quibus vtilibus, & directis actionibus vt omnes in vnum congeram, videas latissimè agentem Osuald. *ad Donell. lib. 21. com. cap. 2. lit. F. cum sequentib.* Gasp. Schifordeg. statim referendum, Bocerium *claus. 6. disput. 9. à numer. 3.* Pacificum *de Saluiano interdicto insp. 1. cap. 1. à num. 7.* Sfortiam Odd. *ad leg. 3. C. de nouation, quæstion. 1.* versic. *quæro igitur nono*, & versic. *quæro decimo.*

3 Quo ad † nostrum verò institutum attinet, directa actio dicitur illa, quæ tàm ex verbis, quàm ex sententiâ legis nascitur, *l. nomen 6. §. verbum, D. de verborum significat. l. 4. D. si quadrup. paup. fecis. dicatur*, §. *fin. Institut. de lege Aquilia*, glos. verbo, *actione, in l. curatoris, C. de negot. gestis*, Parlador. *differ. 87. num. 1.* cum aliis adductis à Gædeo *in dict. l. nomen*, §. *verbum à numer. 16.* Forcatul. *dialog. 16.* Donell. *dict. cap. 2.* vbi Osuald. *liter. H.* Schifordeg. *libr. 3. tract. 23. quæstion. 1.* Et dicitur directa, quia directò procedit à lege, & velut à fonte erumpit, vt eleganter dixit Iason *in §. præiudiciales, num. 2. Institut. de actionib.* facit optimus textus *in princip. Institut. de legitima patronor. tutel.*

Vtilis † verò actio dicitur, quæ ex solâ legis mente vtilitatis causa admittitur, vbi directa non competit: quia legis verba deficiunt, *l. 1. D. de æstimatoriâ actione, dict. §. fin. Institut. de leg. Aquil. l. penultim. D. de tutel. & rationibus*, glos. *in l. actionis, D. de actionibus, & obligation.* Hotoman. *in §. 1. Institut. de actionibus*, Parlador. Donell. Osuald. Schifordeg. vbi proximè, Vlricus Hunnius *in Encycloped. iuris 2. part. titul. 5. cap. 4. & resol. iuris ciuil. lib. 4. tractat. de actionib. part. 2. quæst. 20.* quæ vtilis ex eo appellatur, quia vtilitatis causa datur, *l. quia actionum 11. D. præscriptis verbis, l. eum 5. §. penul. D. de constit. pecunia*, & ex benigna iuris interpretatione, æquitate dictante conceditur. *l. 3 C. de donationib. quæ sub modo, l. penultima, C. ad exhibendum*, ibi: *Vtilis autem tibi propter æquitatis rationem dabitur*, iuncta *leg. alterius 20. D. de tutel. & rationibus*, Anton. Faber *in rationali ad l. actio 47. §. 1. D. de negot. gestis*, quidquid enim ex mente legis, & ad alterius similitudinem recipitur, vtile in iure appellatur, Retes *opusc. lib. 2. sect. 1. cap. 8. num. 1.* 4

Similitèr † directa actio dicitur, quam quis suo facto, suoque contractu quæsiuit; diciturque directa: quia ortum habet ab initio ex contractu cum debitore gesto, Bart. *in l. & an eadem, §. actiones, numer. 2. D. de exception. rei iudicat.* Osuald. *supra lit. G. circa princip.* vbi quòd dicta actio ita hæret visceribus eius, cui parata est, vt diuelli ab eo nequeat; neque in eum, cui cessio facta est, transire possit, Baldus *in l. ex legato, numer. 3. C. de legatis*, vltra relatos, supra *titul. 3. quæstion. 112.* Carleual. *de iudic. lib. 3. disputation. 26. numer. 1.* 5

Sed † cùm æquitati naturali conueniat, vt rata habeatur voluntas Domini, rem suam in alium transferre volentis. §. *per traditionem, Institut. de* 6

rerum diuision. & cùm actiones, incorporaliaque iura tradi nõ possint, quia non possidentur, *l. sequitur, §. si viam*, ibi: *Quia nec possideri intelligitur ius incorporale, D. Vsucap. cum aliis vulg.* ideo introductus est quidã quasi traditionis modus, ideſt cessio, per quam lex vtilitatis gratiã, & benignâ interpretatione actionem vtilem in cessionarium tranfert, quâ suo nomine experiri possit. Multoties tamen lex vtilem hanc actionem absque aliquo facto, vel cessione concedit, vt diximus *sup. tit. 4. per totum*, Sforcia Odd. *ad l. 3. C. de nouationib. quæst. 1.* vers. *quæro decimo*, videndus Schifordeg. *dict. quæst. 1. & 2. & quæst. 26. cum 2. sequentib.* vbi latè de directis, & vtilibus actionibus.

7 Vtilis † verò, & directa actio, non duæ actiones sunt, sed vna tantùm; & licèt directa remaneat penes cedentem; vtilis autem comperat cessionario: tamen in substantiâ vna est actio, ad idem competens, *l. actio 42. D. de negotiis gestis*, vbi de vtili, & directa actione agens Paulus, nullum inter eas constituit discrimẽ, ibi: *Nec refert quis directâ, an vtili agat*, & rursus ibi: *Cum vtraque actio eiusdem sit potestatis, eũdemque effectum habeat*, Cuiac. *lib. 15. obserua. cap 1.* Anton. Fab. *lib. 4. cõiect. cap. 7. & de error. pragm. dec. ad. 22. error. 9. circa fin.* Bertaz. & Guzman infrà referendi Cancer. *3. part. Var. cap. 20. num. 231.* Robles *de repræsent. lib. 3. cap. 18. n. 46.* ex aliis Gallerat. *dict. cap. 4. nu. 40.* vbi *à num. 39. & 69. ad 78.* latissimè prosequitur.

8 Quod † vt rectè notat Acosta *de priuileg. creditor. prælud. 2. numer. 13.* accipiendum est, considerato tantùm effectu, & fine principali, seu potestate in quam diriguntur; nam in aliis lõgè differunt; vtilisque, & alterius formula diuersa est, Bart. *in l. 1. D. de obligationib. & actionib.* facit *l. fin. in fin. D. de Magistratib. conueniend.* Frãtz-Kius *variar. resolut. lib. 1. resolut. 14. num. 46.* Vlricus Hunnius *resol. iur. ciuil. part. 2. quæstion. 19.* videndus omnino Oluald. supià, doctissimè actionum formulas prosequitur ad interpretationem *dict. l. actio 47.* noster Olano *Paralipomen. lib. 3. cap. 9. per tot.* Galleratus *de renunciat. lib. 1. cap. 5. num. 47.*

Vbi † an hæc actio vtilis ex cessione competens sit datiua, vel natiua, qui *exgloss. in dict. l. ex legato*, Bart. & alius resoluit, datiuam esse: quam sententiam sequi videtur Bertazol. & Guzman sup. Parlador. *different. 37. §. 1. num. fin. in fin.* videndus omninò Bald. *in dict. l. 1. C. de oblig. & action. à num. 25. ad 29.* 9

Hæc † quamuis verissima sint, in periculum tamen adduci videntur, ex eo, quia si verum est, in cessionarium directarum actionum exercitium tranfire, mandantisque nomine agere posse, vt latiùs diximus *dict. quæstion. 2.* nulla necessitas, vel vtilitatis causa erit, vt ei vtilem actionem tribuamus, quæ non nisi ex merâ necessitate conceditur, vbi directa deficit actio. Quæ ergò necessitas erit inducendi vtilem hanc actionem, si cessionarius directâ potest experiri? quæ ei sufficit text. *in l. heres 70. in princip. D. ad Trebellian.* ibi: *Sufficiũt directæ actiones.* 10

Quæ † consideratio tanti fuit apud Gasparẽ Schifordeger. *dict. quæst. 1. & 2.* vt eum coegerit asserere, vtilem actionem semper sine cessione competere; & ex eâ non vtilem, sed directam transferri; cessamque actionem, non vtilem, sed directam esse: cùm vtilis semper absque cessione ex solâ legis potestate transeat, quod ex Antonio Fabro, Donello, & Giphanio probat, aliisque rationibus verum esse contendit. 11

Sed opinio Gasparis Schifordeg. indistinctè accepta vera non est, quia ersi vtilis actio, quam lex ex æquitate præstare solet, sine cessione competat, & cum directâ non concurrat; & accidat, quòd vtilis actio 12

ex

ex solâ transferentis voluntate sine cessione transeat, *l. vltim. C. quando fisc. vel priuat.* vt in casibus relatis à *glos. in l. 1. C. de obligation. & action. l. ex legato, C. de legatis*, regularitèr tamen sine cessione vtilis actio non quæritur, *l. possessio, §. et si possessio, D. de adquirend. possession. l. stipulatio ista, §. si stipuler. D. de verbor. obligat. l. 1. C. de actionib. & obligat.* vbi DD. Hypolit. Montan. *in addit. ad Oliban. part. 2. lib. 1. cap. 4. nu. 7.* Surd. *decision. 264. num. 2.* Virgilius *de legitim. personæ in prælud. nu. 158.* Velascus *de privileg. paup. 3. part. quæst. 8. nu. 259.*

23 Nec † vllus inficiabitur, eum, cui actionem meam cedo, vtilem suo nomine habere, directamque meo nomine exercere posse, vt ex multis probauimus *dict. quæst. 2.* quas directas actiones seu earum exercitium licèt habeat cessionarius, semper tamè subest vtilitas, iustaque, & necessaria causa, vtilis etiam actionis inducendæ: cùm cessionario vtilem simùl actionem habere semper expediat, vt directâ aliquo modo, seu casu elisâ, vtilis ei actio maneat, vt rectè considerauit Donell. *lib 15. comm. cap. 43.* Oiuald. *dict. cap. 2. lit. I. circa medium*, ibi: *Directâ actione cedentis extinctâ, vtilis cessionario superest*, & ante eos elegantèr Bald. *in l. emptor 5. numer. 3. C. de heredit. vel actione vendit.* vbi cùm proposuisset ad quid necesse haberet cessionarius directam, & vtilem actionem, cùm vna sufficiat, ita scribit: *Vtilitas esse potest, per id, quod legi, & notatur in l. quoties, D. de administration. tutorum, & plenè dixi in dict. l. 1. & patet dicto naturali exemplo, quòd si prima vitis incidatur à radicibus, vel decidatur, remanet tamen propago in seipsâ.*

24 Elegans † huius rei exemplum est, quandò is, qui cessit actionem, sine herede decessit, quo casu in cessionario directarum actionum exercitium cessat, & apud eum vtiles tantùm actiones manent, iuxta text. difficilem *in l. 1. C. de actionib. & obligation.* cuius rei ratio est, quod cum cessionarius directas actiones habeat ex personâ cedentis, non alitèr illis vti poterit, quàm si is cum herede decesserit, qui eius personam representet: quod in actione vtili secùs est: nam cũ ex propriâ personâ suoque nomine cessionario competat, tametsi cedens sine herede decedat, nihil ei officit, vt iure iam perfectè quæsito vtatur, docet Donell. *ad dict. l. 1. numer. 46.* Arias de Mesa *dict. lib. 1. cap. 19. nu. 14. & 15.* quibus addo Bertazol. *claus. 29. glos. 2. num. 4.* Guzman *de actionib. quæst. 35. num. 120.* Vlricũ Hunniũ *in Encycloped. iur. 2. p. tit. 5. cap. 7. à num. 55.* Anton. Massam Gallesis. *de obligat. camerali part. 5. q. 3. n. 3. & 4.* vbi quòd licèt mandatũ post tempus mortis mandantis conceptũ, eius morte non finiatur, *l. mortis causa, §. Titia, D. de donat. caus. mort. l. si verò non remunerandi, §. fin. cum l. seq. D. mandati*, tamen finitur per mortẽ, si constituens sine herede decedat, quia cum deficiat dominus principalis, procurator eius deficere etiamdebet. Videas Schiforaeg. *lib. 3. tract. 23. quæst. 25.*

Nec † in hoc tantùm vtilis actionis 25
necessitas consistit, sed in aliis, quæ in hoc eius tractatus nostri notare poteris, præcipuè in hoc titulo ferè per totum: interim tamen videas Marantam *in l. si actor, D. de procuratorib. à num. 23.* qui septem casus refert, in quibus vtilius est cessionario vtili actione sub nomine experiri, quàm directas mandantis nomine exercere.

E conuerso † autem expedit ces- 26
sionario, quamuis vtiles actiones ex cessione consequatur, directarum etiam exercitium habere, quia accidit, expediens esse directis actionibus, quam vtilibus agere, vt appareat ex traditis per Baldum, & Iasonem *in l. 1. C. de transactionibus*, vbi Padilla *num. 24.* Gutierrez *de tutel. 1. part. cap. 15. nu. 52.* Parlador. *dict. disc.*

fer. 37. nu. 4. & 9. Barbosa in l. post dotem nu. 64. D. solut. matrim. vt diximus supra, & ex infra dicendis manifestè constabit.

17 † Ex quibus tamen cognoscatur, an cessionarius vtiles, vel directas exerceat, vide omnino Iasonem in l. qui stipendia, C. de procurator. Rota in nouiss. ad tit. de alienat. iudicij, dec. 2. Maranta vbi proximè, Alex. Trentacinq. lib. 2. var. tit. de procuratorib. resol. 3. Guzman de euictionib. cap. 35. à num. 67. ad 70. qui resoluunt, quod si cessionarius procuratorio nomine petat condemnari debitorem, dicetur intentare directas: sin verò suo nomine condemnari petat, debitoremque cessum sibi obligatum dicat, vtilibus agere videbitur, sequitur ex Tusch. & aliis Cardeual. de iudic. tit. 2. disput. 4. num. 14. Paulus Gallerat. dict. cap. 4. num. 73.

18 In quo † conclusio libelli, non narratio attendenda est, quia in libello conclusio prædominatur, & id petitum censetur, quod in eò concluditur, vt in terminis Galleratus dict. nu. 73. & 76. Decius cons. 139. numer. 1. Roland. à Valle cons. 90. num. 1. vol. 2. Parisius cons. 125. num. 3. qui in id adducit cap. examinata de iudiciis, Paz in praxi 1. part. 1. tom. 4. temp. numer. 31. Garcia de nobilitat. glos. 1. §. 2. numer. 25. Ponte cons. 43. à num. 1. Casanate cons. 41. num. 90. omninò videndus Osualdus ad Donell. lib. 22. com. cap. 9. lit. D. latè Hermosill. in l. 56. tit. tul. 5. part. 5. glos. 7. à numer. 31. ad 37. vbi quid operatur clausula peto iustitiam, & an eius virtute præcipuè in Tribunalibus superioribus possit iudex super narratis in libello pronunciare? de quo, Auendaño respon. 1. à num. 19. Anton. Faber C. de formul. sublat. defin. vltim. Esse de inhibitione, cap. 7. per totum. Ex quâ doctrinâ, quòd conclusio libelli semper sit attendenda, inferunt DD. conclusionem factam in possessorio non alterari, licèt in libello mêtio fiat de dominio, & proprietate, Mieres de maioratib. 3. part. in initio à numer. 66. Menoch. de recuperand. remed. 15. numer. 148. ex Part. Decio, Natâ, Cephalo, & aliis Intrigliol. cons. 1. num. 90. & 91. Vnde Mieres supr. aduertit, cautos esse debere aduocatos in conceptione, & conclusione libelli, ne ex mala conclusione causam amittant.

19 Cum † igitur multùm interest, an cessionarius vtiles, vel directas actiones exerceat: si fortè libellus obscurus sit, ratiònè vt ex eius verbis dubium esse possit, an cessionarius vtilibus, vel directis experiatur, poterit reus desiderare, vt actor id declaret, ex Speculat. Bart. Paul. Baldo, & aliis probat Guzman sup. num. 66. Galleratus sup. num. 72. ex Mantica sing. 698. Arias de Mesa lib. 1. variar. cap. 20. num. 25. ratio est, qt òd multa obstant directis, quæ vtilibus non opponuntur, & è contra; vt latè in discursu huius tituli videre erit.

20 Illud † autem hic annectere non omittã, quia notabile est, quòd vbi legis ministerio vtilis actio alicui cõpetit, quãuis directas non habeat, tamẽ cùm à lege procurator in rem propriam constituatur, vt in l. penult. D. ad Trebellian. Guzman dict. quæst. 35. num. 111. eo casu vtiles actiones eiusdem potestatis ac directæ erunt, l. actio, vbi DD. D. de negotiis gestis, Cancer. dict. num. 231. Guzman sup. num. 79. qui accepit à Bertazolo claus. 27. glos. 9. num. 2. Cuiac. lib. 15. obseru. c. 11. Anton. Faber lib. 4. coniect. cap. 7.

21 Directa † tamen & vtilis actio rectè cumulari valebit, & ex vtrâque simul agere potent cessionarius, vt probat Paul. Gallerat. dict. cap. 4. numer. 76. versic. poterit, vbi numer. 77.

an cessionarius agens directâ actione, si postea in vtili probauerit, obtinere debeat?

Guzman num. 67.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Creditores aliqui prælationẽ habẽt: aliis vsuras exigere permittitur.*

2 *Mulier, vel pupillus si cedãt actionem de dote, vel tutelæ, an cessionarius suis priuilegiis vtatur, difficilis est quæstio.*

3 *Refertur doctrina* Bart. *qui distinguit inter cessionem voluntariam, & necessariam: vt in hac priuilegia cedentis transferantur, in illa non item.*

4 *Expenditur contra* Bart. l. ex pluribus, D. de administration. tutorum.

5 *Refertur alia opinio* Iacob. Menoch. *distinguentis, an cessio commodum cedentis, vel cessionarij respiciat.*

6 *Refertur alia sententia* Nunni Acostæ.

7 Donelli, & Acostæ *opinio reiicitur.*

8 *Refellitur altera sententia* Petri Barbosæ.

9 *Reiicitur alia distinctio* Dominici Gaiti, & num. 10.

10 *Priuilegium prælationis dotibus concessum, an causæ, vel personæ concedatur.*

11 *Priuilegium reale, vel personale, quod dicatur?*

12 *Priuilegium reale transit in cessionarium cum ipsa actione.*

Priuilegium tacitæ hypothecæ dotibus, & pupillis in bonis mariti, & tutorum concessũ, in cessionarium mulieris, & pupilli transfertur.

Priuilegium dotibus concessum, vt nullas admittat retentiones, in in cessionarium transit.

13 *Hypothecaria actio, siue tacita, siue expressa sit, competens cedenti transfertur in cessionarium.*

14 *Instrumentum dotis, & aliud, si vnâ die confecta inueniantur: dotis instrumentum præcessisse præsumitur.*

Priuilegium hoc, quòd instrumento dotis prius factum præsumatur, transit in cessionarium dotis.

15 *Priuilegium dotis, vt pro ea repetenda, bona fideicommissi alienari possint, an competat cessionario.*

16 *Dominus fundi locati, si cedat actionem contra colonum ad exactionem pensionis, an cessionarius in fructibus illius fundi tacitam hypothecam, cum prælatione habeat, quam haberet cedens.*

17 *Priuilegium eius, qui mutuauit ad rem emendam, an in cessionarium transeat.*

18 *Cessionario eius, qui depossuit pecuniam, an possit obiici compensationis exceptio.*

19 *Priuilegium personale transfertur in cessionarium, si id vtile sit cedenti.*

20 *Fideiussor, vel correus quando possint se tueri defensionibus, & exceptionibus personalibus debitoris, vel correi.*

Exceptiones reales, quæ non personæ, sed causæ cohærent, competunt fideiussori ex persona debitoris.

21 *Priuilegio meo personali vtitur alius, quoties mihi damnum sequeretur, si eo non potiretur.*

22 *Priuilegio mulieris, & pupilli vtitur eius cessionarius, si damnũ eis eueniret, si eo nõ vterentur.*

23 *Intelligitur* l. ex pluribus 42. D. de administrat. tutor.

24 *Priuilegium prælationis mulieribus pro dotibus concessum, heredibus, vel creditoribus earum non competit: earum tamen filiis conceditur.*

Interpretatur Imperator Iustinianus in Authent. vt exactione dotis in princ.

25 *Interpretatur* l. si ventri, §. eorũ, D. de priuilegiis creditor. l. 2. D. de cessione bonor, & n. 26.

26 *Creditorem priuilegiatum si quis sua pecunia dimittat, quæ priuilegia in eum transeant.*

27 *Vsuras propter retardatã solutionem, quibus liceat à debitoribus suis exigere.*

28 *Creditor, qui habet ius exigendi vsuras à debitore, si creditum cedat, an cũ iure illo exigendi vsuras transferatur*, cum num. seqq.

30 *Cessionarius propriè non dicitur, ad quem vtilitas cessionis non spectat.*

31 *Ius exigendi vsuras si creditori propter eius qualitatem concedatur: ius hoc in cessionariũ, in quo qualitas illa deficit non transibit*, & num. 32.

33 *Cessionarius viduæ an possit ab heredibus viri interesse dotis retardatæ exigere*, cum num. seq.

35 *Vsuræ dotis retardatæ, an & quãdo viduæ debeantur.*

36 *Cessionarius si habeat eandem qualitatem, quam cedens, vsuras propter moram rectè percipit*, & 39.

38 *Priuilegium tenutæ, & retentionis mulieribus propter dotes concessum, an ad cessionarios transferatur.*

39 *Maritus vsuras dotis non solutæ, iustè percipit, & fructus pignorũ suos facit.*

Priuilegium mariti in percipiendis vsuris dotis retardatæ, & lucrãdi fructus pignorum, an eius cessionario competat? duplex sententia refertur, resoluitur negatiuè, num. 43. intellige vt n. seqq.

42 *Opinio eorũ, qui distinguunt tutior censetur.*

46 *Creditor, qui priuilegium non habet exigendi vsuras, si cedat maritorum dotem nomẽ debitoris, an possit maritus vsuras à debitore cesso exigere*, cum num. seqq.

47 *Respondetur tacitæ obiectioni.*

QVÆSTIO. II.

Actiones, & iura cedẽtis an cum suo priuilegio in cessionarium transferantur. Interpretatur latè, & extenditur materia text. *in l. ex pluribus 42. D. de administrat. tutorum.*

SVNT † in iure nostro diuersi creditores, diuersæque actiones, quibus speciali ratione leges fauent, specialiaque priuilegia indulgent, quibus in exactione rei, vel quantitatis debitæ reliquis creditoribus præferantur: vt accidit in mulieribus creditricibus ex causâ dotis, quæ in bonis mariti hypothecam cum priuilegio habent; & in pupillis, quibus in bonis tutoris, vel curatoris prælationis priuilegium conceditur: sunt etiam huius generis alij per multi creditores, de quibus in *titulis D. & C. qui potiores in pignor. habeantur*: alij denique sunt, quibus vsuras ex aliquâ iustâ causâ exigere permittitur, de quibus infra agemus. 1

Huiusmodi † creditores, cùm iura sua cedunt, veluti mulier actionem de dote contra maritum: pupillus tutelæ actionem contra tutorem; solet dubitari, an in cessionarium dotis, vel tutelæ, alterùsvè actionis priuilegiatæ, actio cum suo priuilegio trãseat? Quæ quæstio vt ex Alexãndro, notat Nẽgusant. *de pignorib. memb. 4. num. 107.* difficilis, & venenosa est: dubiam latis, & obscuram dicit Gaitus *de credito cap. 4. quæst. 11. num. 1673.* longã, & latis litigiosam appellat Schiffordeg. *lib. 3. tract. 23. quæst. 23. infra medium*, pulcherrimam, & difficilem ex Baldo, & aliis dicit nouissimè post hæc scrip- 2

scripta visus Georg. FrantzKius *variar. resol. lib. 1. resol. 14. num. 1.*

3 Cuius † confragosi gurgitis vadum primus explorauit Bart. *in l. post dotē, num. 35. D. solut. matrim.* qui distinguit an cessio ex causâ volūtariâ fiat: nam tunc priuilegia personalia in cessionarium non transferuntur: an verò ex vtraque parte cedentis, scilicet, & cessionarij necessaria sit cessio, quia priuilegia eo casu per cessionem trāsibunt. Quam Bart. distinctionem multi ex antiquis probarunt, quos refert Gaitus *sup. num. 1672.* ex nouioribus tuentur Ignat. del Villar *lib. 2. respon. 16. cap. 3. num. 40.* Mar. Cutell. *de donat. contemp. matrim. tract. 2. discur. 1. special. 15. num. 12.* Marta *in comp. decis. 3. tom.* verb. *cessio, cap. 37. & 39.* Gutierrez *allegat. 11. nu. 1.* D. Valenzuela *cons. 15. nu. 39. & cons. 56. nu. 23.* Carleual. *de iudiciis lib. 1. titul. 1. disput. 2. num. 709.* Hermosill. *in l. 55. tit. 5. part. 5. glos. 1. num. 11.* à quâ absolutè non fuit ausus discedere Gaitus *dict. quæst. 11. nu. 1712.*

4 Sed † Bart. distinctio communitèr reiicitur ex text. *in l. ex pluribus 40. D. de administrat. tutor.* quo loci cessio ex vtrâque parte necessaria fuit, cùm tutor vnus ex pluribus insolidum soluere pupillo necesse habeat, eique soluenti necessariò actiones cōtra contutores cedi debeant, vt suo loco diximus; & tamen proponitur, tutorem cui pupillus actionem tutelæ mandauit, eius priuilegium non habere. Quo, & aliis fundamētis post Bald. Noucll. & Campeg. à Bart. sententiâ discedit doctissimus Menoch. *libr. 4. præs. 189. à num. 141.* Schifordeg. *d. tract. 23. quæst. 21. 23. & 24.* neminè ex his quos laudauimus relato Frātz-Kius *dict. resol. 14. à num. 26.* nouitèr Acosta *de priuileg. credit. prælud. 2. à num. 5. ad 29 & regul. 2. ampl. 6. nu. 126.* videndus *à nu. 102. ad 136.* quibus locis latissimè differit, an priuilegium doris, & tutelæ transeat in cessionarium?

Quarè † Menochius, Baldum Nouellūt sequutus, cùm quaritur, an priuilegium personale cedenti competens in cessionarium transferatur? distinguendum esse asserit, an cessio in commodum cedentis; vel in cessionarij commodum fiat? nàm si cessio cedentis commodum respiceret, priuilegiū personale in cessionarium transire asserit, quod secus esse profitetur, vbi in cessionarij commodum cessionem factam fuisse appareret: quā distinctionem ante Menochium probauerat Negusant. sup. Gutierrez *dict. alleg. 11. n. 1.* post eos sequutus fuit Sfortia Odd. *de fideicomm. quæst. 40. art. 14. n. 188.* Schifordeg. *dict. quæst. 21. cum 2. sequentib.* illud addens, necesse esse vt cessionarius prælatione, & iuribus priuilegiatis potiatur, quòd directas actiones cedentis nomine exerceat, nàm si vtilibus suo nomine ageret, prælationis iure non gauderet, Hunnius *dict. cap. 7. num. 58. & 59.* Arias de Mesa *lib. 1. var. cap. 20.* qui consultò nullum refert ex his, qui ante eum prædictam distinctionem amplectuntur. 5

Quam † secutus est etiam nouitèr FrantzKius *dict. resol. 14. num. 44.* Acosta *dict. reg. 2. ampl. 6. à numer. 102. & 127. & dict. prælud. 2. num. 8.* illūd adiciens, priuilegia personalia, vt in cessionarium transferantur, non solùm necesse esse, cessionem in cōmodum cedentis fieri, & quòd cedēs directas actiones exerceat; sed vt cessio voluntaria, non necessaria sit; nam ex necessariâ cessione priuilegia personalia non transire existimat, in quâ opinione fuit Donell. *lib. 15. comm. cap. 43.* qui plus tribuunt voluntariæ, quàm necessariæ cessioni, sequitur Hunnius *resol. ciuil. lib. 4. tract. de actionib. part. 7. quæst. 9.* Ex quo asserunt *in dict. l. ex pluribus*, priuilegium pupilli in cessionarium non transisse, quia pupillus non voluntariè, sed ex necessitate tutori qui solidum soluit, actiones suas mandauit. 6

Præ-

7 Prædictam † tamen distinctionem, quamuis retulerit Gaius, eam nõ admisit; nec ego probo, quia rem non satis aperit; maximè cùm cessio aliquandò in cedentis simùl, & cessionarij gratiam, seu vtilitatem celebretur. Magisque displicet noua Donelli, & Acostæ sententia, qui ex voluntate cedentis pendere asserunt translationẽ priuilegij personalis in cessionarium, plus indulgentes ei, qui sponte offert, cui cessio necessariò facienda nõ est, quàm ei, qui coactus soluit, & exigẽdæ cessionis inshabet, quod absonum est, & conuincitur ex ratione text. *in dict. l. ex pluribus*, vt notat Schiford. *dict. quæst.* 23. vers. *nunc de aliâ*, & Franz Kus *sup. à num.* 32.

8 Nec † magis placuit Schifordeg. ibi, alia Petri Barbosæ distinctio *in l. post dotem, à num.* 55. *ad* 66. *D. solut. matrim.* qui discrimen constituit inter priuilegia, quæ actioni cohærent, & ea, quæ exactionem tantùm respiciũt: vt illa transeant in cessionarium, hæc verò minimè transferantur. Nàm vt benè aduertit Schifordeg. multa priuilegia exactioni actionis tribuuntur, quæ quia realia sunt, licèt exactionẽ respiciant, transeunt cum re, & actione cui adhærent.

Aliter † sed non magis fœlicitèr ré
9 explicat Gaius *dict. quæst.* 11. *à num.* 169. qui asserit, priuilegium personæ propter personam concessum in cessionarium non transire, si tamen personæ propter causam concedatur, in cessionarium transferri, dummodo cessio non voluntaria sit, sed ex vtrâque parte necessaria, iuxta distinctionem Bart. de quâ sup. Ex quo infert, priuilegio pupilli eius cessionarium minimè gaudere, iuxta *dict. l. ex pluribus*, quia pupillo nõ propter causam, sed propter eius personæ imbecillitatem, & fragilitatem, prælationis priuilegium tribuitur; quod in dotis priuilegio aliter se habere profitetur, quia etii mulieribus prælatio concessa sit, id tamen propter dotis causam, & eius contemplatione fuit inductum, *l. 1. D. solut. matrim.* ibi: *Dotis causa semper, & vbique præcipua est, l. fin C. ad S. C. Velleianum*, ibi: *Cum enim scimus fauore dotium, & antiquos iuris conditores seueritatem legis sæpius mollire, l. vnic. §. sed & vt plenius, C. de rei vxoriæ actione*, ibi: *In esse dotibus intelliguntur.*

Hæc † autem distinctio, aliis relatis, longè fallax est, cuius prima pars expresè conuincitur, quia licèt priuilegium personale non ob causam, sed personæ contemplatione concessum sit, tamen sæpius accidit, vt per cessionem simùl cum ipsâ actione in cessionarium transferatur, vt ex infrà dicendis apparebit. Secunda etiam distinctionis pars vera non est, quia priuilegium prælationis mulieri competens, non causæ, ideſt doti datum est, sed mulieris personæ prouidentiâ inductum, *l. fin. l. assiduis, C. qui potiores in pignor. habeantur*, §. *fuerat in fin.* ibi: *Cuius solius prouidentiâ hoc induximus, Institut. de actionib.* Rodriguez *de concursu* 1. *part. art.* 1. *num.* 16. Anton. Faber *lib.* 8. *coniect. c.* 13. *in princip.* Schifordeg. *dict. quæst.* 23. *in fin.* & tanquàm mere personale ad heredes, vel cessionarios non transit, *l. vnica, C. de priuilegio dotis, authent. vt exactione instante dotis, coll.* 7. cum aliis infrà, Rodriguez *dict. num.* 16. Horat. Carpan. *ad stat. Mediol.* 1. *tom. c.* 451. *num.* 20.

Recensuimus † Interpretum sentẽ- 11
tias, quibus missis, vt tàm quæ ad priuilegia realia, quàm personalia quæstionis nostræ materiam aperiam: cõstituo, priuilegium aliud reale, aliud personale appellari, iuxta Acostam *d. prælud.* 2. *à num.* 1. cum aliis, quos rẽtulimus supra *tit.* 2. *quæst.* 1. reale priuilegium dicitur, quod rei, vel actioni, causæ vè cohæret. Personale verò, quod personis speciali aliquâ ratione indulgetur, veluti pupillis, mulieribus, vel nobilibus, Acosta vbi proximè Iacobus Cuiacius *lib.* 1. *diffin. Papiniani*

piniani addict. l. ex pluribus, agnoscũt ferè omnes, quos retulimus; explicat elegantèr Donell. *lib. 21. com. cap. vltim.* latè Noalis *de transmissione casu 23. per totum*, omninò videndus, qui late agit de transmissione priuilegiorum tam in filios, quam in extraneos, D. Larrea *decis. 31. à num. 20.*

12 Priuilegium † reale, cessâ actione, cui cohæret, cum ipsâ in cessionarium transfertur: vbi enim priuilegia causæ sunt, cum ipsâ causâ, & actione tranſeunt, ipsamque committantur, *l. in omnibus 68. D. de reg. iur. l. priuilegia 168. D. eod. tit. l. cum patronus 18. D. de legat. 2. l. 1. §. 1. D. de iure immunit.* Gallerat. *de renunc. lib. 1. cap. 4. num. 52.* Frantzkius *dict. resol. 14. à num. 2.* Quarè cum tacitæ hypothecæ beneficium, quod mulieribus propter dotes conceditur; & minoribus in bonis tutorum, non tàm personam mulieris, & minoris respiciat, quàm ipsi actioni de dote, & tutelæ sit concessum; inde est, vt in cessionarium mulieris, & pupilli, vel in eorum heredes transferatur. Curia Philip. *lib. 2. cap. 6. num. 25.* Boerius *decis. 335. num. 3.* Ripol. infrà referendus *à num. 289.* Rodriguez *de concurs. 1. part. art. 1. num. 16. & 17. & art. 4. num. 14.* à vers. *merito*, Marta *in comp. decis. tom. 3.* verb. *cessio, c. 3.* Pacificus *de Saluiano interdicto inspect. 3. cap. 4. num. 61. & 62.* Franc. Marcus *decis. 643. tom. 2.* D. Valenzuela *cons. 15. num. 35.* Alex. Trentacinq. infrà referendus *resol. 5. num. 2.* Acosta *de priuileg. credit. reg. 3. ampl. 48. n. 103. cum sequentib.* nullo ex his relato Merc. Merlin. *de pignor. lib. 3. quæst. 47. à num. 1. & lib 4. quæst. 232. à nu. 11.* Schifordeg. *dict. quæst. 22.* vbi etiam notat, priuilegium dotibus concessum, vt nullas admittat retentiones, de quo *in l. vnica, §. taceat, C. de rei vxoriæ actione*, ad dotis cessionarium transire.

13 *Nec † solùm cessâ actione personali tacitæ hypothecæ beneficium transit in cessionarium, sed quælibet alia hypothecaria actio, siue hypotheca ex generali, siue ex speciali obligatione descendat, & siue tacita, siue expressa sit, Bald. *in l. si solutum cum leg. sequent. C. de obligat. & action.* ex Negusantio, & alijs Bertazol. *clauſ. 27. glos. 8. num. 13.* Alex. Trentacinq. *lib. 2. variar. tit. de action. resolut. 5. num. 1.* Hieronym. de Leon *lib. 1. decis. 26. num. 14.*

Hinc † etiam descendit, quòd cùm dotibus inter alia priuilegia, illud in- 14
dulgeatur, quod si duo instrumenta eâdem die confecta appareant, dotis instrumentum anterius præsumatur, notant *DD. in l. 1. D. soluto matrim.* ex Anton. Gomez & Barb. D. Amaya *in l. 1. C. de iure fisci, num. 40.* Gaito *de credit. cap. 4. à numer. 1863.* Acosta *de priuileg. cred. reg. 3 in præfat. nu. 10. videndus à num. 1. ad 34.* nouitèr Parexa *de edit. instrum. tom. 2. titul. 7. resolut. 5. à num. 44. & 70.* qui latissimè disputant de prælatione duorum instrumentorum, quæ vnâ die, vel hora confecta sunt, & ex quibus eorum alterum anterius præsumatur, de quo nos infrà. Priuilegium illud prælationis instrumento dotali concessum, in dotis cessionarium transibit, Barbosa *in l. 1. part. 2. num. 2. & 3. D. solut. matrim.* Gaito *dict. cap. 4. numer. 1714.* Schifordeg. *dict. tract. 23. quæst. 2. circa finem*, Acosta *dict. reg. 2. ampl. 6. à num. 133.* Merlin. *dict. quæst. 47. num. 45. & lib. 3. quæstion. 78.* vbi quod transit in heredes etiam extraneos. Priuilegium † autem dotibus con- 15
cessum, quòd pro repetenda dote fideicommissi bona alienentur, de quo *in authent. res quæ, C. de fideicommiss.* Molin. *de primogeniis lib. 4. cap. 6.* vbi addentes, Fontanell. *de pactis nupt. clauſ. 5. glos. 1. p. 2. per tot.* Velasc. *de priuilegiis paup. 1. part. q. 22. à nu. 43* Anton. Faber *de error. prag. dec. ad. 20. error. 2.* an in dotis cessionarium trãseat, videndi Horat. Carpan. *ad stat. Mediol. 1. tom. cap. 451. nu. 21.* multis relatis Fusarius *de substitut. quæstion.*

*stion.*531.*d n.*38. Sfortia Odd.*d. quæstion.*40.*art.*14. Noal.*de transm. casu* 22.*nu.*4.

16 Ex † eodem filo pendet resolutio illius quæstionis, quam excitauit Ignatius del Villar *resp. iur. lib.*2.*resp.*16.*cap.*3.*à num.*28. an dominus fundi locati, qui propensione in fructibus eiusdem fundi tacitam hypothecam habet cum prælatione aliorum creditorum cuiuscumque qualitatis, iuxta pragmaticam *anni* 1594. quæ est *l.*25. *tit.*21.*lib.*5.*Recop. cap.*3. Gratian. 1. *tom. discept.*25. Gaspar Thesaur. *lib.*2. *quæst. Forens. quæst.*29. Gironda *de priuilegiis quæst.*54.*à num.*269. Felician. *de censibus* 2.*tom. lib.*3.*cap.*5.*nu.*14. Narbona *in dict. l.*25.*glos.*4. Ignatius del Villar *dict. cap.*3. Acosta *de priuileg. credit. reg.*1.*ampl.*12. *à num.*12.*& reg.*3.*ampl.*3.*num.*44. latissimè Merlin. *quæst.*67.*per tot.* statim referendus, si cedat actionem contra colonum, an cessionarius eodem priuilegio, & prælatione vtatur in quo dubio securè resoluit, cessionarium eâdem prælatione vti; quia priuilegium hoc non personæ; sed causæ, & actioni tribuitur, ideòque ipsam committatur, sequitur Narbona *dict. glos.*4.*nu.*10. Nec audiẽdus est Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.*389.*num.*4.*& cap.*390.*num.*112. Gratian. 1.*tom. discept.*117.*num.*16. Pacificus *de Saluiano interdict. inspect.*3.*cap.*2.*num.*923. qui tenent contrarium etiam quoad hypothecam, quàm opinionem sequitur ex Pacifico, & Carpan. Merlin. *de pignorib. lib.*2.*quæst.*67.*num.*96. Idemque

17 † procedere asserit Villar *num.*35. in priuilegio, & prælatione eius, qui mutuauit ad rem emendam, de quo *in l. licet, C. qui potiores in pignor.* Amato *resol.*3. Acosta *reg.*2.*ampl.*5. Carleual. *de iudiciis lib.*1.*tit.*3.*disp.*28. *per tot.* quod quia facto, & mutuo cohæret, cum ipsa actione transfertur in cessionarium.

18 Ex qua † doctrina obiter aduerto, securam non esse aliam Carocij *de depósito* 1.*part. tit. de casu, num.*51. quẽ sequitur Hermosill. *in l.*5.*tit.*3.*part.*5 *glos.*5.*num.*15. vers. *sublimita*, qui asserunt, quòd si is, qui deposuit pecuniam, cedat actionem depositi contra depositarium, cessionario agenti non potest obiici compensatio, si directâ actione cedentis nomine agat; secus verò si vtili suo nomine experiatur: nam tunc compensationis exceptio cessionario obstabit. Verius enim credo, nullo casu cessionario compẽsationem obstaturam, quia cùm depositi priuilegium, quod ei compẽsatio obiici non possit (ad latè tradita per Hermosill. *dict. glos.*5.*per tot.*) reale, non autem personale sit; indistinctè eo vti debet cessionarius, siue directam, siue vtilem actionem exerceat. Vndè etiam audiendus non est Marãta *in l. si actor, D. de procuratorib. nu.*27. Paulus Gallerat. *de renunciat. tom.*1.*lib.*1.*cap.*4.*nu.*75. dum asserunt, cessionarium priuilegiis actionis cessæ eo casu vti, quo exercet directas actiones, non verò si vtilibus agat.

Transgrediamur † iã ad priuilegia 19
personalia, in quibus non tàm actio, & causa contemplata fuit, quàm persona, quæ meruit fauorem: quæ an in cessionarium transferantur, quàm difficile sit dignoscere, apparet ex variis, & contrariis sententiis, quas retulimus: et indistinctè cessibilia non esse, cum ad heredes non transmittantur, latè ostendit Noalis *dict. casu* 23. *per tot. & a num.*21. Ego tamen superioribus distinctionibus reiectis, id cõsiderandum fore existimo: an ex eo, quòd in cessionarium non transferatur priuilegium personale, aliquod cedenti damnum sequatur; nàm si cedẽs nullum damnum pateretur, cessionarius priuilegio personali non vteretur: tametsi non vtiles suo nomine, sed directas, & mandatas actiones cedentis nomine exerceret: sin verò cedenti præiudicium sequatur, in cessionarium etiam priuilegia personalia trãsibunt: discriminis ratio inter primũ,

&

& secundum casum est, quòd vbi cedentis nihil interest, cessionariũ priuilegiis personalibus vti, cessat fauor personæ, cui priuilegium illud speciali rarione fuit indultum; at verò vbi cedentis vtilitas versatur in eo, quòd in cessionarium iura sua trãseant; veluti quia iuris, & facti enictionẽ præstare tenetur, & cessionario non exigentẽ ipse manet adstrictus, adhuc durat fauor personæ, cui lex prospectum voluit: et eo casu non tàm cessionario, quàm cedenti fauetur, ex cuius personâ, & nomine mandata actio exercetur.

20 Neque † in iure infrequens est, vt quis alterius priuilegio personali vtatur, si id priuilegiato expediat; vt accidit in fideiussore, & correo, qui licèt conuenti à creditore non possint se iuuare exceptionibus, seu priuilegiis personalibus debitori, vel correo competentibus, sed tantùm realibus, quæ non personæ, sed causæ cohærẽt, *l. si stipulatus* 15. *D. de fideiussorib. l. exceptiones* 7. *§.* 1. *l. omnes* 19. *D. de exceptionib. l. defensores, C. eod. tit.* latissimè Guzman *de euictionib. quæst.* 10. *per tot.* qui refert Heringium, & alios; Marius Muta *decis.* 6. *per tot.* Noalis *de transmiss. casu* 26. *num.* 14. & ferè per totum, Costa *in tract. re integra distinct.* 92. *à num.* 13. latè Melo *de inductiis debitor. quæst.* 25. *per tot.* Mantica *de tacitis lib.* 16. *tit.* 15. *per totum*, Larrea *dict. decis.* 31. *num.* 24. tamen vbi debitori, vel correo sequeretur damnum, si fideiussor, vel correus eius personalibus exceptionibus non vterentur, quia soluentes regressum habituri essent contra debitorem, indubitatũ est ipsos etiam exceptiones personales correo, vel debitori competentes opponere posse, vt post alios tradunt Gironda *de priuilegiis quæstion.* 172. *num.* 920 Hunnius *in Encycloped. iuris* 2. *part. tit.* 7. *cap.* 3. *à num.* 13. Melo *vbi proximè n.* 15. Alex. Trẽtacinq. *lib.* 2. *var. tit. de minorib. resol.* 4. *nu.* 7. Osuald. *ad Donell. lib.* 22. *comment. cap.* 4. *lit. K. & segg. & cap.* 5. *lit. I. & 6.* 9. *lit. BB.* Donell. & Osuald. *lib.* 21. *cõmen. c. vlt.* ex Boerio, Carocio Grass. Genoâ, Noguerol *allegat.* 15. *numer.* 50. conducit D. Ioseph Retes *opusc. lib.* 1. *cap.* 8. *à num.* 7. *ad* 11. vbi rectè explicat quandò fideiussor minoris possit se iuuare beneficio restitutionis? de quo vltra Trentacinq. & alios quos retulimus, Acosta *de priuileg. credit. in prælud. num.* 17. latè varia iura expendens Vlricus Hunnius *var. resolut. lib.* 3. *tract.* 5. *q.* 10. qui resoluit non prodesse ei beneficium restitutionis, si tanquãm pro minore fideiussit.

Quemadmodùm † priuilegio personali mihi competenti vtitur alius, cui priuilegium concessum non est, quoties accideret, quòd si eo non vteretur, id damno meo cederet, *glos. in l. vlt. C. de munerib. & honorib. non cõtinuand. lib.* 10. Surdus *decis.* 301. *à nu.* 10. *& cons.* 525. *numer.* 18. *&* 22. *& cons.* 304. *num.* 11. *&* 301. *à num.* 80. Mancius *in patrocin. debitor. decade* 3. *quæst.* 10. *num.* 17. elegans consilium Baldi 31. *incipit statuto ciuitatis lib.* 1. Marta *de iurisdict. Eccles.* 4. *part. casu* 117. *num.* 16. *& casu* 13. Tondutus *quæst. ciuil. cap.* 44. *num.* 11. qui loquitur in terminis cessionis. 21

Vndè † securè resolues, cessionarium mulieris, pupilli, vel alterius, qui fauore personæ priuilegium prælationis habent, eo etiam potiri quotiès alias damnum sequeretur cedenti; obliquè namque, & per indirectum priuilegium amitterent, si eo cessionarij non vtentes, regressum habituri essent contra cedentes. Quarè cauendum erit ab Horatio Carpan. *dict.* 1. *tom. cap.* 451. *num.* 20. dum asserit, cessionarium iurium dotalium, vel procuratorem in rem propriam, licèt sit maritus, prælationis ius nõ habere. Nam eius doctrina quoad maritum vera non est, cui si mulier actionem de dote, quam aduersus primi mariti heredes habet, in dotem concedat, mulie- 22

ris

ris prælatione vtetur, nè aliàs indirectè ipsa priuilegium suũ amittat, vt in indiuiduo post Bald; Nouell. & Menoch. tradit Pacificus *de Saluiano interdicto inspect. 3. cap. 2. num. 922.* videndus *à nu. 917.* hoc enim interesse mulieris cessante, certum est, prælationis priuilegium in eius cessionarium non transire, Hunnius *in Encyclop. iur. p. 3. tit. 13. cap. 5. num. 38.* & hanc distinctionem exNegusant. & Fachineo sequitur Merlin. *de pignorib. lib. 3. quæst. 47. à num. 35. & 40.* nullum tamen refert ex his quos laudauimus.

23 Ex † qua verissimâ doctrina facilè intelliges textum *in dict. l. ex pluribus 42. D. de administratione tutorum*, nã ideò in tutorem, cui pupillus actiones suas mandauit aduersus contutores, priuilegium pupilli non transfertur, quia pupilli nihil intererat: cùm tutor aduersus eum nullum regressum habere possit: satisfacit enim cedendo actiones contra tutores facto suo non elisas; non tamen tenetur de euictione, quamuis debitores cessi locupletes, seu soluendo non sint, iuxta ea quæ nos alibi diximus.

24 Similitèr † ex eâdem doctrinâ noua, & vera lux datur Imperat. Iustiniano *in authen. vt exactione dotis instante, coll. 7. nouell. 91. in princ.* vbi docet, heredibus, aut creditoribus mulieris prælationẽ, quam ipsa pro dote haberet, non competere. Ideò enim heredibus non datur priuilegium, quia cũ personale sit, in heredes non transfertur (an autem ad filios, vel nepotes mulieris hoc priuilegium transmittatur, videndi Rodriguez *de concurs. 1. part. art. 1. num. 16. & 17.* Cancerius *2. part. variar. cap. 7. num. 92.* Fontanell. *de pactis nupt. claus. 7. glos. 2. par. 10, à num. 42.* Ripol. *variar. cap. 10. à num. 299.* Acosta *de priuileg. credit. regul. 2. ampl. 6. num. 130. & à nu. 102.* Anton. Faber *lib. 8. coniect. cap. 13.* Schifordeg. *lib. 3. tract. 23. quæst. 22.* FrantzKus *sup. à num. 52.* Hunnius *in Encyclop. 3. part. tit. 13. cap. 5. nu. 36. & 37. & resol. iur. ciu. lib. 3. tract. 3. part. 5. quæst. 5.* veriorq; sententia est, dotis priuilegia ad filios heredes trãsire, sequitur nullo tamen ex his relato Merlin. *dict. quæst. 47. à numer. 23.* qui intelligit dummodo ex eodẽ matrimonio sint: et extendit etiam ad alios descendentes; & ad monasteriũ ex persona filij professi, Pacificus vbi proximè, qui etiam in cessione filiis factâ eandem sentẽtiam probat) Creditoribus etiam non præstatur, quia cùm ibi mulierem iam decessisse proponatur, personæ eius fauor, & vtilitas cessat, eiusque nihil interest, quòd eo priuilegio creditores sui vtantur, idemque esset, licèt viuente muliere creditores experirentur, maximè si ipsa nulla alia bona haberet, ad quæ regressum possent intendere. Alia verò res esset, si mulier actionem de dote creditori suo, vt ei satisfiat, seu solutionis causâ (non insolutum) cederet, nàm cùm creditor, si eo casu dotẽ exigere non valeret, regressum habiturus esset contra mulierem, eiusque bona; nè mulier indirectè damnũ patiatur, eius priuilegium, & prælationem haberet, quia non tàm ei, quàm ipsi mulieri consulitur, facit Acosta *dict. prælud. 2. num. 26. & à nu. 8.*

25 Nec † non etiam ex his intelligenda, & interpretanda sunt iura *in l. si vẽtri, §. eorum, D. de priuil. creditor. l. 2. D. de cessione bonor.* quibus cauetur, eũ qui soluit creditori priuilegiato in ei priuilegiũ succedere, nã procedũt in priuilegiis cõpetentibus ratione causæ, vel actionis; non verò in priuilegiis, quæ personæ cohærent, iuxta Bartol. *in dict. l. post dotem, num. 62.* videndus à vers. *succedit igitur secunda*, Gratian. *1. tom. cap. 117. num. 19.* quæ interpretatio vera est, quicquid dicat Gaitus *de credit. dict. cap. 4. n. 1692.*

26 Quarè † cautè legendus est Acosta *dict. prælud. 2. num. 45.* D. Larrea *decis. 20. num. 11.* Surdus *cons. 444. n. 10.* quatenus ex dictis iuribus probant, priuilegia personalia transferri in eũ, qui

qui ex sua pecunia dimisit priuilegia tum creditorem: nam verius est, quòd vbi soluens pro alio in ius dimissi creditoris, & in eius priuilegia succedit, iuxta ea, quæ latè diximus *suprà tit. 4. quæst. 1. & 2.* id intelligendum est de priuilegiis actionem ipsam committentibus; non verò de his, quæ speciali ratione, & priuilegio personæ conceduntur, quæ non alitèr insoluentem vel cessionarium transeunt, quàm si vtile sit cedenti, & damnum patiatur, si cessionarius suo personali priuilegio, & prælatione non vtatur.

27 Hinc† resoluenda est anceps illa disputatio; an vbi creditori speciali ratione permittitur, vt vsuras, seu interesse aliquod annuatim percipiat à debitore, interim quòd ei sors principalis soluitur, si cedat actionem suam, & creditum, cuius ratione vsuras percipit, possit cessionarius easdem vsuras in posterùm exigere, quemadmodùm ipse cedens posset? Sunt namque diuersi creditores, quibus vsuras exigere permittitur, qualis est marit⁹, cui dotis promissæ propter retardatã solutionem vsuræ debentur; & pignoris fructus iustè percipit. Vidua, cui interim quòd dos non restituitur, vsuræ debentur. Mercator, qui ratione lucri cessãtis, licitè de vsuris pacisci tur. Vẽditor rei fructiferæ, cui vsuræ recompensatiuæ præstantur, donec pretium rei venditæ soluitur; de quarum vsurarum iustificatione in prædictis personis, vt alios omittam, latissimè agit Carleual. *de iudiciis tom. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 8. sect. 3. 4. 5. & 7.* nouitèr Honorat. Leotard. *de vsur. quæstion. 74. & 27. & 30.*

28 In† is personis dubitari contingit, an si ius suũ, & actionẽ in alium transferant, possit cessionarius vsuras exigere? Er in cessionarium simul cũ creditoius exigendi vsũras tranferri, indistinctè tradit Hypol. Montan. *in addit. ad Oliban. de action. p. 2. lib. 1. cap. 4. num. 17.* Ego verò vt distinctè procedam, distinguendum esse arbitror: an maritus, vidua, mercator, & similes ius tantùm, quod habent exigendi vsuras, cedant; manente apud ipsos actione, & credito principali: an verò omne creditum, & actionem principalem cedant? Nam si ius tantùm, quod habent exigendi vsuras, cederẽt: crederem cessionem consistere, maximè si ex causâ onerosâ fieret: quis enim dixerit, marito, vel mercatori licitum non esse vendere ius, & actionem pro exigendis vsuris, donec ipsis de sorte principali satisfit? videas *infra numer. 45.*

Quapropter† dubium eo dunta xat 29
casu versabitur, quo actio, & creditũ
ceditur; veluti, si maritus, vel vidua actionem ad dotem cedant: mercator, vel venditor nomen transferant, in quo sibi de vsuris expressè cauerant, cedendo simul, & transferando in cessionarium omnia iura ipsis competẽtia. In quâ difficultate Arias de Mesa *d. lib. 1. var. c. 21. n. 20.* recurrendum fore asserit ad eam distinctionem; an cessionarius nomine cedentis, & ad eius commodum agat, ita vt omnis vtilitas ad eum peruenire debeat. Nã tunc asserit, ius exigendi vsuras futuras in cessionarium simul cum actione transire; aliud verò esse, si cessionarius vtili actione ad suum commodũ ageret?

Quàm† distinctionem suprà re- 30
iecimus: nec videò quo pacto stare, seu cõcurrere possit, quod quis sit cessionarius, & quod omnis vtilitas actionis cessæ, omneque quod exigitur ad cedentem debeat peruenire absq; vllâ cessionarij vtilitate, prout sentit Arias de Mesa, & placuerat antẽ eum Dominico Gaito *de credito cap. 2. titul. 3. numer. 433. & à num. 485.* ibi: *Secundus casus, quandò cedens cederet iura, & actiones ad sui commodum tantùm absque vllâ vtilitate cessionarij,* sequitur D. Francisc. Merlin. *tom. 2. contr. c. 31. n. 5.* licèt fateatur, illam veram cessionem non esse, Barbos. *in d. l. post dotẽ ante, n. 65.*

ibi: *Tamen si cessionarius agat mandatis actionibus per maritum, nō vt apud se retineat, sed vt in maritum transferat, admittetur ad petendum prædictas vsuras*, Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 7. C. de obligat. & actionib. defin. 1. & in notis, nu. 16.* ibi: *Tanquam alius quilibet simplex procurator*, idem Fab. *d. l. 12. cō. c. 9. in fin.* Implicat enim, quòd quis cessionarius sit, & quòd vtilitas actionis cessæ, idque quod exigitur ad cedentem perueniat, iuxta cessionis diffinitionem, secundum quam per cessionem omne ius abdicatur à cedente, vt transeat in cessionarium, Fontanell. *decis. 166. nu. 16.* optimè Gallerat. *de renunciat. tom. 1. lib. 1. cap. 4. numer. 15.* ibi: *Et cum agitur vt emolumē tum pertineat ad cedentem, hoc contrarium est naturæ cessionis, & resoluitur in simplex mandatum.*

31 Vndè † pro verâ resolutione distingues, an ius exigendi vsuras concessum sit ob aliquâ causam, vel qualitatem in persona cedentis insitam, an verò propter aliquam causam, quæ cedentis personam principaliter nō respiciat: nam si persona cedentis nō sit præcipua, & immediata causa priuilegij, cesso nomine, & actione cum omnibus iuribus, ius exigendi vsuras etiã transibit. Exemplum erit in vsuris recompensatiuis, quæ venditori rei fructiferæ debentur, donec emptor pretium soluat, iuxta *l. curauit, C. de actionib. empt.* latè Carleual. *d. sect. 5.* Hermosill. *in l. 28. glos. 2. à nu. 17. tit. 5. p. 5.* quæ cùm non permittantur propter aliquem venditoris fauorem specialem, sed potius ex eo, quòd æquum non sit, emptorem pretium rei venditæ retinere, simulque & eius fructus percipere, cum euidenti venditoris dãno, qui re suâ, & pretio careat, quod ius cùm personæ venditoris non cohæreat, nihil est, quod eius cessionem possit impedire: proindè in cessionarium venditoris, siue ex causâ necessariâ, vel voluntariâ, ius exigendi vsuras recompensatiuas transire, tradũt post Paril. Bertaz. *claus. 29. glos. 11. n. 3.* ex Hypol. Montan, Couar. Aluaro Valasco, Rodrig, & aliis, Iacob. Cancer. *3. p. var. c. 7. n. 45.* Surd. *cons. 269. nu. 5. & 31.* Hermosill. *dict. glos. 2. num. 56.* nouissimè Tondutus *resolut. ciuil. cap. 21. num. 13.*

Att verò quandò vsurarum perce- 32
ptio permittitur ob aliquam qualitatem, quæ in persona cedentis inuenitur, & cessat in persona cessionarij, in eum ius vsurarum non transibit: veluti si mercator cedat nomen, cuius ratione vsuras exigit; nam in cessionariũ, in quo qualitas illa deficit, ius exigendi vsuras mercantiales minimè transferetur, vt rectè sentit Rodrig. *de reditib. lib. 3. q. 4. n. 41.* quem laudat Cancer. *d. c. 7. n. 45.* qui ampliant, vt nec in heredem non mercatorem ius illud transeat: cùm ipse mercator, si desineret negotiari, vsuras in pactum deductas in posterum exigere nō posset, quasi in eo cessaret causa priuilegij, *l. priuilegia cum vulg. D. de reg. iur.* ex Rodrig: *d. loc.* tenet nouitèr Leotard. proximè referendus *q. 29. nu. 12.* Et in cessionarium minoris, vel Ecclesiæ ius vsurarum non transire, idem Leotard. *quæst. 82. nu. 25.*

Ex † quibus petenda est resolu- 33
tio illius quæstionis: an vbi vidua cedit actionem de dote, transeat in eius cessionarium priuilegiũ, & ius, quod ipsa habet exigendi ab heredibus viri interesse, seu vsuras dotis retardatæ? Et affirmatiuam sentẽtiam, quòd in cessionarium ius hoc transferatur, defendunt Parisius *cons. 64. vol. 4.* Mõter à Cueua *decis. 35. n. 5.* quos sequitur Schifordeg. *d. q. 24. in fin.* Bertaz. *d. claus. 29. glos. 11. n. 3.* Thoro *2. part. comp. decis.* verb. *cessionarius iuris luẽ dicirca princip.* qui refert Gratum, & Surdum.

Negatiuam † verò sententiam, 34
quòd cessionarius viduæ vsuras percipere non possit, veriorem dicunt Bald. *in rubric. C. de vsuris, numer. 6.* Menoch. *cons. 703. numer. 17.* Sesse, Ma-

Manent. Costa, & alij, quos sequuntur addentes ad Molin. *de primog. lib. 4. c. 5. nu. 6.* Petr. Surd. *cons. 269. n. 29.*

35 In quo † opinionũ conflictu, vt veritatem assequamur, considerandum fore existimo, quâ ex causâ liceat viduæ vsuras dotis accipere, & in pactũ deducere: an propter aliquê eius specialem, siue personalem fauorem; an verò ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, talitèr vt non constito de lucro cessante, vel damno emergẽte non liceat ei similes vsuras exigere. Et licèt consentiant omnes non aliter vsuras dotales esse permissas, quã si ex retardatione vidua aliquod lucrum amisisse, vel damnum ei emersisse appareat, iuxta latè tradita per Carleual. *de iudiciis d. sect. 4. per tot.* Amatum *tom. 1. resol. 49. à nu. 84.* Giurb. *ad consuet. Mcssan. 1. p. cap. 15. glos. 15. per tot.* Capycium Latro *decis. 97.* Marium Cutell. *de donat. contemp. matrimon. 2. tom. tract. 2. disc. 1. special. 30. nu. 15.* Hermosill. *in l. 10. glos. 4. à nu. 211. tit. 1. p. 5.* D. Larrea *decis. 37. à nu. 27.* nouitèr, & doctè prosequitur Leotardus *de vsuris q. 30. à nu. 39.* tamen id indulgeri viduis inuenio, vt nõ probato interesse, vel damno, licitè dotis retardatæ vsuras exigant, propter frequentes redituum annuorum venditiones, testantur de praxi Gutierrez *de delictis quæst. 91. à nu. 31. & 33.* addentes ad Molin. *dict. c. 5. nu. 6.* multis relatis Noguerol *alleg. 17. artic. 1. per tot.* Acosta *de priuileg. cred. reg. 3. limit. 2. nu. 46. in fin.* cùm alias iuxta veriorem sententiam, vsuræ non iustificentur, ex eo quòd frequens sit in prouinciâ redituum annuorum vẽditio, nisi in specie etiã probetur extitisse occasionẽ emẽdi bona stabilia, aut censum; simulque animũ adfuisse, & destinationẽ implicandi pecuniam in emptionẽ census, vel stabiliũ, vt rectè tradit in terminis viduæ exigentis interesse dotis retardatæ Carleual. *dict. sect. 4. n. 32. in fi. & sect. 6. n. 105.* Larrea *sup. nu. 28.* omninò videndus D. Vela *2. tom. decis. 35. à n. 49. ad 53.*

Quo † suppositio dicerem, quod si vidua cederet actionem de dote cum omnibus iuribus; si in cessionario, in quem dotis actio transfertur, cessaret ratio exigendi vsuras, quia ei ex retardatione nullum emergit damnũ, nec vllã lucri cessantis ratione sentit iactutam: indubitatum erit, cessionario ius exigendi vsuras non esse, cùm in eius personâ deficiat ratio, quæ eas iustificabat in viduâ cedente; pro quo faciunt quæ proximè diximus de cessionario mercatoris. Nec poterit cessionarius viduæ ex eius personâ vsuras prætendere, cum post cessionem nihil interesit viduæ dotis solutionem retardari. 36

Si verò in † cessionario concurreret eadem qualitas, quæ in cedente, quia ex morâ insoluendo lucrũ amitteret, aut damnum sentiret; crederem eum cedentis iuribus vsurum, maximè si viduæ aliquo modo interesit, ad tradita per Cancer. *d. cap. 7. n. 46. & p. 1. c. 9. nu. 63.* vers. *hoc latè*, non tamen fruitur vllo commodo speciali, ratione personæ mulieris concesso, ad tradita per Amatum *dict. resol. 49. nu. 81 & 82.* vbi ex multis probat, quòd vbi heredes viri intra annum luctus viduã alere tenentur, ius hoc in eius heredẽ, vel cessionarium non transit. 37

An † autem in his locis, in quibus lege municipali constitutũ est, quòd vxor mortuo viro in ris ministerio absque aliquâ apprehensione bona viri possidere cẽseatur, ipsorumque bonorum fructus suos faciat, quousque de dote, & spõsalitio sit satisfacta, si vxor actionem de dote cedat, an priuilegium illud tenutæ, & retentionis simulque faciẽdi fructus suos in cessionarium trãseat? videndi latè agentes Hermosill. *in l. 9. tit. 2. p. 5. glos. 3. n. 75* Fontanell. *de pactis nupt. claus. 7. glos. 3. p. 8. à nu. 20.* Cancer. *2. part. variar. cap. 7. à n. 107. & 1. p. c. 9. à n. 59.* latius Ripol. *var. resol. cap. 10. à nu. 450.* qui affirmatiuè resoluit. 38

39 Superioribus † proximũ est, an maritus, qui vsuras, & interesse dotis promissæ, & non solutæ iustè percipit, iuxta late tradita per Cyriac. *lib.* 1. *cont.* 30. Honor. Leotard. *de vsuris q.* 28. *per tot.* Fontan. *de pact. nupt. claus.* 6. *glos.* 2. *p.* 6. Hermosill. *in l.* 10. *tit.* 1. *p.* 5. *gl.* 2. *à n.* 149. Giurb. *decis.* 72. *& d. glos.* 15. quemadmodùm, & fructus pignoris prosecuritate dotis, quin eos in sortẽ principalem cõputare teneatur, *c. salubriter de vsuris*, cuius materiã latissimè prosequitur Gutierr. *de delictis q.* 91. *per tot.* D. Castillo *tom.* 3. *cont. c.* 23. *per tot.* Fontanell. *claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 15. Acosta *de priuil. cred. regul.* 3. *limit.* 2. *per tot.* si actionem contra dotis promissorẽ cedat, an in cessionarium ius exigendi vsuras, vel percipiẽdi fructus ex pignore transferatur? Et in cessionarium ius hoc seu priuilegiũ mariti transire post alios probat Rodrig. *de reditib. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 59. cui accedere videtur Amato *d. resol* 49. *nu.* 83. Felician. *de censib. lib.* 2. *c.* 5. *nu.* 23. *circa fin.* vers. *tertio cõstituo*, Vrsilis ad Afflict. *decis.* 284. *n.* 5. Sesse *decis.* 68. *à num.* 23.

40 Contrariam † tamen sententiam, quòd ius percipiendi vsuras dotis retardatæ, aut percipiẽdi fructus ex pignore, in mariti cessionarium non transeat, defendunt alij, quos referunt, & sequuntur Trentacinq. *lib.* 3. *var. tit. de pignorib. resol.* 2. *nu.* 13. vers. 2. Menoch. *cons.* 703. *à numer.* 17. Surdus *de alimentis tit.* 8. *priuileg.* 55. *num.* 6. *&* 11. latè Valasc. *tom.* 1. *consult.* 8. *à nu.* 6. Guzman *de euictionib. quæst.* 10. *nu.* 46. Cancer. 1. *part. variar. cap.* 3. *nu.* 61. vers. *huic, & dict.* 1. *part. cap.* 9. *nu.* 62. cui sententiæ licèt dubius accedere videtur Fontanell. *de pactis nupt. dict. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 15. *num.* 34. videndus Surdus *cons.* 269.

41 Alij † verò cùm tot doctissimos viros dissentientes videant, distinctionum fœdere has contrarias sententias componere conantur: nam Gaitus *de credito c.* 4. *quæsit.* 8. *à num.* 1053. & 1058. cessionarium mariti ex causâ lucratiuâ eius priuilegio non frui asserit; secùs si ex causâ onerosâ habuerit cessionem. Alitèr distinguit Barbosa *in d. l. si post dotem, numer.* 64. *in fine*, quem sequitur Mesa *d. c.* 21. *nu.* 15. vt tunc in cessionarium mariti ius percipiendi vsuras transferatur, quandò ipse eas non vt retineret, exigeret; sed vt marito traderet. Aliam distinctionem probauit Hermosill. *in l.* 10. *glos.* 4. *a nu.* 177. *tit.* 1. *part.* 5. quam ex Surdo amplexus fuerat Pacificus *de Saluiano interd. in sp.* 4. *cap.* 1. *à numer.* 57. *ad* 65. vt quoties maritus vendidit nomen, seu delegauit debitorem dotis; vel dedit in solutum, ius percipiendi interesse, vel fructus pignoris, ad cessionarium non pertineat. Secùs verò si simplicitèr cederet, veluti si mutuãti sibi 100. cesserit nomen, & actionem contra dotis promissorem, vt ab eo exigat, & interim pignore fruatur: quo casu asserit, vsuras, seu fructus perceptos in sortem principalem non esse cõputandos, si cessionarius nõ suo nomine, sed cedentis ageret: discrimnis rationem reddit, quòd primo casu cedẽs omninò liberatur, & omne cedẽtis ius in cessionariũ transfertur; in secũdo verò, cedens adhuc in obligatione manet: cui distinctioni nõ longè absimilis est alia, quã refert Acosta *de reg.* 3. *limit.* 2. *à n.* 48. *&* 55. qui asserit in cessione, quæ ad cõmodum mariti fit, eius priuilegium in cessionarium transire, non autẽ vbi cessio in cessionarij commodum facta fuisset.

42 In qua † Doctorum varietate licèt distinguentibus potius inhærendũ sit, *glos. in l. apud antiquos, C. de furtis, & in l. filiæ, C. famil. ercis.* ex Surd. Paponio, & aliis Velasc. *in loc. cõm. lit. D. axiom.* 161. *&* 164. Ansald. *de iurisdict.* 2. *part. tit.* 11. *c.* 8. *num.* 34. tamen nulla ex prædictis distinctionibus mihi placet. Nam Gaiti, Hermosillæ, & Acostæ veras non existimo. Illam autem quam ex Barbosâ retulimus, iam supra reiecimus; cùm cessionarius

rius dici non posit, qui ita agit, vt quod exigit, transferre debeat in cedentem.

43 Vndè † si quid mei iudicij est, non recedas ab ea opinione, quæ cessionario mariti ius exigendi vsuras, & faciendi fructus suos ex pignore denegat; quia cùm hoc priuilegium marito speciali ratione concedatur, scilicèt quia substinet onera matrimonij; quæ qualitas cùm in cessionario deficiat, cessare debet causa priuilegij, *l. vnica, C. de imponend. lucrat. description. lib.* 10. *l. cum patronus, D. de legat.* 2. *l. quia tale, D. solut. matrimonio, l. in omnibus* 68. *D. de regulis iuris*, pluribus exornat D. Larrea *decis.* 31. *à num.* 20.

44 Quam † tamen doctrinam videlicèt quòd in cessionarium mariti ius exigendi vsuras non transeat; intelligas velim, de vsuris futuris; nàm decursæ iam, & præteritæ rectè cedi possunt iuxta Surdum, & alios, Schifordeg. *dict. lib.* 3. *tractat.* 23. *quæst.* 23. Ad exemplum alimẽtorum; quę si anteacti temporis sint, cedi possunt; secùs si futuri, vt alibi diximus.

45 Multùm † post hæc scripta, & cùm iam prælo dari cœptus fuisset hic liber, peruenit ad manus Honoratus Leotardius Senator Nicien sis, qui *lib. singulari de vsuris, quæst.* 29. huius nostræ quæstionis disputationem in terminis proposuit, & post relatas contrarias DD. sententias, in eius resolutione ferè nobiscum conuenit, & quatuor distinctis casibus rem hanc explicat. Et in primis cessionario mariti denegat vsurarum perceptionem, quando maritus ei nomen dotis vel vendidit, vel in solutum concessit: quod intelligit de vsuris futuris, nàm præteritas viliter per maritum cedi posse profitetur. Alium, & secundum casum constituit, quando maritus cedit, vel vendit ius, quod ipse habet percipiendi fructus pignorum dotalium, vel exigendi vsuras dotis, donec dos nõ soluitur: et tunc asserit, ius hoc rectè cedere, vel vendere maritũ, iuxta *l. si debitor*, §. 1. *l. fistulas in fin. D. de contrab. empt.* prædixeram (licèt nemine relato) sup. *n.* 28. Alter, & tertius casus huic secundo similis est, quãdò scilicèt maritus nomen, quod accepit in dotem, cum ipso iure percipiendi fructus, vel vsuras pro certo pretio vendit, cedit, vel dat in solutum: quo casu cõcedit etiã emptori, cessionario, aut creditori ius vsurarũ, vel fructuũ, quod habebat maritus, facit *l. cũ post* 69. §. *mulier, D. de iur. dotiũ*. Nihil enim refert: an maritus separatim ius vsurarũ, vel fructuum pignoris vendat, vel cedat: an verò nomen dotis, simul cum hoc iure ei cõpetenti. Nè tamen decipiaris, & tertiũ hunc casum primo aduersari existimes, aduerto, primũ casum procedere, quandò maritus, cui centum ex dotis promissione debentur, nomen illud vendit, cedit, vel dat in solutum pro eâdem quantitate, nulla habitâ ratione, aut æstimatione illius iuris percipiendi vsuras dotales, vel fructus pignoris: et tunc in cessionarium ius illud non transit. In tertio verò casu simul cũ nomine vendito, aut cesso venditur, & æstimatur ius illud vsurarũ, & fructuũ pignoris: et ratione illius iuris plus aliquid accipit maritus, quã si nomen dotis tãtùm vẽderet, aut cederet: idemque est, ac si separatim venderetur, aut cederetur. Quartus, & vltimus casus est, cùm maritus, cui centum ex dotis promissione debentur, eandem quantitatẽ mutuo accipit, & nomen dotis, vel pignora pignori tradit creditori: quo casu creditor vsuras, vel fructus pignoris rectè percipiet: cum hac tamen differentiâ, quòd si maritus creditori mutuanti ratione mutui vsuras præstare obligatus sit, quas creditor ãdotis debitore percipit cum his, quæ sibi debẽtur, cõpensare teneatur: sin verò creditori vsuræ non debeantur, in sortem pecuniæ creditæ sint imputandæ: et iuxta prædicta accipiendus est, Mercurialis Merlinus *de pignoribus, lib.* 3.

quæstion. 80. *à numer.* 11. qui nouissime, non tamen ita exactè proponit, an in cessionarium mariti ius exigendi huiusmodi vsuras, & fructus pignoris transferatur, de quo idem Merlinus *dict. lib.* 3. *quæst.* 51. *à n.* 77.

Alium, & superiori proximũ subnectit casum Honoratus Leotardus *dict. quæst.* 29. *à nu.* 4. *ad* 12. an si creditor, qui priuilegium exigendi vsuras pecuniæ creditæ non habebat, cesserit marito nomen ex causâ dotis; vel alteri, cui speciali priuilegio debentur vsuræ; possit cessionarius vsuras exigere, & aduersus debitorẽ cessum vti suo priuilegio? In quo articulo resoluit, cessionarium suo priuilegio vti aduersus debitorem: quia ex quo cessum fuit ei nomen, incipit sibi deberi interesse ex personâ propriâ: & actio mutat naturam suam. Ab eo tamen tempore vsuras deberi asserit, quo cessionarius denunciauit debitori cessionem, *l. Fiscus* 6. *D. de iure Fisci.* Vbi Fisco, qui in ius priuati successit, exactio conceditur vsurarũ ex eo tempore, quo conuenit debitorẽ: Mouetur Leotardus, vt in hanc sententiã eat, ex *dict. l. Fiscus*, *l. cum quidam*, §. *debitores*, *D. de vsuris*; in quibus, si is, qui minores semissibus vsuras præstabat, Fisci debitor esse cœperit, postquam ad Fiscum trãsiuit, semisses præstat vsuras. Pro eadem etiam sententia refert textum *in dict. l. cum post*, §. *mulier*, *D. de iure dotium*; in qua, quædam mulier pecuniam sibi debitam a Seio, cum vsuris futuri temporis in dotem dedit marito. Aliud etiam pro hac sententia adducit fundamentum, scilicèt, ex hac cessione debitoris cõditionem non fieri deteriorem: quia ex quo non soluit marito, cui nomen in dotem datum fuit, tenetur creditori in id quod interest, ratione damni, quod ipse erga maritum patitur propter vsuras, quas ei soluit ratione dotis retardatæ, iuxta *l.* 1. *C. de sententiis*, *quæ pro eo*, *quod interest.* Quarè debitoris nihil refert, an dotis promissori, & creditori suo soluat interesse ratione damni; an verò marito vsuras propter moram.

Præsentem articulum, quem excitauit Leotardus, licèt nostram cessionis iurium materiam attingat, à nemine ante eũm disputatum vidi: & quãuis ipse referat Surdum in terminis agentem, eius allegationem non inuenio: refertur enim in hunc modum: *Et in specie dicit Surdus in dict. quæstion.* 42. *num.* 71. Quo loci Surdus nihil ad rem expendit; est in eâ quæstione *in tractatu de alimentis tit.* 1. *num.* 22. solum disputat: an in cessionarium mariti ius, & actio exigendi vsuras dotales trãsferatur? Sed quia hoc dubiũ nostri tractatus est, & passim accidere potest, necesse erit nostrum in eo, qualequale iudicium doctissimi lectoris censuræ subiicere. 47

Et licèt optarem Leotardi sententiæ assentiri (prout ei acquiescere videtur posthæc scripta vitus Frantzkius *variar. resolut. lib.* 2. *resolut.* 10. *à num.* 113), tamen mire, & ratione ductus pro vera resolutione necesse esse existimo duos casus distinguere. Primus est, quando nomen debitoris, aut venditum fuit, aut qua alia ratione in solutum datum. Alter, quando nomẽ simplicitèr tantùm fuit cessum, & assignatum solutionis causâ. Quæ inter se multum distant: nam primo casu vendens, aut alia ex causa in solutum dans nomen, liberatus manet, & ad solam facti euictionem tenetur: in secũdo autem, cedens non liberatur; cùm non in solutum, sed solutionis causâ nomen, quod sibi debetur, assignauerit suo creditori. Quod discrimen latius infrà prosequemur *tit.* 8. *q.* 3. 48

In primo igitur casu difficilis mihi videtur resolutio Leotardi: et potius crederem debitorem cessum, qui suo creditori vsuras non præstabat, ad earum solutionem non teneri in fauorẽ noui creditoris, cui cessus fuit; licèt ei speciali priuilegio vsuræ deberentur. Nec enim absque facto suo grauiori obliga- 49

obligationi debuit implicari, aut facto creditoris sui, deterioris fieri conditionis, iuxta ea, quæ dixi *tit. 3. quæstion. 12.* conducit optimè D. Salgado *in labyrinth. 1. part. cap. 36. à num. 20.* vbi quòd cessio non valet in præiudicium cessionarij, si eius obligatio in formâ, vel aliâ qualitate alteretur.

50 † Nec contrà faciunt rationes, quibus nititur Leotardus: parùm enim pro sua sententia strigunt iura *in dict. l. cum quidam, §. si debitores, dict. l. Fiscus 6. D. de iure Fisci*, imò aduersus eum retorquentur. Nã licèt debitores, qui maiores vsuras præstabant, si Fiscr esse cœperint, maiores ei vsuras inferant. In eo tamen Fiscus non iure communi, sed speciali priuilegio vtitur, vt agnoscit post Plateam, Peregr. & Cuiacium ipsemet Leotardus *quæst. 22. num. 3.* his verbis: *Neque tantùm ab iis debitoribus, qui principaliter cum Fisco contraxerant, semisses exigebantur, sed etiam ab iis, qui priuatis obstricti ad Fiscum peruenerant, ex quo debitores Fisci esse cœpissent, vt cõstat ex dict. l. vlt. C. de vsuris Fisci, & l. 16. D. de iur. Fisc. tametsi creditores, quibus Fiscus successit, leuiores stipulati essent, dict. l. 17. §. si debitores, D. de vsur. Ioann. de Plat. & Cuacius dict. l. vltim. & Peregrin. de iur. Fisc. libr. 6. tit. 7. num. 2. & 3. In hoc ergo priuilegium Fiscus habuit.* Cum igitur Fiscus in exigendis vsuris à debitoribus, qui priuatis obstricti ad eum peruenerũt, non iure communi vtatur, sed speciali priuilegio id ei sit indultum: consequens est, vt alij præter Fiscum eo iure potiri non debeant; sed potius eis prohibita sit vsurarum exactio, quas debitores non præstabant creditoribus, cum quibus prius contraxerunt. Fisco etiam de iure canonico interdictum esse vsuras exigere, siue à debitoribus, qui ad eum deuoluti sunt; siue ab eis, qui cum eo à principio contraxerunt, probat Leotard. *dict. quæst. 22. num. 2.*

51 † Minus pro Leotardo facit textus *in dict. l. cum post 69. §. mulier, D. de iur. dotium*, quia in ea specie non ex eo tempore quo nomen debitoris sui mulier in dotem dedit, debitor vsurarum marito efficitur ratione dotis retardatæ: imò ante dotis constitutionẽ ipsi mulieri debitor sub vsuris erat, vt in casu *l. si mulier 77. D. de iure dotiũ*, quæ iura licèt inter se pugnare videãtur, omissa emendatione Cuiacij, quẽ sequitur Leotardus, facili negotio cõciliabis, si aduertas horum iurium longè diuersam esse speciem: nam *in dict. l. cum post, §. mulier*, proponitur, mulierem, quæ debitorem sub vsuris habebat, nomen illud cum vsuris futuri temporis marito in dotem dedisse, quo casu rectè respondet Papinianus vsuras etiam, quæ post nuptias cesserunt, dotis portionem esse: quia cùm mulier nominatim vsuras futuras in dotem dederit, & maritus huiusmodi dotis constitutioni assenserit, optimâ ratione vsuræ etiam futuræ dotem augẽt. Nec ex eo quòd vsuræ futuræ dotem augeant, indotata dicetur vxor, cùm maritus exigendo nomẽ, habeat ex quo matrimonij onera possit sustinere: necnon etiam ex vsuris, seu commoditate vsurarum dotalium ipsius nominis dum non exigitur, & debitor in morã est. Multoties namque accidit, vt maritus fructus, aut vsuras ipsius rei in dotem datæ restituat; veluti quã dò officium aliquod pro vita mariti in dotem ei datur: nam fructus, & prouentus officij à marito percepti, dotales sunt, & vxori soluto matrimonio debent restitui; solùmque fruitur maritus prouentibus, qui descendunt à primis prouentibus illius officij, ex Bald. & Nouar. Noguerol *alleg. 19. n. 5. & 6.* vbi ampliat ad fructus pro vita vxoris in dotem datos, adde benè agentem Parlador. *lib. 3. quæst. 4. per tot.* qui id extendit ad fructus beneficij, vel alicuius census in dotem dati, videndus Gasp. Thesaur. *libr. 3. quæst. 41. per tot.* Gratian. *cap. 756. à num. 5. & 6.* Morquecho *de diuisione bo-*

bonorum lib.2.cap.11.à num.19. & relati à Bayo *in alph.lit.D.num.5.* Spino *de testament.glos.13.nu.67.* Siguenza *de claus.lib.2. cap.11. numer.103.* & 104. qui refert Molinam, Ayoram, Anton. Gomez, & alios, variaque iura in comprobationem expendit, neque omittas Garciam *de expensis cap.23.num.5.* qui loquitur in fructibus, & annuis reditibus in dotem datis. Similiter alimenta viro, & vxori promissa dotem augent, & soluto matrimonio eorum aestimationem restituit maritus, vt ex Castill. Costâ, & Tusch. probat Fontanell. *de pactis nuptial. claus.7. glos.3. part.14. à num.33.* Quemadmodùm igitur nomine debitoris marito in dotem dato cũ vsuris eius praeteritis, certum est, vsuras dotem augere, & soluto matrimonio esse restituẽdas, vt ex *l.7.§.1. l. cum post 60. §. mulier, l.77. D. de iure dotium, l. si ante 6. D. solut. matrimon. l.4.§.1. D. de pactis dotalib.* probat Leotardus *quaest.87. num.4.* iia & vsuræ futuræ dotem augere debent.

52 Alia † & diuersa res decidit*ur in d. l. si mulier 77.* nam in eâ mulier non nominatim cauit, vsuras futuras nominis quod sibi debebatur doti esse; imò proponitur mulierem debitori suo in dotem promisisse, quod is sibi debebat: quo casu rectè respondet Consultus vsuras post nuptias decursas dotales non fieri, & perindè esse, ac si mulier solutum sibi debitum in dotẽ daret: quæ decisio quàm diuersa sit ab eâ quæ refertur à Papiniano *in dict. l. cum post, §. mulier,* per quàm manifestè apparet: quia in *d. l. si mulier*, nomen quod maritus ipse debebat, in dotem ei datum fuit; at verò *in d. l. cum post, §. mulier,* nomen quod alter sub vsuris debebat in dotem accepit maritus. Nec non etiam *in dict. l. si mulier,* vsuræ futuræ in dotem datæ non fuerunt, neque potuerunt dari, cùm ipse maritus debitor nominis esset, & secuto matrimonio creditor, & debitor mulieris esse incipiat, ab eoque tẽpore hinc inde compensatio ipso iure fiat, maximè ad extinctionem vsurarum, *l.4. C. de compens. l. eius, C. de solutionib. l. cum alter, D. de compens. l.21. tit.14. part.5.* post alios Scacc. *de commert. §.2. glos.2. num.425.* Costa *de ratione ratâ, quaest.61. à num.1.* Trenta cinq. *lib.3. var. tit. de compens. resol.1. num.24.* Frantz Kns *var. resol. lib.1. resol.13. nu.19.* Scobar *de ratiociniis cõput.14. à num.2. &* 10. Castillo *lib.4. cont. cap.40. à num.113.* Cencius *de cẽs. lib. quaest.88. num.6.* vers. *non fieri,* Fõtanell. *de pact. nupt. claus.6. glos.2. p.6. à num.60.* (qui loquitur in vsuris dotalibus) *& decis.91. num.30.* Donell. *lib.16. com. cap.15.* Leotard. *dict. tract. de vsuris quaest.84. à num.9.* nouissimè D. Salgado *in labyrinth. creditorum 2. part. cap.28. numer.26.* vbi etiam quòd compensatio hinc inde ipso iure non fit ad euitãdum cursum redituum ex censu conuentionato à iure licito, & approbato.

Similiter † nec Leotardi opinioni 53
fauet alia ratio, quam à nemine perpensam esse dicit, scilicèt debitorem cessũ deterioris cõditionis nõ fieri ex eo, quòd nouo creditori cui cessus fuit, vsuras præstet: cùm & primo creditori postquàm nomen marito in nomen dedit, ad vsuras post moram teneatur, ratione damni quod ipse patitur erga maritum, cui non soluta dote vsuras præstare cogitur. Hoc enim argumentum in terminis huius primi casus ad rem non facit: quia qui nomen debitoris in solutum dedit marito, cùm ampliùs debitor non maneat, nõ est cur ab eo vsuræ exigi possint, quas neutiquàm præstat nisi debitor post moram.

In alio † verò, & secundo casu quã- 54
dò quis nomen debitoris simplicitèr cessit, & assignauit solutionis causâ ei cui speciali ratione, aut priuilegio vsuræ debentur, si cessionarius ius haberet exigendi vsuras à cedẽte quòvsque debitor cessus soluit, crederem considerandam esse causam ex qua is

qui

qui cessit, debitor cœperit esse cessionarij. Nam si ex iusta, & necessaria causa debitor eius sit, cùm tunc propter moram debitoris sui, quem cessit, vsuras præstet ratione illius damni emergentis quod patitur, vsuras quas ipse soluit, a suo debitore rectè exigit, ad latè tradita per ipsummet Leotardum *quæst.* 75. *à num.* 27. Hermosill. *in l.* 10. *glos.* 4. *num.* 52. *titul.* 1. *part.* 5. apud quos videas, quādò creditori ratione damni emergentis vel quia mutuam accepit pecuniam sub vsuris, liceat à debitore suo vsuras consequi. Quemadmodum igitur is, qui cessit nomen debitoris sui, potest ab eo interesse damni emergentis exigere, idem ius eius cessionario competet, si nomen cessum sit illi, cum omni iure, quod cedens habebat, vel habere posset contra debitorem cessum: alias enim nisi ius hoc expressè, vel tacitè cederetur non admitterem cessionarium agentem contra debitorem cessum ad vsurarum exactionem, quas ipse non alij debet, quàm suo primordiali creditori, ratione damni quod sentit erga creditorē cui nomen simpliciter cessit, & assignauit solutionis causâ. Nec enim indulgendum est creditori, vt iuribus debitoris sui experiatur sine cessione, ablatiq; aliqua iusta, & necessaria causa, vt latè ostendimus suprà *tit.* 4. *quæst.* 3. *&* 4.

Opportunè tamen à nobis inquiret aliquis differentiæ rationem, quarè cùm supra resoluerimus, priuilegiū personale cedentis, per quod aliis creditoribus in exactione præfertur, in eius cessionarium transferri, quoties cedenti præiudicium sequeretur, si cessionarius eodem priuilegio non gauderet. Cur aliud in priuilegio personali percipiendi vsuras statuamus? Quod indistinctè in cessionarium nō transire diximus. Sed facilè discriminis rationem assignabis, si cōsideres. quòd vbi mulier pupillus, alterve creditor, qui prælationis priuilegium habet, actionem suam cedit, si in cessionarium priuilegium non transiret, posset id in cedentis damnum cedere; si non exacto credito cessionarius aduersus eum regressum haberet; quo casu expediret cessionarium eodem priuilegio frui, quod non tàm ei, quam ipsi cedenti tribuitur, eiusque persona, & fauor adhuc consideratur; nè alias obliquè, & per indirectum cedens priuilegium suum amitteret: at verò vbi cedituractio, cuius ratione creditori ob eius personam exactio vsurarū propter moram, & retardatam solutionē permittitur, nullum detrimentum cedētis inuenitur, quamuis in cessionarium priuilegium illud non transferatur; imò cùm cedens actionem suam transtulerit, cessat omninò qualitas, cuius ratione vsurarum exactio conceditur.

55

SVMMARIVM.

1 *Conducens aliquod ius, vel prædium à Principe, vel Ecclesiâ, an ex fructibus, & rebus illius iuris, vel prædij à gauellæ solutione sit immunis, sicut Princeps, vel Ecclesia.*

2 *Exemptio à gauellis si sit concessa prædiis, vel iuribus, in singularem successorem illius prædij, vel iuris illud priuilegium transibit.*

3 *Immunitas à gauellis si personalis sit, in conductorem, vel singularē successorem non transibit.*

4 *Laicus, qui habet tertias à Principe, gauellam soluere tenetur ex earū venditione.*

Intelligitur opinio Hieronymi de Leuallos.

5 *Emptor, & cessionarius Ecclesiæ gauellam præstare tenetur, licèt Ecclesia à gauellæ præstatione sit immunis.*

6 *Priuilegium immunitatis à collectis pro se, & successoribus à Principe concessum, an ad singulares successo-*

cessores, & emptores bonorũ extendatur.

7 *Cessionario Fisci, Ecclesiæ, pupilli, & aliorum, an edenda sint instrumenta, quæ eorum auctoribus edi deberent.*

8 *Reus actori, & actor reo, hodie de æquitate instrumenta edere compelluntur.*

9 *Ecclesia si cedat alicui hereditatem sibi relictam, an in cessionarium transeat priuilegium Ecclesiæ, vt vltra vires hereditarias nõ teneatur licèt inuentarium non confecerit.*

10 *Ecclesia, vel causa pia heres instituta, non conuenitur vltra vires hereditarias, quãuis inuentarium non conficiat.*

11 *Cessionarius personæ priuilegiatæ, in non faciendo inuentarium, eodẽ iure vtitur.*

12 *Inuentarium confectum à cessionario hereditatis, an heredi prosit. Inuentarium factum ab vna persona, quandò prosit alteri sine cessione.*

13 *Fori priuilegium competens cedenti, an in eius cessionarium trãseat. Distinguitur inter priuilegium fori causæ, vel personæ concessum. Submissionis pacto non solùm creditor principalis, sed & eius cessionarius iuuatur.*

14 *Iudex deputatus pro exigendis votis D. Iacobi, potest compellere debitores, etiam ad petitionem cessionarij Ecclesiæ Compostellanæ.*

15 *Ecclesia si cedat ius suum contra debitores decimarum, vel earum conductores, an eius cessionarius possit trahere debitores ad forum Ecclesiæ.*

16 *Decimarum quæstio si iuris sit ad Ecclesiasticum pertinet.*

17 *Decimæ nouæ, & insolitæ si petãtur; possunt grauati Regium consilium adire.*

18 *Debitorem decimarum cessionarius Ecclesiæ coram Ecclesiastico iudice conuenire potest. Decimarum quæstio si facti sit, iudex etiam secularis est competens.*

19 *Ecclesia in quibus casibus possit laicos decimarum conductores, coram suo iudice conuenire.*

20 *Cessionarius Ecclesiæ, an possit laicum conductorem decimarũ trahere ad forum Ecclesiasticum, in casibus in quibus Ecclesia ipsa posset,* & num. 21.

22 *Priuilegium pupillis, viduis, & aliis miserabilibus personis concessum, vt possint trahere reos ad curiam: an eorum cessionariis competat,* & num. 23.

24 *Priuilegiatus quo ad forum, an pro iuribus sibi cessis fori priuilegio vtatur.*

25 *Fiscus an sua priuilegia personalia transferat in cessionarium.*

26 *Priuilegium prælationis Fisco cõpetens, an transferatur in eius cessionarium? affirmatiua sententia eligitur,* & num. 27.

28 *Cessionarius Fisci, an possit exigere vsuras, quas exigeret Fiscus? negatiua sententia defenditur,* & n. 29.

30 *Cessionarius Fisci, an possit debitorem cessum coram Fisci iudice cõuenire.*

QVÆSTIO. III.

Repetita tractatio, de priuilegiis quæ simùl cum actione cessa transeunt. Et an in Fisco specialè sit, vt priuilegia sua personalia transferat in cessionariũ?

EX assignato à nobis discrimine inter priuilegia personalia, & realia: quòd hæc vtpotè actioni cohærentia, cum ipsâ in cessionarium transferantur; illa verò non item, quia inseparabilia sunt à perso- 1

personâ: descendit etiam resolutio illius dubij, an si Princeps, vel Ecclesia, qui ex suis contractibus, & rerum suarum venditione gauellam non præstant, locauerint priuato aliquod ius, vel prædium cum clausula cessionis iurium, conductor ille potiatur eodem iure, quo Princeps, vel Ecclesia, taliter quòd ex venditione fructuum illius iuris, vel prædij conducti, gauellam soluere non teneatur.

2 Distinguendum namque est, an immunitas a gauellis concessa sit rebus, & iuribus; an verò personis: quia si exemptio & priuilegium prædijs, vel iuribus concessum sit, veluti quando dicitur, eximo prædia à gauella, vel alia collectâ, & sic exempta concedo tibi: tũc cũ iure illo, & prædio in conductorẽ aliumvè singularẽ successorem quodcumque priuilegium prædio inhærens transibit, *l. 3. §. rebus, l. forma, §. quamquam, D. de censibus, l. aquæductus* 47. *D. de contraben. empt.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 103. nu. 26.* Farinac. *decis. 234. nu. 23. & 24. tom. 2. in posth.* Noguerol *alleg. 38. num. 9.* Surd. *cons. 525. numer. 25. & 26.* cum aliis a nobis traditis *sup. tit. 3. quæst. 1. à nu. 1. & tit. 4. quæst. 7. per tot.*

3 Quandò verò immunitas à gauellis, vel collectis personalis est, quia Ecclesia, vel Princeps eam exẽptionem habẽt; non satis liquet, an in cõductorem idem priuilegium trãseat? Desidium inter interpretes agnoscit Velasc. *de priuileg. paup. 3. part. quæstion. 8. num. 80. & 81.* qui plures de quæstione refert, Gironda *de priuileg. quæst. 179. à num. 982. & quæst. 178. à num. 969.* qui pro vna, & altera sententia multos congerit. Tamen sine dubio tenendum est, conductores Ecclesiæ, vel Principis, à gauellæ, vel alterius collectæ solutione immunes nõ esse, *l. licitatio, §. Fiscus*, ibi: *Mercatores autem qui fundis Fiscalibus mercari consueuerunt nullam immunitatem soluendi publici vectigalis vsurpare possunt.* Peregrin. *de iure Fisci lib. 7. titul. 3. nu. 34.* Pareja *de edit. instrum. titul. 5. resol. 3. à nu. 45.* Cancer. *part. 3. var. cap. 3. nu. 139.* videndi Mastrill. *de cis. 304.* Cutell. *de donat. contemp. matrim. tract. 2. discur. 1. spec. 22. à num. 13.* qui loquuntur in eo, qui conduxit à Principe.

Conducit † Eman. Rodrig. *quæst. régul. tom. 3. quæst. 74. art. 6.* vbi quòd 4
laicus qui habet tertias à Rege, gauellam soluere tenetur ex earum venditione. Nec habenda est ratio Zeuall. *de cognit. per viam viol. 2. part. quæst. 17. num. 4.* vers. *nec obstabit*, dum asserit, eum qui tertias habet à Rege eius iuribus vti: nàm id procedit quoad fõrum; non verò quoad alia personalia Regis iura, & priuilegia.

Et † in conductore Ecclesiæ idem 5
probant Lasarte *de decim. vendit. cap. 19. num. 27.* Gutierrez *de gauell. quæstion. 44.* Puteus *decis. 522. lib. 2.* Menoch. *de arbit. cas. 562.* Gironda *dict. num. 982.* Zeuall. *de cognit per viam violẽt. 2. part. quæst. 50. & 52.* Duard. *ad bullam Cœnæ Domini lib. 2. can. 18 quæst. 11.* Noguerol *allegat. 38. nu. 9. & 10. per tot.* Compendium Dianæ *verbo gauella, num. 13. & 14.* D. Larrea *alleg. 57. à num. 6.* Fontanell. *de pactis nupt. claus. 5. glos. 4. à num. 43.* Cãcer. *part. 1. var. cap. 13. num. 127. & cap. 3. num. 140.* Ioan Bapt. Thoro 3. *part. comp. decis.* verb. *cessionarius alicuius hereditatis*, circa medium, ibi. *Hinc si Ecclesia esset immunis à datiis, & pedagiis, pro eius mercedibus: certè quod illas vendendo, & cedendo emptor, & cessionarius non gauderet dictâ immunitate, vt inquit Bart. in l. licitatio, §. mercatores*, videndus Surdus *cõs. 301. à num. 69. & 304. à num. 11. & cons. 525. per tot.*

Sed † an priuilegium immunitatis à collectis alicui per supremũ Prin 6
cipem concessum cum illa clausula. *Pro te, heredibus, & successoribus tuis, ita quòd tu, & successores tui præfati ad aliquod onus, vel ad aliquod præstandum, vel operandum minimè tenea-*

tencamini, ad singulare eius successores, & emptores bonorum extendatur, maximè si priuilegiatus in emptorem iura sua per cessionem transtulerit, latè & doctè differit Franc. Tondutus *resol. ciuil. cap.* 44. vbi contendit, simile priuilegium reale esse, & ad bonorum emptores transire, præsertim si ille cui concessa fuit immunitas, priuilegium suum expressè cesserit, & transtulerit in emptores, cum promissione euictionis pro manutentione priuilegij.

7 Superioribus † adsimile est; an vbi quis priuilegium habet, vt aduersarius teneatur ei exhibere instrumenta ad intentionem, & replicationē fundandam (quo priuilegio vtitur Fiscus, *l. nè quisquā* 3. alias *Senatus, D. de edēdo, l.* 3. *§. itē Diui Fratres, D. iure Fisci.* similitèr dos, & pupillus, Ecclesia & alij, de quibus Pareja *dict. resol.* 3. *nu.* 42. 49. *&* 50.) si actiones suas cedant, an cessionarius eodem priuilegio vtatur? qui casus si acciderit iuxta distinctionem nostram resoluēdus erit, iunctis traditis per Parejam *ad n.* 42. Farinac. Peregrinus, Alfarus, Lasarte, quos refert Gutierr. *de gauellis quæst.* 126. *à num.* 15. quam quæstionem latius non pertracto: quia apud nos infructuosa est: cùm

8 † hodie indistinctè actor reo, & reus actori instrumenta edere compellatur, ideòque Fisci, & aliorum priuilegium necessarium non sit, vt de praxi testatur Gutierrez *sup. num.* 20. *& cons.* 46. *num.* 7. Pareja *tit.* 5. *resol.* 11. *à num.* 31. *&* 2. *tom. titul.* 7, *resol.* 1. *à num.* 8. vbi plenè, & docta manu prosequitur, Gaito *de credito cap.* 2. *num.* 1088.

9 Hìc etiam † resoluendum occurrit dubium satis controuersum, an si Ecclesia heres instituta, quæ inuentarium bonorum non confecit, vel sine eius beneficio hereditatem adiuit, vē dat alicui hereditatem cum cessione iurium, an in emptorem, & cessionarium transeat priuilegium Ecclesiæ, quòd vltra vires hereditarias ob inuentarium non confectum nō teneatur?

10 Licèt enim † contentio sit apud interpretes, an Ecclesia, vel causa pia propter omissum inuentarium vltra vires hereditatis conueniantur, vt cōstat ex latè traditis à Carualh. *de vna, & altera quarta, part.* 2. *à num.* 473. Capyc. Latro *decis.* 15. *à n.* 8. *ad* 25. tamē cōmuni omniū calculo receptum inuenio, Ecclesiam, vel piam causam illo inter alios priuilegio potiri, vt heres instituta vltra hereditarias vires non conueniatur, quamtumuis inuentarium non confecerit, vel omisso inuentarij beneficio hereditatem adierit, vt ex multis veriorem, & communem testatur, Velascus *de priuil. paup.* 2. *part. quæst.* 18. *num.* 18. *&* 3. *part. quæst.* 8. *num.* 350. Cancer. 1. *part. var. cap.* 2. *num.* 7. *&* 3. *part. var. cap.* 2. *nu.* 81. Capycius sup.

11 Quo † supposito dubitatur, an priuilegium illud Ecclesiæ in cessionarium hereditatis transferatur, talitèr vt nec ipse vltra vires hereditatis possit à creditoribus conueniri? Et non transire, quia priuilegium personale est, quod à persona heredis discedere nō potest, decisum refert Iulius Cæsar Gasup. *in praxi part.* 3. *cap.* 3. *sub num. in postrema editione*, cuius decisionis meminit Ioannes Bapt. Thor. 3. *part. comp. decis.* verb. *cessionarius alicuius Ecclesiæ*. Verius tamen est, in cessionarium idem priuilegium transire, & vltra vires hereditarias molestari nō posse; cùm non teneatur creditoribus, nisi in his casibus, in quibus cedens teneretur. Eodēque modo quo cessionarius hereditatis gaudet inuentario confecto à cedente, Phanut. *de inuentario quæst.* 239. *num.* 36. Capycius *num.* 3. ita etiam cessionarius personæ priuilegiatæ in nō conficiendo inuentariū, eodem priuilegio vti debet, quā sententiam multis fundamentis veriorem esse, & pro ea decisum referūt Capyc. Latro *dict. decis.* 5. *per tot.* Golinus *de procurat. part.* 2. *c.* 5. *nu.* 224.

Thoro

Thoro *dict. 3. part.* verb. *cessionarius hereditatis, & 4. tom. in comp. decis.* Capyc. Latro, verb. *cessionarius, fol.* 385. vltra quos expendo Alexand. Trentacinq. *libr. 1. variar. titul. de iure Fisci resol. 2. num. 2. in fine*, ibi: *Et hinc est, quòd Fiscus, vel alius qui vtitur iure Fisci, nõ habet necesse facere inuentarium: quia non tenetur vltra vires hereditarias, Bart. per illum textum in l. 1. §. an bona, D. de iure Fisci, Bald. in l. vltim. C. de iure deliber. Immol. in rubrica, D. de acquirenda hereditate post principium*, vers. *& adde, Roman. col. 3. vers. nonum dicunt, Franc. Arctin. col. 4. vers. & quia.*

12 Quandò † autem inuentarium cõfectum à cessionario hereditatis ipsi, & heredi cedenti prosit, videndus Capyc. *sup. nu. 3.* Thoro *3. p. comp. decis.* verb. *inuentarium confectum, ante medium fol. 600.* vbi latè an inuentariũ vnius alteri prosit, vt non teneatur vltra vires hereditarias, & an vt prosit necessaria sit cessio, quod variis exẽplis, & casibus prosequitur, videndus Scobar *de ratiocinijs c. 9. num. 15. & num. 20.* Gutierrez *de tutel. 2. p. c. 1. a nu. 51.* Valasc. *de partitionib. c. 8. n. 28.* Velasc. *de priuil. paup. 2. p. quæst. 58. a num. 2. ad 7.* Cancer. *3. part. cap. 2. a n. 107. & 117.* Fachin. *lib. 6. cont. c. 31.* Giurba *ad consuet. Meßan. 1. capit. 9. glos. 5. a nu. 40.* Noguerol *alleg. 19. nu. 103.* Horat. Carpan. *ad stat. Mediol. 1. tom. cap. 272. num. 51.* qui asserit beneficium inuentarij concessum heredibus, merè personale esse, ac proindè cedi non posse, videas nouissimè D. Salgado *in labyrinth. creditorum p. 2. c. 1. a num. 6. & 25.*

13 Ex superiori † etiam distinctione inter priuilegia quæ causæ, vel personæ cohærent dirimendà est quæstio, an facta cessione transeant in cessionarium priuilegium fori cõpetens cedenti? Nam si fori priuilegium rei, iurique cesso cohæreat, indubitati iuris est, in cessionarium simul cum actione cessa transire, Bald. *in l. per diuersas, quæst. 17. C. mandati*, Gregor. Lopez *in l. 64. glos. è los daños, tit. 18. part. 3.* Paul. Gallerat. *de renunciat. lib. 1. cap. 4. num. 25. & 52.* qui distinguit inter priuilegium fori, quod cohæret rei, vel personæ, Petrus Barbol. *in l. post dotẽ num. 57. D. solut. matrimon.* vbi quòd si quis cedat actionem, quam habet ex instrumẽto iurato, quod quemadmodùm cedens ratione iuramẽti debitorem coram Ecclesiastico posset conuenire; idem efficere poterit cessionarius: quia priuilegium fori actioni, & instrumento; non verò personæ cohæret, sequitur ex Afflict. Intrigliol. *cons. 18. n. 48.* Quarè si in instrumento quis se alicui iudici submiserit, dubiũ non erit, cessionarium coram iudice cui submissio facta fuit agere posse, & debitorem cessum conuenire: cũ submissio illa non personam cedẽtis respiciat, sed ipsam obligationem, & actionem, conducit elegantèr Surdus omninò legendus *cons. 280. per totum præcipuè num. 21.* faciunt quæ nos suprà admonuimus, summissionis clausulam non solùm afficere eum, qui se summisit, & heredes eius; sed etiam tertios bonorum possessores.

14 Vndè † infert D. Larrea *decision. 31. nu. 24. tom. 1.* iudicem deputatum proexigendis votis Diuo Iacobo debitis, cum non personis, imò ratione voti designatus fuerit, non solũ posse compellere ad solutionem principales debitores ad petitionem Ecclesiæ Compostellanæ; sed etiam ad instantiam eorum, qui ab ipsa Ecclesia ius cessum habẽt: quia cùm fori priuilegium reale sit, transit in cessionarium. Et in indiuiduò loquitur in fideiussore principalis debitoris, qui virtute cessionis sibi factæ experitur in iudicio, forique priuilegio vti intendit.

15 Ex † his etiam dignoscendum est, si Ecclesia cedat ius suum contra debitores decimarum, vel earum cõductores, an cessionarius fori priuilegio vtatur, & possit debitores coram

Ecclesiastico iudice conuenire? Qui casus dupliciter potest cõtingere: primò si Ecclesia decimas locauerit, & earum conductor virtute cessionis sibi factæ (*hoc est del recudimiento*) aduersus decimarum debitores ad solutionem experiatur. Secundò si Ecclesia, postquam locauit decimas beneficij, cedat alteri actionẽ pro exactione pensionis: quibus casibus dubitari contingit, an in cessionarium fori Ecclesiastici priuilegium transeat, vel debeat laicos debitores sibi cessos coram sæculari iudice conuenire.

16 Primo † casu si quæstio iuris vertatur inter conductorem, & debitorem decimarum, certum est cognitionem ad Ecclesiasticum iudicem pertinere: quia causæ decimarum. si de iure decimandi dubitetur, siue lis inter Ecclesiasticos, siue sæculares sit, ad forũ Ecclesiæ priuatiuè pertinent, *cap. tua de decimis, clem. dispendiosam de iudiciis, l.* 56. *tit.* 6. *part.* 1. ex innumeris probauit Carrasco *cap.* 6. *§.* 2. Castillo *de tertiis, c.* 12. Barbos. *de iure vniu. Eccles. lib.* 3. *c.* 26. *§.* 4. *à nu.* 1. D. Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 1. *num.* 36. *&* 37. Anfaldus *de iurisdictione p.* 2. *tit.* 4. *c.* 1. *à nu.* 18.

17 Nisi † conductor nouas, & insolitas decimas exigeret, nàm eo casu grauati possent ad Regias Cancellarias, vel supremum Consilium recurrere, vbi expediuntur Regiæ prouisiones, & retinetur causa: non solùm vbi cessionarius Ecclesiæ nouas decimas peteret; sed etiam vbi ipsa Ecclesia ageret: vt in cõductore, seu cessionario decimarum, probat Bolaños *in Curia Philip. tom.* 1. *part.* 1. *§.* 5. *n.* 6. Et in Ecclesia insolitas decimas petente, *l.* 6. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recop.* Couarr. *practic. cap.* 35. *n.* 5. Carrasc. *ad l. Reg. c.* 6. *§.* 2. *n.* 15. *& in fi. n.* 14. Gutierrez *lib.* 1. *pract. q.* 14. *n.* 5. D. Salgado *de retent. Bull.* 1. *p. c.* 6. *n.* 35. D. Solorzan. *d. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 26. *& lib.* 1. *c.* 22. *n.* 2. *et* 14. alios dat Salzedo *ad l. nou. Rec. in l.* 4. *c.* 25. *tit.* 14. *lib.* 3. *à n.* 7. Suelu. *cõs.* 42. *n.* 24.

Si verò † decimarum causa tantùm facti sit, quia conductor agit vt is de quo non dubitatur, quòd decimarum sit debitor, eas soluat: tunc dubium est an in foro Ecclesiæ agere possit, sicut posset Ecclesia; an verò coram sæculari iudice: cùm is quotiens quæstio circa decimarum solutionem meri facti est, iudex sit competens ad compellendum laicos ad solutionem decimarum, ex multis Salzedo *supr. nu.* 12. præter relatos Carrasco *dict. §.* 2. nouissimè Thom. Delbene *de immunit. Ecclesiastica* 2. *tom. cap.* 10. *dub.* 4. *num.* 34. Gutierrez *lib.* 3. *practic. quæstion.* 26. *num.* 9. qui *num.* 11. asserit, in Diœcesi Ciuitatensi praxi admissum esse, quòd conductores virtute cessionis sibi factæ, laicos decimarum solutionem recusantes coram iudice Ecclesiastico conueniant: quæ praxis mihi inuita videtur, & vbique obseruãda, quia licèt conductores agant, causa semper decimalis est, quæ optima ratione ad forum Ecclesiæ trahitur, vt docet idem Gutierrez *lib.* 1. *can. cap.* 34. *num.* 50. 18

Maior est † difficultas, quando laicus cessionarius Ecclesiæ agit non contra debitores decimarum (vt in superiori casu) sed contra laicos, qui decimas conduxerant ab Ecclesia, vt pensionem, seu pretium conductionis soluãt, an eos ad forũ Ecclesiæ trahere possit, in his saltim casib⁹ in quibus Ecclesia ipsa posset: quorum primus est, si conductores laici iurisdictioni Ecclesiasticæ se submisserint pro solutione pensionis, Carrascus *dict. §.* 2. *num.* 16. Secundus si contractum conductionis iurauerint: quia ratione iuramenti Ecclesiasticus iudex adiri poterit. Tertius si legitima consuetudo adsit, quòd huiusmodi conductores ad solutionem pensionis iudex Ecclesiasticus compellat, Gutierrez *dict. quæst.* 26. *à nu.* 10. *& quæst.* 27. *num.* 5. *& lib.* 1. *can. cap.* 34. *à numer.* 49. Azeuedo *in l.* 10. *titul.* 1. *lib.* 4. *Recopilat. à numer.* 58. Zeuall. 19

de

de cognit. per viam violent. 2. part. quæstion. 55. n. 7. qui referunt Couarr. Gratian. & alios. Extra quos casus (quidquid dicat Sesse *4. tom. decis. 424. à n. 2.*) Ecclesia laicos conductores decimarũ ad suum forum non trahit, vt testantur relati: quia tunc non de decimarum solutione agitur; sed de soluẽdo pretio locationis, ex Osasco probat Balboa *in c. si clericus laicum à n. 7. de foro competenti*, Marius Muta *decis. 31. nu. 41.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 2. tit. 43. de foro comp. n. 53. & tit. 16. de location. bonorum, nu. 29.*

20 His † igitur casibus in quibus Ecclesia laicos decimarum conductores pro solutione pensionis coram Ecclesiastico iudice valet conuenire; quæstio est, an si Ecclesia actionem suam cedat, possit cessionarius eodem fori priuilegio vti? Et negatiuè respondet Gutierrez *dict. quæst. 26. num. 12.* ex Castill. Azeuedo, & Parlador. Bolaños *in Curia Philip. dict. §. 5. num. 8.* ibi: *Quando por cession, ò poder en causa propria de la Iglesia, ò Clerigos se ayan de cobrar diezmos, frutos de beneficio, ò renta Ecclesiastica del arrendador, ò otro tercero, ò el arrendador de otros aquien huuiese dado parte, ò vendidolos, siendo legos, se ha de pedir, y cobrar ante el Iuez seglar, y no ante el Ecclesiastico, porque mudada la persona se muda, y cessa el priuilegio: y aunque se cedio la accion, no se pudo ceder el del fuero, como lo dize Castillo, Parladorio, Azeuedo, y Gutierrez.*

21 Hæc † tamen resolutio in discrimen adducitur ex traditis suprà: nam diximus, forum, quod debitor ratione iuramenti, vel submissionis sortitur reale esse, ideòque in cessionarium simul cum actione cessa transire, iuxta Bald. Barbos. Larream. Sed à prædictâ sententiâ nõ discedas, quia licèt verum sit, fori priuilegium, rei, causæ, seu instrumẽto inhærés, in quẽlibet singularem successorem transire; tamen cùm laicis, *l. Regiâ 10. & 11. tit. 1. lib. 4. Recopilat.* regulariter prohibeatur, nè in contractibus iuramenta adiciant, nè vè Ecclesiasticæ iurisdictioni se submittant; et in obligationibus quas laici cõductores decimarum, aliorum vè fructuum Ecclesiæ faciunt, id eis speciali ipsius Ecclesiæ fauore permittatur, *dict. l. Vndecima*, vbi Azeuedo, forum, cui ex iuramento, & submissione conductor subiicitur, non reale est, sed personale ipsius Ecclesiæ, ac proindè in eius cessionarium non transit, vt statim dicemus.

Actum † est de priuilegio fori, causæ, & rei cohærente, quod incessionarium transire resoluimus: videamus an aliud procedat, in priuilegio fori personæ ob eius fauorem concesso, veluti de priuilegio, quod pupillis, viduis, aliisq; miserabilibus personis tribuitur, vt possint debitores suos in primâ instantiâ ad Regias Cancellarias euocare, de quo *in l. Vnica, C. quando Imper. inter pupillum*, latissimè D. Lara *de vita hominis, cap. 21.* D. Castillo *3. tom. contr. cap. 25. per tot.* Velascus *de priuileg. paup. 3. part. quæst. 3. per tot.* Carleual. *de iudiciis lib. 2. disp. 2. q. 6. sect. 7. per tot.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 1. tit. 56. per tot.* Alfaro *de offic. Fiscal. glos. 16. priuileg. 36. n. 143. in fin.* Curia Philip. *lib. 2. cap. 6. num. 24.* Schifordeg. *lib. 2. tract. 24. per totum*, Donell. & Osuald. *lib. 17. com. cap. 20.* Hoc igitur fori priuilegium aliud vè simile aliquibus personis fortunæ iniuriâ miserabilibus concessum, ad eas tantùm restringi, & in cessionarium non transire extra dubium est, vt ex Bald. Salicet. Bart. Affict. Rodriguez, tenet Gironda *de priuilegiis quæst. 226. à nu. 1201.* Castillo *d. cap. 25. num. 31.* qui tantùm retulit Gasparẽ Roderic. *lib. 3. quæst. 4. n. 42.* Barbos. *in l. quia tale, numer. 20. D. soluto matrimon.* Intrigliolus *cons. 18. à numer. 42.* laudat superiorem distinctionem inter priuilegium fori quod causæ, vel personæ conceditur, Horat. Carpan. *ad statut. Mediolanens.* 22

1.*tom.c.*47.*nu.*134.Larrea *d.decis.*31. *nu* 24.latiùs Schifordeg. *d.tract.*24. *quæst.*2.*per tot.*Surd.*cons.*280.*nu.*4. ex Bald.eleganter Gregor.Lop.*in l.* 64.*tit.*18.*glos.*verb.*e otros daños.* p.3.

23 Nec quò ad priuilegium fori personale admittenda est distinctio, de quâ supra,an cessionario detur regressus contra cedentem:quia licèt ex hac causâ cedentis priuilegium personale in cessionarium transiredixerimus, id procedit quò ad priuilegium prælationis;non verò quò ad fori priuilegium;inter quæ multum refert;nã ex eo quòd cessionarius prælationis priuilegio non vtatur,maximum cedenti,qui euictionem nominis cessi præstare tenetur,præiudicium inferri potest:quod nõ accidit,quamuis cessionarius fori priuilegio non vtatur,faciunt dicta à nobis,quæst.superiori in fine.

24 E conuersò † autem si cedens non priuilegiatus,actionem suam fori priuilegium habenti cedat,an cessionarius suo priuilegio quo ad iura sibi cessa vtatur?latè diximus *sup.tit.*2.*quæstion.*4.Et an fideiussor,qui condemnatus soluit,possit si cessionem à creditore habuerit,in eodem iudicio debitorem principalem conuenire egimus *sup.tit.*5.*quæst.*5.

25 Alia † quæstionis pars succedit,in quâ agere promisimus, an cessionarius Fisci eius priuilegio personali vtatur?Et cùm in hac & superiori quæstione de tribus priuilegiis principaliter actum sit,scilicèt de priuilegio prælationis, de priuilegio exigendi vsuras, & de fori priuilegio,quibus omnibus certum est Fiscum potiri,videamus qualiter in eius cessionarium transferantur.

26 Et circa † priuilegium prælationis, quo Fiscus aliis creditoribus præfertur,(de quo latè Rodriguez *de cõcurs. part.*1.*art.*2.*per tot.*Gaito *de credito, cap.*4.*quæst.*11.*à nu.*2050.Acosta *de priuilegiis cred.reg.*2.*ampl.*7.*per tot.*) an in eius cessionarium transeat,non modica dissensio est apud Interpretes.Affirmatiuè tamen resoluendum videtur,ex textu *in l.fin.C.de priuileg. Fisci*,cuius verba sunt:*Si in te ius Fisci cùm reliqua solueres,debitoris pro quo satisfaciebas tibi competens iudex adscripsit,& trãstulit:ab his creditoribus quibus Fiscus potior habetur,res quas eo nomine tenes non possunt inquietari*, ex quo textu colligunt DD. speciale esse in Fisco,vt personale prælationis priuilegium in cessionarium transferat,ad hoc vt debita fiscalia facilius per quemlibet soluãtur,vt post Barr. Salicet.Negusant.& alios docet Barbos.*in l.post dotem,n.*59.*D.soluto matrimon.*Peregrin.*de iure Fisci lib.*7.*tit.* 3.*nu.*34,quos sequitur Arias de Mesa *lib.*1.*var.cap.*20.*nu.*17.cui addes Curiam Philip.*lib.*2.*cap* 6.*nu.*23. Alfarum *de officio Fiscal.glos.*16.*priuileg.* 36.*à nu.*142.Noguerol *allegat.*11.*nu.* 10.Acostam *de priuil.credit.reg.*2.*am pl.*6.*nu.*117.Gothofred. *in dict.l.fin. lit.M.*

Alij verò † sentiunt,Fisci cessionario plusquam aliis indulgendum non 27
esse: quia nullibi cautum inuenitur, quòd Fiscus prælationis priuilegiũ in alium transferat.Nec id probari asserunt *ex d.l.fin.*cui varios referunt intellectus,inter quos magis cõmunis, & receptus est,accipiendam esse eam legẽ de priuilegio Fisci reali, hoc est de tacita hypotheca, quam habet in bonis debitoris,*l.*2.*C.in quibus caus. pignus*,*l.aufertur*,*§.fiscus*, *D.de iure Fisci*,nõ verò de priuilegio prælationis,quod vt personale in cessionariũ transire non posse profitetur Schifordeg.*d.tract.*23.*q.*22.quæ sentẽtiaquã ante Schifordeg.tradiderant relata Barbos.sup.quãuis in puncto iuris rectè defendi possit,tamẽ quia cõtraria à totius iuris doctis recipitur,ab eâ discedendum non est.

Nec minor † discordia est circa priuilegium Fisco competens, vt ei ex 28
contractibus stricti iuris citra vllam stipulationem vsuræ debeantur

(de

(de quo *in l. cum quidã* 17. *§. Fiscus, D. de vsuris*, tũctâ, *l. Fiscus* 6. *D. de iure Fisci, l. fin. & per tot. C. de vsuris Fiscal. lib.* 10. latè Leotar. *de vsuris quæstion.* 22. *per tot.*) quod in ei° cessionarium non transire contendit Schifor. *d. tract.* 23. *quæst.* 23. docet Iacob. Cuiac. *lib.* 18. *resp. Herẽn. Modestini ad l. Herennius* 43. *D. de vsuris*. Nec suæ sententiæ aduersari dicunt *d. l. Herẽnius*, quia iuxta Schifor. accipienda est de vsuris præteritis, non de futuris. Cuiacius verò existimat, pro illis verbis *petere posse* reponendum esse adiectâ negatione *petere non posse*.

29 Sed † cessionariũ Fisci vsuras futuri temporis exigere posse, *ex d. l. Herẽnius*, probant & veriorẽ dicunt post Barbos. *in d. l. post dotem*, Arias de Mesa *d. c.* 20. *nu.* 18. Alfaro *de officio Fiscal. glos.* 16. *priuil.* 55. *nu.* 190. *& dict. priuil.* 36. *nu.* 143. latè Acosta *de priuileg. cred. regul.* 3. *limit.* 2. *à nu.* 50. *ad* 55. quàm sententiam licèt non inficier communem esse, tamẽ cum apud nos vsuræ omni iure prohibitæ sint, credere admittendã nõ fore, quia in cessionario deficit qualitas, & priuilegiũ quod in Fisco iustam causam præstat, vt legitimum interesse ob retardatã solutionem à debitore suo exigat.

Priuilegiũ † fori quo Fiscus vtitur, vt
30 causas Fiscales siue agendo, siuè excipiendo ad proprios iudices trahat, iuxta *l.* 2. *C. si aduersus Fiscum, l.* 2. *l. ad Fiscum* 5. *& per tot. C. vbi causæ Fiscales, l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 9. *Recop.* an in eius cessionarium transeat, quæstionis est. Et indistinctè transire ex Surd. *cons.* 280. tenet Mesa *dict. cap.* 20. *nu.* 20. cui iunges Peregrin. *de iure Fisci lib.* 7. *tit.* 1. *nu.* 4. Acostam *d. ampl.* 6. *nu.* 115. Alfarum *de officio Fiscal. d. priuil.* 36. *glos.* 16. Antonium Fabrum *C. de priuil. Fisci defin.* 2. qui suam sententiam adstruunt, *ex l. aufertur, §. qui pro alio, D. de iure Fisci, l. si vendente, C. vbi causæ Fiscales*. Sed verius existimo eo casu Fisci cessionarium fori priuilegio vti, quo cessio ex causa necessariã fieret, nè aliàs sit in libera ministrorum Fiscalium voluntate Fisci forum priuatis personis communicare, vt ex multis hanc sententiam veriorem esse dicit doctus Carleual. *de iudiciis lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *à nu.* 708. vbi *à nu.* 698. *sect.* 9. *per totam*, latè agit de foro Fisci. Pro qua distinctione inter voluntariam, & necessariam cessionem facit, quos retulimus *sup. tit.* 5. *quæst.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Executio non datur, non nominato, nec contra non nominatum in instrumento.*

2 *Instrumentum ad instantiam cessionarij exequi non posse multi probant.*

3 *Ius exequendi ex instrumento, vel sententiâ competens, in cessionarium transire alij verius dicunt.*

4 *Refertur distinctio, quam probauit Senatus Subaudiæ, & reiicitur.*

5 *Ius executiuum si cohæreat instrumento cesso, in cessionarium transibit, secus si exequendi ius personæ cedentis priuilegio concessum esset*, & num. 6. cum sequentib.

6 *Expenditur aptissimus locus* Antonij de Vallis.

7 *Cessionario Fisci specialiter est concessum, vt possit executiue conuenire debitores gauellarum, & vectigalium, quemadmodùm posset Fiscus.*

9 *Cessionarius antequam agat executiuè, an teneatur fidem facere de cessione, citato debitore cesso? duplex sententia refertur. Negatiua eligitur*, num. 10.

11 *Legatarius nominis executionem intendere potest, sicut posset defunctus.*

12 *Executio siue per creditorẽ, vel eius cessionariũ cõtra debitoris heredẽ*

petatur: prius liquidari debet, an sit heres, licèt is filius esset debitoris.

13 *Executio non aliter locum habet cõtra heredem, quàm si prius probetur, vel ipse confiteatur se heredem esse.*

14 *Cessionarius potest agere executiue licèt super nullitate crediti, & instrumenti cessi lis pẽdeat: quod notabiliter ampliatur.*

15 *Cessionarius domini fundi locati, vel eius qui mutuauit pecuniam ad seminandum, vel fructus colligendos: potest facere executionem in bonis agricolæ priuilegiatis.*

16 *Cessionarius Fisci an faciat executionem in bonis agricolæ priuilegiatis, sicut Fiscus posset.*

17 *Cessionarius potest facere carcerari debitorẽ, si fideiussorem non præstet: qui dicitur de saneamiento.*

18 *Cessionarius, vt ad capturam debitoris procedat nullâ eius citatione indiget, licèt aliʒ contra.*

19 *Cessionarius iure capturæ non vtetur, si cedenti speciali priuilegio debitorem carcerare liceret.*

20 *Fideiussor de iudicato soluendo in causâ criminali contra nobilem, si cessa iura habeat ab actore, an possit facere carcerari nobilem quousque soluat condemnationem,* & n. sequentib.

Expenditur sententia doctissimi D. Ioan. de Solorzano.

22 *Fideiussor de iudicato soluendo in causa criminali, si soluat, potest agere coram ipso iudice causæ criminalis.*

23 *Creditor an teneatur alere debitorẽ carceratum.*

24 *Alimentorum onus, quod subire teneretur creditor, idem præstabit cessionarius, qui carcerari fecit debitorem cessum.*

25 *Cedens si propter aliquam qualitatem non posset exequi, vel carcerare debitorem: an id nec licere debeat cessionario, quãuis in eo qualitas illa deficiat.*

QVÆSTIO. IV.

Illustratur rursùs superior distinctio inter priuilegia realia, & personalia. Simùlque ostenditur, an cessionarius possit agere executiuè; vel carcerare debitorem, quemadmodùm cedens posset.

VT regularitèr executio non nominato instrumento, nec contra non nominatum non competat, Bald. *in l. si prote, C. de dotis promissione*, Iason *in l. 3. in fin. C. de transaction. & in l. si vnus, §. ante omnia, D. de pact.* Zeuall *de cognit. per viam violent. 2. part. quæst. 126. num. 20.* Gratian. *decis. 138. num. 1.* Hier. de Leon *decis. 1. num. 11. lib. 1.* Carp. *ad statut. Mediol. 1. tom. cap. 42. nu. 101.* Giurba *decis. 62. num. 28.* Cencius *de censibus quæst. 95. num. 22.* Ant. Amato *1. tom. resol. 13. à nu. 33. & fr. per tot.* 1

Dubitari tamen contingit, an cessionarius executiuè agere possit, quemadmodùm posset cedens? Et quòd instrumentum ad instantiam cessionarij exequi non possit, probat Bald. *in l. per diuersas sub num. 14. C. mandati*, Cagnol. *in l. 1. nu. 290. in fin. D. si certum petatur*, Alex. *cons. 94. col. 3.* vers. *vtrum est, volum. 2. & in l. si sic, nu. 24. D. de legat. 1.* Franch *decis. 353. nu. 1.* vbi Amendola *num. 1.* Carauita *in rit. nu. 5. vsque ad fin.* quam opinionẽ cõtra Troysium veriorem dicit Nouarius *lib. 1. quæst. Forens. quæst. 48. à num. 10.* aliis relatis Gaitus *de credito cap. 3. à num. 1156.* Ioan. Bapt. Thoro *1. part. comp. decis.* vers. *cessionarius* 2

an

an possit petere, qui refert Vitium, & Fulcum.

3 Contrariam † tamen sententiam, quòd ius executiuum, siue ex sententiâ, siue ex instrumento competẽs cedi possit, & simul cum actione cessâ transeat in cessionarium, veriorem dicit Arias de Mesa *lib.* 1. *var. cap.* 21. *à nu.* 1. qui refert Costam, & nonnullos ex antiquis, cui addes latissimè agentes Barbos. *in prax. exigendi pensiones, quæst.* 2. *nu.* 68. Bertaz. *claus.* 29. *glos.* 10. *nu.* 1. Rodrig. *de execut. cap.* 3. *à n.* 22. Sesse *tom.* 4. *decis.* 398. *à nu.* 7. Carpan. *d. cap.* 42. *à n.* 85. *& c.* 153. *n.* 53. Hieron. de Leon *lib.* 2. *decis.* 160. *n.* 3. *& lib.* 1. *decis.* 29. *num.* 9. Iacob. Gallum *cons.* 111. *à nu.* 2. Intrigliol. *cons.* 22. *à nu.* 22. Ioan. Bapt. Thor. *voto* 19. *per tot.* (vbi quod cessionarius potest petere assistentiam) & latè 3. *tom. cõpen. decis.* verb. *cedi an possit ius executiuum, & voto* 6. *nu.* 6. Pacific. *de Saluiano interdict. inspect.* 3. *cap.* 2. *à num.* 904. *& decis.* 146. *nu.* 9. Camill. Borrell. *in summ. decis. tom.* 2. *tit.* 19. *de instrum. liquidat. à nu.* 135. Giurb. *ad cõsuet. Messan. cap.* 2. *glos.* 3. *nu.* 17. *part.* 1. Iacob. Cancer. 1. *part. var. cap.* 17. *nu.* 40. *& 2. part. cap.* 7. *nu.* 93. Surd. *cons.* 444. Rota apud Fariñac. 2. *part. decis.* 524. *nu.* 1. Cenc. *de censib. quæst.* 95. *nu.* 7. Dornsperg. *syntag. iur. lib.* 3. *cap.* 9. vers. *cessionarius, & c.* 19. vers. *porro, & cap.* 6. vers. *septimo extenditur*, Cæsar Glusian. *de bonis insolutum dandis, cap.* 9. *lib.* 2. *n.* 454. Paul. Gallerat. *de renunc. lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 53. *& num.* 61. *circa medium*, Osuald. ad Donell. *lib.* 15. *comm. c.* 43. *lit. L.* D. Valẽzuel. *cons.* 15. *à n.* 31. Fontanell. *decis.* 166. *à n.* 10. qui hãc sententiã contia Nouar. & Thor. veriorẽ dicit. Mouẽtur ferè omnes, & alij relati in exordio huius tituli, ex eo quod cessionarius proprie creditor dicitur, & cõprehenditur sub statuto executionem cõcedente instrumentis ad instantiam creditorum, sequitur nouissimè Frãkus *var. resol. lib.* 1. *resol.* 14. neminem tamen refert ex his quos laudauimus.

In † quo opinionum desidio Senatus Subaudiæ iudicauit, teste eius dignissimo præside Ant. Fabro *in suo C. lib.* 4. *tit.* 7. *de oblig. & act. defin.* 1. *& lib.* 4. *tit.* 29. *de hered. vel action. vẽdit. def.* 10. *& lib.* 4. *tit.* 26. *mandati, vel cõtra def.* 8. distinguendum fore, an cessionarius suo nomine agat; an verò nomine cedentis, & tanquàm eius simplex mandatarius, & procurator. Nam si suo nomine ad suum commodum experiatur, siue vtilem, siue directam actionem exerceat, à præcisâ executione incipere non poterit; secùs si tanquam simplex cedentis procurator, & mandatarius. Quæ distinctio displicuit iam Canceno *dict.* 1. *part. cap.* 17. *nu.* 40. (qui solùm meminit *d. defin.* 1.) ex eo quòd si cessionario agenti ad suum commodum, ideò iuxta prædictas definitiones ius petendæ executionis non conceditur, quia necesse est, vt prius citato debitore de viribus cessionis inspiciatur, quasi multa accidere possint, quæ aduersus cessionem obiciantur: idem etiam occurrere poterit, in simplici mandato, aduersus quod & mandatariũ varia obesse poterunt. Vndè non est cur magis cessionario agẽti vt simplici procuratori ius executionis detur, quàm si ad suum commodum experiatur. Vltra quod vt suprà diximus, cessionarius propriè non dicitur, qui ad cedẽtis commodum vt simplex mandatarius agit. 4

Quarè † reiectâ prædictâ distinctione, vltra omnes quos supra retulimus distinguendum erit; an ius executiuum instrumento cohæreat; an autem speciali ratione personæ cedentis ob aliquam qualitatem concessum sit. Nã si instrũmentum, & nomẽ cessum executionem paratã habeat, veluti quia in eo debitor in formâ Cameræ, & sub guarentigiâ se obligauit, nulli dubium erit, simul cum nomine ius exequendi in cessionarium transire: quia executionis ius, est pars instrumenti, 5

ideòque

ideò que cum ipso instrumento transit,& tanquàm accessorium naturam sequitur principalis,elegantèr in terminis Surd.*cons.*269.*num.*21.*& ferè per totum,& cons.*444. Barbos. *in l. post dotem,nu.*57. *D.solut. matrimon.* conducit doctrina eorũ quos retulimus *sup.titul.*3.*quæst.*1. qui tradunt, quod vbi ius eligendi cohæret actioni,in cessionarium simul cum actione cessa transit. Adstipulatur similitèr aliud,quod superiori quæstione diximus,nẽpè quod si in instrumento debitor aliquibus iudicibus se submisit, cessionarius coram eis agere poterit: quia forum non personæ cedentis,sed nomini, & instrumento accessorium est.

Alia res esset, si ius executiuum nõ cohæreret instrumento , sed fauore personæ cedentis concederetur; nam eo iure cessionarius vti non posset,vt singulariter aduertit Anton.de Vallis *var.tractat.lib.*5.*de censib.iuxta formã bullæ quæst.*28.*à num.*7. cuius verba referam,quia liber hic non omnibus præ manibus est. *Et regulariter non est dubium,quod sicut ad instantiam creditoris bullaris potest mitti executioni instrumentum cõtra obligatos,possit mitti ad instãtiam cessionarij, vt dixi probat Foller.in verbo tãquam res adiudicatas,num.*26.*& Intrigliol.quæstion.*12.*sed nota,quod ipsi non aperiunt difficultatem quæ hic occurrit: nam de iure communi contra non nominatos in cõtractu,nec contra tertium non fit executio,per notata per DD.in l.à Diuo Pio, §.super rebus,D.de re iudicata.In terminis tamen Bullæ executio fit contra tertium detentorem contra ius commune,ex priuilegio ipsius Bullæ particulari,creditori census bullaris indulto. Vnde videtur,quod nulli alteri cedere possit hanc facultatem contra tertium, per solemnem doctrinam Bald. in cap.*1.*§. si quis verò,num.*3.*tit.de pace iur.firm. vbi vult quod facultas faciendi aliquid propria authoritate,licèt possit in aliũ transferri,tamenquandò competeret cõtra regulas iuris communis,puta priuilegio,vel statuto non potest cedi. Sic in terminis nostris contrà ius commune ex priuilegio competit creditori via executiua contra tertium: ergo alteri cedi non potest,idem tradit Bald.in l.accusationis,C.quod metus causa,Alex. in l.*1.*§.fin.num.*5.*vers.item limittat, D. de noui oper.nuntiat. & in casu simili consuluit Roman.cons.*484. *confirmat Tiraq.de retract.consang.*§.26.*glos.*1. *num.*56.*& 67.sequitur Franc.Zanet. in tractatu de emptio.& vendit.sub pacto retrouẽdẽdi,& in repet.l.*2.*C.de pactis inter emptorem,& vendit.num.*9. *quæ si militarent in casu nostro , cessiones quæ quotidie fiunt contra detentores, essent nullius momenti,vndè dicas quod priuilegium,quod executio vigorẽ habeat contra tertium,fuit indultum à Rege Alphonso in corroboratiõnẽ,& ampliationem Bullæ,priuilegiando cõtractum,& eius executionem, & non est priuilegium personale,sed reale datũ tractui,& executioni: vndè merito est cessibile,vt probat Foller.super Bulla in verbo tanquam res iudicata , num.*26. *Nec obstat doctrina Baldi , quia loquitur in priuilegio personali habito respectu ad personam,vt declarat Alexander in l.*1.§.*final,D.de noui oper. nuntiat.*

Aptissimè † ex his verbis,vna & altera pars distinctionis nostræ cõprobatur; quia vbi contractus ipse, & instrumentum paratam executionẽ habet, in cessionarium ius exequendi transire asseritur; in quo conueniunt Sutd.Barbos.& alij relati supra: at verò vbi priuilegium,vt executiuè agatur,personale est,in cessionarium non transferri ex Baldo , & aliis profitetur Anton.de Vallis. Quod vltra eum per argumentum ab speciali euincitur,ex eo quòd licèt Fisci peculiare priuilegium sit,vt debitores suos pro exactione tributorum , gauellarum, & vectigalium executiuè conueniat, quamuis non adsit obligatio guarentigia,*l.*1.*& per tot. C.si propter publicas*

cas pensat. l. abstinendum, C. quorum appell. non recip. l. quia non nulli, C. de appellat. l. sive ex prætoriano, C. de executoribus, & exactorib. lib. 12. ex innumeris probant Alfaro *de officio Fiscalis, glos.* 16 *privil.* 12. *per tot.* Carleual. *de iudiciis lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 10. *à nu.* 1. Nog nerol *alleg.* 33. *nu.* 45. Vbi *nu.* 69. & 70. ampliat, vt possit agere executiue contra tertios possessores bonorum, quæ obligata sunt per conductores Regiorum reddituum: quod de iure Castellæ *ex l.* 27. *c.* 11. *tit.* 11. *lib.* 9. *Recop.* sine dubio esse, & ita decisum in Senatu Regij patrimonij, testatur Carleual. *dict. tit.* 3. *disp.* 11. *nu.* 6. Alfaro *de officio Fiscal. glos.* 34. *privil.* 9. tamen Fisco speciali iure conceditur, vt eius cessionarius eâdem viâ executiuâ vtatur, vt ex Bald. Tusch. & Peregrino, admittit Acosta *de privileg. creditor. regul.* 2. *ampliat.* 6. *nu.* 115. vers. *Vndè ex prædictis.*

Huius tamen distinctionis partem, quæ ius exequendi beneficio personæ concessum respicit, temperare poteris ex his quæ resoluimus duabus quæstionibus præcedentibus.

9 Illud † tamen video anxiè controuerti, an cessionarius antequam executiuè agere incipiat, teneatur prius citato debitore cesso fidem facere de cessione? Et ad id teneri, alitèrq; executiuè procedere non posse cõtra debitorem, quam si antea fidem faciat, & liquidet parte citatâ coram iudice cessionem, ex Bald. Aret. Alex. Felino, Decio, Socino, & aliis firmat Bertazol. *dict. claus.* 29. *glos.* 10. *num.* 3. latè disputans Franc. Milanen. *l.* 2. *decis.* 1. *à nu.* 37. Brunor. à Sole *quæst. legal, quæst.* 11. *per tot.* Hypol. Motan. *in addit. ad Oliban. de action. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 42. vers. *sed agere*, Carpan. *d. cap.* 42. *num.* 86. Guzman *de euiction. quæst.* 35. *nu.* 33. Schiffordeg. *lib.* 3. *tract.* 23. *quæst.* 20. Curia Philip. r. *tom.* 2. *part.* §. 9. ibi: *Y assi para poderle executar en virtud della, es necessario, que primero el cessionario sumariamente liquide, y averigue su causa, y justificacion*, Rodriguez *de execut. c.* 3. *nu.* 23.

Sed licèt † hæc sententia tot viris probetur, tamen sine dubio tenẽdum est, cessionarium nullâ denuntiatione, seu notificatione cessionis indigere: et statim ac publicum, & authenticum cessionis instrumentũ exhibeat, simul cum nomine, & instrumento cessso, executionem decernendam fore, vt veriorem post innumeros profitẽtur Cancer. *dict. lib.* 1. *var. cap.* 17. *nu.* 40. & 2. *part. cap.* 2. *num.* 93. Fontanell. *dict. decis.* 166. *à num.* 11. Camill. Borrell. *dict. tit.* 19. *à num.* 135. Ripol. *variar. resol. cap. vltim. à num.* 201. & 475. Rodriguez *de reditib. lib.* 2. *quæstion.* 17. *nu.* 34. Gallerat. *sup. num.* 61. accedit Parlador. 2. *part. cap. fin.* 3. *p.* §. 4. qui vt cessionario executiuè agere concedat, nullius præuiæ denũtiationis, vel citationis meminit; elegan ter Ancarran. *familiar. quæst. quæst.* 3. *à nu.* 7. vbi quòd non est necessaria citatio, si manifestè constat de cessione; veluti si de eâ constaret per instrumẽtum, sequitur multis relatis Amatus *resol.* 78. *nu.* 9. *tom.* 2.

Id † quod in cessionario nominis quò ad executionem procedere diximus; in legatario nominis similitèr obseruatur, cui exequendi ius conceditur, quemadmodùm defuncto competebat: siue is cessionem habuerit ab herede, siue non; nam cùm ex legato vtilem absque cessione actionem habeat, sibi ex legis auctoritate cessam, *l. ex legato, C. de legat.* multis relatis Virgilius *de legit. pers. cap.* 20. *nu.* 29. cum aliis relatis *sup. in miscell. tit.* 4. *nu.* 8. non solùm via ordinaria agere poterit, sed etiam via executiua experiri, si nomen & instrumentum legatũ paratam habeat executionem, Parlad. 2. *part. cap. fin.* 3. *part.* §. 3. *num.* 8. ex Gratiano Roder. Suarez, & Cancer. Virgil. *vbi proximè*, Sesse *tom.* 4. *decis.* 398. *num.* 7. Curia Philip. *dict.* §. 9. *n.* 7. Rodrig. *de executione, cap.* 3. *numer.* 20. Iacobus Gallus *cons.* 111. *à num.* 2. 10 11

quod

quod ita accipio, dummodo legatarius instrumẽtũ nominis exhibeat (nã sine eo agere non posset, Pacificus *de Saluiano interdicto inspect. 3. cap. 4. à num. 208.* Gratian. *2. tom. cap. 286. n. 2.* cum aliis de quibus infra *quæst. 9.*) simùl cum claululâ legati legitimè ex testamento extractâ, cum insertione principij, & finis testamenti.

12 Nec omittam † referre aliam doctrinam Antonij Fabri *in C. lib. 4. tit. 26. defin. 8.* quòd vbi cessionarius exe curiuè agere potest, id intelligitur cõtra debitorem cessum; non tamen cõtra eius heredem: quæ assertio quamuis verissima sit, ex eâ tamen nihil detrahitur potestati cessionarij: nec ei minus quàm cedenti tribuitur: cũ creditor ipse contra heredem debitoris ab executione incipere nõ possit, nisi prius constiterit, eum debitoris heredem esse, Carleual. *de iudiciis lib. 1. tit. 3. disp. 9. nu. 3.* Rodriguez *de execut. cap. 4. num. 2.* Scaccia *de commert. §. 7. glos. 5. à num. 27.* Carpan. *ad stat. Mediol. 1. tom. cap. 42. à numer. 119.* Borrell. *dict. tit. 19.* Virgil. *dict. cap. 20. nu. 2.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 3. glos. 2. nu. 52.* Iacob. Cancer. *2. part. var. cap. 3. à nu. 81.* vbi quo modo substantiari debeat via executiua, si pendente executione debitor decedat. Quod ampliant Rodrig. Carleual. & alij vbi proximè, etsi is contra quem executio intenditur, debitoris filius esset; nam adhuc necesse habebit creditor probare, eum patris heredem esse, sequitur Paschal. *de virib. patriæ potest. 4. part. cap. 1. à num. 18.* Zeuall. *commun. 3. tom. quæst. 849.* latè Giurba *ad const. Messan. cap. 4. glos. 5. nu. 4.* Noguerol *alleg. 6. nu. 38.*

13 Cùm † igitur cedenti aduersus debitoris heredem executiuè agere non liceat, nisi constito prius eum heredẽ esse, nihil mirùm si id nec eius cessionario permittatur, vt ratiocinatur Anton. Faber *dict. defin. 8. in alleg. nu. 3.* illic: *Quia non potest instrumentum esse guarentigiatum contra debitoris heredem, quantumuis sit ille eiusdem iuris, cuius & defunctus fuit, quin prius exploratum sit heredem cum esse, quod facti est, & animi, non iuris, l. probe de 20. l. gerit 88. D. de acquirenda hereditate, prius ergo est citandus heres, & interrogandus, an sit hæres, & pro qua parte, l. 1. & toto tit. de interrog. actionib. quod si nec ipse cedens, qui actiones directas habet non potest incipere ab executione contra heredem, quanto minus cessionarius, qui suo nomine nõ habet nisi vtiles, alieno verò non plus iuris habere potest, quàm habeat is ex cuius persona agit.*

Adeò autem † verum est, cessionario executiuè agere licere, vt etsi super nullitate cessionis in viâ ordinariâ lis pendeat, id impedimento non sit quò minus cessionarius aduersus debitorem cessum executionem intendat, vt affirmant Hypolit. Mõtan. vbi proximè, ex Socino, Gratian. Cartar. Franch. & aliis, Giurba *decis. 100. num. 1.* Barbos. *dict. quæst. 2. num. 69.* Duard. *post tract. de censib. decis. 70. n. 4.* Guzmã *de euictionib. quæst. 32. n. 36.* qui *à num. 34.* transcribit *dict. decis. 100. per tot.* In quâ Giurba id principaliter agit, an pendente iudicio in via ordinaria super nullitate, vel rescisione instrumenti, vel cessionis, possit interim actor virtute ipsius instrumẽti, vel cessionis executionem intendere; an verò ei obstet præuentio super nullitate, vel rescisione? In quo articulo verior resolutio est, pendente nullitate, vel rescisionis iudicio non solùm à debitore, sed ab ipsomet actore intentato, instrumentum exequi posse, tametsi sententia contra instrumentum prolata esset, dummodo ab ea appellatum fuerit, vt vltra Guzman, & Giurbam sup. *& decis. 2. num. 1. & 2.* probat latissimè D. Salgado *de Reg. protect. 3. part. cap. 3. num. 41.* Carleual. *de iudiciis lib. 3. disp. 14. per tot.* Anton. Amato *1. tom. resol. 36. per tot. & 2. tom. resol. 81. à nu. 27.* Fontanell. *de pactis nuptial. claus. 7. glos. 2. part. 5.* 14

part.5.à num.28. Cancer. *1.part. var. cap.7.à num.30. & 2.part.cap.3.à n. 23.* Capycius Latro *decis.43.num.17.* D.Franc.Merlin. *controuer. cent.1.c. 22.* D.Lara *de vita homin. cap.27.à n. 46.* Cencius *de censib.quæst.82.per tot. & quæst.95.à num.31.* Addentes *ad Molin.de primog.in annotat.num.16* Hermosill. *in l.56.tit.5.part.5.glos.11 & 12.à num.146.* Auendañ. *de metu lib.2. cap.29.per tot.* qui plenissimè prosequuntur, & limitant.

15 Nec solùm † ius agendi viâ executiuâ cessionario competit, sed etiam vtitur priuilegio, quod in executione cedens habebat, si non eius personâ, sed causam, actionemque ipsam concernat. Quapropter si dominus fundi locati cedat actionē, & instrumentū sub guarentigia, quod habet cōtra cōlonū, vel agricolam ad exigendā pēsionem, vel pecuniam ers mutuatā ad seminandum, vel fructus percipiendos, poterit cessionarius quemadmodùm ipse cedens posset, executionem facere in bonis agricolæ priuilegiatis; quia priuilegium hoc domino fundi competens, de quo *in l.25. tit.21. lib.4. Recopil.* non personæ domini, sed actioni, & causæ coniæret; vndè ius exequendi cum suo priuilegio in cessionarium transibit, vt rectè defendit Ignatius de Villar *in sylua resp.lib.2. resp.16.cap.1.à num.39.*

16 In cessionario † Fisci idem resoluit Villar, cui similiter concedit executionem in bonis agricolæ priuilegiatis, quam habebat Fiscus, propter iura, & debita Regalia: quæ assertio licet vera sit, non eâ ratione nititur, quam probauit Ignat. de Villar, scilicèt quod priuilegium Fisci personale non sit, sed reale adhærens actioni tributorum; qua ratione in cessionarium simul cum ipsa actione transferri asserit. Verius namque est, priuilegium illud personale esse: quia quamuis dirigatur ad iura, & tributa Regalia, tamē propter Fiscum est, eiusque fauorem concernit; ideòque in cessionarium transire nō posset absque speciali Fisci priuilegio.

Similiter † ad instantiam cessionarij, qui exequitur instrumentum nonnis cessi, debet debitor carcerari si fideiussorem (qui vulgo dicitur *de saneamiento*) non præstet: nam cum ius hoc instrumento guarentigio insit, iuxta *l.19.tit.22.lib.4. Recop.* Parlador. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. part. §. 5.* Rodriguez *de executione cap.5.à num.33* Auendañ. *de censib. cap.98. à num.7.* in cessionarium transire debet. Et statutum quòd debitor possit capi ad instantiam creditoris, habet locum in cessionario, Maranta *in l. si actor, D. de procur. à num.22.* Boerius *decis.10.* Surdus *cons.444.* Bertazol. *clauſ.29. glos.10. à num.2.* Roderic. Suarez *in l. post rem iudicatam extensione 7.* Ioan. Bapt. Thoro *3.tom. compend. decision. verb. cedi an possit, fol.141.* Amendola *ad Franch. decis.75. nu.5.* Portoles *ad Molin. in §. actio, à numer.38.* latè Noalis *de transmiss. casu 28.num.142. & casu 39.num.9.* Cell. Barg. *de dolo lib.5. cap.7.num.87.* Gallerat. *dict. c. 4.num.61.* Osuald. *ad Donell. lib.15. c. 43. lit. L.* nec audiendus est contrariū probans Sfortia Odd. *ad l.3. C. de nouationib. quæst.1.* vers. *quæro decimo quinto.*

Nec † vt ad capturam personæ de- 18 ueniatur, necessaria erit citatio debitoris, vt discutiatur prius de viribus cessionis, prout ex relatis minùs benè affirmarant aliqui quos sequitur latè disputans Brunor. à Sole *dict. quæst. 11. per totam,* Guzmā *de euiction. quæstion.75.num.143.* Amendola *ad Franch. decis.75.* & alij relati per Amatum sup. quia vt supra diximus, quemadmodùm ad decernendum mandatum executiuum nulla requitur citatio debitoris cessi, si de cessione constiterit per instrumentum; ita nec ad capturam eius in defectū fideiussoris, qui dicitur *de saneamiento* necessaria erit, vt praxis admittit, de quâ testatur ominò videndus Ancarr. *dict. q.3.à n.7.*

Carta-

Cartarius, Fachineus, & alij quos refert Schifordeg. *dict. lib. 3. tractat. 23. quæst. 20.* quem ferè trāscripsit Arias de Mesa *lib. 1. variar. cap. 21. à num. 1. ad 9.* qui neminem vidit ex isquos retulimus.

19 Quamꝛ doctrinam iuxta nostrā distinctionem accipias, scilicèt quandò ius capturæ iuramento, seu nomini cessō, vel indistinctè cuicumque creditori conceditur: nam si id speciatim aliquibus personis tributum esset, cessionarius eo iure non vteretur, vt notabiliter aduertit Carpan. *ad Statut. Mediol. cap. 167. à nu. 71.* ibi: *Quòd autem beneficium capturæ competens aliquibus personis transferatur etiam in cessionarium facit in argumentum text. in l. qui stipendia, C. de procuratorib. Et verum quia hæc conclusio videtur pati aliquam difficultatem inter scribentes, distinguerem ego casus, quod aut statutum disponit super causis indefinitè, vel super personis per nomē creditoris, quòd possit vti capturâ in quibusdam casibus, & tunc sine difficultate cessionarius comprehendetur in dicta dispositione Statutaria, vt possit vti dicto beneficio, cum veniat appellatione creditoris, ita notat Bart. Et aut verò statutum concedit priuilegium personis speciatim nominando eas, & tunc cessionartus non potest vti dicto beneficio statuti: quia cessat eius ratio, ita declarat Socinus, &c.*

20 Hìc iam se offert examini casus, quem in Cancellaria Limæ disceptatum refert doctissimus D. Solorzano *de iure Indiar. 2. tom. lib. 4. cap. 2. à nu. 22.* an si nobilis in causa syndicatus, vel alia criminali, in qua legitimè carcerari potest, fideiussorem præstiterit de iudicato soluēdo, si is pro reo principali soluerit condemnationem, possit cessis sibi iuribus à Fisco, vel priuato accusatore nobilem pro quo fideiussit carcerare. In quo dubio placuit D. Solarzano, nobilem ad instantiam cessionarij capi non posse: quia quò ad ipsos negotium ex contractu, non ex delicto originem duxit, sequitur nouitèr Carrasc. *in tract. de nobilib. nō carcerand. num. 107.* Sed cessionario ius capturæ competere, suadetur ex eo; quia cùm ius hoc siue causa carcerandi nobilem, non speciale accusatoris, vel Fisci priuilegium sit, imò ex delicto dependeat, cessa actione pœnali cum ipsa ius capturæ transfertur, iuxta superiores doctrinas.

Nec eo casu videtur habendam esse rationem, an is contraquem ceditur actio, nobilis sit nec ne; nàm in delictis, nobilis æquè carceratur, ac plebeius: et ratio qua nititur D. Solorzano, vt cessionario aduersus nobilem capturā deneget, (scilicèt quòd quò ad reum, & fideiussorem non ex delicto, sed ex contractu negotium originem trahit) difficilis est: quia fideiussor, qui cessis iuribus aduersus reū experitur, non ex cōtractu cum eo gesto agit; sed actiones sibi mandatas exercet, quæ cum sua causa, & priuilegio reali necessariò transire debent, *dict. l. cum patronus 18. D. de leg. 2. l. 1. §. 1. D. de iure immunit. l. in omnibus 68. l. priuilegia 168. D. de reg. iur.* 21

Accedit in confirmationē, quòd fideiussor de iudicato soluēdo in causa criminali, si soluat condemnationem, siue cessa iura habeat, siue non, coram ipso iudice causæ criminalis agere potest contra reum, pro quò soluit; qua si depēdeat ab ipsa causa principali, *l. cum cortū, C. de sententiis, & interloq. omnium iudicum*, Gratian. *1. tom. cap. 154. num. 21.* Bertazol. Trētacinq. Guzman, & Cancer. relati sup. *tit. 5. quæst. 5. a num. 1.* D. Lara *de vita hominis, cap. 21. num. 60.* Cum igitur ipse iudex causæ criminalis adhuc procedat, negotium suam primordialem naturam retinet, & per consequēs in eo per capturam, & carcerem reus licèt nobilis compelli poterit, vt arguit Ignat. de Villar *dict. resp. 26. cap. 2. num. 31.* 22

Cæterum his casibus in quibus cessionarium debitorem cessum carcera- 23

re

re posse resoluimus, ius hoc cum sua causa transibit, ac proindè si cedès debitorem carceratum alere teneretur, iuxta notata per Cancer. *lib.* 1. *var. c.* 16. *à n.* 9. Ioan. Bapt. Thoro 1. *tom. cõpend. decis.* verb, *alimenta præstare*, remisiuè Castillo *tom.* 3. *controu. c.* 27. *nu.* 72. Velasc. *de priuil. paup.* 1. *part. quæst.* 39. *à nu.* 33. Lara *de anniuers. & capell. lib.* 1. *c.* 22. *nu.* 36. Auendaño *de cens. lib. c.* 53. *nu.* 10. Mancius *in patrocinio debitor. q.* 6. *à nu.* 43. Paschalis *de vi rib. patriæ potest. part.* 2. *cap.* 9. *à n.* 81. Osuald. *ad Donell. lib.* 27. *comm. cap.* 3. *lit. II.* Apud nos stat *l.* 4. *tit.* 16. *lib.* 5.

24 *Recop.* vbi Matienz. *glos.* 1. Idem † alimentorum onus subibit cessionarius? Surdus *de alimentis tit.* 1. *quæst.* 71. *numer.* 4. Grass. *de exceptionibus in præludio nu.* 125. Hypol. Montan. *in addit. ad Oliban. d. c.* 4. *nu.* 42. versic. *sed agere in fin.* Costa *de remediis subsidiariis, rem.* 27. *in illatione à nu.* 2. ex Aluaro Valasco, Cancer. *d. nu.* 9. vbi intelligit, si in cessionario ædem causæ concurrerent, quæ in cedente, idẽ Cancer. 3. *part. variar. c.* 17. *n.* 250. *&* 1. *part. c.* 17. *nu.* 41.

25 E conuersò † autem dubitatur, an si cedens contra debitorem suũ executiuè, & per carcerẽ agere non posset ex aliquâ speciali causâ, scilicet quia debitoris frater, aut socius est; si ius suum alteri cedat in quo qualitas illa personalis deficiat, possit cessionarius viâ executiuâ, & per capturã aduersus debitorem cessum procedere. Cuius dubij resolutio, quia ab illa quæstione pendet, an exceptio, quæ obstat cedenti, obstet etiam cessionario, de qua infrà hoc *tit. quæst.* 11. agemus, ad eam lectorem remittimus.

SVMMARIVM.

1 *Possessio defuncti in heredem eius sine noua apprehensione non transfertur, etiam si suus heres sit.*

2 *Rerum incorporalium quasi possessio per cessionem transfertur in cessionarium.*

3 *Discriminis ratio assignatur, cur magis in cessionarium, quàm in heredem, iurium incorporalium quasi possessio sine noua apprehensione transferatur.*

Hereditas incapax est possessionis,

4 *Cessio in incorporalibus loco traditionis est, idemque operatur circa incorporalia, quod traditio in corporalibus.*

5 *Cessio in corporalibus nullam transfert possessionem in cessionarium: vbi aliquibus modis limitatur.*

6 *Possessio acquisita virtute clausulæ constituti an transeat in cessionarium nominis in quo adiecta est illa clausula.*

7 *Possessio nobis quæsita virtute clausulæ constituti, aut præcarij, an ad heredes nostros transeat,* & nu sequentib.

8 *Donatarius cum clausula constituti, est legitimus contradictor ad impediendam executionem latam cõtra donantem in bonis donantis.*

9 *Donatarius aliquorum bonorũ post mortem donantis cum clausula cõstituti, est legitimus contradictor ad impediendam possessionem heredi in illis bonis,* & n. 12.

13 *Ex cessione nullâ, an transferatur quasi possessio iurium incorporalium in cessionarium.*

14 *Ex contractu inutili quem lex improbat, si sequatur traditio, an possessio transferatur.*

15 *Ex cessione nullâ, iurium incorporaliũ possessionẽ nõ acquiri ostẽditur*

16 *Cessionarius hereditatis an possit petere missionem in possessionem eius, ex beneficio* l. fin. C. de edicto D. Adriani.

Beneficium l. fin. C. de edicto D. Adriani, *an detur heredi heredis.*

17 *Facultas & licentia ingrediendi possessionẽ propria auctoritate: an cedi possit, & trãseat in cessionarium.*

18 *Saluianum interdictū cedi potest, & simul cum actione cessa transfertur in cessionarium.*

19 *Interdictum retinendæ possessionis cedi potest, & cessionarius manutentionem petere potest sicut & cedens posset.*

20 *Possessoria remedia quæ competūt creditori census, eadem dātur eius cessionario.*

21 *Prouisus Apostolicus cui Camera Apostolica cessit possessionē antea captam virtute Breuis, est legitimus possessor; et ei competūt remedia possessoria.*

22 *Ius Tenutæ, & retentionis, quam habet vidua pro dote in bonis viri, an cedi possit, & transeat in dotis cessionarium.*

23 *Possessorium iuris an rectè cedatur & resoluitur affirmatiuè*, cum num. seq.

Possessio bonorum maioratus, quæ transfertur in successorem virtute l.45. Tauri, *an transeat in cessionarium maioratus*, ibid.

27 *Spoliatus an cedere possit ius recuperandæ possessionis iudicialiter, vel extraiudicialiter sibi competens*, & num.28.

28 *Emphyteuta spoliatus cedere potest domino emphyteusis cōdictionem ex* canone redintegranda.

29 *Possessoria remedia, an transeant in singularem successorem sine cessione? affirmatiuè resoluitur*, numer.30.

31 *Possessorium omne cedi posse resoluitur.*

QVÆSTIO. V.

Possessio cedentis an transeat in cessionarium. Et quid si cessio inutilis, vel nulla sit: Et qualitèr remedia possessoria cessionario competant.

CVM aliud sit possessio, aliud remedia possessoria, quæ vel pro adipiscenda, retinenda, aut recuperanda possessione competūt: sigillatim agendum est, an possessio cedētis trāseat in cessionariū. Deindeque qualitèr ipse remediis possessoriis, vti possit.

Quamuis possessio defuncti in heredem sine noua apprehensione non transferatur, *l.cum heredes* 23. *l.qui vniuersas* 30. *§.quod per colonum, D.de acquirenda possessione, l.si ager, §.1.D. de rei vindicatione, l.1. §.Scæuola, D. si is qui testamento liber esse iussus*, Osuald. *ad Donell.lib.7.comment.capit.* 10. *lit.C.* D. Valentia *illust.iur.tom.1. tract.2.cap.4.nu.*10. Castillo 3. *tom. controu.cap.*24. *nu.*3. Anton. Fab. *in C.lib.3.tit.19.def.4.nu.*10. *& libr.7. tit.7.def.5.nu.1.* Card. Tusch. *lit.P. concl.*426. D. Salgado *de Regia protect.1.part.c.3.à nu.*109. Quæ regula non solùm in herede extraneo, sed etiam in suis heredibus obtinet, vt post alios veriorem dicit Castillo *d.tom.3 cap.22.à numer.*11. *&* 19. Ludouicus Posthius *de manutent.obseruation.* 55. *à numer.*25. latè Asin. *ad rubricam, C.de vsucap. pro emptore à num.* 158. multis relatis Noalis *de trāsmiss. cas.*38. *à nu.*2. vbi latè explicat: et ampliat *nu.*6. vt procedat non solùm in mobilibus, & immobilibus, sed etiam respectu iurium incorporaliū. Et *à n.* 24. declarat, an decisio *tex. in d.l.cum heredes* procedat, quando defunctus possidebat animo suo, & corpore alieno, veluti per colonū, de quo vltra relatos abeo videndus Surd. *cons.*117. *per tot.* Posthius *sup.à n.*36. Capycius Galeota *lib.1.controu.9.à nu.*32. *& contr.*36. *à nu.*18. qui refert Antonium Gomez, Thesaur. Rosental. & alios, Christophorus Suelues *cons.*82. *numer.*4. Iacobus Cuiacius *tractat.7. ad Africanum in l.si de eo* 40. *D.de acquirenda possess.*

1

In

In cessionario † tamen alia res est, 2
inquem iurium incorporalium quasi possessio per cessionem transfertur, *glos. in l. 2. §. idem Nerua*, verb. *experiaris*, *D. nè quid in loco publico*, Bald. *in cap. licèt causam*, *nu. 34. de probation.* Natta *cons. 398. num. 38.* Menoch. *de retinenda possess. remed. 3. numer. 259.* Gratian. *2. tom. cap. 310. num. 1.* Noalis *dict. casu 38. num. 7.* Cencius *de cens sib. quæst. 92. num. 8.* Acosta *de priuilegiis creditorum regul. 3. ampliation. 4. num. 37.* Rota apud Farinac. (quæ distinguit inter heredem, & cessionariũ, quò ad translationem possessionis in incorporalibus) *2. part. decis. 392. nu. 2. & 3.* Duard. *post tractatum de cens. sibus decision. 339. numero. 5. & à numer. 3.*

Ex quo † inter heredem, & cessio- 3
narium discrimine, vt in hunc auctoris sui possessio transferatur; in illum verò non transeat: nolim intelligas aliquo modo offendi regulam illam, quam suprà *titul. 3. quæstion. 8.* ex multis firmauimus, quòd quicquid ad cessionarium per cessionem transfertur, id in heredem fortiori ratione transmittitur: nam huius diuersitatis ratio aperta est: heredi enim post additionem ideò sine corporali apprehensione defuncti possessio non acquiritur: quia licèt omnia quæ iuris sunt, & defuncti fuerunt, iuris fictione, & intellectu in hereditate iacente sint, & per eam in heredem postea adeuntem transferantur; tamen fictio illa quò ad res quæ in facto consistunt nihil operari potest; ac proindè possessio defuncti quæ facti est, & in corpore, & animo consistit, in hereditatem non continuatur: quia persona illa ficticia, & imaginaria, hoc est hereditas, incapax est possessionis: cùm in ea animus & factum deficiat: quapropter cùm heres adeundo non acquirat nisi ea quæ sunt hereditatis, & in hereditate non fuerit possessio, necessariò corporalis eius apprehensio requiritur: ex quo dici solet, possessionem heredis, nouam possessionem esse, & diuersam ab eâ, quam habebat defunctus, vt ex Baldo, Salgado, & Cancerio, probat Giurba *de successione feudorum*, *§. 2. glos. 12. num. 52.* vers. *ex his*, omninò videndus D. Valentia *dict. cap. 4. num. 10. & ad titulum de acquirenda hereditate*, *cap. 1. ferè per totum*, *& cap. 2. à nu. 13.* qui latissimè ex variis iuribus exornat.

Hæc † in cessionario omnino ces- 3
sant, in quem ideò iuris incorporalis quasi possessio per cessionem transfertur, quia cessio ipsa in incorporalibus loco traditionis est; & id quod operatur traditio in corporalibus, operatur cessio in incorporalibus, *l. fin. vbi glos. C. quandò Fiscus, vel priuatus*, Cyriacus *lib. 1. cont. 128. nu. 61.* Leotardus *de vsuris quæst. 88. nu. 33.* Gallerat. *de renũciat. lib. 1. cap. 4. ferè per tot.* Menoch. Noalis, Gratianus, & Cẽcius, vbi proximè, Olasc. *decis. 51.* Parlad. *differ. 37. §. 3.* Mier. *1. p. q. 40.* Scaccia *de commertiis. §. 2. glos. 5. quæst. 8. n. 263.* Angulo *de meliorat. in l. 1. glos. 5. n. 150.* Intrigliol. *cons. 1. nu. 46.* elegantèr omninò videndus Monter à Cueua *decis. 46. à n. 49.* Gaito *de credito c. 4. quæsit. 11. n. 18. 38. & 1842.* Guzman *de euiction. q. 30. n. 85.* Trentacinq. *lib. 3. var. tit. de solutionib. resolut. 15. numer. 1.* vers. *prima est*, & vers. *secunda conclusio*, Carpan. *ad statut. Mediol. 1. tom. cap. 445. num. 14.* Hermosill. *in l. 50. glos. 11. num. 21. titul. 5. part. 5.* Duard. *post tractatum de censibus decis. 394. à nu. 1.* latè Ioan. Baptist. Thoro *2. part. comp. decis.* verbo, *creditores cessionarij*, & verbo, *creditor licèt posterior*, vbi quòd in incorporalibus cessio, & traditio idẽ sunt: Et quòd per cessionem possessio trãsfertur, Anton. Amaro *2. tom. resolution. 95. numer. 20.* vbi ex multis suo more probat, in incorporalibus dominium, & possessionem per cessionem trãsferri; sicut per traditionẽ in corporalibus. Nec omittã in huius rei cõprobationem doctissimum Menochium

lib.3.præsumpt.6.nu.47. vbi *à n.46. ad* 54. disputat, quando ex cessione nominis viro per mulierem factâ, nomina tàm primo, quam secundo marito in dotem data præsumatur.

5 Quem † traditionis, seu quasi possessionis effectum, cùm cessio in rebus corporalibus non habeat, inde est vt earum rerum possessio in cessionarium non transeat, & necessaria sit corporalis apprehensio: quod procedit etiam si vendens, vel alio titulo transferens rem corporalem, omne ius suũ cederet, per illa verba *cessit, dedit, & tradidit*, per quæ nullatenus transfertur possessio, sed solummodo tribuitur facultas ingrediendi, & apprehendendi possessionem, vt ex Nattâ, Silbano, & aliis firmat Menoch. *d. rem.3. à nu.267.* Gratian. & Cencius suprà, ex multis Noalis *de trãsmiss. casu* 40. *nu.2.* ex aliis idem probat Ludouicus Posthius *obseru.55. à nu.16.* qui limitant in his casibus, in quibus per solã cessionem transfertur possessio, vt in cessione factâ à Principe, qui ex suo contractu, & verbo transfert possessionem. Vel si statutum disponeret, quòd cessionarius in omnibus, & per omnia loco cedentis succederet: vel quod cedens sine traditione transferret possessionem in cessionarium. Vel si cessio, & relaxatio fieret in præsentiâ rei cessæ, idem Posthius *obseruat. 20.nu.2.& 3.* iuxta quæ accipies Noguerol. *alleg.31.nu.68.* Francisc. Marcũm *decis.52.nu.6.part.2. decis.602. part.1.*

6 Oportunè † hic discutiendum est, an constituti ius, & possessio eius virtute quæsitâ transeat, & cessa videatur cessionarij cessio, cesso nomine, & iure in quo clausula constituti adiecta fuit? quam quæstionem post alios excitauit in terminis Paschal. *de vtrib. patriæ potest.p.1.c.8. à n.156.* qui duas refert contrarias sentẽtias. Prima quòd cõstituti ius in cessionarium non transeat, quam defendit Silban. *cons.55. à num.19.* Aliam quòd in eum constituti ius transfertur, quam veriorem dicunt DD. quos refert: cui posteriori sententiæ accedere videtur Gaitus *de credito dict. quæst.11. num.1842.* & expressè post Baldum amplectitur Tusch. *lit.C.* verb. *constitutum, concl. 790.* Sed primam admittit Anton. Faber *in C. lib.4.tit.29. de hered. vel act. vendit. defin.11.* vbi asserit, cessionarium nominis in ius hypothecæ succedere, non tamen in possessionem pignorum, quam cedens ex solâ clausulâ constituti habebat, nisi expressè simul constituerit, se cessionarij nomine possidere.

Cuius dubij † resolutioni non parùm lucis afferet, si inspiciamus prius, an possessio ex constituto descẽdens, ad heredes constitutarij transmittatur? Quæ inspectio vtilis, & in praxi frequens est: nam si ad heredem constituti ius, & eius effectus transire admittimus: quemadmodùm defunctus si viueret, posset vt tertius, & legitimus contradictor impedire executionem sententiæ in bonis super quibus adiecta fuerat clausula constituti, vt ex Aluarõ Valasco Giurbâ, & aliis probat D. Salgado *de Regia protection.4.part.cap.8. à numer.114. ad* 123. vbi latè, & doctè ostendit, quòd si alicui facta sit donatio certorum bonorum cùm clausula constituti, si postea donatario non citato sententiæ fuerint prolatæ, & executoriales expeditæ contra donantem, vt restituat bona illa, potest donatarius, qui per clausulam constituti possidet, impedire executionẽ sententiæ: & quòd tanquàm legitimus contradictor priùs audiendus est, addo idem sentientem Fontanell. *de pactis nuptial. claus.4. glos.27. num.36.* Hermosill. qui refert Valascum, & alios, *in l.50. glos.1. nu. 9. tit.5. part.5.*

Quemadmodùm † & donatarius virtute donationis irreuocabilis cum clausulâ constituti, legitimus contradictor dicitur, & impedit heredi missionem in bonis

in

in possessionem in bonis donatis, D. Salgado *à nu.* 123. Fontanell. *d. claus. 4. glos. 9. part. 4. num.* 20. Noguerol *alleg.* 25. *à nu.* 205. Marius Giurba *de succes. feud. §. 2. glos. 9. num.* 38. (vbi quod non solùm præfertur constituẽtis heredi; sed etiam eius cessionario) Marius Cutell. *de donat. contemp. matrimon. tract. 2. disc. 1. special. 32. à num. 17. & special. 17. à num.* 45. vbi quid si heres aliqua opponat aduersus donationem?

10 His † igitur, & aliis effectibus, qui ex clausulâ constituti descendunt, & competunt constituitario, (de quibus latè Posthius *de manutention. obseruat.* 20. *à num.* 4. *ad* 60. latissimè Horat. Carpan. *ad statut. Mediol. 1. tom. cap.* 462. *per totum*, Tusch. *lit. C. conclus.* 785. cum sequentibus, plenissimè Gaito *de credito cap.* 4. *quæsit.* 7. *a num.* 799. *ad* 932. Fontanell. *dict. glos.* 27. *per totã*,) eius heres vti poterit, si constitutum ad eum per aditionẽ hereditatis trãsfertur. Et in heredes cõstitutarij non transire, *ex l. qui vniuersas, §. quod per colonum, D. de acquiren da hereditate*, tenet Alex. Chassan. & Castrens. quos refert Tiraquell. *de cõstit. part. 2. ampl. 12. nu. 2.* Cagnol. *in l. contractus n. 34. D. de reg. iuris*, vers. *& nota*, Crueta *cons. 437. nu. 4. lib. 1.* pro quibus facit, possessionem defuncti in heredem non transferri; vt dictum est suprà.

Cæterum † contraria sententia, sci
11 licèt quòd vis, & efficacia constituti ad heredes constitutarij trãseat, etiã si heredũ mentio facta non sit, verior est; pro qua communiter expenditur *text. in l. quæsitum, §. quod a Titio, l. cũ precario, §. 1. D. de precario*, tenẽt post antiquiores Tiraq. *dict. ampl. 12.* Carpan. *d. c. 462. num. 113.* Posth. *d. obseruat. 20. n. 5. & 6.* Cencius *de censib. g. 94. a n. 20. & 24.* vbi quòd actiuè, & passiuè constitutum in heredes constituentis, & constitutarij transit, sequitur omninò videndus Ant. Thesaur. *decis. 105. per tot.* qui pro hac sententia allegat vltra omnes text. *in l. cum in plures 60. §. 1. D. locati.* & respondet contrariis.

Ex † quo in facti contingentiâ con 12
tendebam ego, heredẽ donatarij cum clausula cõstituti si cócurrat mortuo donãte cũ herede eius, qui desiderat mitti in possessionẽ virtute testamẽti ex edicto D. Adriani, legitimum esse contradictorẽ, & impedire possessionẽ heredis in rebus donatis, eiq; præferendũ esse: pro qua sententia vltra doctrinas relatas sup. in fauorẽ ipsius donatarij concurrentis cũ herededonantis; adducebã in terminis Noguerol. *d. alleg. 25. a n. 206.* Cæsar Argel. *de legit. contrad. q. 6. art. 1. in addit. n. 1. vers. additus est casus*, Cutell. *d. special. 17. n. 52.* quod verũ existimo, nisi heres aliquid opponeret donationi, de quo incontinenti, vel ex eius inspectione constaret, ad tradita per eundẽ Cutellũ, facit Noguerol. *alleg. 14. a nu 53.*

Hæc † igitur quasi possessio, quam 13
ex solâ cessione iurium incorporaliũ transferri diximus, haùt insubtilitèr dubitari poterit, an trãseat in cessionariũ, vbi cessio ex aliqua causa inutilis, vel nulla esset? Dubitationis causam præstat Paul. *in l. 1. §. si vir vxori, D. de acquiren. possession.* quo loci asserit, vxorem acquirere possessionem rei à marito donatæ, cuius §. verã rationem explicant Oſuald. *ad Donell. lib. 5. com. c. 6. lit. G.* D. Valentia *d. tract. 4. c. 7.* D. Salgado *de Reg. protect. 4. p. c. 8. nu. 106.* Alin. *dict. rubric. C. de vsucap. pro emptore a nu. 222.* cùm tamen certum sit, donationes inter cõiuges constante matrimonio factas iure ciuili moribus introducto improbari, *l. illud 5. §. ac nè illa. l. si liberis 27. D. de pactis dotalibus, l. profecticiam 5. §. si quis certam, D. de iure dotium, l. 1. & per totum, D. de donationib. inter, l. 4. C. eodem titul. l. 4. titul. 11. part. 5.* Alexand. Trentacinq. *lib. 3. titul. de donation. resolut. 6. per totam*, Sanchez, Cãcer. Borrell.

& alij, quos refert Hermosill. *in l.1. glos.6.à num.1.tit.4.part.5.* latè, & nouiter Tracredus *de matrimonio lib. 6.per tot.*

Vndè † euincitur, ex contractu inu-
15 tili quem lex improbat, interueniente traditione possessionem transferri, *vt ex dict. §. si vir vxori, l. quod vxor. 16.D.de acquirenda possessione, l.si donatæ 37.D.de donat. inter*, probant communiter DD. Anton. Gomez *in l.45.Tauri à num.23.* Matienzo *in l.3. tit.10.glos.8.num.4.lib.5.Recop.* Azeuedo *in l.2.num.90.tit.7.lib.8.Recopil.* latè disputans Acosta *de priuileg. credit.regul.1.ampl.1.à num.2.& ampliat.13.num.12.* latissimè per d. sanctos casus explicans Marius Giurba *dict.glos.9.à nu.22.cum plurib.sequēt. & §.1.glos.13.à num.29.& decision. 22.num.18.& à num.21.* limitant vltra eos, Mieres *de maioratib. 3.part.q. 9.à num.81.* Gratian. *decis.211. num. 4.& 5.* Posthis tatim referendus *& decision.63.* Velascus *de priuileg. pauper. 3.part.quæst.8. num.116.* Noguerol *allegat.31.à num.99.* Cyriacus *libr.1. cont.14.à num.43.* (vbi limitat quandò lex resistit acquisitioni cum clausulâ irritanti; vel quandò ob omissas solemnitates præsumit defectum cōsensus) Salgado vbi proximè. Quēadmodùm igitur ex contractu nullo, traditione secutâ, rei corporalis trāsfertur possessio; ita & rei incorporalis, quasi possessio per cessionem nullam transibit.

Sed in † cessione, contrà existi-
16 mo, quæ si nullitatis vitio subiaceat, nullam quasi possessionem cessionarius acquirere: moueor ex eo, quòd vbi ex actu nullo traditio realis, seu facti non apprehenditur, possessio nō trāsfertur: vndè ex clausulâ cōstituti, precarij, aut retentionis vsusfructus, alio vè actu iuris, seu fictæ traditionis possessio non quæritur: si contractum, cui similes clausulæ adiiciūtur, lex improbet; quia cùm possessionis trāslatio iuris sit, & à iure proueniat, potuit ab ipso iure impediri: secùs si facti esset, qualis est corporalis, & actualis possessio, vt elegantèr Ant. Gom. *in l.45. Tauri n.290.* omninò legēdus D. Paz *de Tenuta c.54.n.15.& 16.* Fontanell. *d.glos.27.n.15.* plenè Giurba *d. glos 9.nu.32.* Posthius *d. obseruat.29. nu fin.& obseru.27.n.1.& 5.* Duard. *post tractatum de rensib.decis.253.nu. 14.* Cum ergo cessionis effectus quò ad translationē quasi possessionis nihil facti habeat, sed iuris sit, & à iure introductus (vt alibi diximus) ad hoc vt incorporalia iura, quæ traditionē non admittunt, per cessionem transferantur, cessio legitima, & valida necessaria erit: nā si lex cessionē improbet ex quâ immediatè descēdit quasi possessio, nullū ius nec possessionis, nec dominij, cessionarius, cōsequetur, vt in terminis cessionis, alteriùsvè actus ficti, qui iuris est, probat Noguer. *alleg. 26.à nu.363.& à nu.317.* multis relatis Viscontē *concl iuris lit. P.* verb. *possessio ex contractu.*

De possessione † diximus, agamus 17
nunc de remediis possessoris, & primùm de eo, quod adipiscendæ possessionis nūcupatur. Quod cedi posse, & in cessionarium transire, ex eo probatur, quòd remedium *l.fin. C. de edicto Diui Adrian. tollend.* per quod heres scriptus in testamento non cancellato, nec abolito, nec ex quacūque suæ formæ parte vitiato mittitur in possessionem earum rerum, quæ testatoris mortis tempore fuerunt (iuxta latè tradita de materia *dict. l. fin.* per Menoch. *de adipiscenda possession. remed.4.* Argel. *de legitim. contrad. per integrum tract.* Paz *de Tenuta cap.26.* Anton. Gomez *in l.45. Tauri à num. 134.* Mieres *3.part.quæst.15.per tot.* Parlador. *lib.2.rerum quotidian. cap. 15.* Castillo *tom.3.controuer. cap.24. per tot.* Rodriguez *de execut.cap.1.artic.3.à num.14.* Capyc. Latro *decisio. 10.& 16.* Noguerol *alleg.23.à num. 136.& alleg.22.num.66.& allegat. 25.& allegat.31.à num.78.* D. Salga-

do

do *de Reg. protect. 3. part. cap. 12.* Carleual. *de iudiciis lib. 1. tit. 3. disput. 5. à num. 14. & 22.* Giurba *de success. feudorum, §. 2. glos. 12. à num. 62.* cedi potest & transit in cessionarium, vt ex quinque fundamentis resoluit Menoch. *d. remed. 4. à nu. 249.* quem sequitur Paul. Gallerat. *de renunc. lib. 1. c. 4. num. 53.* Hypol. Montan. *in addit. ad Oliban. de actionib, part. 2. lib. 1. cap. 4. num. 21.* Franc. Milanens. *lib. 1. decis. 3. num. 115.* Bald. *cons. 186. vol. 1.* Mieres *de maioratib. 3. part. quæst. 18. nu. 6. in fin.* Cardin. Tusch. *lit. L. conc. 288. à num. 48.* Cæsar. Argel. *de legitim. contrad. quæst. 7. art. 2. à num. 39.* Hunnius *in Encycloped. iur. 4. part. tit. 15. num. 14. & 17.* Noalis *de transmiss. casu 39. nu. 8. & 9.* qui ad heredem heredis, *dict. l. fin.* beneficium transmiti docent, Cyriacus *lib. 1. cont. in decis. quæ extat post controuers. 12. nu. 2.* Quæ sententia vera est, si cèrtum sint, qui *dict. l. fin.* beneficium in cessionarij, vel emptorem hereditatis non transire defendant, quos refert Tusch. & Milanens. Horat. Montan. cuius meminit D. Francisc. Merlin. *2. tom. cõtrou. cap. 2. num. 2.*

18 Facultas,† & licentia ingrediendi possessionem bonorũ debitoris propria auctoritate, quæ in pactum deduci solet, & ex dispositione, *l. 3. C. de pignoribus*, descendit, & inter remedia adipiscendæ possessionis numeratur Menoch *de adipiscenda possessione remed. 5.* (qui latè differit de hoc pacto, & eius potestate videndi latissimè agentes Ioann. Bapt. Thor. *voto 84. à n. 78.* Horat. Carpan. *ad stat. Mediol. 1. tom. cap. 55. & 56.* plenissimè Gaito *de credito. cap. 4. quæsit. 11. à nu. 292.* qui refert latè agentes Farinac. Scacciam, & Antonium Fabrum) cedi similitèr potest, & ad cessionarium actionis simul cum eâ transfertur, Bart. *in l. 1. §. Vsufructuarius per tex. ibi, D. de noui operis nũtiat.* sequũtur Angel. Immola, Roman. & Alex. ibi. Negusan. *de pignor. part. 4. nu. 21.* alios dat Tiraquell. *de retract. linagier, §. 22. glo. 1. num. 63.* Menoch. *de adipiscend. possession. dict. rem. 5. à nu. 100.* Carpan. *dict. cap. 156. nu. 20.* Maranta *in l. si actor, D. de procuratorib. nu. 21.* Molignatus *de retentione quæst. 344.* Plaza *de delictis, cap. 47. vers. & vt ad propriam*, Paul. Gallerat. qui Menoch. tãtùm refert, ex Anell. Amato *cons. 1. n. 8.* Cancer. *2. part. variat. cap. 7. num. 108.* Capyc. Latro *decis. 16. à nu. 42.* Thoro *dict. voto 84. nu. 112.* ex Menoch. & Tiraquell. Noalis *de transmiss. dict. casu 39. à nu. 29.* vbi *nu. 31.* limitat, quando facultas hæc alicui speciali priuilegio competeret.

Saluianum† etiam interdictũ, quod 19
inter adipiscendæ possessionis remedia refertur, *§. interdictum, Instit. de interdictis*, de quo *in tit. D. de Saluiano interdicto*, Pacificus *per integrũ tractatum*, Anton. Faber *de error. pragm. decad. 58. 59. 60. & 61.* D. Salgado *de Regia protect. 3. part. cap. 12. num. 17. à num. 43.* cedi potest, & in cessionarium simul cum actione pro qua cõperit, transfertur, Pacificus *dict. tractat. de Saluiano interd. insp. 3. cap. 2. à nu. 990.* Ioan. Bapt. Thoro *voto 19. num. 30.* Noalis *dict. casu 39. à nu. 21.* vbi de aliis adipiscendæ possessionis remediis.

De† alio possessorio remedio, quod 20
retinendæ possessionis appellatur, agendum nobis est, quod cessibile esse, & in cessionarium transire agnoscunt communiter interpretes post doctissimum Menoch. *de retinenda possessione, remed. 3. à num. 258.* cuius scripta mutuantur Noalis *casu 40. per totum*, Gratian. *2. tom. cap. 310. a num. 1. ad 27.* nouitèr Ludouicus Posthius *de manutent. obseru. 55. a nu. 3. ad 23.* ex Menoch. Gratian. & Cencio, Merlinus *de pignorib. lib. 4. quæst. 103. num. 3.* qui in incorporalibus ex solâ iurium cessione tàm interdictum possessorium plenariũ, quàm summarissimũ (quòd apud nos interim, apud alios autem diuersis nominibus nuncupatur, vt obser-

obseruat Posthius *obseruat. 3. per totam)* cessionario competere asserunt. In corporalibus verò vt hoc retinendæ possessionis beneficium cessionario concedant, distinguunt prout nos suprà. Et interdictum retinendæ cedi posse, cessionariumque manutenendum esse, sicut manuteneretur cedēs, vltra relatos Mieres *de maioratibus 2. part. quæst. 15. num. 6.* Fontanell. *decis. 166. a nu. 9.* Rota apud Farin. *2. p. decis. 764. a nu. 2.* Duard. *post tractatum de censib. decis. 250. num. 1. & decis. 394. a num. 1.*

20 Ex qua doctrinâ † rectè inferes, quòd sicut creditori census, nominis, alterius vè iuris incorporalis, qui est in quasi possessione exigendi annuas pensiones, vel præstationes (ex quibus autem hæc quasi possessio exigendi probetur? latissimè Posthius *obseruat. 35. per totam.* Cencius *de censib. quæst. 93. per tot.*) competit interdictum retinendæ possessionis, & alia possessoria, *cap. quærelam de electione,* Anton. Gomez *in l. 45. Tauri. a num. 129.* Cancer. *dict. 2. part. cap. 7. a nu. 116. & 3. part. cap. 14. n. 48.* Cencius *de censib. quæst. 91.* Capycius Galeota *lib. 1. controuer. 51. num. 9. & controu. 62. a num. 1.* Posthius *post tractatum de manutention. decis. 511. nu. 10.* latè Sesse *de inhibitione cap. 6. §. 2. a nu. 20.* ita etiam eius cessionario præstantur, Cencius *quæst. 92. a numer. 6.* Ioan. Bapt. Thoro *2. tom. comp. decis.* verb. *creditor licèt posterior.* Gratian. *sup. a num. 1. & 24.* Suelues statim referendus *num. 7.* Hieron. de Leon *lib. 1. decis. 66. per tot. & num. 3.* ibi: *Ex quo in occurrenti casu cessat difficultas ex eo, quod in venditione curiæ est apposita clausula cessionis iurium, & iudex qui vendidit dictum ius exigēdi annuas præstationes nomine dicti Ducis debitoris, cessit emptori omnia iura dicto Duci cōpetentia: et cū cessionarius sit procurator in rem suam cedentis, potest intentare nomine cedentis possessorium, quemadmodùm intentare potuisset ipse cedens contra suum debitorēm, ex quo erat in possessione exigendi abeo annuas præstationes.*

Huius † possessorij, & manutentionis, quam ex personâ cedentis habet cessionarius, nō inelegans argumētū est, quòd vbi in Curiâ Romanâ expeditur Breue Camerale, vt nomine Cameræ Apposticæ capiatur possessio alicuius beneficij reseruati, interim quòd prouiso Appostolico expediūtur literę, seu bullæ gratiæ: captâ, & apprehensâ possessione virtute Breuis, si per Cameram fiat cessio possessionis prouiso Appostolico; ex eâ cessione iustus possessor efficitur, talitèr vt ei remedia possessoria, & mandatum de manutenendo competat, Hieron. Gōzalez *in regul. 8. Cancellariæ glos. 34. a num. 27.* Garcia *de beneficiis 6. part. c. 3.* quos refert & sequitur D. Salgad. *de retentione Bullarum 2. part. cap. 10. n. 5. ad 10.* Posthius *de manutention. obseru. 55. nu. 15. & decis. 157. à num. 1.* Christoph. Suelues *cons. 41. a num. 7.* qui dat alios. 21

Quibus † non longè absimile est, quòd ius tenutæ, seu retentionis, quā habet vxor pro dote in bonis viri, cedi potest, & transit in cessionariū dotis, ex Francisco Marco, & Grammatico, Hermosill. *in l. 9. glos. 3. num. 74. & 75.* vers. *restringe secundo,* idem Frā cisc. Marcus *2. tom. decis. 643.* Cancer. *dict. cap. 7. a num. 107. & 1. part. cap. 9. a num. 59.* Fòntanell. *de pactis nupt. claus. 7. glos. 3. part. 8. a num. 20.* apud quos latè, an hoc ius tenutæ trāseat in cessionarium cum priuilegio faciendi fructus suos, quod mulieri cedenti competebat, dixi supr. *quæst. 2. num. 38.* 22

Hæc † quæ in possessorio facti certissima sunt; in possessorio quod iuris dicitur, non sine controuersiâ procedunt; sunt namque qui tenent possessorium iuris cedi non posse: veluti quandò statuti, vel legis ministerio defuncti possessio in heredem eius cōtinuatur, Argel. *de legit. contrad. quæstion. 11.* 23

stion. 11. *art.* 5. *per totū.* vbi add. *n.* 73. Vel vt apud nos ex dispositione *l.* 45. *Tauri,* possessio bonorum maioratus mortuo eius possessore cōfestim absque aliquo successoris facto, siue apprehensione in eum transfertur, quæ possessio ciuilis, & naturalis est, veræque, & realis possessionis effectus habet, ex innumeris Paz *de Tenuta cap.* 26. *à nu.* 38. *& cap.* 48. Cancer. *dict. cap.* 7. *nu.* 54. Noguerol *alleg.* 25. *n.* 9. Cyriacus *lib.* 1, *cōt.* 12. *n.* 71. Post hius *de manut. obser.* 106 *à n.* 85. *& obs.* 55. *à n.* 54. D. Solorzano *de iure Indiar. to.* 2. *lib.* 2. *c.* 13. *n.* 4. *&* 16. *à n.* 51. latiss. simè Giurba *de succes. feud.* §. 2. *glos.* 12. *num.* 52. quæ sententia receptissima est, licèt ab eâ discedat D. Valentia *illust. iuris tract.* 2. *cap.* 4. *num.* 10. *& ad titulum de acquirenda hereditate, cap.* 2. *num.* 18. existimans, nullo iure, nulla lege, vel statuto fieri posse, vt sine aliquo naturali facto transferatur possessio; posse tamen effici, vt transeant omnes effectus, & commoda possessionis, ac si naturaliter apprehensa fuisset, sequitur latè exornans Asin. *sup. à num.* 162. & Ansaldus *de iurisd.* 3, *part. tit. vnic. cap.* 16. *à nu.* 9.

24 Constituunt † igitur DD. discrimē inter huiusmodi iuris possessorium, & possessorium facti; nam hoc cedi posse affirmant: quia est ius perfectum, per agnitionem facti, ac proinde in bonis nostris est: illud verò ius imperfectū dicitur, personæ cohærens, quod nec transmitti, nec cedi potest, vt ex *l.* 3. §. *adquirere, D. de bonorum possess. l. Iulianus, D. si quis omissa caus. testamenti,* tenēt plures quos refert D. Paz *de Tenuta cap.* 61. *à num.* 1. Giurba *de succes. feud.* §. 2. *glos.* 12. *nu.* 78. à vers. *possessoria tamen,* quibus addes Pacificum *de Saluian. interdicto inspect.* 3. *c.* 2. *num.* 908.

Quò † fundamento motus D. Paz
25 *dict. cap.* 61. resoluit, maioratus possessorem si cedat maioratum in sequentem in gradu, nullatenus in eum trāsferri possessionem dictæ l. 45. ac per consequens nō posse ex simili cessione in Regali Consillio remedium tenutæ proponi (quod iuxta eundem D. Paz *de Tenuta cap.* 5. *à num.* 10. æquiparatur interdicto retinendæ vti possidetis) imò si lis aliqua acciderit, asserit, in proprietatis iudicio discutiēdam fore.

Cæterum † licèt hæc nimis vrgeāt, 26
verius credo, possessorium iuris etiam cedi posse, vt tenent plures relati à Paz, & Giurba, Tiraquell. *in tract. lemort. satis. part.* 2. *declar.* 8. iuxta quam sententiam resolues, eius cessionario eadem remedia possessoria competere quæ cedēti. Vndè si maioratus possessor cederet maioratum simpliciter, & absque vlla retentione, translibit in cessionarium immediatum successorē possessio, dictæ l. 45. vt defendūt Mieres *de maioratibus* 3. *part. quæst.* 18. Gutierrez *lib.* 3. *practic. quæst.* 71. Noguerol *allegat.* 31. *à numer.* 61. *&* 71. Giurba *dict. glos.* 12. *à num.* 78. D. Castillo *lib.* 2. *controu. cap.* 118. *nu.* 12.

Restat † pro complemento quæs- 27
tionis nostræ agere de alio, & vltimo possessorio remedio; quod recuperandæ possessionis nominatur: quo vbi spoliato propriā auctoritate vti permittitur: quia potest sine iudice suam possessionem recuperare, in alium cedi nō potest, quasi personæ ipsius spoliati infixum *glos. in l. cum fundum,* verb. *postea, D. de vi, & vi armat.* Aymon Crauet. & Rolandus quos sequitur Noalis *de transmiss. casu* 41. *nu.* 5. vers. *declaratur,* Paulus Gallerat. *de renunciat. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 125. *in fin.* Lara *de vita hominis, cap.* 23. *nu.* 23. *in fin.* Cācer. 2. *part. variar. cap.* 7. *nu.* 108. Plaza *de delictis, cap.* 47. vers. *quarto expræmissis circa medium,* vbi iustè reprehendit eos, qui ex dictâ *glos.* & verb. *postea,* contrarium sequuntur, inter quos referendus est Capycius Latro *decis.* 16. *nu.* 44. Iulius Cæsar Glusianus *de bonis insolutum dandis lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 454.

At verò † ius recuperandæ possessionis 28

sionis iudicialitèr rectè cedi potest, *l. quod si in dic. §. Iulianus, D. de petitione hereditatis*, ex Ripâ, Socino, & Tiraquell. Menoch. *de recup. remed.* 15. *à num.* 59. Cyriac *lib.* 2. *cont.* 321. *n.* 27. (vbi quòd cedi potest ius recuperandi rem cum fructibus) Noalis *dict. casu* 41. *à num.* 3. *&* 14. qui loquuntur in interdicto vnde vi, & remedio canonis *redintegrandæ* 3. *quæst.* 1. Cancer. *dict. cap.* 7. *nu.* 108. Cencius *dict. quæst.* 92. *à n.* 6. Gutierrez *dict. quæst.* 71. *num.* 7. Duard. *post tractatum de censib. decis.* 357. *nu.* 4. vbi quòd actio spolij expressam cessionem non requirit, multis relatis Marius Giurba *decis.* 12. *num.* 8. vbi spolium cum omni suo priuilegio cedi posse asserit, & reprobat Monter à Cueua *decis.* 35. *n.* 45. qui contrarium tenet. Et emphyteuta spoliatus condictionem ex *d.* canone *redintegranda* domino directo rectè cedit, iuxta Antonium Fabrum *in C. lib.* 4. *tit.* 29. *de hered. vel action. vēdit. defin.* 7 *&* *def.* 42. Camill. Borrell. *in summa decis. tom.* 1. *tit.* 33. *de emphyt. num.* 359. Vt autem cessionarius remedio recuperandæ vndè vi, vel redintegrādæ ex dict. canone agere possit, duo requirit Noalis *num.* 9. *&* 16. primùm, quòd illud remedium cedenti competeret. Secūdum, quòd cessionarius non ex sua, sed ex cedentis persona agat.

29 Dubium tamen est, an hæc remedia recuperandæ possessionis transeant in singularem successorem, emptorem scilicèt, vel donatariū, in quos res sine speciali iurium cessione alienata fuit. Et sine speciali, vel generali iurium cessione in cessionarium trāsferri, tenet Socin. Gratus, & alij quos refert Menoch. *dict. remed.* 25. *nu.* 64. à quibus ipse discedit eo motus, quòd remedium canonis *redintegrandæ*, nec interdictum vndè vi, in rem scriptum non est: quarè sine cessione in singurem successorem transite non potest, ex latè à nobis traditis sup. *tit.* 4. *quæstion.* 7. *per tot.*

Sed licèt Menochij auctoritas magna sit, tamen contra eum sentio; quia interdicta hæc in rem scripta sunt, *cap. Episcopi* 9. *quæst.* 1. *cap. cum Ecclesia* 3. *quæst.* 2. *l.* 1. *§. interdicta, D. de interdictis, seu extraordinar. act.* Posthius *post tractatum de manutent. decis.* 511. *à num.* 1. *&* 3. et in singularem successorem sine cessione transeunt, vt ex pluribus probat Noalis *dict. casu* 41. *à num.* 3. *&* 14. Oliuer. Beltramin. *ad Alexand. Ludouis. decis.* 542. *n.* 10. 30

Ex quibus iam securè resolues, omne possessorium cedi posse, agnoscūt Menoch. *dict. remed.* 4. *à num.* 249. Gutierrez *dict. quæst.* 71. *num.* 7. Mieres *dict. quæst.* 18. *nu.* 7. 31

SVMMARIVM.

1 *Cessio iuris ad suas consequētias extendi probatur.*

3 *Cessâ actione contra principalem debitorem, cessa intelligitur contra fideiussorem eius.*

3 *Cessio contra vnum ex reis debendi ad alium extenditur, iuxta* Ant. Fabrum.

4 *Cessâ actione personali, cessa intelligitur hypothecaria.*

5 *Cessionem iuris stricti esse, et in eâ non nisi expressa venire, qui sentiant.*

Cessio an debeat contrahi per stipulationem? Negatiuè resoluitur contra Ferdinand. Arias de Mesa, *ibid.*

6 *Cessâ actione personali hypothecariā cessam non censeri: et cessâ actione contra debitorem, non transire actiones contra fideiussorem alij verius dicunt.*

7 *Creditor cui Titius debet centum cū interesse, & damnis, si cedat centum illa aduersus Titium, non poterit cessionarius pœnam, interesse vel damna exigere.*

8 *Cessâ actione hypothecariâ, personalis cessa*

cessa non intelligitur.

9 *Cessionem stricti iuris esse defenditur.*

Cessio contra debitorem, extenditur ad fideiussorem, et personali actione cessâ, hypothecaria transit, vbi ratio assignatur.

10 *Cessio facta contra vnum ex correis debendi, quandò ad alium extendatur.*

11 *Hypothecaria, vel fideiussoria actio an possit cedi sine personali, & principali obligatione.*

12 *Cessionarius alicuius census potest agere non solùm aduersus principalem debitorem, sed contra tertios bonorum possessores, quos etiã ad recognoscendum compellere poterit.*

13 *Cesso censu, an reditus decursi cessi etiam videantur, & pertineant ad cessionarium. resoluitur*, n. 18.

Legato nomine, vel censu, an anteacti temporis vsuræ pertineant ad legatarium? à num. 13. cum seqq.

18 *Cessionarius, & subrogatus in omne ius, quod cedens in Ecclesia habebat, an videatur subrogatus in fructibus decursis ante cessionem?*

19 *Cesso iure exigendi annuos reditus alicuius census pro vita cessionarij, census redemptio an cessionario ad vitam, an domino census sit facienda?* cum num. sequentib.

Census redemptio an vsufructuario, vel proprietario fieri debeat? à n. 19. cum seqq.

21 *Vsufructuarij census ius non perimitur ex eo, quod census redimatur.*

22 *Redempto censu cuius quis vsumfructum habebat, si ex ea pecunia aliter census ad maiores reditus fundetur, an vtilitas vsufructuarij, vel proprietarij sit?* et nu. 23. *quid in detrimento?*

24 *Intelligitur* l. fundi Trebatiani 38. D. de vsufr. legato.

25 *Cessionarius nominis cessi an possit citra aliam specialem cessionem reuocare ea, quæ in fraudem debitor cessus alienauit*, cum num. sequentib. ad 29.

Alienata in fraudem creditorũ p ersonalium, quandò Prætor reuocet, ibid.

29 *Creditor hypothecarius, quãdò auocet pecuniam solutam per debitorẽ posteriori creditori, vel reuocet cessionem factam per debitorem.*

30 *Cessionarius nominis potest auocare solutionẽ factam posteriori creditori, vel reuocare cessionem factam per debitorem, quemadmodùm cedens posset.*

QVÆSTIO VI.

Cessio iurium an stricti iuris sit, ita vt ad alia, quàm ad ea, quæ expressa sunt, non extendatur.

CESSIONEM iurium † stricti iuris non esse, ideòque ad suas consequẽtias extendi, docet Bald. *in l. si in solutum, num. 2. C. de oblig. & action.* sequitur Gothofredus *in l. heredem* 14. *D. mandati, lit. M.* Ferret. *cons.* 18. *num.* 19. quem refert Sfort. Odd. *in repetitione l. 3. C. de nouat. quæst.* 1. vers. *quæro decimosexto*, Quorum opinio fulcitur ex eo, quòd cessa actione † contra principalem debitorem, cessa intelligitur contra fideiussorem eius, aduersus quem cessio simplicitèr contra debitorem facta extenditur, Azo *in summa C. de hered. vel action. vend. in fin.* Iacob. de Aren. *de cessione iurium, in rubrica, quæ actiones competant, nu.* 67. Negusant. *de pignor. 5. part. memb. 3. nu.* 40. Bertazol. *clauſ. 27. glos. 18. nu. 2.* Gratian. *decis. 13. num. 35.* Guzman *de euictionib. q. 35. n. 27. & 96.* Acosta *de priuilegiis credi-*

1

2

creditorum, reg.3. ampl.2. numer.5. Anton.Faber *in C.lib.4.tit.29.def.20.*

Similiter † ex eâdem ratione cessio contra vnum ex reis debendi facta, ad alium correum debendi extenditur, contraquem etiam iura cessa fuisse intelligitur, si credimus Ant.Fabro *dict.tit.29.C.de heredit.vel action. vendit.def.20.* sequitur ex Tusch. Noguerol *alleg.11.nu.53.*

Nec non etiam, cessâ actione per-
4 sonali hypothecaria transit in cessionarium, quamuis de eâ actum non sit, siue hypotheca specialis, vel generalis esset: siue tacitè, vel expresse sit contracta, Bald. *in dict.l.si insolutum, per textum ibi cum l.sequent.* ex Negusan. & aliis Bertazol. *dict.claus.27. glos.8. nu.13.* glos. *in l.si pignori*, vers. *contra, D.familiæ erciscun.* Bart. & Paul. de Castro *in l.si heres pecuniam, D.ad S.C.Trebell.* Bart. Bald. & Alexan. *in l.fideiussor obligari, D. de fideiussoribus,* Arim. Tepat. *variar.tit.501.c.2.* vers. *actio, & cap.3.* vers. *cessa,* latè Boerius
1 *decis.335.* Marta *in comp.decis.3. tom.* verb. *cessio, cap.3.* (vbi etiam limitat) Alex. Trentacinq. *lib.2. var.tit. de actionib.resol.5.nu.1. & 2.* vers. *contra,* Hypolit. Montan. *in addit. ad Oliban. de actionib.part.2.lib.1. cap.29.à nu.52.* Hieron. de Leon *lib.1. decis.26.à num.14.* Guzman *n.96.* Horat. Carp. *ad statut. Mediol.1.tom.cap.445.nu.35.* Hunnius *in Encyclop.iuris 2.part. tit.5.cap.7.num.42.* nouissimè nullo ex his relato Mercurialis Merlinus *de pignoribus lib.4.quæst.60. & quæst.*
2 *95.à num.28.* vbi ex eo infert, cessâ actione personali transire in cessionarium ius distrahendi pignus, quod competebat cedenti, & allegat pro more Negusantium.

Contrarium † tamen, scilicet quòd
5 cessio stricti iuris sit, & in eâ non nisi expressa venire affirmat incertus auctor *tit. de cessione, num.18.* Schisor deg. *lib.3. tract.23. quæst.20.* vers. *& quidem, & tract.23. quæst.19.* versic. *vnde,* Anton. Faber *dict.tit.29.def.13. & 20.* Camill. de Medicis *cons.165. nu.16.* Ioan. Bapt. Thoro *3.part. compen.decis.* verb. *cessionarius iuris luendi,* nemine relato idem firmat Arias de Mesa *lib.1. var.cap.24.nu.8.* vbi vt id teneat, falso fundamento moyetur, scilicèt cessionem per stipulationē contrahi: cùm certum sit citra stipulationem fieri posse, ad tradita per Sfortiã *sup.quæst.1.* vers. *quæro quomodo cessio iurium fiat,* vers. *dubitatur,* vbi aduertit, cessionem absenti, & ignoranti rectè fieri.

Ex quo † principio infert Anton. 6
Faber *dict.def.13.num.2. & def.11. nu.1.* verius esse, cessâ actione personali hypothecariam sine speciali cessione non transire, quod post Zasium *in l.quidquid ad stringendæ, D. de verbor.obligat.* probat *ex l.emptori, l.creditor, D. de hered.vel action.vendita,* vbi asseritur, emptori nominis cedendam esse pignorum persecutionem. Similitèr iuri magis consentaneū esse profitetur, cessâ actione contra debitorem; non transire actiones cōtra fideiussorem, quam sententiam secutus fuit Bald. *in l.dotalem, notabili 4. vbi Immol. D soluto matrim. & in d.l. si pignori, D. familiæ erciscundæ per textum in dict.l.venditor.*

Et pro † hac sententiâ, quòd cessio 7
stricti iuris sit, nec comprehendat nisi expressa, facit *l.64.tit.18.part.3.* vbi Gregor. Lop. verb. *è los daños,* qui ex ea lege probari asserit, quòd si creditor, cui Titius debebat centum, quæ soluere promisserat sub certâ pœnâ cū damnis, & interesse, cedat alicui illa centum aduersus Titium, non potest cessionarius ad pœnam, damna, vel interesse agere, nisi expressè ius hoc in cessione sit comprehensum.

Ad stipulatur † etiam, quòd si cre- 8
ditor cedat actionem hypothecariã, personalis cessa non intelligitur, Specul. *tit. de cess. action. §.1.* vers. *quid si cesserit hypothecaria.* Baldus, & Salicet. *in l.certi, C. de hered. vel act. vend.* Marta *dict.cap.3.* Alex. Trentacinq.

dict.

dict. resolution. 5. *numer.* 2. versic. *in prima*, Vlric. Hunnius *vbi proximè numer.* 43. qui rectâ ratione mouentur,
9 vt ex eis videre erit.

In † qua controuersiâ resoluendum est, cessionem stricti iuris esse, & vltra expressa non protrahi, quicquid distinguat Sfortia Odd. *dict.* versic. *quæro* asserens, cessionem à causâ regulandam, ita vt si titulus ex quo cessio fit, sit bonæ fidei, cessio bonæ fidei sit, alias secùs. Nec tunc oberit, cessionem contra debitorem factam extendi ad fideiussorem: et actione personali cessa, hypothecariam transire: quia licèt id verisimum sit, quicquid contrarium tàm in fideiussore, quàm in hypothecâ probet Antonius Faber *dict. defin.* 11. & 13. tamen ex eo prædicta resolutio non offenditur, quia cùm hypotheca accessio sit personalis actionis, *l. res hypothecæ*, *D. de pignoribus*, D. Valenzuela *cons.* 15. *numer.* 35. *tom.* 1. et fideiussoria obligatio sit etiam accessoria, & sequela principalis, *l.* 3. vbi Gothofred. *lit. F. l. generaliter* 5. *l. ex persona*, *l. hi qui accessionis*, *D. de fideiussoribus*, *l. in omnibus*, *D. de solutionibus*, Hering. *de fideiussoribus cap.* 3. *à numer.* 29. Donell. *lib.* 15. *comment. cap.* 48. vbi Osualdus *lit. A.* necessariò cessâ personali, & principali obligatione, transire debent: quia accessorium transit cesso principali, Bald. *in l. si à creditore in fine*, *C. de obligationib. & actionibus*, *& in l.* 1. *numer.* 9. *C. commun. de legatis*: nec tunc fideiussoria, & hypothecaria actio ex vi extẽsionis, sed comprehensionis transit, quasi quid expressis consequens. Quod rectè limitat Anton. Faber *dict. titul.* 29. *defin.* 20. vbi cessio contra debitorem tantùm cum dictione taxatibâ *duntaxat* facta proponeretur, quia nulla actio contra fideiussorem, vel tertium hypothecæ possessorem transiret, & cessio actionis personalis, duntaxat esset, argum. *l. nisi hoc actum*, *D. de pactis*, conducit Marta *in compend. decis.* 3. *tom.* verbo, *cessio*, *capit.* 19.

Sempèr † tamen mihi difficilis fuit 10
doctrinâ Antonij Fabri *dicta defin.* 20. quam ex Tuscho probauit etiam Noguerol suprà, scilicèt quòd cessâ actione contra vnum ex correis, videtur cessa contra alterum. Quia alia causa est correi; alia fideiussoris, & hypothecæ. Quarè nisi cessio in rem concepta fuisset, seu simpliciter nomen cederetur contra alium ex correis, actiones cessas non putarem, argumento text. *l. non solum* 8. *§. si verba*, *l. si quis in testamento*, *iuncta l. Aurelio* 20. *D. de liberation. legata*, de quorum iurium concordiâ, & intellectu agit Iulius Paccius *centur.* 6. *quæst.* 43. ad quem remittimus lectorem. 11

Id † verò quoddiximus, nẽpè cessâ hypothecariâ actione, personalem cessam non videri, apertè supponit, hypothecariam sine personali cedi posse; quod quamuis nonnulli ex antiquis, quos refert Paul. Galleratus *de renunciatione lib.* 1. *capit.* 4. *nu.* 130. *tom.* 1. satis controuertant, tamen verius est, non solùm debitori, sed extraneo hypothecariam sine personali cedi posse, iuxta Bart. *in l. fideiussor obligari*, *D. de fideiussoribus*, vbi Angelus, Immol. Paul. de Castro, & alij Bocrius, & Alexand. Trentacinquius supra, Bertazolus *dict. glos.* 7. *num.* 3. Salazar *de vsu*, *& consuetud. cap.* 11. *numer.* 36. post Negusantium, Felicianum, & alios D. Francisc. Merlin. *centur.* 2. *controuers. cap.* 19. *num.* 14. Negusantio tantùm relato idem probat Mercurialis Merlinus *de pignoribus lib.* 2. *quæstion.* 35. *à num.* 4. nouissimè D. Francisc. Salgado & Somoza *in labyrinth. creditor.* 3. *part. capit.* 13. *§. vnico*, *num.* 53. vbi etiam quòd creditor prælationis ius alteri posteriori creditori rectè cedere potest, manẽte credito, & hypothecâ. ex quo *à numer.* 44. eleganter disputat, quo ordine alter ex tribus creditoribus exi-

gere debeat, quandò primus creditor prælationem illã cessit tertio creditori.

Ratio † autem quarè hypothecaria sinè personali rectè cedatur, ea est, quòd licèt abinitio hypothecaria sine personali non consistat; tamen semel constituta benè potest à personali separari, *l. intelligere debes, C. de luitione pignor.* vbi Gothofred. Cuiacius *lib. 5. obseruat. cap. 32.* Ant. Faber *lib. 7. coniectur. cap. 18. per totum.* An autem contra fideiussorem actio cedi possit sine cessione actionis principalis? Videndi relatu a Guzman *dict. cap. 35. num. 97.* Bertazol. *dict. claus. 27. glos. 18. nu. 3.* & Galleratus *vbi proximè.*

12 Cùm igitur † cessionario actionis personalis hypothecariam exercere liceat, rectè interes, quòd si alicui cedatur ius exigendi reditus census ad certum tempus, non solùm eos poterit cõsequi à debitore, sed etiã aduersus tertios hypothecarũ possessores agere valebit, vt recognoscãt censum, & soluant reditus decursos, vt ex Petro Gregorio, & aliis latè disputans resoluit Marius Muta *decis. 85. à num. 8. ad finem decisionis*, qui loquitur in cessionario iuris exigendi censum emphyteuticum.

13 Sed cùm præsens † disputatio sit de his quæ cessio comprehẽdit, oportunè inquiremus, an cesso censu, reditus decursi ante cessionem, nondum exacti, ad cessionarium spectent? quæ quæstio in legatario census, vel nominis sub vsuris, summè controuersa est, anxièque disceptatur, an anteacti temporis vsuræ legatario census, vel nominis; an vero heredi pertineant. Qua in re, articulo ad partes discusso resoluit Petrus Surdus *decision. 88.* nomine legato præteriti temporis vsuras venire, pro qua sententia post alia fundamenta expendit text. (quem dicit expressum) *in l. nomen debitoris, D. de legat. 3.* in qua asseritur, legatario nominis, qui cessionem à lege habere dicitur, eius vsuras etiam deberi.

Aliter † sentit Hodierna *ad dict.* 14 *decision. 88.* qui distinguit inter fructus naturales, & ciuiles: et postquam resoluit, qualiter legatario fundi eius fructus naturales pertineant, (de quo, & à quo tempore fructus rei legatæ spectent ad legatarium, videndi Gutierez *lib. 2. practicarum quæstion. 33. & in l. non potest, D. de legat. 1. numer. 368.* Giurba *decision. 97.* Guzman *de euictionibus quæstion. 21. numer. 53.* Hypolit. Montaner *ad Olibán. de actionibus part. 2. lib. 1. cap. 6. à numer. 6.* D. Castillo *de vsufructu cap. 8. numer. 21.* Cancer. *3. part. cap. 10. à numer. 17.* Zeuallos *cõmun. quæstion. 79.* Acosta *de priuileg. creditor. regul. 1. ampliation. 6.* Ioan. Baptista Thoro *voto 16. per totum*) de fructibus ciuilibus loquens, ita scribit: *In secundo autem casu si fuerat legata aliqua emptio annuorum introitum, & tũcetsi reperiantur debiti multi anni introitus, & non exacti, non per hoc debentur legatario, sed illi hereditatem augent, text. est singularis in l. postulante, §. si huiusmodi, D. ad Trebellian. latè Viuius decision. 8. lib. 1. plenè Vincentius de Franch. decision. 254. &c.* Et postea cum Castillo *decision. 4. per totam*, asserit, pra dictam Surdi decisionem in primo casu, ideſt fructuum naturalium, non in secundo, de annuis introitibus esse accipiendam.

In terminis † census legati, quòd 15 reditus decursi, & maturati viuo testatore licèt non sint exacti, non debeantur legatario: quia non sunt accessorij sorti, & capitali census, sed pars integralis, & separata, ex Mastrillo, & Manticâ tenet Lud. Cencius *de censibus quæst. 72. à n. 28.* Riccius *ad Franch. dict. decision. 254.* sequitur Noguerol *allegation. 2. numer. 103.* qui refert Rodriguez *de redditibus lib. 3. quæstion. 6. numero 5.* quamuis non rectè pro hac sententia

tia

tia expendat Surdum, qui potius contrariam sequitur. Eandem Surdi opinionem amplectitur Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 3. tit. 22. de legato, à num.* 174. vbi *ex dict. l. nominis*, & Castrensi probat, cēsu annuo legato anteacti temporis reditus non exactos legatario præstandos esse.

16 In qua † opinionum varietate, distinguendum fore existimo, inter legatum nominis quod sub vsuris debetur; & legatum annui census: nā legato nomine, vsuræ anteactæ, & decursæ ad legatarium spectabunt *d. l. nomen*: quia vsuræ sunt accessoriæ ad sortem principalem, & nomen legatum sequuntur *l. Aurelius, §. legatū, l. fin. §. penult. & fi. D de liberat. legata*, quibus cauetur, legatâ debitori nominis liberatione, vsuras ex illo nomine testatori debitas remissas censeri; at verò censu annuo legato, pēsiones præteritæ, & decursæ non comprehendūtur; quia licèt dependeant, & procedant à dicto censuali, tamen non sunt accessoriæ, ideoque diuersa actione petuntur: quam distinctionem vltra omnes sup. laudatos probauit Ripoll. *variar. resolut. cap. 13. de testamentis à num. 328. ad 336.*

Hinc † iam non difficilis operæ
17 erit resoluere, quid in cessionario cēsus, vel nominis tenendum sit. Et puto idem in cessionario, quod in legatario procedere. Videndus Ruinus *cons. 198. vol. 1.* conducit Iacobus de
18 Puteo *lib. 2. decis. 226.* vbi asserit † cessionario, & subrogato in omni iure, & ad omne ius, quod cedens in Ecclesiâ habebat; non competere fructus, qui competebant cedenti ante cessionem, cùm fructus iam percepti non sint ius in Ecclesiâ, nec ad Ecclesiam. Quod limitat idem Pruteus *lib. 3. decision. 159.* quandò subrogatur quis etiam quo ad litem, in qua fructus fuerant deducti, sequitur Arism. Tepatus *var. tit. 8. de beneficialibus ingenere, c. 12. vers. fructus.*

19 Sed cùm actum † sit de cessionario iuris exigendi censum, id circa eum occurrit inspicere, an si alicui pro sua, vel cedentis vita ius exigendi censum cedatur, cui eorum facienda sit census redemptio, cedenti, scilicèt an verò cessionario? et quid iuris ipse habeat in pecunia, seu sorte principali census, post illius redemptionem? Quam quæstionem etsi à nemine in specie viderim tractatā, eius resolutio tamen summi rectè poterit ab alio dubio, quod excitant DD. scilicèt, an census redemptio domino proprietatis, vel vsufructuario fieri debeat; et an per redemptionem census vsufructus finiatur, vel duret in pecuniâ ex quâ facta fuit redemptio? Circa primum dubium, cui redemptio fieri debeat, proprietario, an autem vsufructuario census? Tres opiniones refert Cencius *de censibus quæst. 109. à num. 64.* Prima quòd facienda sit vsufructuario; siue vniuersalis, siue particularis sit, pro qua refert Rodericū, Auendañum, & Giurbam. Secunda, quòd soli proprietario fieri debeat, quam sequutus fuit Gratianus, & Intrigliol. et in puncto iuris veriorem dicit Duardus *ad Bull. §. 5. quæst. 19. à num. 4. & per tot.* Tertia, quam tutiorem esse dicit Cencius, & Duardus est redemptionem faciendam esse coniunctim, tàm proprietario, quàm vsufructuario, & vtrumque interpellandum fore.

Ex quibus † opinionibus licèt 20
hæc posterior securior sit, existimo primā veriorē esse dummodo vsufructuarius præstet cautionem in fauorem proprietarij, vt decisum refert Sesse *1. tomo decision. 63.* quem sequitur Fōtanella *de pactis nuptialib. clausul. 4. glos. 18. part. 5. numer. 5.* Facit pro hac sententia, quòd vbi debitor cēsus ante duos menses tenetur denunciare redemptionem faciendam domino census, denunciatio illa, si vsusfructus census alterius sit, non domino proprietatis, sed vsufructuario fieri debet, iuxta Cencium *de censibus quæst.*

111. *num.* 8. Duard. *dict. quæst.* 5. *nu.* 8. Ioh enim proprietario si fieret redēptio, si is amisisset pecuniam, non liberaretur debitor; cùm culpa non careat, qui requisitus ab vsufructuario de suo iure, eo inscio, & ignorāte soluit; maximè cum scire debeat, etiam post redemptionem ius vsufructuarij durare, videndus nouissimè D. Salgado *in labyrinth. creditorū* 1. *part. cap.* 27. *à num.* 5. *ad* 18. qui nobiscum cōuenit, non tamen meminit Duardi, & Fontanellæ quos nos laudamus.

21 Hæc † saltis aperiunt per redēptionem census ius vsufructuarij non finiri, sed adhuc manere, & viuere in pecuniâ, & forte principali census: supponunt omnes DD. quos retulimus, & in individuo docent Felicianus *de censibus* 2. *tom. lib.* 4. *cap. vnico nu.* 15. *circa principium*, Cencius *dict. quæst.* 109. *num.* 68. D. Salgado *sup. numer.* 14. adde Marium Mutam *decis.* 98. *à num.* 29. Facit quod in fortionibus terminis resoluit Petrus Surd. *cons.* 26. vbi per totum probat, vsufructu relicto alicuius domus, quæ vendita fuerat cū pacto de retrouēdendo, si redimatur, vsumfructum adhuc in pecuniâ durare, iuxta *text. in l. qui solidum*, §. 1. *D. de legat.* 2. Aduertendum tamen est, Surdum eo casu loqui, quo alicui mobilium, & immobilium rerū vsusfructus fuit legatus.

22 Vndè † petenda est resolutio illius dubij, de quo Consulius respondit Duard. *dict.* §. 5. *quæst.* 20. *per tot.* an si redēptio census facta sit vsufructuario, is que alium censum minori pretio emerit, quia prior qui redemptus fuit, constitutus erat ad rationem viginti quinque pro centum, nouus verò ad rationem viginti pro centū fuit fundatus; cuius commodo reliquum pretij cederedebeat, vsufructuarij scilicèt, an proprietārij? Et in proprietarij beneficium cedere sentit Duardus ex eo, quòd commodum, & incōmodum pecuniæ debitæ ad creditorem eiusdem spectat, in cuius facultate est retinere capitale, seu sortem redemptam, soluendo vsufructuario pēsionem annuam eiusdem quantitatis, quam ante redemptionem percipiebat, *l. fundi Trebatiani* 38. *D. de vsufructu legato.*

In † contrariam tamen sententiam 23
vt descendam, ipsamet Duardi ratione moueor: quia sicut periculo proprietarij cedere non deberet detrimentum sortis principalis census, nec resarcire de suo teneretur vsufructuario annuas pensiones, si fortè pecunia in noui census emptionē nō fuisset collocata, vel si nouus census minoris reditus emptus fuisset: quia legato censu, vel nomine debitoris, heres nō ad aliud tenetur, nisi vt cedat actiones suas legatario, *l. si sic legatum*, §. *si quis ita*, *D. de legat.* 1. Cencius *de cens. lib. quæstion.* 72. *à num.* 25. quatè sicut damnum vsufructuarij esset, vt nullus inficiabitur; ita similitèr ad eū augmētum debet spectare, ex vulgari regula, commoda eum sequi debent quem sequuntur incommoda, *leg. secundum naturam*, *D. de regul. iuris*, cum aliis congestis à Velasco *in locis commun. lit. C. axiom.* 80. Facit vltra, quòd si post redemptionem durat vsusfructus, omne id quod ex illa pecunia prouenit, vsufructuarij esse debet, nec quid ex ea, nisi finito vsufructu prætendere poterit proprietarius.

Nec † obstat textus *in dict. l. fundi Trebatiani* (de cuius intellectu plura Donell. & Osuald. *lib.* 10. *commen. cap.* 5. qui refert Castillum, & alios) nàm etsi ex eo rectè colligant interpretes, quod quamuis pretium census reuenditi remanere debeat apud vsufructuarium cum prædictâ cautione, potest tamen proprietarius si idoneus sit, apud se pretium retinere, si paratus existat annuatim soluere reditum, quem vsufructuarius ante redemptionem percipiebat, Felicianus, Cencius, & Duardus, locis relatis. Id procedit quandò proprie- 24

prietarius post redemptionem census reditus solitos vsufructuario obtulit; secùs verò si patiatur pecuniam expositam esse vsufructuarij periculo; ex quâ si nouus census creetur, reditus qui ex eo procedunt, siue minores, siuè maiores sint, ad vsufructuarium pertinebunt.

25 Aliud dubium † pro nostræ quæstionis explicatione annectêdum est; an cessionarius nominis cessi, possit alienata per debitorem in fraudem cedentis reuocare, ac ipse cedens posset, etiâsi actio reuocatoria (quæ Pauliana dicitur) expressè cessa nô esset. Quod vt rectè exponamus, sciendum est, Prætorem creditoribus personalê actionem habentibus suo edicto cô suluisse, per quod ea quæ in eorum fraudem alienata sunt reuocantur, *l. 1. & per totum, D. quæ in fraudem creditorum, l. 1. & per tot. C. de reuocand. his quæ in fraudem creditor. l. videamus, §. in Fabiana, D. de vsuris, §. item si quis in fraudem, Instit. de actionib. l. 7. tit. 15. part. 5.* de quorum iuriû materiâ videndi latissimè agentes Alex. Trêtacinq. *lib. 2. var. tit. de exceptionib. resolut. 4. per tot.* Acosta *de priuil. credit. regul. 5. in præf. à numer. 4.* Schisordeg. *lib. 1. tract. 8. per totum*, latissimè Donell. & Osuald. *libr. 23. com. cap. vlt. per tot.*

26 Si † igitur antè factam cessionem debitor fraudandi causâ aliqua alienauerit, dubium est, an cesso nomine comprehendatur, & cessum videatur ius reuocandi ea, quæ debitor cessus alienauerat? (loquimur de alienatis ante cessionem, nàm quæ post cessionem alienauit debitor, certum est posse per cessionarium tanquàm verum creditorem reuocari.) Et cessionario hanc actionem competere, & alienata reuocare posse, tenet Celsus Bargalius *de dolo lib. 5. c. 7. à n. 8.* licèt profiteatur à nemine vidisse disputari, nulla alia ratione mouetur, quâ quòd cessionarius verè creditor dicitur, & succedit in omne ius cedentis, vt latè diximus in principio huius tituli.

27 Sed † ius hoc reuocandi ea, quæ in fraudê gesta sunt, in cessionariû nullatenùs transire, nisi de eo specialitèr actum sit, vel saltim cesso nomine cessa sint omnia iura, & actiones quæ illius ratione cedenti competunt, verius videtur ex eo, quòd cessio vt sæpius diximus, stricti iuris est, quæ non ad alia quâ ad expressa extêditur, nisi ius de quo quæritur accessorium, & quasi sequela principalis actionis sit. Reuocatoria tamen actio etsi ratione nominis cessi competat, ei accessoria non est: quarè in cessione nominis non comprehenditur. Facit in confirmationem, quòd iura quæ alicuius rei ratione competunt, non aliter cũ ea transeunt in singularem successorem, quâ si specialiter, vel saltim generalitèr cedantur, vt late ostendimus supr. *tit. 4. g. 7.* pertot. sed Pauliana actio tametsi inter actiones in rem referatur, quia per eâ rei alienatio rescinditur, tamen non propriè realis est, & multa cum personalibus iudiciis commune habet; quia heredi, & in heredê datur, *l. ait prætor. §. final, D. quæ in fraudem credit.* Quarè aliquandò actio in personâ dicitur, *vt in leg penul. D. si quid in fraudem patroni.* Vndè cesso nomine nô transibit, tametsi eius causâ prodita sit, & ab ipsa obligatione descendat; cùm ea iura quæ ratione rei conceduntur, eam non sequantur, nisi de eorum cessione tacitè, vel expressè agatur.

28 Quæ † quamuis dubiam faciant Celsi Bargalij relatâ sentêtiam, ab ea tamen discedendum non est: nam licèt cessio stricti iuris sit, tamen Pauliana, seu reuocatoria actio transfertur in cessionarium nominis; quia ei accessoria, & quasi consequens est; cùm huius actionis finis in id tantùm tendat, vt perindè sint omnia, ac si nihil alienatum fuisset, vt creditor, quod sibi debetur, cõsequatur quarè cesso nomine, actũ verosimilitèr cêsetur, vt hæc actio trãsferatur,

per quem si debitor aliàs solnendo non sit, ad exactionem nominis cessi deuenitur.

Ex † eâdem ratione resolues, quòd
29 vbi creditor hypothecarius potest pecuniam posteriori creditori solutam auocare, iuxta *l. pecunia, C. de priuileg. Fisci*, cum latè traditis per Gaitum *de credito cap. 4. quæst. 11. à nu. 1296. ad* 1375. Castillum *lib. 4. controuers. cap.* 61. *& lib. 5. cap. 78.* Fontanell. *de pactis nuptialib. claus. 5. glos. 8. part. 6. & 7.* Alex. Trentacinq. *lib. 1. var. tit. de iure Fisci, resol. 7. per totam, & lib. 3. var. tit. de solution. resol. 23. à nu. 4.* Schiffordeg. *dict. tract. 8. quæst. 7. &* 8. Noguerol *alleg. 7. art. 1. per totum,* Anton. Amatum *2. tom. var. resol. 51. per totam,* nominatim Merlinus *de pignorib. lib. 4. quæst. 28.* D. Salgado *in labyrinth. credit. 1. part. cap. 10. à numer.* 55. Vel vbi creditor potest reuocare cessionem nominis posteriori creditori à communi debitore factam, iuxta Noguerol *alleg. 35. n. 8.* Acostam *de priuileg. credit. reg. 3. ampl. 4. à num. 1.* cum aliis infra suo loco referendis.

30 Idem † ius quod creditor habebat, in cessionarium nominis transibit, licèt expressè cessum non sit: ratio est, quia ius hoc auocandi solutionem, vel cessionem posteriori creditori factam, nomini cesso cohæret, & hypothecariæ actionis effectus est, quæ cùm ex cessione personalis actionis transferatur in cessionarium, cum omnibus suis iuribus, & effectibus transire debet.

SVMMARIVM.

1 *Transactio, aut rem tradendo, aut dimittendo perficitur.*

2 *Maioratus possessor transigens super re maioratus, siue rem dimittat, vel illi tradatur, nouum sibi titulum non acquirit; sed commodum maioratus est.*

Acquisita per heredem grauatum ex causa transactionis, an ipsi vel hereditati, & fideicommissario acquirantur.

3 *Transactionis causâ si res super quâ lis est tradatur, nouus titulus inducitur.*

4 *Titulus antiquus, an nouetur quandò res ex causa transactionis traditur.*

Titulum nouum obtinentes, non ex eo fatentur antiquum cuius virtute possidebant, nullum esse.

5 *Titulum suum potest quis nouo Principis priuilegio munire; nec ex eo fateri videbitur titulum antiquum nullum esse.*

6 *Titulos plures quis obtinere potest ad maiorem securitatem, & cautelam.*

Priuilegia per plures Principes confirmata, maiorem habent firmitatem.

7 *Nobilitatis si quis obtineat priuilegium, non ex eo fatetur se esse ignobilem: et conseruat nobilitatē sanguinis, quam antea habebat.*

8 *Dominium vnius rei, licèt non possit quis ex pluribus causis, seu titulis acquirere: poterit ad cautelam pluribus titulis se iuuare.*

9 *Intelligitur doctrina* Cardinal. Māticæ *simulque quandò per transactionē ex qua res traditur, nouus titulus acquiratur, & prior nouetur.*

10 *Res tradita ex causa transactionis, si euicta sit, an euictioni sit locus?* Et num. 11. *quid si res ipsa super quâ lis erat traderetur.*

12 *Tradens rem ex causa transactionis, si eius dominus non sit, transfert in eum, qui bona fide accepit vsucapiendi conditionem.*

13 *Ex transactione, vbi res penes possessorem dimittitur, an nouus titulus acquiratur, vel saltim vsucapiendi conditio præstetur?*

14 *Dimittens rem ex causa transactionis, non intendit transferre dominiū eius, sed tantū à lite discedere.*

15 *Eui-*

15 *Euictio an debeatur ex transactione, quando res dimittitur penes possessorem.*

16 *Titulus nouus, aut vsucapiendi cõditio, an quæratur ei, penes quem res dimittitur ex causa trãsactionis, & quid si res ipsa litigiosa dimitteretur*, cum num. seq.

19 *Expenditur* Iacobi Cancerij, *locus.*

20 *Dimittens rem ex causa trãsactionis, si euicta sit, an de euictione teneatur?*

21 *Gauella an debeatur ex transactione, siue res tradatur, siue dimittatur penes possessorem.*

22 *Transactio quando super lite, & vt quis ab ea discedat: quando verò super re litigiosa fieri dicatur?*

QVÆSTIO. VII.

Ex transactione, an nouus titulus acquiratur? Et quid vbi dimittens rem ex causa transactionis, iura, & actiones suas cedit.

TRANSACTIO† (cuius diffinitionem, & requisita post Donell. refert Hieron. de Asin. infrà referendus *à num.* 321.) aut tradendo rem; aut eam dimittendo perficitur; accidit enim quòd reus à quo res vindicatur, illam ex causâ transactionis aliquo accepto, actori tradit; aliquandò verò actor, qui rem vindicat, eam aliquo accepto apud reum, & possessorem transigendo dimittit: quibus casibus dubitari solet, an is, cui res super quâ lis pendet, trãsactionis causa traditur, vel dimittitur; nouum in ea titulum, & dominiũ acquirat; an verò ex titulo antecedẽti eam habere, & possidere dicatur? Quæ inspectio vtilissima est, quia ex eâ plurium casuum, de quibus infra agemus, vera resolutio pendet. 1

Quâ † in re illud in primis cõstituo, maioratus possessorem nouum titulũ non acquirere, quoties ipse transigit; siue res super qua lis est, illi tradatur; siue dimittatur apud eum: imò indistinctè rem ita acquisitam ad maioratum pertinere dixit Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 22. Mieres *de maiorat.* 1. *part. quæst.* 11. *num.* 82. innumeris relatis Noguerol *alleg.* 37. *num.* 4. quos sequitur Parexa *de edit. instrum. tom.* 2. *tit.* 7. *resol.* 3. *nu.* 90. Quemadmodũ acquisitum per heredem ex causa hereditaria transigentem, non sibi acquiritur; sed hereditati, & fideicommissario pertinet, Iacob Cancer. 3. *part. variar. cap.* 15. *num.* 211. Fusar. Pereg. Mieres, & alij quos dat Noguerol *alleg.* 19. *num.* 31. videndus Franc. Ponte *cons.* 38. *à num.* 2. 2

Vndè † quæstionis nostræ dubium versatur, respectu ipsius maioratus, vel fideicommissarij; vel quãdò quis transigit super bonis quæ pleno, & libero iure ei pertinent: quo casu si res ex causa transactionis tradatur, nouũ titulum acquiri apud omnes receptũ est, ex *l. si profundo, C. de transaction. l. ex causa, C. de vsucap. pro emptor.* Baldo *in d. l. ex causa* agnoscunt Noguetol, Cancer. Patexa, & alij relati sup. Augustinus Morla *in empor. iuris tit.* 4. *de transact. quæst.* 1. *à num.* 1. Franc. Marc. *decis.* 52. *part.* 2. 3

Quod † ita intelligas velim, non vt ex tali transactione prior titulus nouetur, & perimatur, vt non rectè ex Alciato existimauit Cardinal. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 26. *tit.* 7. *num.* 11. sed ad hoc vt si transigẽti expediat, nouus hic titulus ei accedat. Qui enim nouum titulum obtinet, nõ ex hoc fateri videtur anteriorem cuius virtute possidebat nullum esse, facit *tex. in l.* 1. *C. de primicer. lib.* 12. ibi: *Non amittant prioris vocabulũ militiæ, sed cõpẽdiũ sequẽtis honoris, assumãtl.* 1. *§. fi. D. si quis à paren. fuerit* 4

rit manumiss. ibi: *Et ius antiquū quod sinè manumissione habebant, posse sibi defendere, leg. si eum* 5. §. *item si seruus*, ibi: *Hoc enim edicto non transfertur actio, sed adiicitur, D. de exercitor actione*, ex quibus iuribus elegātèr probatur, ex nouo titulo nō videri recessum à primo.

Ex quo † asserit Cancer. 3. *part. variar. cap.* 7. *à nu.* 281. eum, qui iurisdictionem legitimè præscriptam habebat, si impetret priuilegium à Principe, & gratiam eiusdem iurisdictionis, non videri à priori titulo discessisse, aut fateri nullum esse: nàm potest quis suum titulum nouo titulo, & priuilegio munire, Marius Cutell. *in notis politic. ad l. Martini, cap.* 3. *à n.* 33. vnde ex Senecâ, & alijs elegātèr aduertit D. Valenzuela *cons.* 79. *à num.* 14. *tom.* 1. quòd vbi quis petit confirmationem priuilegiorum, non fit ex hoc præiudicium iuri causato ex priuilegijs, & iuribus quæ in se erant valida, & legitima; et quòd interdùm cōfirmatur, quod robur obtinet, non quòd necessitas hoc exposcat, sed vt confirmantis sincera benignitas pateat, & rei gestæ abundatioris cautelæ robur accedat: videndus Roderic. Suarez *cons.* 10. *à num.* 60. notantèr D. Solorzano *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 26. *à num.* 78. vbi † quòd ad 6 consolidandum, & conseruandum ius suum potest quis plures titulos cumulare, & ad maiorem cautelam obtinere nouam priuilegij confirmationem, quia priuilegia per plures Principes confirmata maiorem habent firmitatem.

Quibus † proximum est, quòd si quis 7 obtineat priuilegium nobilitatis, non ex hoc videtur, impetrantem non esse nobilē, imò conseruat nobilitatē sanguinis, quam ante priuilegium habebat, ex Deciano *cons.* 66. *num.* 84. *vol.* 3. Costà *de tur. & facti ignor. insp.* 84. *num.* 12. Mieres *de maioratib.* 3. *part. quæst.* 16. *num.* 33. facit text. *in l. falsa demonstratio*, §. 2. *D. de condit. & demonst.* ibi: *Nam honor eius auctus est, nō conditio mutata*, conducit Molin. *lib.* 2. *de Hispan. primog. cap.* 10. *nu.* 75. D. Valenzuela *cons.* 94. *à nu.* 50. Cyriac. *cont. forens. lib.* 1. *contr.* 71. *& libr.* 2. *cont.* 201. *à num.* 120. *ad* 131. vbi latè quòd dignitas maior superueniens, non tollit priuilegia minoris dignitatis præcedentis, Sarauia *de iurisd. adiunctor. quæst.* 21. *nu.* 23.

Licèt † enim vnius rei dominium non possit ex pluribus causis, seu titulis acquiri, optimus tex. *in l. & an eadem*, §. *actiones*, ibi: *Nec enim amplius quàm semel res mea esse potest, l. cū res, C. de contrah. emptione*, tamen ad cautelam plures titulos quis habere potest, vt ex illis meliùs se tueri possit, *c. post electionem de concess. præbendæ*, Anton. Gomez *in l.* 45. *Tauri, nu.* 97. Cancer. *lib.* 3. *var. cap.* 3. *à nūmer.* 281. Capyc. Galeota *lib.* 1. *cont.* 52. *n.* 44. et vt vno titulo deficiente possit quis ex altero se iuuare, videndus Marius Cutell. *sup. ad nu.* 37. 8

Hæc † satis aperiunt, doctrinā doctissimi Manticæ indistinctè acceptā veram non esse: accidere enim posset, quòd tradens rem ex causâ trālactionis, eius dominus non esset; ex quo titulo inualido nemo dixerit priorem titulum iustum fortè, & legitimū nouari; cùm ex titulo nullo, vel qui non habuit effectum, prior titulus non nouetur, Cācer. 3. *par. c.* 3. *n.* 309. Giurba *decis.* 63. *à num.* 1. Eo tamen casu prædicta Māticæ doctrina procedet, quo is qui transactionis causâ rem tradidit, eius verus dominus esset: nàm tūc nouus transactionis titulus priorem nullum, & illegitimum, vel nouo contrarium nouaret, aptissimè Ant. Gomez *in d. l.* 45. *Tauri, nu.* 97. *circa medium*, ibi: *Idem etiam est, si ex prima causa, vel titulo habui rem à non domino, & postea ex secunda causa, vel titulo habui eandem rem à vero domino, iā desino habere possessionem ex prima causa, & tamen habeo ex secunda, tanquā plena, & perfecta.* 9

Cùm

10 Cùm † igitur inter transigentes id actum videatur, vt is cui res traditur, nouum titulum acquirat, indè est, vt ex tali transactione dominium quæratur iuxta DD. quos retulimus. Ex quo inferunt, quòd re trădita euicta, euictioni locus est, agnoscunt post antiquiores Mantica *dict. tit. 7. numer. 22.* Franc. Marc. *dict. decis. 52. à numer. 1.* Guzman *de euictionib. quæst. 31. à nu. 1.* Vander. Hooc *singul. 62.* mouentur ex textu *in l. si profundo, C. de transactionib.*

Tunc † tamen, tradens rem ex cau-
11 sâ transactionis, euictionem præstabit, quando tradita fuit res super qua controuersia non erat: nàm si res ipsa litigiosa traderetur, quantumuis à vero domino euinceretur, tradens euictioni obnoxius non maneret: quod melius exemplo proposito percipietur. Finge enim quòd cùm à te fundũ vindicarem, lis illa transactione fuit sopita, ita vt tu mihi fundum litigiosum traderes, ego verò tibi rem aliquam, vel aliud prædium præstarem; postea res illa, vel prædium tibi tradi tum a verò domino fuit euictum, certum est, posse te aduersus me de euictione agere, licèt non possis priorẽ litem instaurare, iuxta *dict. l. si pro fundo.* Alia res esset si euictus fuisset fundus litigiosus, quem tu mihi tradidisti: nam eo casu aduersus te euictionis actionem non haberem, nisi alitèr taciteè, vel expresè actum fuisset, ita Fulgos. Alex. & Iason *in dict. l. si pro fundo*, quos sequitur Surdus *cons. 418. nu. 19.* cuius meminit Guzman *dict. quæstion. 31. num. 8.* Cyriacus *contr. Forẽs. lib. 1. cont. 18. num. 25. & cont. 13. nu. 8. & 9.* iniquum namque esset, reum à quo fundus magni valoris vindicabatur, qui eum modica fortè pecunia accepta, actori tradidit, de euictione teneri, facit elegantissimè Gutierrez *de gauellis quæst. 45. num. 25.*

12 Similitèr † sicut quando ex transactionis causâ verus dominus tradit rẽ super qua lis est, eius dominium transfert, vt notant communiter interpretes in *dict. l. si profundo*, Leotard. *de Vsuris quæst. 43. num. 10.* ita si à nõ domino res tradatur, transfertur in accipientem vsucapiendi conditio: quia transactio iustus, & sufficiens titulus est ad vsucapionem, text. expressus *in l. ex causa, C. de Vsucapione pro emptore.* Rationem reddit Hieron. Asm. *ad tit. C. de Vsucap. pro emptore in rubrica num. 328.* quod transactio alienationis species est, *l. nõ solum, C. de prædiis minorum, l. 1. C. si aduersus transactionem, l. 1. D. si quid in fraud. patron.* & inter contractus innominatos refertur, cùm semper ad vnam ex quatuor speciebus reducatur, de quibus *in l. naturalis, D. præscriptis verbis*, Gutierrez *sup. à num. 2. & 7.* Cùm igitur per alienationem, & innominatum contractum regularitèr dominiũ trãsferatur; inde fit, vt si tradens rem, dominus sit, transferat dominium; sin autem non sit dominus, præstet iustam vsucapiendi causam, *l. clauibus, D. de contrah. emption. §. ex his, Institut. per quas personas.*

In secundo verò † casu, quandò ex 14
transactione res super qua lis est, non traditur, sed dimittitur penes possessorem, ingens dubium est, an ei cui res dimittitur, nouus titulus, & dominiũ acquiratur; vel saltim si dimittens rẽ, dominus non sit, transferatur vsucapiendi conditio? In qua re communis sententia est, per transactionẽ ex quâ actor rem dimittit apud possessorem, nouum titulum, & dominium non acquiri; nec vsucapiendi conditionem præstari, si dimittens dominus nõ sit, quam sententiam *ex l. si super possessione, l. sicut apud acta, iuncta glos.* verb. *pendente, C. de transact.* probat Menesibi, Bart. Baldus, Castrens. Iason & alij in *dict. l. si profundo*, Surd. *supr. à num. 17.* Cyriacus *dict. lib. 1. contr. 3. num. 44. & 45.* Anton. Gom. *2. tom. var. cap. 2. num. 36. & in l. 45. Tauri num. 71.* Molina *lib. 4. cap. 9. num. 22.* Cancer. *dict. cap. 15. à num. 198. & 1. part.*

*part.cap.*23.*à num.*35.Noguerol*dict. alleg.*37.*num.*4.& Mantica vbi proximè,qui docent,re dimissâ, ei penes quem dimittitur, ius excipiendi tantùm competere.

Discriminis † rationem constituũt 14
in eo,quòd actor qui dimittit rem,nõ intendit transferre dominium, sed à lite duntaxat discedere,*l.fratres,C.de transact.*et ille qui rem possidet, eam tãquàm propriã retinet: vndè nec dominiũ,nec nouus titulus ei quæritur, arg.*l.3.§.subtilius,D.de cõdict.caus. data*,& vltra relatos Gutierrez *de gabellis quæst.*45.*à num.*13. D. Larrea *alleg.Fisc,tom.*1.*allegat.*26.*n.*43.

Plura † ex hoc principio inferunt 15
DD. præcipuè Noguerol, & Gutierrez sup.qui in specie lõquuntur, quãdò ex transactione per quam res dimittitur gabella debeatur.Sed nos ea tantùm prosequemur,quæ iam tetigimus,scilicèt, an ex hac transactione debeatur euictio; vel nouus titulus, aut vsucapiendi conditio præstetur? In quo circa euictionem communiter resoluitur,ei locum non esse,quotiens res non traditur,sed dimittitur, vt ex *l.qui cum tutoribus,D.de transactionib.*firmat Surd.*dict.cons.*418.*nu.*17.Gutierrez *num.*14.Mantica,Cancerius,Vander;Morla,& Guzmã *dict. quæst.*31.*à num.*1.qui rectè *num.*13. ampliat,vt nec ad pretij restitutionẽ, qui rem dimisit,teneatur.

Quòd ad † aliud,an transactio, quæ 16
dimittendo fit,nouum titulum præstet,si dimittens dominus sit;aut saltim si non sit dominus, vsucapiendi causam tribuat?Ingens controuersia est, vt agnoscitur ex latè traditis per Mẽchacam *lib.*2.*controu.cap.*67.*num.*2. Parexam *dict.resol.*3.*à n.*90.*ad* 113. qui licèt non retulerit Augustin. Morlã *dict.quæst.*1.cum eo in multis conuenit:qui interpretes contra communẽ sentiunt,transactionem, siue res tradatur,aut dimittatur,nouum titulum inducere,& vsucapiendi conditionẽ præstare,vt variis fundamentis verio-

rem sententiam esse contendit Parexa *sup.*quamuis *n.*112.fateatur,communem sententiam defensibilem esse, & magnam habere probabilitatem.

Quam † controuersiam ex nostri 17
tractatus elementis componendã fore semper existimaui,ex quibus etiam securè resoluendum est, quandò is qui rem transigendo dimisit de euictione teneatur? Nàm si simplicitèr quis rem dimisserit, nouum titulum, aut dominium non transferet, aut vllam vsucapiendi conditionem;minùsque de euictione tenebitur,cùm actor nihil transferat,sed tantùm à lite discedat:et transactio non super re, sed super causa,& instantia contrahatur, quo casu procedunt doctrinæ quas cõmune DD.placitum amplectitur.

Alia † res esset,si transactio quæ di 18
mittendo contrahitur, non solùm litem,sed rem ipsam litigiosam respiceret,& actor cederet possessorium omne sibi in illa re competens:nàm tunc nouum titulum præstabit transactio, ex eaque si dimittens non sit dominus,possessor vsucapiendi causam nãciscetur,cùm idem operetur quò ad dominij translationẽm dimissio rei, quàm ipsius traditio;si dimissio in finem transferendi dominij fiat, iuxta iura ita intelligenda *in l.qua ratione, §.interdum,D.de acquir.rerum dominio*,iuncto tex.*in §.interdũ.Inst.de rer. diuis.l.quædam,§.1.D.de rei vindicat. l.si sponsalibus,§.1.D.de iure dotium.*

Facit † notantèr relatus Cancerij 19
locus,*dict.*3.*part.cap.*15.*numer.*204. ibi:*Vnum tamen est,quòd si transigens qui rem dimisit penes reum conuentũ, cesset et omne ius in illa re ei competens, transfert dominium, si dimittens erat dominus; vel vsucapiendi conditionem si non erat dominus,ita Bart.Alb.Angel.Padilla,& Ripa,hoc ego verum cẽseo,vbi apparet inter partes actum, vt non solùm à lite discederetur,verum vt actor ius,quod in re prætendebat habere,transferret in possessorem; aliàs clausulam cedens omne ius, & ex stylo notarij*

tarij ad perfectionem nudæ transactionis crederem appositam.

20 Eadem † distinctio si de euictione quæratur, sequenda erit, vt aptissime scribit Frãc. Marcus *dict. q.* 52. *à n.* 5. ibi, *Et idem Baldus in dict. l. si pro fundo, facit differentiam, quãdò transactio respicit litem, vt non debeatur euictio, quandò res dimittitur; secus si respiciat rem, & ideò est facienda differẽtia, quandò transactio contrahitur super re, vel super instantia litis, secundũ Iasonẽ in dict. l. si pro fundo: Vel secundum Angel. est differentia quandò aliquis promittit dare fundum: quia tunc tenetur de euictione: quia tenetur trãsferre dominium, §. sic itaque, Instit. de actionibus, l. vbi autem, §. fin. D. de verbor. obligation. secus autem quãdò promittit dimittere fundum, quia non tenetur de euictione, nec transfert dominiũ, nisi cederet iura sua, prout supra dictũ fuit.*

Ad quam † distinctionem recurrẽdum etiam erit, si dubitetur, an ex trã 21
sactione per quam res dimittitur penes possessorem, gabella debeatur, prout ex Lasarte, & aliis sequitur omnino videndus Gutierrez *dict. quæst.* 45. *per totam*, præcipuè *à nu.* 13. *ad finem*, nec omittas Noguerol *dict. alleg.* 37. *num.* 5.

22 Difficultas † tamen est, quandò transactio super lite, vel super re fieri dicatur? ad hoc vt cessio iurium titulum, seu dominium, aut vsucapiendi conditionem præstet, vel ad hoc vt de euictione dimittens teneatur. Quod vbi explicitè declaratum non fuit, ex quantitate pecuniæ acceptæ dignoscetur: nàm si ea valori rei dimissæ non æquiualeat, non de re ipsa litigiosa, sed de instantia litis transactum censebitur. Si verò pecuniæ quantitas, rei dimissæ pretio æquiualens sit, non de eius dimissione, imò de dominij translatione actum fuisse dicetur: quia æstimatio emptioni similis est, *l. litis* 3. *D. pro emptore, l. sed etsi res, D. de public. in rem actione*: ac proindè si reus vtrẽ, quæ ab eo petebatur retineret, eius æstimationem offerat actori, pro emptore rectè vsucapiet, si actor rei dominus non esset, *l.* 1. *D. de vsucap. pro emptore*. nam si dominus esset, ex tali æstimatione reus dominium quæreret, *l. eius rei* 47. *D. de rei vindicatione*, explicant Gutierrez *sup. à num.* 25. Frãcisc. Marcus *à num.* 2. *cum segq.*

SVMMARIVM.

1 *Difficultas quæstionis proponitur.*
2 *Duo casus principales considerantur pro quæstionis resolutione.*
3 *Cessio nominis an duobus fieri possit?*
Creditor qui plures reos debendi in solidum habet obligatos, si eos simpliciter conueniat, & condemnet, an possit rursus aduersus eos actionem in solidum cedere. ibid.
4 *Cedens non potest post cessionem semel factam, iura sua alteri cedere.*
5 *Ius habens nominandi ad emphyteusim, non poterit variare, si in nominatione iura sua cesserit nominato.*
6 *Cessionarij duo ab eodem cedente si concurrant, quis erit potior?* cum num. sequentib.
9 *Cedens, & cessionarius si concurrãt ad exactionẽ debitoris cessi, quis præferatur.*
10 *Ex duobus creditoribus personalibus quibus diuersis temporibus debitor cessit nomen, vel censum quis præferatur?* cum num. seqq.
12 *Creditor qui nomen habebat obligatum, præfertur cessionario, cui nomen fuit cessum.*
13 *Creditor qui nomen habebat obligatum, & cessũ, an præferatur Curiæ emptori, qui nomen emit in publica subhastatione ad instantiam alterius creditoris.*
Expenduntur duæ Senatus Valentiæ decisiones, & explicantur.
16 *Hypotheca anterioris creditoris, non resoluitur, etiam si res ad instantiam*

stantiam posterioris creditoris sit distracta.

17 *Emptor nominis in publica subhastatione, & concursu creditorum, præfertur creditori, qui nomen emptum habebat obligatum.*

18 *Ex duobus cessionariis quorum vnus fuit prior in cessione, alter in assensu, quis præferatur.*

19 *Cessionarij duo quorum alteri pure, alteri sub conditione cessio facta fuit, quis præferatur.*

20 *Nomen vnum si pro dimidiâ duobus diuersis temporibus cedatur, si cõcurrant, quis erit potior?*

21 *Resoluitur duos cessionarios pro dimidiâ eiusdem nominis, concurrere debere pro ratâ, licèt diuersis tẽporibus habuerint cessionem.*

22 *Cedens dimidiam partem census, vel nominis, si concurrat pro alia dimidia cum cessionario, pro rata exigent à debitore non idoneo.*

23 *Cedens dimidiam partem nominis, cuius dimidiam alteri antea cesserat, videtur etiam cedere concursum, quem ipse habebat cum cessionario.*

24 *Cedens si cedat dimidiam partem nominis cum hypotheca, & obligatione bonorum, præfertur primus cessionarius cedenti, vel eicui rursus alia dimidia pars nominis fuit cessa.*

25 *Fideiussor virtute cessionis si concurrat cum ipso creditore cedẽte, creditor præferendus erit*, & numer. 26.

27 *Cessionarius redituum vnius anni, præfertur cessionario redituum annorum sequentium.*

28 *Cessio nominis, vel census si pro parte fiat duobus cedentis creditoribus, quis præferatur?*

29 *Cessionarius primus, quando possit à secundo auocare pecuniam, vel cessionem, siue creditores essent cedentis, vel non*, cum num. seqq.

Ex duobus cessionariis eiusdem nominis ex causâ emptionis, donationis, vel aliâ simili, si secundus exegerit debitorem cessum, poterit prior cessionarius ab eo auocare pecuniam, ibid.

30 *Ex duobus cessionariis ex causâ emptionis, vel donationis quibus nomen, vel census pro dimidia fuit cessus, præuenientis, & exigentis melior est conditio, licèt posterior esset in cessione.*

31 *Ex creditoribus personalib⁹ quibus nomen pro parte, vel in totum diuersis tẽporibus fuit cessum, si posterior exegerit, prior ius auocandi pecuniam non habebit.*

32 *Creditor hypothecarius anterior auocat pecuniã solutã per debitorem alteri hypothecario creditori posteriori, vel eam quam exegit virtute alicuius cessionis.*

33 *Expenditur decisio* Ioan. Petri Fõtanell. *& alia* Hieron. de Leon.

QVÆSTIO. VIII.

Cessionarij duo, qui ab eodem cedente causam habent, si cõcurrant ad exactionem debitoris cessi, quis potior sit? Et quid si cessionarius cõcurrat cũ ipso cedẽte; vel cum eius creditore, qui nomẽ cessum habebat obligatum.

SI quis † debitoris sui nomen duobus diuersis temporibus cedat, & ad exactionẽ eius concurrant, an primus, vel secundus cessionarius præferatur, pulchræ dubitationis, & cognitionis dignissimæ esse profitetur Felicianus *de censib. lib. 3. cap. 5. num. 1. tom. 2.* et difficilis explicationis articulum dixit, post Frãc. Ponte

Ponte *decis.* 34. Dominic. Gaito *de credito capit.* 4. *quæsit.* 11. *nu.* 1837.

Pro † cuius dubij verâ resolutione
2 plures casus considerandi sunt, quorum duo sunt principaliores. Primus, quandò quis duobus vnum, & idem debitum quantitatiuum diuersis temporibus cedit. Secundus, quandò creditor partem crediti vni cedit, deinde aliam partẽ alteri; veluti si ex centũ quæ mihi Titius debebat, Sẽpronio cederẽ quinquaginta, deindè Mæuio alia quinquaginta: his casibus dubitatur, quis ex cessionariis præferendus sit?

Primũ† casũ, scilicèt quãdò cessio duobus de toto credito fit, melius re-
3 soluemus, si simul videamus, an cessio nominis duobus fieri possit? quod sumè cõtrouertitur, vt cõstat ex traditis per Osasc. *decis.* 63. Trẽtacin. *lib.* 3. *var. tit. de solution. resol.* 15. *per tot.* Et actionem cessam rursus cedi non posse videtur, iuxta DD. infrà referẽdos, quia ius extinctum, vel quod non est, cedi non potest, testãtur relati à Visconte *ad Franch. decis.* 75. Cyriac. *lib.* 1. *controu.* 157. *num.* 14. Caipan. *ad statut. Mediol.* 1. *tom. cap.* 445. *num.* 17. vndè creditor qui duos in solidum obligatos habebat, si pro rata contra eos agendo diuiserit obligationem, non poterit rursus ius aduersus eos in solidum cedere, quod extinctum iam fuit per partis petitionem. Licèt aliud sit si creditor contra correos in solidum obligatos, simplicitèr ageret, cũ clausula *omni meliori modo*; quia etsi simplicitèr etiam condemnati essent, in solidum aduersus eos actio cedi posset, si credimus Scip. Rouito *cons.* 20. *vol.* 2. Ioan. Bapt. Thor. 2. *tom. comp. decis.* verb. *creditor simpliciter*, cuius resolutionis veritas pendet ex eo, an eo casu creditor diuiserit obligationẽ, & quandò ex partis petitione diuisa cẽseatur? de quo videndi latè agentes, Carocius *de excussione quæst.* 1. *par.* 2. Trentacinq. *lib.* 3. *var. tit. de solution. resol.* 6. *per tot.* Thes. *lib.* 4. *q.* 40. Guzman *de euiction. quæst.* 61. *n.* 43. Rodriguez *de redditib. lib.* 2. *q.* 5. Felician. *de censib. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 2. Costa *de rata q.* 130. Robert. *rer. iud. lib.* 4. *c.* 7. Ant. Fab. *coniect. lib.* 12. *c.* 1. *& C. de duob. reis def.* 9. Cẽcio *q.* 110. *d n.* 23. Amato 2. *tom. resol.* 70. *per tot.* Giurba *ad cons. Messan.* 1. *p. c.* 9. *glos.* 6. *à nu.* 18.

Recepta tamen est sententia Bart. *in l. non quocumque, §. qui Caium, D. de leg.* 1. qui duabus conclusionibus, articulum expedit. Prima, quòd si in primo contractu fuit cessa actio vtilis, remanente directa efficaci penes cedentem: quia adhuc non interuenit vnum de tribus quæ continet, *l.* 3. *C. de nouationib.* licèt actio vtilis cessa alij rursus cedi non posit, potest tamẽ alteri mandari exercitium directarum, per quas secundus cessionarius agere, & exigere poterit, quemadmodũ ipse cedẽs posset. Altera cõclusio, quòd si ex primo cõtractu vtilis actio trãslata nõ fuit, quia contractus ex his est, ex quibus vtilis sine expressâ cessione nõ trãsfertur, vt diximus tit. antecedẽti, tũc vtilis actio alteri cedi potest, ad exẽplum rerum corporalium, quæ licèt vni venditæ sint, possunt tamen si non sint traditæ primo emptori, alteri vẽdi, qui per traditionem dominium acquirit, & primo emptori præfertur, *l. quoties, C. de rei vindicat. l. qui tibi, C. de heredit. vel actione vendit. l. si ancillam, C. de actionibus empti, l. siue autem, §. si duobus, D. de public. in rem actione, l.* 50. *tit.* 5. *part.* 5. vbi latissimè Hermosilla per omnes glosas, iuxta quam Bartol. distinctionem, Senatum Pedemontanum iudicasse testatur Osascus *dict. decis.* 63. Marta *in cõpend. decis.* 3. *tom.* verb. *cessio, cap.* 5. videas omninò Sforr. Odd. statim referendum *quæst.* 3. *art.* 9.

Sed † Osascum, & pragmaticos
4 qui Bart. sequuntur, quâ solet irreuerentiâ reiicit Schifordeg. *lib.* 3. *tract.* 23. *quæstion.* 4. conrendens prædictam distinctionem ineptam esse, & à iuris principiis abhorrere: ego tamen omissis variis, & prolixis disputationi-

tionibus, dicerem, eum qui iura sua in alium ex quocumque contractu transtulit, eadem non rectè, aut non iustè alteri postea cedere, quod si faciat (licèt aliquando cessio consistat) ex primo contractu ad damna, & interesse tenebitur, Paul. Galleratus *de renunc.to.1.lib.1.cap.4.n.93.* quemadmodùm tenetur is, qui post primã venditionem, aliam cum traditione rei celebrat, Gregor. Lopez *in dict.l.* 50.*glos.*5. vbi Hermosill.*num.*43. qui *nu.*44. asserit, vendentem remduobus pœnâ falsi teneri, iuxta Menoch. & Farinac. quos refert: quarè cedens quicquid a se, vel per eius secundum cessionarium fuerit exactum, ei in quem prius actionem, & nomen transtulerat, restituere tenebitur, *l.venditor* 23. *§.nominis, D.de hered.vel actione vendit.* Schisordeg.*dict.q.*4 *in fine*, Guzman *de euictionib.quæst.*35.*num.*17. quo sensu accepta sine dubio transit cõclusio illa, quàm innumeri firmarunt, quòd actio semel cessa, alteri cedi nõ potest in præiudicium primi cessionarij, *l.non quocumque, §.qui Gaium, D. de leg.*1. *l.qui duos, D.de leg.*2. ex innumeris probat Marius Giurba *decis.*104. quem transcribit Guzman *d.quæstion.* 35.num.130. Sfort.Odd. *ad l.* 3. *C.de nouationib.quæst.*1. vers. *quæro decimo nono* Anism. Tepat. *var.tit.*41. *cap.*5. vers. *actionibus*, Gardin. Tusch. *concl.* 183. *lit.C.* Hypolit. Montan. *in addit. ad Oliban.de actionibus part.*2. *lib.*1. *cap.*4.*num.*19. vers. *producit, & numer.*36. *circa medium*, Horat. Carpan. *ad statut. Mediol.*1. *tom.cap.*445. *numer* 15. *&* 16. faciunt tradita per Surdum *cons.*22. *à num.*29.

5 Ex † cessione enim prius factâ primo cessionario ius acquiritur, ex quo infert Caldas Pereira *3.part. de potestat.eligendi, cap.*4. *à numer.*31. eum qui habet ius nominandi ad emphyteusim, in casibus in quibus post semel factam nominationem variare permittitur, variare tamen non posse, si nominauerit aliquem cedendo ei omne ius emphyteuticum sibi competẽs.

6 Cæterum † si de valore secundæ cessionis quæramus, quòad cessionarios interse. quia vterque in nomine cesso se potiorem esse contendit, alia inspectio erit, quæ præcipuè attinet ad superioris primi casus resolutionem, quem inter alios quæstionis nostræ principaliorem esse aduertimus. Circa quem constituendum est, quòd quandò in duos transfertur actio, qui cedentis creditores non sunt, si ex primo contractu vtilis actio translata fuit, si postèa actio alteri cedatur, vel ex secundo contractu vtilis sine cessione competat, certum est, secundum cessionarium primo contrahenti præferri; quia cessio in incorporalibus loco traditionis est, vt dictum est supra *quæstion.* 5.*numer.*4. Et quemadmodùm ex duobus emptoribus rei corporalis, præfertur secundus cui primo res tradita fuit, *dict.l.quoties*, cum similibus, late Mercurialis Merlin. *de pignorib.lib.*4.*quæstion.*30.*per totam*, ita in incorporalibus secundus præfertur, cui nomen cessum per cessionem transfertur, quæ traditionis vim, & effectum obtinet, Osascus *dict.decision.*63. Alexan. Trentacinquius *dict.resolution.*15.*numer.*1. vers. *secunda conclusio*, Hypoll. Montan. *dict.num.*19. quod intelligas velim cum ampliationibus, & limitationibus, quas referunt Merlin. & Hermosilla.

7 Si verò † tàm ex primo, quàm ex secundo contractu vtilis actio per cessionem translata sit, vel sine cessione competat: si primus, & secundus cessionarius ad exactionem nominis cessi concurrant, primus præfertur *dict.l.non quocumque, §.qui Gaium*, Hermosill. *in dict.l.*50.*glos.* 1.*numer.*21. Giurba *dict.decision.*104. *per totam*, Guzman *de euiction.dict.n.* 130. Franch. *decision.*75. *num.*1. Felicianus *de censibus* 2.*tom. lib.*3.*cap.*5. vers. *dubitationi, &* versic. *præterea*, Gaito *de credito dict.quæsit.*11. *num.*

1845. Carleual. *de iudiciis lib. 1, tit. 3. disp. 33. num. 5.* Noguerol *alleg. 35. nu. 7.* Et in duobus cessionariis eiusdem census, idem probat Duardus *de cens. sib. §. 3. quæst. 16. num. 13.* vers. *secundo limitatur.*

8 Quòd † procedit, siue is qui cessit actionem, eandem rursus alij cedat; siue directarum actionum exercitium mandet: nam si primus cessionarius vtilibus actionibus suo nomine experiatur; secundus verò mandatarius directas mandantis nomine exerceat, vtroque casu primus cessionarius præferendus erit, Schifordeg. *dict. quæst. 4.* ibi: *Ergo si in agendo concurrat cessionarius cum cedente; aut cũ eo cui cedens directas actiones mandauit, non est dubitandum quin cessionarius præferatur.*

9 Ratio † est euidens, quia sicut cedens si virtute directæ actionis quæ post cessionem eius ossibus infixa remansit, concurreret cum cessionario; certum esset, cessionarium in exactione cedenti præferendum fore, cùm in concursu vtilis, & directæ actionis, vtilis præferatur, *l. procuratore in rem suã*, vbi Bart. & Castrens. *D. de procurator. rib.* Bertazol. *clauſ. 29. gloſ. 4. num. 7.* quem transcribit Guzman *de euictionib. d. quæſt. 35. n. 139.* Noguerol *ſup. num. 6.* Hypol. Montan. *d. cap. 4. num. 17.* Cardin. Tusch. *conc. 100. lit. A.* Schiforged. *dict. tract. 13. quæſt. 2.* vers. *cæterum, & q. 4.* vers. *nam cum,* Sfort. Odd. *ad d. l. 3. quæſt. 1. art. 2.* vers. *ſed & hæc,* & vers. *ad quintũ,* Merlin. *cent. 2. cont. cap. 31. num. 40.* remissiuè Carleual. *de iudiciis lib. 1. titul. 3. diſp. 26. nu. 15.* & Arias de Mesa *lib. 1. var. cap. 19. num. 17.* videas infrà *tit. 7. quæſtion. 5.* Ioan. Baptist. Thoro *voto 6. num. 6.* Golinus *de procuratorib. 4. part. cap. 1. nu. 16.* omninò videdus Ant. Fab. *lib. 12. coniect. cap. 4. circamedium,* vers. *planè,* Hunnius *in Encyclop. iuris 2. part. tit. 5. c. 7. n. 51. & reſol. iur. ciu. lib. 4. tract. de actionib. par. 7. quæſt. 6.* ſequitur ex Guzman, & Golino, D. Salgado *in labyrinth. credit. 1. p. cap. 17. à nu. 46. & 68.* nullo ex his relato Gallerat. *ſup. nu. 85.* ita etiam primus cessionarius potior debet esse ei, cui postea mandatur directarum actionum exercitium, vt arguit Hieron. de Leon *deciſ. 70. num. 4. lib. 1.*

Diximus † de prælatione eorũ, qui 10
cedentis creditores non sunt, agamus nunc de prælatione duorum creditorum personalium, quibus debitor diuersis temporibus vnum, & idem debitum cessit: quæ inspectio difficilis sanè est. Et videtur primum creditorẽ personalẽ præferendum esse, cui per cessionem nominis ius quæsitũ fuit, quod creditor alter personalis impedire, aut reuocare non potest, etiãsi anterior esset in obligatione: quia creditoribus tantum hypothecarijs ius reuocandi, & impediendi cessionem conceditur, iuxta *l. pecuniam, C. de priuil. Fiſci,* Noguerol, Amato, & alij statim referendi *n. 12.* Facit etiam quod sup. diximus, & ex DD. relatis multi indistinctè probãt; scilicet, ex duobus cessionarijs vnius nominis primum esse præferendum. Vrget etiam, quod ex duobus creditoribus æquale ius habẽtibus potior est, qui possidet, *l. ſi debitor 10. l. ſi fundus, §. ſi duo, D. de pignorib.* Negusan. *p. 5. memb. 2. ſub nu. 31.* Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 22. nu. 15.* Zeuall. *comm. q. 248. nu. 49.* Gaito *de credit. c. 4. quæſit. 11. n. 1834.* Rodrig. *de concurſu,* & alij quos dat Acosta *de priuil. cred. reg. 3. in præfat. à n. 89.* ergo ex duobus creditoribus personalibus tantùm, qui æqualiter, & pro rata absque vlla tẽporis prærogatiua cõcurrunt, *l. ſi procuratoris 5. §. ſi plures cũ ſeq. D. de tribut. action. l. ſi hominẽ 7. D. depoſiti, l. priuilegia, D. de priuil. credit. l. pro debito, C. de bonis auctor. iudic. poſſid.* potior debet esse causa illius, qui per cessionem nominis in eius quasi possessione est, ad traditа *ſup. q. n.* ... Adstipulatur fortitèr quod infortioribus terminis resoluit Acosta *de priuileg. cred. reg. 3. amp. 4. n. 37.* qui

asserit, ex duobus creditoribus personalibus quibus cõmunis debitor diuersis tẽporibus vnũ nomen pro parte cessit, scilicèt vni centum, & alij alia centum, primum cessionariũ præferendum esse, si debitor cessus nõ nisi cẽtum in bonis habeat. Vlterius nouissimè facit D. Salgado *in labyrinth. credit. 1. p. c. 10. n. 46.* vbi ex Carleual. & Noguerol probat, ex duobus consignatariis, & creditoribus quibus cõmunis debitor ius aliquod cõsignauit, & cessit, primum consignatarium, seu cessionarium præferri.

11 Quæ † fundamenta quamuis multũ stringat, tamen superior sententia suspecta mihi redditur ex eo, quia quèad modùm crẽditor personalis quamuis alteri personali creditori prior sit tempore, nullam prælationem habet in bonis communis debitoris, sed ambo pro rata concurrunt: ita & pro rata, & sine prælatione concurrere debent ad bona debitoris cessi, non attẽta prioritate cessionis: quia vbi simplex cessio nominis solutionis causâ creditori fit, ex eâ nullum dominium, aut hypothecam in nomine cesso acquirit, sed personalem dũtaxat actionem, Bertazol. Hieronym. de Leon, & alij laudati à Guzman *de euictionib. quæst. 35. num. 63.* Francisc. Marc. *decision. 602 part. 1.* Sfort. Odd. *ad l. 3. C. de nouation. quæst. 1.* versic. *quæro decimo quarto*, Paul. Gallerat. *de renunc. lib. 1. cap. 4. num. 66.* Lasarte *de gauell. cap. 4. num. 40.* Molina *de iust. & iur. disput. 676. num. 12.* Hypolit. Montan. *in addit. ad Oliban. de actionib. lib. 1. cap. 4. num. 4. & 35.* D. Salgado *dict. cap. 10. d numer. 21.* Nec enim personalis actio ex cessione quæsita plus iuris debet tribuere, quàm personalis actio, quæ ex contractu competebat. Vltra quia quemadmodùm inter duos creditores hypothecarios in consideratione non est prioritas cessionis, sed solùm attenditur primordialis obligatio; et prælatio ex eâ descendens, idem circa duos creditores personales inspici debet.

Nec † obstabit, quòd ex duobus eiusdem nominis cessionariis, qui cedentis creditores non sint, præferatur is, qui prius obtinuit cessionem: quia id procedit quandò donationis, venditionis, transactionis, vel alterius tituli causâ quis actionem cedit; quam certum est, eam rursus alij cedere non posse; cùm ex primâ cessione actionis, seu nominis cessi dominium in alium transtulerit, vt ex multis probat Anton. Amato 2 *tom. resolution. 95. numer. 20.* Rota *apud Farinac. 2. part. decision. 131. num. 6.* Ioan. Bapt. Thoro 2. *tom. compend. decis.* verb. *creditores cessionarij:* nos verò loquimur in simplici cessione solutionis causâ factâ, ex qua nullum dominium cessionario quæritur. Nec obstabit rursus, quòd ex duobus creditoribus æquale ius habentibus, potior est qui possidet: nam id procederet, vbi cessionis virtute creditor personalis exegisset; ante exactionem tamen nullum ius considerari potest ex quo prælatio possit descendere. Similitèr nec obicem facit Acosta *dict. ampliat. 4. numer. 37.* nam in casu in quo loquitur, verius dicerem, vtrumque creditorem personalem pro rata debere concurrere, nõ considerata prioritate cessionis, ex rationibus à nobis adductis. Rursus nec aduersatur nobis auctoritas D. Salgad. quæ licèt magna sit, & loqui videatur in consignatione & cessione quæ per debitorem duobus creditoribus personalibus solutionis causa fit, vt apparet ex contextu *d. cap. 10.* maxime si *d. num. 46.* conferas cum *n. 51.* Tamen DD. à D. Salgado relati in hac specie non loquuntur, sed in duobus cessionariis quibus ex causa emptionis, vel alio titulo vnum idemque ius diuersis temporibus fuit cessum, ex quibus certi iuris est, primũ cessionariũ præferri, iuxta DD. quos abundè congessimus *n. 7. 8. & 9.*

Huius † primi casus principalis, alter casus, & species est, quandò duo- 12

bus

bus creditoribus hypothecariis diuersis temporibus creditur nomen. Et tunc non consideratâ prioritate cessionis, qui prior est, vel qui in hypotheca priuilegium habet, alij præferendus erit, quamuis posteriori loco habuerit cessionem. Quod procedit etsi cessio tantùm facta fuisset posteriori hypothecario creditori: nã prior virtute suæ hypothecæ citra vllam cessionem impedire, & reuocare poterit cessionem posteriori creditori factã Acosta *dict. ampl. 4. a num. 1. ad* 10. & alij statim referendi D. Salgado *dict. num.* 51. Quam prælationem similitèr fortiori ratione habebit hypothecarius creditor respectu alterius, qui creditor non est, cui ex post facto facta fuit cessio nominis: nàm si debitor qui specialitèr, vel generalitèr nomẽ debitoris sui obligauerat, illud rursus alteri cedat, vel det in solutum, & creditor anterior virtute suæ hypothecæ (per quam transfertur in eum ius vtile, quod est velut cessio, Noguerol *supra num.* 4.) cum cessionario concurrat, ei præferendus erit, & cessionem factam impedire, & reuocare poterit, vt contra Manent. & Cartarium quẽ sequitur Amendola ad Franch. *decis.* 108. *a num. 1.* ex multis probat Noguerol *dict. alleg.* 35. *a n. 1. ad* 16. qui asserit, creditorem absque vlla debitoris sui excussione, vel citatione, in nómine sibi obligato cessionario præferri: eandem prælationem creditori tribuũt, vltra relatos per Noguerol Frãcisc. Milanens. *lib. 2. decis. 9. n.* 90. *& n.* 127. *&* 128. Carleual. *de iudiciis lib. 1. tit. 3. disp. 26. nu. fin.* Guzman *de euictionib. dict. quæst.* 35. *nu.* 139. *in fine*, qui eandem sententiam post Giurbam admittit, etiamsi cessionarius haberet sententiam contra debitorem cessũ, Ant. Amato *2. to. resol.* 51. *n.* 19. *& res.* 94. *nu.* 20. Acosta *de priuil. credit. reg. 3. amp. 4. a n. 1. ad* 10. (qui cum aliis loquitur quandò cessio fieret alteri creditori hypothecario posteriori) Castillo 5. *tom. controu. c.* 77. vers. *quintus casus*, Virgilius *de legitim. personæ, c. 12. n.* 33. Iacob. Cancer. *1. p. var. c. 6. n.* 205. nullo ex his relato eãdem sententiam sequitur Merlinus *de pignorib. lib. 2. q.* 31. *a n. 1.* ex Carleual. sup. D. Salgado *dict. cap.* 27. *nu.* 77.

Hanc † doctrinam, quam secutus fuit etiam Senatus Valentiæ apud Hieron. de Leon *lib. 2. decis.* 135. difficilem reddũt duæ eiusdem Senatus decisiones apud eundem Hieron. de Leõ *lib. 1. decis.* 70. *& lib. 2. decis.* 192. in quibus actũ proponitur, vtrũ creditor hypothecarius, cui nomẽ debitoris erat obligatum, & cessum, præferẽdus sit in eius exactione emptori Curiæ, cui iudicialiter in publica subhastatione ad instantiã alterius creditoris fuit venditum: et placuit Senatui, cõtrouersiam distinctione dirimendam, nam si creditor non tantùm obligatum, & cessum habeat nomen debitoris, sed datum in solutum, asseritur creditorem emptori Curiæ præferendũ esse, vt post magnam disputationem, in instantia supplicationis reuocata prima sententia decisum fuit *in d. decis.* 192. *per tot.* at verò si creditori hypothecario non sit datum nomen in solutum, sed simplicitèr cessum; emptorem Curiæ in eius exactione potiora iura habere, non semèl decisum refertur *dict. decis.* 70. *per tot.* 13

Discriminis † ratio assignatur, quòd in primo casu, quo nomen in solutum datum fuit, directæ actiones remãserunt apud creditorem inutiles, & elisæ, qui rursùs nomen exigere non potest; & nominis venditio facta censetur. Vndè creditor ex illa datione in solutum, dominus nominis efficitur, quarè Curiæ emptori præferri debet, cum iudex per venditionem iudicialem non possit transferre dominium bonorum, seu iurium, quæ non erant debitoris, aduersus quem executio petebatur: quæ ratio cessat, quãdò nomen simplicitèr fuit cessum, quia cùm apud cedentem directa actio efficax maneat, & possit post cessionem 14

exigere à debitore, *l.3. C. de nouationibus*, rectè potuit nomen tanquàm existēs adhuc in bonis debitoris subhastari, & distrahi; & per consequens emptor in publica subhastatione creditori, cui nomen cessum fuerat, in eius exactione præferri debet.

15 Ex quibus † decisionibus illa quæ est 192. *lib.* 2. superiori doctrinæ conuenit, at verò alia quæ est 70. *lib.* 1. eā offendere videtur, cùm emptori in concursu anteriōris creditoris hypothecarij, cui nomē cessum fuerat, prælatio concedatur, quod difficilius esset, si ipsi creditori posteriori nomen fuisset adiudicatum. Quarè apud nos creditorem anteriorem, cui nomen obligatum, & cessum erat, emptori Curiæ præferrem: moueor vltra superiùs dicta ex eo, quòd si is qui creditori suo nomen obligauerat, & cesserat, illud postea pro satisfaciendo alio creditore posteriore vendidisset, nulli dubium erit, creditoris anteriōris iura potiora esse, quàm emptoris: ergo idem in emptore Curiæ dicendum erit, qui licèt in publica subhastatione emerit, ab ipsō debitore emisse censetur: cùm factum iudicis distrahentis, ipsius partis factum, & venditio iudicetur, *l. si ob causam* 13. *C. de euict.* Fontanell. *decis.* 223. *num.* 22. cum aliis congestis sup. *tit.* 5. *quæst.* 12.

16 Facit † etiam quòd si res anteriori creditori obligata eo inscio in publica subhastatione instante posteriore creditore ad eius satisfactionem distrahatur; creditoris anteriōris hypotheca non resoluitur, imò hypothecariam actionem aduersus emptorē Curiæ habet, vt latè ex multis probauimus sup. *tit.* 4. *quæst.* 2. ergo distracto nomine obligato anteriori creditori, ius quod in eo habet perire non debet.

17 Eo † tamen casu prædicta Senatus Valentiæ decisio admittenda esset, quo subhastatio, & distractio nominis in concursū creditorū (*vulgo pleyto de acreedores*) citato personaliter creditore anteriori, vel si incertus esset, per publicum proclāma vocato; nàm tūc cùm in emptorem Curiæ res liberè, & absque hypothecæ onere transeant, creditor emptorem nominis exigentem pecuniam à debitore impedire non posset, ex rationibus traditis *dict. quæst.* 2.

18 Ex † duobus cessionariis quorum vnus prior fuit in cessione, sed posterior in assensu; alter verò licèt posterior in cessione, prior in assensu, quis præferatur? videndus latè agens Frāch. *dict. decis.* 75. *per tot. vbi addentes*, Gaito *de credit. cap.* 4. *à numer.* 1852. nouissimè Merlinus *de pignorib. lib.* 4. *quæst.* 31. & D. Salgado *in labyrinth. credit.* 2. *part. cap.* 4. *à num.* 39. quibus adde Ioan. Bapt. Thoro 2. *part. comp. decis.* verb. *creditores cessionarij*, Capyc. Latro *decis.* 43. *per tot.*

19 Cæterum † si duobus cessionem facta fuisse proponatur, primùm Titio subconditione, deinde sempronio purè, quis eorum præferatur, in dubium reuocat Rota apud Farinacium 2. *p. decis.* 760. *num.* 6. *tom.* 4. sed resoluitur priorem cessionem conditionalē, posteriori puræ esse præferendā: quia in contractibus conditionalibus retrotractioni est locus: quod accipiendum est iuxta ea, quæ nos latè retulimus *tit.* 3. *quæst.* 10.

20 Actum † est de primo casu principali nostræ quæstionis; succedit secūdus, quem difficiliorem dicunt Pōte, & Gaito sup. Cuius inspectio, & dubium est, an si vnum debitum cedatur pro parte duobus, veluti si cēsus mille ducatorum cedatur duobus diuersis temporibus, vni dimidia pars census, deinde alteri eiusdem census alia dimidia pars, quis ex his cessionariis sit potior, si concurrant ad bona debitoris nō idonei: quia eius bona ad integri census solutionem non sufficiūt. Quam dubitationem disputant in terminis Felician. *de censib.* 2. *tom. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 1. & 2. Ponte *decis.* 34. post eos Gaito *de credito dict. cap.* 4. *à numer.*

mer. 1837. Acosta *de priuileg. credit. regul.* 3. *ampl.* 4. *à num.* 37. vers. *si vero*, sed eam indecisam relinquit Ponte, & in eius resolutione Gaito, & Acosta non conueniunt. Quod desidiū cessabit, simulque & res aperietur, si præter omnes distinguamus, inter cessionem, quam dominus census, vel nominis facit in fauorem duarum personarum quæ eius creditores non sunt, & inter cessionem quam facit duobus creditoribus.

21 Primo † casu cùm cessio eiusdem nominis, vel census duobus pro parte diuersis temporibus facta est, qui cedētis creditores nō sunt; siue ex causâ onerosâ, siue ex lucrariuâ cessio fiat, verissima sententia est, eos ad bona debitoris cessi, qui idoneus non est, pro rata concurrere debere, nec habendam esse rationem, aut vllā prælationem concedendam ei, qui prius habuit cessionem: quod suadet solidum, & verissimum fundamētū, quod primus considerauit Ponte *dict. decis.* 34. *nu.* 29. scilicèt, quòd vbi quis partē crediti cedit, licèt eius partis quasi possessio in cessionarium transferatur; tamen cedens possessor remanet pro residuo, & consequenter ipse, & cessionarius nomen, vel census pro rata possident: quarè si postea residuū illud quod penes cedentem remansit, alteri cedatur, transfertur in eum cū eâdem possessione, quam habebat cedens, ac proindè vtriusque cessionarij vna causa est, qui si concurrant, ratam vnusquisque consequitur.

Fulcit † hanc ratione, quòd si post
22 factam cessionem de vna parte census, vel nominis, cedens (qui debitorem cessum idoneum, & locupletem esse non promisit) concurreret cum cessionario, & vterque ex bonis debitoris, quod sibi debebatur exigere intenderet, cessionarius ratam sibi cessam, cedens verò residuum. Indubitatum est, eos si debitor ad totius summæ solutionem idoneus non esset, pro rata esse admittendos, Franch. *decis.* 160. Marta *in comp. decis.* 3. *tom.* verb. *cessio, cap.* 4. Gaitus *num.* 1846. Ioan. Baptist. Thoro 1. *tom. comp. decis.* verbo, *cedens, & cessionarius*, & 3. *tom.* verb. *cedens. & cessionarius infra medium*, ex Ponte, Merlinus statim referendus.

Quemadmodùm † igitur cedens, & 23
cessionarius pro rata concurrerent; ita etiam secundus cessionarius cum primo concurrere debet: quia secundo ceduntur iura qualia erant penes cedentem, ac proindè cessus videtur concursus, quem ipse cedens cum suo primo cessionario habebat. Quæ sententia communis, & receptissima est, facit pro ea text. *in l. si debitor* 10. *l. si fundus* 16. *§. si duo, D. de pignoribus*, quam post Gaitum, & relatos ab eo sequuntur Felicianus *dict. num.* 1. Costa & alij quos dat Ioan. Bapt. Thoro 2. *part. comp. decis.* verb. *creditores cessionarij*, Carleual. *de iudiciis* 2. *tom. lib.* 1 *tit.* 3. *disput.* 33. *num.* 6. qui solùm Felicianum retulit, à quâ non discedo licèt post hæc diu scripta inuenerim contrariam tueri Mercurialem Merlinum *de pignoribus lib.* 4. *quæst.* 11. qui ex relatis solùm meminit Gaiti, & Pōte. Sed nostram sentētiam nouissimè sequitur doctissimus D. D. Francisc. Salgado *in labyrinth. creditorum* 3. *p. cap.* 13. *§. vnico, à num.* 81. & 1. *part. cap.* 42. *num.* 47. non tamen meminit Martæ, Acostæ, Carleualij, & Ioann. Bapt. Thor. quos laudamus.

Quam † verissimam sententiam li- 24
mitabis primò, si cedens primo cessionario cum hypothecâ bonorū promisit, debitorem cessum idoneum, & solūendo esse: quia cùm residuum nominis quod apud eum manet, sit primo cessionario pro securitate obligatum: nec ipse cedens, nec eius secūdus cessionarius, si cum primo concurrāt, quicquam ex nomine cesso consequi poterunt, quòusque primo cessionario sit plenè satisfactum, ita Felician. vbi proxime *n.* 26. & alij relati sup. D. Salgado *d. §. vnico, n.* 85. vers. *præfatā*.

Se-

Secunda † limitatio erit, si creditor
25 qui Titium ad mille obligatum habebat, pro quo duo fideiussores intercesserant, vnus pro quingentis ducatis, alter pro aliis quingentis: vni qui sua quingenta soluerat, cesserit iura sua contra Titium debitorem: nàm si fideiussor virtute cessionis agat pro illis quingentis quæ solvit; & creditor virtute suæ obligationis ex qua ei quingẽta adhuc debebantur, ad eorũ exactionem cum fideiussore eius cessionario concurrat, Titio non existente soluendo, neutiquàm pro rata admittentur; sed principalis creditor potior erit, ita Socin. *cons.* 206. *incipit in præsenti consultatione, in septimo, & vltimo casu.*

Et licèt † contra Socinum sentiat
26 Franch *decis.* 260. in qua iudicatũ refert, fideiussorem, & creditorẽ pro rata debere cõcurrere: quia vterque ex eodem fonte, & eadem obligatione causam habent, sequitur Curia Philip. 2. *part. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 50. tamen mihi sententia Socini verior videtur: nã alias cessio contra ipsum cedentem retorqueretur, & impediret eum, nè quod sibi debetur recuperaret: quod esset contra contrahentium mentem, & finem fideiussionis: quia dùm eam creditor exposcit, id agit, vt indẽnitati suæ cõsulat, ad hoc vt si fortè debitor principalis soluendo non sit, id fideiussorum, non suo periculo cedat. Vltra quòd quandò creditor pro vnâ
† obligatione duos fideiussores pro rata admittit, non eo animo est, vt obligationem rei principalis in duas summas diuidat, sed tantùm duos illos fideiussores loco vnius, & quasi vnum accipit: quarè eorum nemo, nihil virtute cessionis consequi poterit à principali debitore, vsquequò creditori cedenti integrè sit satisfactum. Ex quibus verius censeo, quòd quemadmodùm fideiussor, qui pro dimidia quantitate quam soluit, cessas habet actiones, nullum habet ius contra cedentem, quamuis post cessionem, vel anteà aliam dimidiam à debitore, vel alio fideiussore exegisset, Franch. & Cur. Philip. sup. ita etiam si cum cedẽte concurrat, nullatenus ei impedimẽto erit.

Tertia † limitatio est, quandò cre- 27
ditor non cedit sortem principalem census, vel nomen; sed annuas pẽsiones, vel vsuras quæ quotannis ex cẽsu, vel nomine percipit, cedendo vni reditus vnius anni; & alteri reditus anni, vel annorum sequentium: tunc enim si concurrant cessionarij prioris
† & posterioris anni, & debitor sufficiẽtia bona non habeat, nullatenùs pro rata exigent; sed cessionarius prioris anni potior erit; etiamsi in cessione fuisset posterior: quia debitum prioris anni prius cedit, & maturatur quàm debitum anni sequentis, optimus tex. *in l. insulam* 13. *D. qui potiores in pign. habeantur, l. ex pluribus* 89. *§. vlt. l. creditor, §. Valerius, D. de solutionibus*, quam limitationem post Connanum probat Felicianus sup. ex Mudeo, & Costâ, Carleual. *dict. disp.* 33. *per totam.*

Altero † casu quo cessio duobus 28
cedentis creditoribus fit, vni de dimidia parte census, vel nominis; alteri de alia dimidia: si debitor soluendo non sit, eodem gradu, & forma cõcurrent, quam assignauimus suprà in duobus cedentis creditoribus personalibus, vel hypothecariis, quibus diuersis temporibus vnum idemque nomẽ solutionis causa fuit cessum.

Ex † prædictis iã facili negotio resol 29
uetur, an his casibus in quibus vni ex duobus cessionariis prælationem tribuimus, vel saltim cõcursum pro rata cõcessimus, possit qui potior est, exactam pecuniam per secundum cessionarium ab eo recuperare, & repetere? In quo dubio duo casus sine controuersia sunt. Primus, quandò duobus qui cedentis creditores non sunt; ex causa venditionis, aut alio simili titulo census, vel nomen ceditur: quia tunc primus cessionarius auocare, &

repe-

repetere poterit quicquid exegit secundus cessionarius, sinè is scientiam habuisset primæ cessionis, sine non; cùm re verâ non suam, sed alienam pecuniam exegerit. Quemadmodùm is cui res vēdita fuit, & tradita per clausulam constituti, vel retentionis vsufructus, aliove modo fictæ traditionis, si venditor eandem rem alij postea vendidisset, & tradidisset, posset ab eo rem vindicare, ad tradita per Hermosill. *in dict. l.* 50. *glos.* 1. *num.* 9.

30 Alia † res erit, quandò duobus, qui creditores cedentis non sunt, nomen vel census pro parte ceditur; vni scilicèt dimidia eius, & alteri alia dimidia: nàm etsi posterior cessionarius partem sibi cessam exegerit, alter ius reuocandi non habebit, & præueniētis melior erit conditio, arg. *text. in l. pluribus, D. de procuratorib. cap. si duo eodem titulo lib.* 6. & magis in specie *text. in dict. l. si debitor, dict. l. si fundus, §. si duo*, Graff. quē sequitur Felician. *d. c.* 5. *n.* 1. vers. *circa quem*, Frāch. *dict. decis.* 75. Discriminis ratio inter hunc, & superiorem casum est, quòd in illo, secundus cessionarius exegit alienam prorsus pecuniam, quæ sibi cedi non potuit: in hoc verò, pecuniam, & nomen sibi iustè cessum exegit. Primoque cessionario ius auocandi nō erit, nisi pro dimidiâ census parte sibi prius cessâ, & eius idoneitate, & exigibilitate obligata habuisset bona cedentis, prout diximus *sup. numer.* 24. nam eo casu idem ius auocandi habebit, quod tribuemus statim aliis hypothecariis creditoribus.

31 Secundus casus, † qui indubitabilis etiam est, versatur circa duos personales creditores, quibus solutionis causâ simplicitèr vnum idemque nomen quantitatiuum, vel pro parte fuit cessum, quorum posterior si exegerit, alter qui in cessione prior est, ius reuocandi solutionem non habebit: cùm creditori personali reuocatoria actio non concedatur, *l. pecunia, C. de priuilegio Fisci*, Gaitus, Acosta, Fontanell. & alij laudati sup. ex multis Amato 2. *tom. resol.* 51. *num.* 1. & 2.

Dubium † igitur eo demum casu erit, quo duobus creditoribus hypothecarijs cessio eiusdem nominis facta fuit, quorum posterior in hypothecâ exegit; an tunc priori creditori hypothecario ius auocandi competat? Cuius dubij resolutio ab alio pendet, an creditori hypothecario liceat auocare pecuniam bona fide consumptam (nam de extanti nemo dubitat) quam exegerat alter hypothecarius creditor posterior? Quæ quæstio tametsi elegans, & frequens sit, tamen vulgaris est, & per innumeros agitata, quos retulimus *sup. quæst.* 6. *num. fin.* multos congerit Amato *dict. resolut.* 51. *per totam*, Thoro *voto* 6. Castillo 4. *tom. cap.* 61. & 5. *tom. cap.* 78. Noguerol *allegat.* 7. *art.* 1. Trentacinq. *lib.* 3. *var. tit. de solution. resol.* 23. *à num.* 4. Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *quæst.* 28. D. Salgado *dict. cap.* 10. *à num.* 77. Et licèt resolutio variis hinc indè rationibus, & argumentis agitetur, & quamuis ex relatis DD. alij hypothecariis tantū creditoribus priuilegiatis ius auocandi pecuniam bona fide consumptam concedant: tamen verius videtur ius hoc hypothecariis creditoribus competere, etiamsi nullo prælationis priuilegio sint muniti. Qua ratione, si posterior creditor virtute cessionis factæ per debitorem exegit nomen cessum, poterit anterior creditor hypothecarius etiam non priuilegiatus pecuniā exactam, etiam bonā fide consumptā auocare, vt in terminis ex Surdo *cōs.* 794 & Cyriaco *cont.* 339. tenet Merlinus *dict. quæst.* 28. *num.* 33. licèt ipse *dict. tit.* 2. *quæst.* 32. *aliàs* 31. *à nu.* 12. ius hoc auocandi pecuniam exactam per secundum creditorem virtute cessionis, & iàm consumptam, soli anteriori, & primo creditori priuilegiato concedat, & deneget creditori hypothecario sine priuilegio, exceptis aliquibus casibus quos refert: quam sententiam in eisdem terminis sequitur 32

D.

D.Salgado *dict.cap.*16. *à numer.*77. *&* 83.

33 Sed † cùm hic titulus, & præsens quæstio sit, de iuribus quæ in cessionarium transferuntur, & de concursu, & prælatione eius; non abs re erit annectere alium casum quem in Senatu Cathaloniæ summè controuersum fuisse refert Fontan. *decis.*166. *&* 167. *per tot.* an si heres grauatus restituere post mortem hereditatem, pensiones domus à se ad certos annos locatæ consignauerit, & cesserit creditori suo solutionis causâ; herede defuncto, quis præferatur in exactione pensionū futurarum; an cessionarius heredis; an verò fideicommissarius cui post mortem restituenda erat hereditas, si vterque aduersus conductorem executionem intendat? In quo dubio post longam, & litigiosam disputationem obtinuit, heredis cessionarium præferēdum esse; quia heres cedendo creditori suo pensiones, vel alia iura hæreditaria, videtur id eligere in solutionē, & satisfactionem quartæ trebellianicæ, vel legitimæ sibi debitæ. Quæ decisio recte procedit, si constiterit, vel dubium sit, quòd heres de creditis suis non sit satisfactus; nàm si de solutione & satisfactione appareret, ius cessionarij cessaret: quia resoluto iure cedētis, & per eius mortem, cessio expirat: et ius percipiendi commoditatē cessionarius amittit, vt firmat idem Fontanell. *dict. decis.*167. *à nu.*7. et in terminis cessionis pensionū alicuius domus conductæ, quòd resoluto iure eius, qui ius exigendi pensiones cessit, ius cessionarij resoluatur, dixit Hieron. de Leon *lib.*2. *decis.* 192. *à numer.*16.

SVMMARIVM.

1 *In omni iudicio ordinario, executiuo criminali, & aliis, ante omnia de legitimatione personarum quærendum est.*

2 *Iudex officium suum non petenti impartiri non tenetur.*

3 *Iudex ex officio potest repellere à iudicio eum, qui legitimam personā non habet.*

4 *Iudex an teneatur personam non legitimā à iudicio repellere, ita vt si aliter fecerit, teneatur in syndicatu.*

5 *Iudex in iudiciis executiuis tenetur repellere eum, qui legitima persona non est; in ordinariis verò arbitrio eius, non iuris necessitati relinquitur.*

6 *Agens vt talis, ante omnia ostendere tenetur se talem esse.*

7 *Cessionarius an statim vt comparet teneatur instrumentum cessionis exhibere.*

8 *Cessionarius in causis executiuis tenetur statim exhibere instrumentum cessionis, & aliter ad eius instantiam executio non decernetur; in ordinariis secus.*

9 *Exceptio nullitatis cessionis, nisi notoria, & clara sit, nō impedit executionem petitam à cessionario.*

10 *Cessionario agenti viâ ordinariâ, quandò ante litem contestatam, quādò verò post eā, cessionis instrumentum producere sufficiat,* vsq; ad num.17.

17 *Cessionarius si in libello faciat mentionem cessionis: an ante omnia cōpelli possit ad eius exhibitionem.*

18 *Actor quandò compelli possit, vt exhibeat instrumenta mentionata in libello.*

19 *Referuntur quatuor limitationes, in quibus actor exhibere non tenetur instrumenta de quibus mentionem fecit in libello,* vsque ad num.25.

25 *Cessionis mentio quo modo facienda sit in libello, vt cedens ad eius exhibitionem ante litis contestationē teneatur.*

26 *Cedens si in iudicio non exhibuit cessionem, cùm tamen eam re verâ haberet,*

beret, an si postea de cessione appareat, iudicium sustineatur, & numer. 27.

28 *Cessio si pendente iudicio superueniat, an ex eâ corroboretur iudicium ordinarium, vel executiuũ*, & num. 29.

30 *Executio petita virtute vnius instrumenti, an conualidetur ex alio*, & num. 31.

32 *Heres vnus ex pluribus quandò in solidum agit viâ ordinariâ, vel executiuâ, an sufficiat quòd pendente iudicio aliorum coheredum cessio superueniat*, cum num. seq.

35 *Fideicommissarius, vel coheres in solidum agentes si absoluti, vel cõdemnati sint, & post primam sententiam superueniat cessio aliorum, an possint à sententia supplicare.*

36 *Ius superueniens in iudicio quandò corroboret iudicium ordinarium, vel executiuum? latè agitur*, ad num. 42.

43 *Iudicium an conualidetur ex iure superuenienti in persona rei conuenti.*

Intelligitur text. in l. si mandauero tibi 17. D. mandati.

44 *Reus qui non possidebat, si pendẽte iudicio, vel post sententiam possidere incipiat, an condemnandus sit, & executio sententiæ facienda.*

45 *Aliæ distinctiones referuntur ex quibus asserunt DD. resoluendũ fore, quandò cessio, vel ius superueniens in iudicio prosit.*

46 *Resoluitur quandò cessio superueniens in via ordinaria prosit cessionario.*

QVÆSTIO IX.

Cessionarius agens via ordinaria, vel executiua, an in ipso litis exordio instrumentum cessionis exhibere teneatur. Et an ex cessione superuenięti corroboretur iudicium siuè ordinarium sit, siuè executiuum.

QVM in omni iudicio, siuè ordinarium sit, siuè executiuum; plenariũ, aut summarium; ciuile, vel criminale, etiam si ex bono, & æquo procederetur, in primis & ante omnia legitimatio personarum requiratur, nè alias si personæ non legitimæ admitterentur, iudicium redderetur illusorium, *l. si quæramus*, vbi DD. *D. de testamentis*, *l. nõ ignorat*, *C. qui accusar. non possunt*, *cap. 1. vbi Panormitan. Felin. & alij de accusat. l. licèt*, *C. de procurator.* ex Castillo, Carleual, Amato, Posthio, Virgilio, & aliis innumeris latissimè ostendit Parexa *de edit. instrum. tit. 6. resol. 2. à num. 1.* cui addesi plummet *tit. 5. resol. 10. num. 20.* Argel. *de legitim. contradictore, quæst. 11. art. 3. nu. 42.* Noguerol *alleg. 25. num. 4*, Donell. & Osualdi. *lib. 17. com. cap. 4. & 5.* D. Salgado *de Reg. protect. 2. part. cap. 6. à num. 58.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tit. 43. de iudicijs, nu. 46. tom. 1.* Christophor. Suelues *cons. 12. à numer. 26.* Castillum *tom. 6. controu. cap. 136. numer. 67.* Ioan. Bapriſt. Thoro *voto 70. num. 15.* qui asserit, non sufficere legitimationẽm personæ ex post facto superuenire, Duardus *post tract. de censibus decis. 448. num. 6.* qui loquitur de cessionario. 1

Adeò † autem legitimatio personarum 2

narum in iudicio requiritur, vt quamuis iudex officium suum non petenti non soleat impartiri, *l. fin. D. de petit. hered. l. 4. §. hoc autem iudicium, D. de damno infecto*, tamē ex officio suo nemine petente potest à limine iudicij repellere eum, qui legitimam personam non habeat, *cap. causam 9. de iudiciis*. Paz *tom. 1. in initio annot. 4. n. 8.* Padilla *in l. vbi pactum 12. C. de transact.* Rodriguez *de modo examinandi process. cap. 3. num. 18.* Virgilius *de legitimat. personæ in prælud. à num. 16.* qui refert Decian. Cartar. Menoch. & alios, *& cap. 23. num. 63.* Farinac. *1. tom. prax. crimin. quæst. 11. numer. 56.* Golinus *de procuratorib. 3. part. cap. 3. à num. 64.* Cancer. *2. part. var. cap. 14. num. 62.* omninò videndus Carleual. *de iudiciis tom. 2. tit. 2. disputation. 4. à num. 23.*

Illud † verò in prælectione *dict. c. causam 9. de iudiciis*, dubitabā (quod 4
dum hæc scribo, in meâ iuris Pontificij Cathedrâ primariâ discipulis explico, quòd ad nostræ quæstionis veram lucem apprimè necessarium est) an iudex non solùm possit, sed & teneatur personam non legitimā à iudicio repellere, vt si secùs fecerit obnoxius sit parti in syndicatu? Et in merâ iudicis voluntate repositum esse, vt possit impedire eum, qui personam suam non legitimauit, non tamen id subiici iuris necessitati, ex *l. non quidquid, D. de iudiciis l. 1. C. quomodo, & quādò iudex*, probat Padilla *in dict. l. vbi pactum nu. 14.* quem sequitur Parexa *dict. tit. 5. resol. 10. nu. 48. & 49.*

Quam † sententiam in iudiciis ordi- 5
nariis verissimam censeo; in iudiciis tamen executiuis existimarem aliud dicendum esse; scilicèt iudicem non solùm posse, sed teneri denegare præceptum executiuū, si executio à persona legitima non petatur, aliàsque pœnam incurrere, & ad interesse teneri. Moueor *ex l. 34. tit. 4. lib. 3. Recop.* in qua præcipitur iudicibus, vt quoties coram eis alicuius instrumenti executio petitur, examinent prius an mereatur executionem, quod si contra fecerint, & sine iustificatione præceptum executiuum expediant, quadrupli pœnâ puniuntur. Cuius legis Regiæ decisio æquè admittenda est, siuè executio iniquè decernatur, ex eo quòd instrumentum nō habeat paratam executionem, siuè quòd ad instantiam partis non legitimæ executio sit expedita; cùm vno & altero casu, reus æqualitèr grauetur. Discriminis ratio inter iudicia ordinaria, & executiua aperta est, quia in iudicio ordinario reus citatur, vt opponat actori exceptiones omnes eius personam, & inhabilitatem respicientes: at verò in iudicio executiuo reus nō citatur, sed incipitur à captura personæ, & bonorum, quæ cùm contineat damnum, & iniuriam, si iniustè, vel ad petitionem partis non legitimæ fiat, meritò iudex quadrupli pœnâ plectitur, si ex officio suo non repellat eū, qui personam legitimam non habet.

Cum † igitur legitimatio personæ 6
adeo in iudiciis requiratur, maximè quandò quis non suo nomine, sed cū nomine qualificato comparet; quia agens vt talis, debet ostendere se esse talem, vt ex multis probat Anton. Amat. *2. tom. resol. 78. à num. 1.* Castillo *dict. cap. 136. num. 67.* Carleual. *dict. disp. 4.* Inde † est, vt dubitetur quo tē- 7
pore seu in qua parte iudicij cessionarius cessionis instrumentum exhibere teneatur? quod vt resoluant interpretes, in varias distrahuntur sententias teste Schifordeg. *lib. 3. tract. 23. q. 20. vers. sed quādò*, sed qui melioris notæ sunt, vt rem explicent, distinguunt inter iudicium ordinariū, & executiuū, quā distinctionem, & nos sequemur.

Et quoties † cessionarius agit exe- 8
cutiuè aduersus debitorē cessum, ante omnia instrumentum cessionis ostendere tenetur, nec alitèr quàm eo examinato, iudex præceptum executiuū expediet, vt ex innumeris probat Parexa *dict. resol. 2. num. 23. & 11.* qui refert.

refert Parlador. Rodrig. Carleual, & Ferdinandum de Mesa, Anton. Amatus *d. resol. 78. à nu. 9.* qui multos congerunt, Quod procedit, siue cessionarius nomine cedentis directas actiones exerceat, siue vtilibus actionibus suo nomine experiatur; vtroque enim casu in executiuis cessio in initio producenda est, quicquid dubiret Rodriguez *de executione c. 3. nu. 23.* quia in causis executiuis, siuè quis nomine proprio, vel alieno executionem fieri intendat, non antea mandatū executionis decernitur, quam si actoris, & rei aduersus quem executio intenditur, personæ legitimentur: quamuis in causis ordinariis aliud sit, quia in eis sufficit quòd in discursu causæ persona actoris legitimetur, iuxta proximè dicenda, Carleual. *d. disp. 4.* Amato *d. resol. 78.* Parexa *d. resol. 2. nu. 9. & 23.* qui discrimen hoc agnoscūt inter causas ordinarias, & executiuas quoad legitimationem personæ, quæ suo nomine experitur.

9 Illud † tamen dignū obseruatione est, quòd si virtute instrumenti, & cessionis eius, executio fuerit facta ad instantiam cessionarij, si reus cōpareat, & opponat vitiū, & defectū aliquem aduersus cessionem, exceptio illa nisi notoria, & visibilis esset, nō impediret progressum executionis; sed ad eius discursum, & decem dies oppositionis reseruanda erit, vt ex Milanens. Intrig iol. & aliis notat Amato *dict. resol. 78. num. 11. vers. illud, & n. 12.*

10 Si verò † cessionarius viâ ordinariâ agat, distingunt interpretes, an nomine cedētis directas actiones exerceat, an autē nomine suo vtilibus actionibus experiatur: nā si directas actiones exerceat, instrumētū cessionis in principio litis, & ante omnia exhibendū erit: at verò si vtilibus suo nomine āgat, sufficiet quòd post litē contestatā in causæ progressu se cessionarium esse ostendat: quā distinctionē probarunt Pet. Pech. *de iur. sistendi c. 3. nu. 4.* Capell. Thol. *decis. 295.* Surd *cons. 22.* Gallerat. *de renunc. lib. 1. c. 4. n. 74.* Rodrig. *de reditib. lib. 2. q. 17. n. 34.* Costa *de fact. scient. & ignorant. cent. 2. dist. 57. à n. 10.* Bertaz. *clauſ. 29. glos. 4. n. 3. à vers. præterea,* Marant. *in l. actor, D. de procurat. n. 25,* Mesa, Carleual. & Parexa vbi proximè, qui innumeros referunt, quibus iunge latè agentes Hypol. Montan. *ad Oliban. de actionib. p. 2. lib. 1. c. 4. n. 26. vers. oneratur.* Marta *in cōpil. decis. tom. 3. verb. cessio, c. 41. & 47.* Virgil. *de legit. personæ in prælud. n. 29.* Gaitum *de credito c. 2. tit. 5. n. 1070.* qui refert Cartarium, & Mastrillū, Guzmā *de euiction. q. 35. nu. 70. & n. 167.* Hermosill. *in l. 10. glos. 4. n. 184. tit. 1. p. 5.* Cencium *de censib. q. 72 n. 23.* à vers. *in hoc autē,* Bellon. *de his quæ fiunt in continenti lib. 2. c. 90. n. 6.*

Cuius † distinctionis & communis sententiæ ea differēriæ ratio redditur, quòd vbi cessionarius nomine cedētis directâ actione agit, comparet vt procurator licèt in rem suam, ideòque in ipso litis exordio personam suam legitimare tenetur, sicùt quilibet alius procurator, *l. 1, C. qui legitimam personam:* at verò si cessionarius vtiles actiones suo nomine exerceat, quāuis à persona cedentis petitio summat originem, tamèn cùm eo casu cessio non tàm personæ legitimationē, quā merita causæ respiciat, sufficit quòd post litem contestatam, & in termino probatorio instrumentum cessionis producatur, cùm ante litē contestatā de his quæ ad causæ iustitiam pertinēt non cognoscatur. 11

Quæ sententia † etsi receptissima sit, ab ea discedunt post Baldum, & alios Boerius, Cartarius, Schraderus, quibus accedit Schifordeg. *dict. tract. 23. quæstion. 20. circa finem,* existimantes, cessionarium siuè directâ, siuè vtili actione agat, statim ab initio, & ante litē contestatā instrumentum cessionis ostendere tenere: quam opinionem sequuntur relati per Amatum *dict. resolut. 78. num. 4.* circa finem, à quibus non longè est Arias de Mesa 12

dict.lib.1.var.cap.24.num.5.

13 Quorum † interpretum auctoritas, & eorum fundamenta, quamuis me a communi sententiâ non deuient; tamen cogitandi causam præstiterunt: et pro nostræ quæstionis explicatione præter omnes placuit mihi distinguere, inter legitimationem personæ cessionarij; & exhibitionem cessionis necessariam respectu iudicis: et eã quæ requiritur respectu rei conuenti aduersus quem iura cessa fuisse proponitur: nàm respectu iudicis, si cessionarius viâ executiuâ agat, antequam executionis præceptum decernat, instrumentum cessionis exhibendum erit, simùl cum instrumento crediti, & actionis cessæ: quia ad hoc vt cessionario ius exigendi competat, non solùm necessarium est, quòd cessionis

14 authenticum instrumentum ostendat, vt diximus sup. hoc tit. sed etiam quòd exhibeat instrumentum actionis, & obligationis cessæ, habens paratã executionem. Gratianus *decis.111. in addit. num.10. & cap.101. à numer.23. & cap.286. num.20. & 26.* Farinac. *decis. nouiter nouiss. decis.44. numer.4.* Rodriguez *de executione cap.3. numer. 26. in princip.* Duard. *post tractat. de censibus decis.255. num.5.* Pacificus *de Saluian. interdicto insp.3. cap.4. à nu. 208.* Cencius *de censib. dict. quæstion. 72. num.23. vers. nec etiam,* qui refert Alexand. Ludouis. *decis. 579. num.1. & 4.* Ioan. Baptist. Thoro *3. part. cõpend. decis.* verb. *cessionarius an agere possit* aliàs enim si non exhibita cessione simùl cum instrumento crediti principalis, iudex executionem fieri iubeat, incidet in pœnam de qua *in d. l.34.* quia in causis executiuis, vt sup. probauimus, iudex non solùm potest, sed tenetur repellere cessionarium, qui talem se esse non ostendit.

In causis † tamen ordinariis quandò cessionarius nomine cedentis directas actiones exercet, in arbitrio iudicis erit, eum repellere a limine iudicij, si statim cum ipso libello instrumẽtum cessionis nõ exhibeat: quod eius voluntati, non iuris necessitati relinquitur, iuxta discriminis rationem à nobis iam assignatam.

15 Respectu † verò debitoris cessi, si iudicium executiuum sit, siuè vtiles, vel directas actiones cessionarius moueat, si cessione non exhibita præceptum executionis expediatur, poterit debitor desiderare, vt præceptũ executiuum reuocetur, nec ea oppositio ad decem dies reseruanda erit.

16 Sin † autem causa ordinaria sit, ad prædictam communem distinctionem recurrendum erit, scilicèt quòd si cessionarius actiones directas exerceat, possit debitor petere, vt non aliter respondere cogatur, quàm si ante litẽ contestatam cessionis instrumentum exhibeatur: quod nullatenus opponere poterit, si cessionarius vtilibus actionibus suo nomine ageret.

17 Hæc † tamen doctrina solemnem habet limitationem, scilicèt quandò cessionarius, qui vtiles actiones exercet, in ipso libello mentionem faceret instrumenti cessionis: quia tunc reo petente, ante litis contestationẽ exhibendum erit, vt deliberare possit an ei liti cedere, vel contendere expediat, vt ex Carleual. *dict. disputat.4.* probat Parexa *dict. resolut.2. num.26* Guzman *dict. quæst.55. num.142.* Est

18 † enim regulare, vt instrumẽta de quibus actor in libello suo fecit mentionem, ante litem contestatam edere compellatur, Bald. *in l. qui stipendia in fine, C. de procuratoribus,* Guid. Pap. *de cis.116.* Gaspar Thesaur. *lib.1. quæst. 76.* Capella Tholos *dict. decision.295.* Cancerius *1. part. var. cap.19. à num. 20.* Horat. Carpan. *ad statut. Mediol. 1. tom. cap.35. num.7.* Zeuallos *commun. quæst.428. tom.1.* ex Paciano, & aliis Gaito *de credito cap.2. à numer. 1066.* Ad quod respexisse videtur *l.1. tit.2. lib.4. nouæ Recopilation.* in quâ cauetur, debere actorem simùl cum libello producere instrumenta, quibus nititur; nisi inter se intentionem

nem suam testibus probare intendere: hoc tamen in praxi receptum non video.

19 Cæterum † hæc assertio, quòd actor instrumenta mentionata in libello ante litis contestationem edere teneatur, aliquas recipit limitationes, quæ etiamad exhibitionem instrumẽti cessionis adaptantur. Prima est, si actor iuret se instrumenta in promptu non habere, Pacianus *de probationib. lib. 1. cap. 66. num. 95.* Cancerius, Guido, Pap. Franc. Marcus, & alij quos refert Parexa *sup. nu. 26.*

20 Secunda † limitatio est, quandò actor in libello assertiuè, & explicitè narrat contenta in instrumento, ita vt ex narratione possit reus deliberare, an cedere liti, vel eam prosequi expediat, Pacianus *dict. cap. 66. num. 102.* ibi: *Rursus intelligitur, prædictam editionem ante litem contestatam non esse faciendam, quandò actor in libello fecisset mentionem de aliquo instrumento assertiuè, veluti quandò actor totum tenorem instrumenti narrasset:* nàm tunc cũ possit reus optimè deliberare, absque vlia editione ad vlteriora est procedendum, sequuntur alij, quos refert Osuald. *ad Donell. libr. 23. com. cap. 6. lit. C.*

21 Quam † limitationem, quæ communis est, & originalis Bartoli *in l. edita num. 29. C. de edendo*, reiicit nouiter Carleual. *dict. disputat. 4. num. 20.* quem sequitur Parexa *nu. 27.* qui sentiunt, quòd siue limitatiuè, siue assertiuè de instrumento in libello fiat mẽtio, ante omnia edendum est, dummodo reus eo indigeat, vt possit deliberare, an cedere, vel contendere velit, cuius rei cognitionem iudicantis arbitrio relinquunt.

22 Ego † verò à communi Bartoli distinctione non recederem (qui rectè *dict. num. 29.* explicat, quandò limitatiuè, & quandò assertiuè de instrumẽto mentio fiat, videndus Osuald. *dict. lit. C.*) nàm vbi assertiuè, & explicitè narratur quicquid in instrumento cõtinetur, eius editio ad deliberandum necessaria non est: cùm reus nihil magis ex instrumento, quàm ex libello seu facti narratione deducere possit; acproindè editionis necessitas, & finis cessat. Eo tamèn casu actori staum instrumẽtum exhibere teneretur, quo reus si verum, & authenticum esset, & sub forma mentionata, ex tunc lis cessurum promitteret.

Tertia † limitatio est, quoties actor 23
instrumentis mentionatis se non vturum pollicetur, *l. 1. §. edenda, D. de edendo*, ibi: *Edenda sunt omnia quæ quis apud iudicem editurus est, non tamen vt & instrumenta quibus quis vsurus non est, compellatur edere*, explicat latè Osuald. *dict. cap 6. lit. D.*

Quartò † limitat Pacianus *dict. ca-* 24
pit. 66. numer. 101. quando instrumentum mentionatum in libello alienum est: quia ante litem contestatam actor proprium, vel saltim commune instrumentum, non tamen alienum exhibere compellendus erit, iuxta Specular. *tit. de instrument. editione, §. nunc, sub num. 5.*

Planè † quæ diximus, cessionarium, qui vtilibus actionibus experitur, cessionis instrumentum, de quo in libello mentionem fecit, ante litem contestatam, si id reus desiderer, edere teneri, intelligenda sunt, quoties de ipso instrumento cessionis mẽtio facta fuit: non verò si tantùm de cessione actor meminisset: nàm tunc ad exhibitionem cessionis vrgeri non poterit, vt ex Flaminio, Cartario, notat Marta *in digestis. nouiss. seu compilat. decis. tom. 3.* verb. *cessio, cap. 47. in fine.*

Quæstionis † tamen est, si ces- 26
sionarius, qui re vera cessionem habebat, illam non exhibuerit in iudicio, an sententia cum eo lata nullius momenti sit? Et quoties cessionarius suo nomine agit, vtiles actiones exercendo, certi iuris est, sententiam nullitati non subiacere: at verò si vt procurator in rem propriã, cedẽtis nomine

litigauit, si ante litem contestatam, vel post eam, in quacumque parte iudicij sit oppositum, eũ cessionariũ nõ esse (quod fieri potest, quia exceptio, tu non es cessionarius; vel tu non es heres, ante & post litem contestatam rectè opponitur Brunor à Sole *quæstion.* 11. *numer.* 21. quemadmodũm procuratorio nomine agenti, etiam post litis contestationem legitimè opponitur, quòd procurator non sit, vt veriorem dicit Iacob. Cancer. 2. *part. cap.* 14. *à num.* 59. D. Salgado *de Reg. protect.* 4. *part. cap.* 3. *à numer.* 122. vbi quod nullitas proueniens ex defectu mandati, etiã post tres sententias conformes, & post mille annos opponi potest) videtur dicendum, sententiam nullius roboris esse, quia sententia lata cum procuratore, qui re verâ habebat mandatum, quod in actis nõ produxerat, si de eius defectu fuit oppositum, nulla est, ex Marquesan. & Scacciâ, D. Salgado *de Reg. protect.* 4. *part. cap.* 7 *num.* 128. Gratian. & add. *decision.* 105. *numer.* 16. Monter à Cueua *decis.* 40 Iacob. Cancer. 3. *part. var. cap.* 17. *num.* 498. Farinac. *decis. nouiter nouissim. decis.* 1.

27 Si verò † cessionario, qui directas actiones exercebat, eum cessionariũ non esse oppositum non fuit, sententia cum eo prolata, si cessionem re verâ habebat, valida erit: quia sententia lata cum procuratore, cui defectus mandati oppositus non fuit, consistit, si appareat eum verum procuratorem fuisse, iuxta D. Franc. Salgado, Gratian. Monter. & Cancerium, multis relatis Hieron. Gonzalez *in regul.* 8. *§.* 5. *præm. numer.* 113. Golinus *de procuratorib.* 3. *part. cap.* 3. *à numer.* 3. Parexa *de editione instrumen. titul.* 5. *resol.* 10. *à num.* 30. qui ampliant, licèt procuratori fuisset opposita exceptio defectus mandati, si postea in progressu causæ eadem exceptio non fuit repetita, sequitur D. Salgado *sup. à numer.* 129. Farinac. *nouitèr nouissim. decis.* 29. *num.* 10. *& decis.* 76.

Alia † inspectio erit (quæ non modicæ difficultatis, & vtilitatis est) an si cessio pendente iudicio superueniat, conualidetur & procedat iudicium, ita ne vt actor prosit ad victoriam? In qua re considero, duplici modo cessionem, ei qui eam non habebat, pendente iudicio superuenire posse. Primò, si quis cùm pro iure sibi non competenti litem instituisset, cognoscens postea ius illud ad se nõ pertinere, lite pendente iuris in iudicium à se deducti a vero domino cessionẽ obtinuit. Secundò, quando quis vt cessionarius instituit actionem, cùm re verâ cessionem non haberet, vel minus legitimam, quæ ei post cæptum iudicium superuenit. 28

Et vtroque † casu si iudicium executiuũ esset, cessio quæ posteà superuenit executionem nõ rectè factam nõ validabit: quia mandatum, seu præceptum executionis iustificari debet exactis præsentatis tempore executionis, nec sufficit quòd ex nouis instrumentis iustificetur, vt ex Bart. Suar. Auendaño, Gutierrez, Larâ, & Gratiano, probat Guzmã de euictionibus, *q.* 11. *n.* 81. Cencius *de censib. q.* 95. *num.* 34. Christophor. Suelues *cons.* 85. *num.* 4. & vltra relatos ab his, idem probant Gratian. *decis.* 111. *in addit. num.* 5. *&* 11. Farinac. *nouitèr nouiss. decis.* 44. *per tot.* qui in specie asserunt, executionis præceptum ex actis in primâ instantiâ productis iustificandum esse, nec habendam fore rationem instrumentorum, quæ in causâ appellationis producuntur, Duard. *post tractatũ de censib. decis.* 255. *per tot.* qui loquitur in cessione exhibitâ in instantiâ appellationis. 29

Circa † quod referre non omittam aureã, & notatu dignã doctrinã, quam post alios tradit Giurba *decis.* 10. *à n.* 1. *ad* 13. Guzman *de euict. q.* 11. *à n.* 83. *ad* 92. quòd executio facta rigore vnius instrumẽti, non cõualidatur ex alio, quòd diuersũ sit à primo, pro quo causata fuit executio, licèt petita esset 30

set cum clausula, *& omnium aliorum actorum*, sed in alia iudicij instantia, ex instrumento nouitèr producto agẽdum erit: quia vbi res noua deducitur, nouo iudicio, & nouâ citatione, & termino indiget, cũ nouæ exceptiones, & defensiones opponendæ sint: quod secùs esse asserit Giurba, si instrumentum nouitèr exhibitum non diuersum esset, sed penderet à primo: nàm tunc executio sustineretur, maximè ex clausulâ, *& omnium aliorum actorum*: quia nouum instrumentum tendit ad perfectionem, & confirmationem executionis; nec tunc res noua deducitur, sed eadem prosequitur, & cõtinuatur, vt doctè, & copiosè disputat D. D. Franc. Salgad. *de retentione Bullar. 2. part. cap. 8. à num. 24. ad* 27. Guzman *d. cap.* 11. quod ferè per totum, & vt vulgo dicitur, ad pedem literæ, transcripsit à Giurbâ *dict. decis.* 11. *& 62.*

31 Igitur † cùm cessio, quæ pendente iudicio executiuo superuenit, nouum examen requirat, & nouæ exceptiones à primis diuersæ, tàm cessionario, quã cessioni opponi possint: inde est, vt in executiuis ex noua cessione iudicium, & cæpta executio minimè sustineatur, vt in terminis Farin. *d. decis.* 44. latissimè Giurba *decis.* 16. *per totam.*

32 Quam † verissimam doctrinam limitari inuenio, in vno ex pluribus heredibus in solidum executionem petente, qui quamuis aduersus debitores hereditarios in solidum agere nõ possit: quia lex. 12. Tabularũ ipso iure actiones hereditarias tàm actiuas, quã passiuas inter plures heredes pro rata diuidit: qua ratione si eorũ vnus executionem in solidum petat, non nisi pro virili parte locum habebit addictio, vt ex practicis, & theoricis probauimus suprà *tit. 4. quæst. 6.* tamen si pendente iudicio ordinario, vel executiuo, ab aliis heredibus cessionem habuerit, iudicium conualidari asserunt, talitèr, vt in solidum sequi possit condemnatio, vel addictio, Parladior. 2. *part. rerum quotid. c. fin.* 3. *p.* §. 3. *n* 3. Rodrig. *de execut. c.* 3. *n:* 17. Curia Philip. 1. *tom.* 2. *part.* §. 9. *numer.* 6. Simon de Prætis *de interp. Vlt. vol. lib.* 5. *interp.* 2. *dub.* 2. *à nu.* 68. *&* 81. Arism. Tepar. *var. tit.* 145. *cap.* 4. verb. *actor lite pendente*, Anto. Amato 1. *tomo, resol.* 13. *num.* 43. Giurba *de succes. feudor.* §. 2. *glos.* 9. *num.* 93. vers. *ampliat primo*, qui referunt Fusarium, Peregrinum, & alios.

Quæ † limitatio, licèt tot doctis- 33
simis viris placeat, nos tamen salua eorum pace censemus indistinctè acceptam veram non esse: nemo enim (ni fallor) dixerit, quòd si vnus ex pluribus heredibus executionem in solidùm fieri obtineat, cui oppositum fuit alios sibi coheredes esse, si ipse post decem dies oppositionis, vel paulò ante eorum lapsum, à coheredibus cessionem habeat, posit ex ea iudicium executiuum corroborari, & in solidum addictionem fieri: nàm si hoc admitteremus, indefensus condemnaretur reus, cui si copia cessionis aliorum coheredum in termino oppositionis data fuisset, legitimas fortè exceptiones probaret, solutionis, scilicèt, compensationis, vel pacti de non petendo, per quas executionẽ pro coheredum cedentium portionibus eliderẽt.

Quapropter † in proposito arti- 34
culo, tres casus distinguerem: Primus, quandò cessio superuenit coherẽdi, & producta fuit antequàm reo decem dies ad probandum assignarẽtur, & currerent: nã tunc conualidabitur executio, & addictio in solidũ fieri debebit. Secundus, quandò cessio post decem dies, vel intra eorum terminum superuenit, & producitur, aduersus quam nihil opponit reus, quòd specialitèr personas, vel iura cedentiũ respiciat; quo casu idem, quòd in superiori dicendũ erit. Tertius, quãdò cessio superuenit, & producitur post decẽ dies, vel intra eos, aduersus quam si

pro ea parte quæ coheredum cedentium ius respicit, opponatur solutionis, vel compensationis exceptio, vel alia quæ in facto consistat, addictio in solidum fieri non poterit; sed pro parte tantùm coheredis, qui instauit executionem, reseruato ei iure, vt nouum iudicium super iuribus, & portionibus cessis instituat, nè aliàs contra debitorem in defensum, & inauditum addictionis sententia proferatur.

Hæc † quæ de vno ex coheredibus in solidum, & pro aliorum coheredũ portionibus via executiua agente, diximus: fortiori ratione procedẽt, si iudicium ordinarium esset; quia ex cessione superuenienti extra dubium cõualidabitur, & secutũ poterit condemnatio, etiam pro aliorum coheredum portionibus. Similiter è contrario si vnus ex pluribus heredibus in solidũ agat, deindeque aliorum coheredum cessio superueniat, si sententia absolutoria in fauorem rei proferatur, etiam pro partibus eorum, qui cessionem fecerunt, absolutus censebitur.

35

Adducitur tamen his decisio Granatensis relata à D. Larrea 2. *tom. dec.* 77. in qua vnus ex fideicommissarijs litem instituit, & post latam primã sententiam, ab aliis fideicommissarijs cessionem obtinuit, & per sententiam reuisionis reus fuit absolutus. Dubitabatur, an saltim pro parte coheredũ, & ex eorũ iuribus posset interponere supplicationem? Et decisum proponitur, vltimam sententiam respectu ipsimet fideicommissarij reuisionis esse; ac proindè locum non esse supplicationi: pro partibus verò eorum, qui cesserunt, supplicationem esse admittendam; quia pro suis portionibus, & iuribus vltima sententia nõ reuisionis; sed visionis (*vulgo de vista*) tantũ est. Ex qua decisione colligitur, ex cessione illa superuenienti confirmatum non fuisse iudicium; aliàs enim per vltimam sententiam non solùm absolutus maneret reus respectu fideicommissarij agentis, sed etiam respectu aliorũ, qui postea iura sua ei cesserunt.

Sed licèt hæc decisio dubium facere videatur, à superiori doctrina minimè recederemus, et pro verâ resolutione distinguendum putarem; an fideicommissarius, vel coheres ab initio in solidùm agãt, & pendente iudicio superueniat cessio; an verò ab initio pro parte tantùm sua experiantur, & postea aliorum cessio superueniat, quorum etiam ius in iudicium deduxerunt. Nam primo casu hæc in eorũ fauorem, vel contra eos sit pronũtiatum, iudicium robur accipiet, & sententia quoad omnium iura proderit, vel nocebit, & rem iudicatam faciet; adeo vt deinde nec pro partibus eorum, qui inter primam, & secundam sententiam iura sua cesserunt; supplicatio admittatur, si eorum & eius qui agebat vnũ, & æquale ius erat, quod in solidum deductum fuit in iudicium. In quo casu si loquitur (prout loqui videtur) decisio Granatensis difficilis est: maximè, si fideicommissario in solidum agenti oppositum nõ fuit, alios ei pares in gradu esse, ad tradita à nobis sup. *tit.* 4. *quæst.* 6. *à num.* 24. In alio verò & secundo casu, quando coheres, vel fideicommissarius ex iure tantum suo, ideſt pro portionibus suis agunt, si post latam primam sententiã supplicatione interposita iura coheredum ipsis cessa deducant, subsequẽs sententia quoad ius, & portiones suas rem facient iudicatam; quia remissionis erit: cæterum quoad alias portiones cessas supplicatio rectè procedet. Nec enim nouũ est, vt in vna persona duo iura concurrant, quorum respectu duplicis personæ vice fungatur, ita vt sententia quæ vnius iuris ratione, rei iudicatæ auctoritatem obtinuit, ei ex alio iure, & persona agenti nullatenus præiudicet, *l. tutorem, D. de his quæ vt indig. auf.* ex aliis iuribus latè, & doctè exornat D. Salgado *de Reg. protection.* 4. *part. cap.* 8. *à num.* 267. *& de retent. Bullar.* 2. *part. cap.* 15. *à nu.* 28. *ad fin.* Franc. Nig. Cyriacus *controu. forens.*

forens. lib. 1. cont. 198. num. 28.

36 Ar † si iudicium ordinarium esset, non in promptu est, an cessio quæ superuenit prosit ad victoriam? cuius dubij cognitio pendet ab alio, scilicèt, an ius superueniens in iudicio ordinario corroboret iudicium? Quod vt exponãt interpretes, & iura in hac re contraria concilient, varias excogitarunt distinctiones, quas recenset multis relatis Giurba *dict. decision. 16. per totam*, præcipuè *à num. 18.*

37 Sed † nè rem claram ambagibus (vt communiter fieri solet) obscuremus, distinguendum erit, an ex iure quod superuenit, noua oriatur actio; an verò quæ deducta iam fuerat cõualidetur? Nam si ex iure post litem contestatam superuenienti noua oriretur actio, quæ ante litis contestationẽ non competebat, iudicium cæptum non sustinebitur, text. ita intelligendus in *l. non potest, D. de iudicijs*, ibi: *Non potest videri in iudicium veniſſe id quod. post iudicium cæptum accidiſſet, ideòq; alia interpellatione opus est.* Cuius decisionis elegantẽ reddit rationẽ Ant. Fab. *in rationali ad eum textũ*, his verbis: Nõ de alia re iudicium accipi potest, quàm de quâ lis contestata fuit, cùm vetus iudicorum mos, & ritus ille esset, vt post litem contestatam iudex a Prætore daretur, & quidem per formulam certis solemnibusque verbis conceptam, cui sic adstrictus, & addictus erat iudex, vt ab eâ recedere nullatenùs posset; proindè si quid post iudicium acceptum accidat noui, de quo nec lis contestata sit, nec Prætor in concipienda, dictandaque iudicij formula quicquàm expresserit, fatendum est, totum id extra iudicis officiũ esse, nouamque interpellationem fieri debere, vt & noua contestatio fiat, & aliud nouumque iudicium accipiatur, *hæc sunt Ant. Fab. verba.*

38 Vndè rectè D. D. Franc. Salgado *dict. cap. 8. à nu. 22.* asserit, non posse iudicem pronuntiare super articulo deducto ex instrumẽto diuerso nouiter presentato, nisi datis nouis defensionibus, & instructo nouitèr processu cum noua litis contestatione, & instãtiã: quod procedit non solùm quandò noua actio ex iure superuenienti post litem contestatam proponitur; sed etiam cùm quicquam libello post contestationem additur, quod diuersùm sit à iure in iudicium deducto: quia libelli emendatio, aut mutatio post litem contestatam non admittitur, & noua ad id instantia, & interpellatio est necessaria, vt latissimè prosequitur D. Salgado *dict. cap. 8. per totum*, ex Giurbâ *dict. decis. 10.* & vltra relatos, ipse Giurba *decis. 108. à num. 1. ad 10.* Hieron. de Leon *decis. 42. & 198.* Fontanell. *decis. 128.* Hermosill. *in l. 56. tit. 5. part. 5. glos. 7. num. 37.* Sesse *3. tom. decis. 257. à nu. 14.* Villadiego *in exordio libellorum, seu forma libellandi à num. 47.* apud quos latissimè quandò additio, mutatio, vel correctio libelli admittatur post litem contestatam, tam in prima instantia, quã in causa appellationis.

39 Cuius distinctionis † prima pars tã iure ciuili, quàm canonico admittitur, quandò actor ex aliqua certa, & speciali causa egit: nam tunc vnum & alterum ius docet, ex alia noua causa, & iure emergenti, iudicium non conualidari; sed nouâ instantiâ opus esse, vt elegantèr probat Pontifex *in c. Abbate 4. de sententia, & re iudicata, lib. 6.* ibi: *Cæterum prædicta monasterij Populeti concessio, Monasterio de Bonefac auxiliari nõ poterat in hac parte: quia cum quis egit ex aliqua certa, & speciali causa, & postea siue alia, siue similis ei, quam exposuit accidit, videri non potest illa in iudicio deuenisse: cùm iudex tunc prospicere, ac attendere debeat diligenter, an ex ea omninò cadẽ quæ prius expressa extitit, vt potè quæ quæ tunc etiam competeret actoris intentio sit fundata.*

40 Cæterum † vbi actor specialẽ causam in libello non subiũxit, sed generalitèr, & sine expressione certæ cau-

sæ

sæ actionem proposuit, veluti si diceret, reum sibi debitorem, & obnoxiũ esse ad solutionem alicuius quantitatis, si non opposita exceptione inepti libelli iudicium prosequatur, & postmodum actori ius nouum superueniat licèt de iure ciuili eo casu condemnatio fieri non posit; de æquitate tamẽ Canonicâ ius superueniẽs actori proderit ad victoriã, nec aliâ institãtiã indigebit, vt idem Pontifex docet *in d. cap. Abbate*, versic. *secus autem*, Paulus de Castro, & Bald. *in dict. l. non potest*, Cancer. 3. *part. var. cap.* 3. *à n.* 463. *& cap.* 17. *num.* 571.

41 † Quæ iuris Canonici æquitas eo casu practicanda est, quo ius superueniens adeò clarum, & indubitabile esset, vt reo nulla posset competere defẽsio, vel exceptio, ita vt necessariò in alio iudicio esset condemnandus. nã si aliqua exceptione se tueri probabiliter posset, noua instantia, & terminus necessarius erit, conducit Cancer. 2. *part. var. cap.* 16. *num.* 30. ibi: *Secus existimans si nulla probatio requireretur, sed ex sola productione alicuius instrumenti ius superueniens probatum remaneret.* Sed apertius faciunt verba textus *in dict. cap. Abbate*, ibi: *Non prodesset etiam multùm reo, si tũc fortè in ipsum ex huiusmodi superuenièti causa condemnatio non ferretur, cùm mox alio instituto iudicio foret ex illa meritò condemnandus.*

42 Alio verò † casu, quo ius quod superuenit, nouam & diuersam actionẽ non tribuit, sed tantùm eam, quæ competebat, & quæ in iudicium deducta iam fuerat, perficit & conualidat: certum est, ex superuenientia talis iuris, iudicium inchoatum sustineri, & ex eò absque noua instantia sequi posse cõdemnationem; siuè ius in persona actoris, siuè in persona rei superueniat: vt in iure superuenienti in persona actoris ex quo noua actio non descendit, probat Vlp. *in l. si rem* 9. *§. fin. D. de pignorat. actione*, vbi debitor, qui ante solutionem pignoratia egit, vt creditor pignus restituat, si pendente iudicio pecuniã offerat, obtinet in pignoratitia, ratione iuris sibi superuenientis: ratio est, quia oblatio pecuniæ quæ post iudicium cæptum facta fuit, non produxit nouã actionẽ; sed fuit quodam accidens, ex quo actio, quæ iam competierat, & deducta erat, conualuit, vt ex Alex. Bald. & Menoch. Costâ, & aliis notat Giurba *dict. decision.* 16. *num.* 21.

In iure etiam quod post iudicium 43
in persona rei accidit, idem obseruatur, *iuxta l. si mandauero tibi* 17. *D. mãdati*, vbi si is, qui mandauit mihi, vt à Titio decem exigerem, prius quàm ea exegero mandatu mecum egerit, licèt non rectè agat, tamen I. C. asserit, condemnandum me fore, si ante sententiam decem illa exegero; quia accidens illud exactionis non variat, vel mutat actionem, sed suppler quod necessarium erat ad eius exercitium, optimus *text. in dict. cap. Abbate* 4. vers. *porrò*. Vbi glos. *verbo in reo*, ex hac doctrina notat, quòd ex causa superuenienti post litem contestatam in persona rei, absoluitur, vel condẽnatur.

Quarè † si reus rem petitam tempore litis contestatæ possideat, quam tẽpore sententiæ sine dolo desiit possidere, absoluitur: è contrario autem si tempore litis contestatæ non possideat, & tempore sententiæ incipiat possidere, condemnandus erit, *l. fin autem* 27. *§.* 1. *D. de rei vindicat.* quod in fortioribus terminis probat D. Salgado *de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 9. *à nu.* 156. *ad* 173. *& de retent. Bull.* 1. *part. cap.* 10. *num.* 107. vbi tenet, executorem datum ad executionẽ executorialium, quibus quis est condemnatus ad restitutionem rei, vel rerum, quas tempore litis motæ non possidebat, non excedere si exequatur executoriales in re, vel rebus, quas condemnatus post rem iudicatam possidere cœpit, videas Ant. Fab. *lib.* 12. *coniect. cap.* 13. *&* 14. vbi latè de interpretatione,

tione,& emendatione text. *in l. si à te 9. in princ. & in §. 1. D. de exceptione rei iudicatæ.*

45 Hæc igitur † distinctio inter ius superueniens ex quo noua actio nascitur,& inter ius ex quo orta iam,& deducta actio conualescit, verissima est, cui ferè cõueniũt aliæ distinctiones de quibus Giurba *sup.*& ea quæ discrimẽ constituit inter ius superuenies ex causa de præterito,& ius quod superuenit ex causa de futuro; vt ex illo corroboretur iudicium, iuxta *dict. l. si rem, §. fin. dict. l. si mandauero:* ex hoc autem non validetur, sed noua instantia sit necessaria, iuxta *dict. l. non potest, D. de iudiciis,* quam amplexi fuerũt post Paul. de Castro, Bald.& alios, *in dict. l. non potest,* & relatos supra, Intrigliol. *decis. 39. num. 29.* Castillo *tom. 5. controu. cap. 93. §. 14. nu. 31.* Iacobus Gallus *cons. 30. num. 23.* Cancer. *dict. 3. p. var. c. 3. à n. 463. & cap. 17. n. 571. & 2. part. cap. 16. num. 30.*

46 Ex † quibus iam in aperto est resolutio, quandò cessio, quæ in via ordinaria post litem contestatam superuenit, corroboret iudicium: et iuxta doctrinas relatas dicendum erit, quòd siuè iure proprio agenti superueniat veri domini cessio; vel agenti tanquã cessionario, cùm nullam, vel non legitimam cessionem haberet, ex post facto iura sint cessa, cessio nihil operabitur, vt ex ea in illo iudicio sequi possit condẽnatio: quia cùm vtroque casu actori ex illa cessione nouũ ius, quod antea nõ habebat, superueniat, nouæ instantia,& nouæ litis contestatione opus est: nisi proponatur, actorẽ non ad aliquam specialem,& expressam causam actionem suam limitasse, sed generalem actionem proposuisse: nam si cessio superueniret, aduersus quam reus nullam probabilem exceptionem haberet, iudicium ex æquitate Canonica recte procederet, vt in terminis decisum refert Giurba *dict. decis. 17. num. 8.* versic. *cum ergo, & nu. 29.* versic. *nec obstat,* Ioann. Baptist. Thoro *1. tom. cãp. decis.* verb. *assensus præstitus super validatione cessionis,* qui refert Capycium,& Ponte, quibus iunge in eisdem terminis Paulum Pariis. *cons. 125. à num. 10. vol. 1.* Cyriacum *lib. 2. cont. 321. num. 23.* vbi quòd ex cessione superuenienti ex causa de præterito, conualidatur iudicium.

SVMMARIVM.

1 *Duo casus disputandi proponuntur.*
2 *Census consignatiuus legitimo pretio constitutus, an minori pretio emi, & cedi possit? tres referuntur sententiæ.*
3 *Fraus quælibet in pretio, quod habet à lege punctum indiuisibile, captiosa, & iniusta est.*
5 *Actio, vel nomen debitoris minori pretio rectè distrahitur, & ceditur.*
6 *Censum securè collocatũ minoris cedi non posse, secùs si incertus, & litigiosus sit, qui sentiant.*
7 *Actionem incertam minori pretio comparare licet.*
8 *Census iam constitutus, si vendatur cum obligatione euictionis, minori pretio vendi, aut cedi non poterit: secùs si cedens facti euictionem nõ promisserit.*
9 *Censum iam creatũ si quis cedat pretio accepto cum promissione euictionis, perinde habetur, ac si cedens nouum censum super bonis suis constituisset.*
10 *Census, & nomine debitoris simpliciter cesso, & vẽdito, cedens præstare tenetur verum, non verò idoneum esse debitorem, cuius nomen ceditur.*
11 *Consuetudo efficere potest, vt census iam constituti rectè minori pretio emantur, & quid si cõsuetudo talis non sit,* & num. 12.
13 *Regius reditus iam constitutus, an minori pretio rectè cedatur?*

14 Cen-

14 *Census vitalitius per durationem deterioratus, minoris æstimationis est, & minori pretio rectè emitur.*

15 *Venditiones, & cessiones quas facere solent maioratus possessores pro vita sua redituum alicuius cẽsus maioratus: quandò ex modicitate pretij impugnari, aut annullari possint.*

16 *Læsio locum non habet in his cõtractibus, qui damno, & lucro sunt exposiri.*

17 *Pretium iustum venditionum ad vitam, quas faciunt maioratus possessores, iudicis arbitrio relinquitur.*

18 *Venditionem redituum census pro tempore vitæ suæ, si faciant maioratuum possessores promissâ vtriusque euictione, an legale pretium censibus vitalitiis constitutum, interuenire debeat,* & num. seqq.

21 *Census vitalitius non aliter, quàm in pecunia numerata constitui potest.*

22 *Alienationes factæ ad vitam reddituum annuorum, vel vsus fructus, alterius vè commoditatis certum; & legale pretium non habent, sed arbitrarium.*

23 *Æstimatio quomodo sit ineunda in vẽditionibus harũ commoditatum ad vitam, & an in eis læsio vltra dimidiam sit necessaria.*

24 *Pretium rerum triplex est, quorum quodlibet iustum, & naturale est.*

25 *Impugnatur quædam computatio, quæ fieri solet ad ineundam æstimationem venditionũ, & cessionum reddituum census ad vitam.*

26 *Leges triplicitèr rebus pretia taxare solent.*

27 *Refertur* Felicianus, *& vera huius dubij resolutio proponitur.*

28 *Census redimibilis, vel vitalitius, alia vè cõmoditas ad vitam, si inæqualis pretio fiat, quomodo læso succurratur.*

29 *Census consignatiuus perpetuus redimibilis, vel ad vitam, si minori quàm legali pretio creetur: an in totum sit nullus, vel veniat reducendus.*

30 *Census consignatiuus redimibilis, iam constitutus, si promissâ vtra& euictione minori pretio cedatur, ad iustum, & legitimum pretium erit reducendus.*

31 *Venditio census consignatiui redimibilis sine promissione euictionis; vel census vitalitij cessio, vel alia alienatio ad vitam aliquorũ reddituum, si minori pretio fiat, an reducenda sit, vel tãtũ remedio* l. 2. C. de rescind. vendit. *sit locus,* cum num. seqq.

34 *Reductioni vbi est locus, an pensiones vltra legitimum pretium acceptæ, à die celebrati contractus sint restituendæ.*

Ad acquisitionem fructuum qualis qualis occasio possidendi sufficit, & si causetur virtute tituli inualidi.

35 *Reditus percepti vltra legitimum pretium, an quotannis cedere debeant in extinctionem sortis principalis,* cum num. sequentib. vsque ad num. 47.

36 *Creditor, qui ex causa iudicati possidet bona debitoris, si condemnetur ad eorum restitutionem cum fructibus, soluto ei debito cum interesse, si valor fructuum quotannis interesse ascendat, excessus annuatim minuet sortem principalem.*

37 *Laudatur Regius, & grauissimus Vallis-Oleti Senatus.*

47 *Cessio census consignatiui perpetui, reseruatiui, emphyteutici, libellarij, superficiarij, & aliorum, an minori pretio fieri possit.*

48 *Expenditur* Auendañi *doctrina circa cessionem, seu venditionem census consignatiui redimibilis.*

39 *Census constitutus in aurea, vel argẽtea moneta, si pro æreа cedatur, an sufficiat redemptionem fieri cessio-*

cessionario in moneta æris, vel in auro, aut argento facienda sit.

50 *Cessionario quandò obstet exceptio quòd nõ iusto pretio actionem, vel censum emerit.*

Nomen vel census vbi legitimè emi potest minori pretio, nõ obstabit emptori, vel cessionario, quòd non iusto pretio emerit.

51 L. per diuersas, l. ab Anasthasio, C. mandati, *intelligendæ sunt in his, qui auaritia ducti alienarum litium redemptores fiunt.*

Fideiussor, vel tertius qui ex necessitate soluunt, possunt virtute cessionis ad integram quãtitatem sibi cessam agere, licèt ipsi integram summam non soluerint.

51 *Duæ in hoc articulo sententiæ reprobantur, & distinguendo articulus verè resoluitur*, num. 53.

54 *Discriminis ratio assignatur.*

55 *Expenduntur* Ant. Fab. & Rodriguez.

56 *Anasthasiæ constitutionis finis refertur.*

57 *Expenditur elegans doctrina* Bartoli.

58 *Census vel nomẽ vbi minoris emi potest, non satisfacit debitor offerendo, aut redimendo pecuniam, quã cessionarius dedit, sed omnẽ quãtitatem nominis, vel census.*

59 *Census vel nomen debitoris etsi illegitimo pretio cedatur, non poterit debitor opponere cessionario de iniustitia cessionis: imò integrum debitum soluere tenetur.*

60 *Cessio nominis, vel census indubitati, non requirit veram, & realem pretij numerationem.*

61 *Fideiussori agenti virtute cessionis, non obstat exceptio, quòd non constat de vera pretij numeratione.*

62 *Actio dubia, & incerta sic cedatur, fraudis suspecta erit cessio, si non constet de vera pretij numeratione.*

63 *Census iam constitutus si vendatur non est necessaria vera pretij numeratio coram notario: sed sufficit confessio de recepto.*

64 *Cessionarius actionis, vel nominis quibus casibus non possit exigere à debitore cessso, nisi pretium re vera cedenti traditum sit.*

65 *Cessio si fiat ob benemerita, vt fraudis suspitio cesset, qualitèr de benemeritis constare debeat.*

66 *Cessionarius vbi nihil amplius quã quod præstitit habere debet, an residuum pertineat ad cedentem, vel debeat manere penes debitorẽ cessam. Duæ referuntur sententiæ.*

68 *Resoluitur, residuum lucro debitoris cessi cedere.*

69 *Exceptio descendens ex Anasthasia constitutione, an ante litem cõtestatam sit opponenda.*

QVÆSTIO X.

Cessio nominis, vel census, minori pretio facta an valeat: Et quandò cessionario obstet exceptio, quòd nõ iusto pretio nomẽ, vel censum emerit. Et an vt agere possit, debeat cõstare de vera pretij numeratione, vel sufficiat confessio de recepto? Explicatur materia text. *in l. per diuersas, l. ab Anasthasio, C. mandati.*

SVNT in † his Regnis frequentissimæ cessiones nominis, vel census iam constituti, quas quotidiè facere solent possessores maioratuum; qui ad vitam suam cedunt & alienant ius percipiendi reditus alicuius census, cùius proprietas ad maioratum spectat; quibus casibus si 1

si census siuè perpetuus, siuè vitalitius iusto pretio creatus, minori quantitate vēditionis titulo cedatur; duo præcipuè dubitari solent. Primū, an cessio illa minori pretio facta consistat, vel possit per cedentem rescindi? Secundum, an debitor cēsus cessi possit opponere cessionario de iniustitia cessionis, & satisfaciat soluendo pretiū, quod cessionarius revera cedenti numerauit.

Circa † primum dubium, an census consignatiuus legitimo pretio constitutus, possit viliori pretio cedi, tres sunt sententiæ. Prima tenet, annuum reditum iusto pretio ad formam Bullæ constitutum minoris vendi, & cedi non posse, pro qua facit *Bulla Pij V. super censibus in* vers. *hanc autem*, ibi: *Hāc autem salutiferā sanctionē nedum in censu nouiter creando, verum etiam in creato quocunque tempore alienando, perpetuò & in omnibus seruari volumus*, & ibi: *Declarantes pretiū semel censui constitutum nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem seu aliud accidens, nec quoad vltimò contrahentes minui, vel augeri*, sequuntur Cenedo *canon. quæstion.* 7. Couarruuias *lib.* 3. *variar. cap.* 10. *numer.* 3. Mercat. Cordub. Azor Læsius; & alij quos referunt veriorem dicentes, & vtroque foro magis securam Auendaño *de censibus cap.* 34. qui latâ manu huius sententiæ fundamenta refert, nec minus plenè Duardus *ad Bullam §.* 2. *quæst.* 25. *per totam*: alios pro hac sententia referunt Hermosill. & Giurba statim referendi. 2

Cuius † sententiæ præcipuum fundamentum est, quòd emens census viliori pretio, quàm creatus fuit, sciens tèr decipit venditorem, & emit pretio iniusto, cùm census habeat pretium certum, & determinatum à lege, quo casu circūuentio dolosa est: quia vbi pretium à lege constituitur, cùm habeat punctum indiuisibilem, nec casu, nec circunstantiâ excessibilē, fraus quælibet & deceptio iniqua est, multis relatis Salzedo infrà referendus *à num.* 3. de quâ circumuentione non loquitur *text. in l. in causæ la fegūda, §. idem Pomponius, D. de minoribus*, vbi permittitur contrahentibus in pretio ad inuicem se decipere, prosequitur Auendaño *a num.* 20. Duardus *à numer.* 4. 3

Secunda † sententia tenet, absque vsuræ, vel iniustitiæ labe posse censum constitutum minoris cedi, quam defendunt Sarmiento *lib.* 7. *select. cap.* 1. *num.* 40. Salazar *de vsu, & consuetudine cap.* 11. *num.* 93. Ægidius Trullench. *ad præcept. decalog. libr.* 7. *cap.* 21. *dubio* 2. *numer.* 3. Cancerius *tom.* 2. *variar. cap.* 1. *numer.* 281. *&* 3. *part. variar. cap.* 1. *à num.* 162. Noguerol *alleg.* 37. *num.* 69. D. Larrea *alleg.* 25. *num.* 2. *& per tot.* 4

Mouentur † ex eo, quòd cessio census iam constituti nihil aliud est, quàm cessio, vel venditio nominis, seu actionis, Rodriguez *de reditibus lib.* 2. *quæstion.* 21. *à numer.* 1. Cencius *quæstion.* 72. *num.* 23. versic. *Cæterum.* (quicquid cōtrarium probet Leotardus *de vsuris quæstion.* 80. *à numer.* 35. *& 40. in fin.*) nomen autem debitoris, seu actionem minori pretio, quàm sit debiti quantitas distrahi, & cedi posse indubitatum est, *l. qui nondum, C. de hereditate, vel actione vendita*, Cyriacus *lib.* 1. *controu.* 169. *à num.* 3. *& controu.* 170. innumeris relatis Giurba *decis.* 117. *à num.* 1. *ad* 8. latissimè Noguerol. *dict. allegat.* 37. *à num.* 59. *ad finem*, Guzman *de euictionibus quæstio.* 35. *à num.* 3. cui rationi aliam adiungunt, quòd motus Pij V. receptus non est, nec in hoc casu loquitur, quemadmodùm nec *l.* 6. *titul.* 15. *libr.* 5. *Recopilation.* vt rectè obseruat Auendaño *dict. cap.* 34. *nu.* 26. 13. *&* 31. Duard. *ad Bull. §.* 7. *quæst.* 4. *num.* 10. 5

Tertia sententia † fuit distinguentium inter censum securè collocatum & facilis exactionis; & cēsum litigiosum, & intrincatū: vt ille minori pretio cedi non possit; hic verò viliori 6

prerio

pretio rectè distrahatur, quã mediam sententiam defendunt Felician. *de cẽsib. tom. 1. lib. 2. c. 1. num. 43. & tom. 2. lib. 2. c. 1. n. 9.* Rodrig. *de annuis redit. lib. 1. q. 8. à n. 20.* Gutierrez *lib. 2. practic. q. 173.* Cencius *de censib. q. 72. à nu. 15.* ex innumeris ita decisum refert Giurba *d. decis. 117. à n. 13.* Hermosill. *in l. 23. glos. 4. n. 26. tit. 5. p. 5.* sequitur nouissimè D. Salgado *in labyrint. cred. p. 1. c. 13. §. 2. à nu. 36.* qui refert omnes à nobis laudatos præter Duardum, & Larream.

7 Rationem † reddunt, quia licitum est emere actionẽ minori pretio si sit dubia, incerta, vel difficilis exactionis, vt ex innumeris probant Giurba *n. 13.* Hermosill. *nu. 25.* Cenc. *num. 22.* Duard. *num. 19.* Noguerol *à num. 67.* Salgado *num. 28.*

8 In † qua controuersia, & opinionũ conflictu distinguendum est, an quis simpliciter censum cedat, aut vendat; an verò iuris, & facti euictionem promittat: nã si cedens censum, nõ solùm debitorẽ verum esse, sed idoneum, locupletẽ, & soluendo esse dixerit, obligando se, & bona ad census, & reditũ securitatem, talitèr vt quod à debitore cessio exigi non possit, ipse soluere teneatur (quæ clausulæ iuris & facti euictionẽ continent Hermosill. *d. glos. 4 n. 15. & 16.* Guzman *de euiction. q. 35. n. 14.* optimè Cenc. *d. q. 72. à num. 24.* vers. *cæterum*) certum est, censum legitimo pretio creatum minori cedi non posse; siue securè collatus esset, vel litigiosus, aut incertus foret; quia similis conuentio idem operatur, ac si nouus census constitueretur; & est quædam paliata noui census impositio, vt elegantèr Felician. *de censib. lib. 2. cap. 1. nu. 43. in fin.* ibi: *Quòd si vendens reditum iam constitutum, obligaretur de euictione, vt frequentissimè fit. rectè sentiunt qui putant, reditum etiam incertum, non liquidum, & litigiosum non posse comparari minori pretio, id tamen sic est accipiendum vbi venditor promittit non solùm iuris, sed facti euictionẽ, scilicèt debitorem fore soluendo, quia tũc idem est, ac si soluendo esset, vel ac si debitor ipse ad continuationem reditus obligaret,* ex Rodrig. Auend. *d. c. 34. n. 35.* Duard. *d. §. 2. q. 25. num. 22.* vers. *quod multo.*

Quandò enim quis cẽsum legitimo 9
pretio creatũ cum promissione vtriusque euictionis cedit, idẽ est, ac si cedẽs nouum censum super illo iam creato cõstituerer, quod fieri posse latissimè ostendit D. Ioseph Vela *tom. 2. dissert. 28. & 29.* vbi decisum refert, cẽsũ redimibilẽ super alio redimibili imponi posse, prædixerat copiosè ages Duardus *de censib. §. 1. q. 31. per tot.* Et cùm in substantia venditio, aut cessio census creati cum promissione euictionis, nouæ census impositionis effectũ habeat, non debet admitti cessio minori, quàm legitimo pretio facta, arg. *l. item filius 7. §. sed Iulianus, D. ad Macedonianum,* ibi: *Si color quæsitus sit vt filius familiàs, quia mutuam pecuniam accepturus erat, fidciuberet alio reo dato.* Et quia non contractus nomen, sed eius effectus, & substantia attenditur, *l. si vno, D. locati, l. insulam, D. præscript. verb. vbi, Gothofred. c. ad nostram,* ibi: *Titulo emptionis: de emptione, & vẽdit. l. emptione, C. plus valere quod agitur,* Farin. *de falsitate q. 163. n. 1.*

Cæterum † vbi census iam constitu 10
tus simplicitèr ceditur, quo casu cedẽs non ad aliud tenetur, nisi vt cẽsus ille cessus sit bonus de iure, id est, quòd sit verus, nõ autem tenetur de facto, hoc est, præstare debitorem cẽsus locupletem esse, vel hypothecas esse idoneas, *l. nomen, D. de heredit. vel act. vendita,* ibi: *Si nomen sit distractum, Celsus libr. 4. digestorum scribit, locupletem esse debitorem, non debere præstare, debitorem autem esse præstare, nisi aliud conuenit, l. si plus, vel minus 74. §. vltimo, D. de euict. l. apud Celsum 4. §. quod si is, D. de dol. except.* Rodrig. *d. lib. 2. q. 21. per tot.* Cencius, Hermosill. & Guzman, vbi proximè, videndus Felician. *de censib. tom. 2. lib. 2. cap. 1. numer. 13.*

circa fin. Ant. Fab. *lib.* 12. *coniect. c.* 7.

11 Rursùs † distinguendum putarem, an consuetudine admissum sit, vt census iam constituti minori pretio distrahantur; an verò id consuetudine non sit receptum. Nàm si consuetudo id admisserit, consisteret cessio; siuè census securus esset; siuè litigiosus: quia consuetudo potest minuere pretium à lege constitutum, etiam in censu qui de nouo creatur, Mantica *de tacitis lib.* 8. *tit.* 22. *nu.* 11. Ergo idem fortiori ratione efficere poterit in censu iamcõstituto; quâ ratione motus resoluit Leonard. Duard. *d. q.* 25. *d. n.* 25. *&* §. 7. *q.* 4. *n.* 8. *&* 14. in Prouinciis in quibus minori pretio census cõstituti cedi solent, consuetudinem simules cessiones iustas, & absq; iniustitiæ labe reddere, vbi in indiuiduo testatur de consuetudine nostræ Hispaniæ, Romæ, & aliorum Regnorum: et in Hispania id admissum esse testis est etiam Noguerol *dict. alleg.* 37. *n.* 77. Rodriguez, Cencius, & alij relati sup.

Cessante † verò consuetudine ve-
12 ram, & æquam esse censeo tertiam meam sententiam, quæ distinguit inter censum securè collocatum; & censum incertum: vt ille minoris cedi nó possit; huius verò cessio ratione difficilis exactionis, & periculi minori pretio facta consistat, iuxta Felicianum, Rodriguez, Gutierrez, Cenciũ, Giurbam, & Hermosill. sup.

Quæ † dicta sunt in censu consignatiuo redimibili; in Regio reditu (vulgo
13 juro) procedunt, D. Larrea *d. alleg.* 25. *per tot.* Alia tamen res esset, si census vitalitius iam constitutus cederetur, aut vẽderetur. Quia minori pretio ce-
14 dendus esset, considerata vitę cõsumptione, cùm census vitalitius per durationem deterioratus, minoris æstimationis sit, Auẽd *d. c.* 34. *n.* 38. Felician. *de cens. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 10. ibi: *Si verò census vitalitius iam creatus venderetur eodẽ pretio, quo fuit à principio constitutus, iniustitiam contractum cõtinere existimo: quia cùm census vitalitij valor vitâ, & tẽpore decurrente decrescat, planè vt minoris semper valeat necesse est*; ideòque tunc iustum pretiũ in emptione censûs vitalitij creati alibunde pensandum, & æstimandum erit, sequuntur Molin. Bonacina, & Noguerol *d. alleg.* 37. *num.* 80. vers. *& ex hac, & alleg.* 19. *n.* 7. Duard. *ad Bullã* §. 7. *quæst.* 4. *num.* 1.

His † proximum est videre, de ces- 15
sionibus quas maioratuum possessores pretio accepto facere solent alicuius census, vel reditus Regij (vulgo juro) ipsius maioratus, vt cessionarius pro eorũ vita reditus percipiat: quas cessiones frequentissimè impugnant ex modicitate, & iniustitia pretij, & contendunt pro nullis declarãdas, & omnes reditus perceptos in sortis principalis extinctionem esse computandos, residuumq; eis fore restituendũ; vel saltim cessiones ad legitimum, & iustum pretium reducendas esse, ita vt quicquid cessionarius pluris redituum exegit, quam qui correspondẽt ad rationem 10. pro 100. in sortis principalis solutionem quotannis accipere, & computare teneatur.

Quam † actionem etsi indistinctè 16
instituant maioratuum possessores, & alij qui reditus annuos pro tempore vitæ sua alienarunt, siuè vtramque cui etiouerit, siuè eam quæ iuris tantũ est, promiserint; tamen eorũ intentio fundamento destituitur, quãdò simpliciter reditus cesserũt absq; eo quòd eos securos & exigibiles, & debitorẽ idoneum, & soluendo fore cauerint: quia cũ eo casu, cessionarius duobus subiiciatur periculis, scilicet vitæ cedentis, simulque & nominis cessi incertitudini, læsio in his contractibus; qui damno, & lucro exposiri sunt, non consideratur. *l.* 1. *C. de pactis, l. de fideicõmisso, C. de transact. l. si ea lege, C. de vsuris, l. sancimus, §. fin. C. de donat.* eleganter ex Ponte Gratian. Cyriac & aliis, in terminis Noguerol *d. alleg.* 37. *nu.* 63. addo in eisdem terminis Guzman *de euictionibus q.* 21. *à n.* 33. Vbi *num.* 44.

asse-

asserit, incertitudinis ratione licitum esse contractum, & emptionem alicuius iuris vitalitij, quamuis reditus percepti sortem acceptam excederent, Gutierez *lib.1.can.q.39.num.64.* ibi: *Hinc etiã deducitur licitã esse emptionẽ annuorum reditũ ad vitã imò iustiorẽ cæteris esse hunc cõtractum propter incertitudinẽ lucri, & damni*, multa ad exornationem referunt Hermosill. *in l.56.tit.5.p.5.glos.4.à n.52.* D. Larrea *alleg.27.fere per tot.* latissimè Cyriac. *cont.forens.lib.1.cont.1.per tot. & cõt.151.à nu.15.* nouitèr Leotard. *de vsuris q.49.* ferè per totam, Mãtica *d.tit.22.n.1. & 11.* nec audiendus esset cedens, & venditor, cùm non rectè melioratione rem petat, qui deteriorationẽ non esset postulaturus, *l.cũ pro pecunia penult.C.de solut.* Strach. *tract.de assecurat.glos.10.sub.nu.6. &* 17.vers. *Vltima.* exornat pluribus Scaccia *de commert.§.2.glos.5.à n.149.*

17 Quarè † apud omnes sine dubio receptũ est, in his vẽditionibus certũ, & legale pretium non esse, imò iustã æstimationẽ ex iudicis arbitrio pẽdere, qui attẽdere debebit ad qualitatẽ rei venditæ, periculũ exactionis, ætatem vendentis, & consuetudinem prouinciæ in similibus contractibus, vt ex Bald. Paul. Couarr. Pinelo, Cyriaco, Scaccia, & aliis rectè Noguer. *sup.à n.74.* qui in id expẽdit *l.cũ Titio 55.D. ad l.Falcidiã, l.hæreditatũ, D.eod.tit.*

18 Vndè difficultas † eo tantùm casu versabitur, quo maioratus possessor vitæ, & alteræ euictioni se adstrinxit, obligando se, & bona sua, debitorem census locupletem, & soluendo fore, alias ipsum præstaturum quod ab eo exigi non posset: tũc namque asserũt, huiusmodi contractum nihil aliud esse, quàm nouam census vitalitij simulatam, & cõceptam creationẽ, in qua necessariò idem pretium debet interuenire, quod in creatione census vitalitij requiritur, iuxta *l.12.tit.15.lib.5. Recop.* quæ census vitalitij pretium taxat ad rationem 10. pro 100.

19 Pro † quo facit doctrina Feliciani *d.lib.2.c.1.n.43.in fin.* cuius verba retulimus suprà, qui sentit, venditorem census in sui fauorem constituti, si iuris & facti euictionem promittat, perinde haberi, ac si se ad continuationem reditus obligaret, quem sequuntur Rodriguez, & Auendaño locis relatis Duard. *dict.quæst.25.nu.21. & 22.*

20 Conducit † etiam, quia huiusmodi venditiones, & cessiones iurium ad vitam sunt periculosæ, & suspectæ de vsurâ, quarè fraudibus aperienda via non est, vt possint contrahentes incertitudinis prætextu fœneraritios, & iniuitos contractus celebrare, P. Sanchez *de matrim.lib.2.disp.31.num.4.*

21 Qua † ratione leges nostræ Regiæ 5.8. *& 9.tit.15.lib.5. Recop.* his fraudibus obviam ire cupientes, statuerũt, censum vitalitium non alitèr, quàm in pecunia numerata constitui posse, nè hoc quæsito colore, iustum & legitimum eius pretium minueretur.

22 Hæc tamen † licèt aliquantulum stringãt, verius existimo, in his cessionibus iurium ad vitã, nullatenus pretium census vitalitij requiri, sed arbitrarium esse: moueor ex eo, quia tunc neutiquã cõstituitur nouus census, sed tantùm commoditas, & vsus fructus pertinens maioratus possessori pro eius vita alienatur: qua ratione respectivè æstimanda, & regulanda est, ac si ius vsus fructus, vel habitatio, aliavè vitalitia commoditas concederetur, cuius nemo dixerit, pretium indiuiduũ, & determinatum esse, sed arbitrarium attenta consuetudine prouinciæ, Molin. *de primogeniis lib.1.c.19. num.39.* vers. *sed quamuis hæc opinio*, Felician. quos sequitur Noguerol *d.alleg.37.n.74. & 77.* qui asserit in Hispania attenta communi consuetudine reditus vitalitios ad rationem 4. *vel* 5. pro milliari æstimari: cui addes Hermosill. *in l.56.glos.6.num.134. titul.5.part.5.* ibi: *In venditione vsus fructus, aut commoditatis rerum maioratus, & in pacto, quando quis certã quanti-*

tate accepta alterum alere promisit, læsio est æstimanda, & metienda à communi hominum æstimatione, quantùm scilicet homines darent pro vsufructus commoditate, seu alimentis ad vitam, attenta qualitate, & ætate personarum, & regionis consuetudine. Idem in venditione facta per Prælatum ad vitam prouentuum beneficij, vel Episcopatus, probat Hermosill. *dict. glos. 6. num. 124.* de quo ad maioratus possessorem validum est argumentum Molin. *lib. 1. cap. 7. num. fin.* Et quòd attenta ætate vendentis æstimanda sit læsio in alienationibus ad vitam, ex innumeris resoluit Guzman *de euictione. q. 55. n. 28.* vers. *de hac quæstione*, quorum nemo in similibus alienationibus pretium census vitalitij requisiuit; nec prædictæ *l. 12. tit. 15. lib. Recop.* meminit.

23 † Difficultas tamen erit, quo modo æstimanda sit læsio in huiusmodi contractibus, & an eius tantùm habēda sit ratio, quæ dimidium actionis iustum pretium excedat quemadmodū in aliarum rerum, & iurū venditione? Et in his venditionibus dispositionē *l. 2. C. de rescindēda vendit.* locū habere resoluit Molin. & alij ex relatis sup.

Obscura † verò res est, quo modo
24 æstimatio sit ineunda, vt cognoscatur an læsio vltra dimidiam sit. Et cùm in Hispania similes reditus vitalitij ad rationē 4. & 5. pro centū vendantur, Noguerol. sup. vt tales venditiones fūsmeantur, nec in eis detur remediū *d. l. 2.* necessarium erit constituere triplex pretium, supremum, mediū, & infimum; quorum quodlibet iustum, & naturale pretiū est, & in eo deceptio permittitur, quæ dimidiam pretij non excedat, Couarr. *lib. 2. Var. c. 3. nu. 1.* Marienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. glos. 1. à n. 7.* Cyriac. *lib. 1. cont. 169. nu. 16.* Hermosill. *in l. 3. tit. 5. p. 5. glos. 4. n. 25.* & *in l. 56. tit. 5. p. 5. glos. 6. nu. 3.* Salzedo *ad nou. l. Recop. in l. 3. c. 3. tit. 14. lib. 3. n. 2. fol. 124.* & *n. 14.* Scaccia *de cōmertiis §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 10. n. 59. et 101.* Duard. *ad Bull. §. 2. q. 27. n. 5.* & *melius q. 25. n. 27.* & *q. 21. à num. 9.*

Quo † supposito asserunt, supremū 25
& rigorosum pretium esse, quod taxatur a lege censibus vitalitiis, scilicèt ad rationē 10. pro centū; iuxta quod, medium pretium erit ad rationem 9. pro centum; infimum ad rationem 8. pro centum, Felician. *d. tom. 1. lib. 2. c. 1. n. 3.* inxta quam computationem læsio vltra dimidiam accidet, si reditus vitalitij minori pretio quam ad rationem 4. pro centum distrahantur.

Verum hæc † computatio non solū 26
probabilis non est, sed a iure & ratione abhorret; quis enim dixerit, iustā, & absque iniustitiæ labe esse cessionem, aut venditionem, per quam reditus vitalitij securè collocati, vel per promissionem euictionis assecurati tàm infimo, & inæquali pretio pro vita cedentis, qui fortè iuuenis est, distrahuntur: et quàm fallax sit prædictæ computationis ratio ex eo agnoscitur, quod supponit, horum reditiuum, & census vitalitij supremum, & rigorosum pretium esse, ad rationem 10. *pro* 100. quod verum non esse ex eo euincitur, quia lex quæ censibus vitalitiis pretium taxat non excludit vt maiori pretio constitui possint, sed tantùm vt non possint minori pretio vendi.

Leges † namque tripliciter pretia 27
rebus taxare soleni. Primò, rebus non habita consideratione ad contrahentes, quo casu pretium nec minui, nec augeri debet, & quilibet excessus tā ex parte emptoris, quàm ex parte vēditoris in ea quātitate circa quam lætale peccatum possit interuenire, obligat ad restitutionem, & repeti potest in iudicio; nec necessaria est deceptio vltra dimidiam, vt ex iuristis, & Theologis probat latè Noguerol *allegation. 18. à num. 67.* qui refert Marienz. Azeued. Hermosillam, Fontanellam, & alios, quibus iunge Leotardum *de vsuris quæstion. 40. nu. 77.* Secundo verò, lex taxat rerum pretia, in fauorem emptoris, veluti

ti quandò præcipit, vt non possit res pluris vēdi, quàm vsque ad certā quātitatem, quali est lex quæ taxat pretiū frumenti; quo casu licèt quilibet excessus vltra taxam sit iniustus, tamen non erit iniustum pretiū si infra taxā frumentum ematur. Tertiò, quandò fauore venditoris rerūpretia taxātur, vt accidit in censibus vitalitiis, quos statuit lex vt nō possint minus quàm ad rationē 10. pro centū constituiet tūc quāuis si ad rationē 9. pro 100. cōstituerentur, pretium esset iniustum; non tamen iniustū diceretur, si ad rationē duodecim, vel quatuordecim pro cētum crearentur: nec ex eo semèl constitutus census impugnari valeret per viam nullitatis, læsionis, aut reductionis, Duard. §. 2. *q.* 26. *n.* 29. Auend. *de censib. c.* 36. *n.* 4. idē Duard. *d.* §. 7. *q.* 4. *n.* 8. vbi limitat in his locis in quibus extrauagans Pij V. recepta est, in qua statuitur, pretium census nullatenus minui, vel augeri posse.

28 Ex † quo in prōptu est, iniquam esse prædictam cōputationem, & ab illis hominibus excogitatā qui (vt asserit Felician.) lucri auidi aliorum facultatibus expillandis inhiantes omnem quærunt modum, quo aliorum patrimonia exauriant, ipsique locupletiores fiant, quorū auaritia, & cupiditas quantùm fieri possit compescēda est, & ea in his cessionibus sententia sequēda, quę minus illis faueat. Quapropter alia læsionis ratio sequenda erit, habita consideratione ad ætatem cedentis, *d. l. hereditatū*, & securitatem nominis cessi, & ad cōsuetudinē prouinciæ, quæ omnia ex arbitrio docti, & prudentis iudicis pendebunt, Felician. *d. tom. 2. lib. 2. cap. 1. núm. 12.*

29 Ingens † nunc difficultas, & scitu dignissima occurrit, quo modo satisfaciendum sit læso in huiusmodi census redimibilis, vel vitalitij iam constituti venditione; vel ei qui reditus vitalitios sibi competentes minori pretio distraxit? Circa quod dubitatur, an similes cessiones, & venditiones nullæ sint, ita vt omnes reditus ex eis percepti in sortem principalem sint computandi; an verò reducendæ sint ad iustum, & legitimum pretium, ita vt reditus percepti in id tantùm, quod pretium legitimum excedunt, sortem principalem extenuent.

In † quo dubio omissa distinctione Roderici *d. lib. 1. q. 7. per tot.* ea firmāda, & stabilienda est conclusio: cēsum consignatiuum perpetuum redimibilem, vel ad vitam, minori, & illegitimo pretio creatum, in totum non irritari, sed ad iustum pretium reducendum esse, *l. vltim. D. de fundo dotali*, ibi: *Puto potius pro portione fructus virum habiturum, reliquos mulieri restituū, l. placuit, D. de vsuris, l. pecuniæ fœnebris, D. eodem tit. l. si non sortem. D. de condict. indebiti*, defendit Duard. *ad Bull. §. 2. q. 26. & 27. per totam.* Salas, Mastrillo, Muta, Nouarius, Cyriacus, Merlinus, Capycius Latro, quos sequitur Noguerol *allegat. 32. nu. 14.* D. Ioseph Vela *2. tom. dissert. 24. num. 39. & 40.* quæ sententia in Hispania indubitabiliter procedit, iuxta *l. 6. titul. 15. lib. 5. Recop.* ibi: *Y no se pueda por virtud dellos pedir, ni cobrar en juyzio, ni fuera del, mas de à la dicha razō, y respecto*, quæ verba licèt deficiant in *l. 8. seguenti*, quæ loquitur de pretio census vitalitij, tamen in ea subintelligenda sunt, vt rectè ex Auendaño aduertit Duardus *dict. quæst. 26. numer. 46.* vbi per integram quæstionem reprobat eos, qui censum in totum inualidum esse dicunt, quos sequi videtur D. Larrea *allegat. 24. per totam, tomo 1.* cum tamen accipiendum fore existimo iuxta decisiones Senatus, quas refert *num. 22.* vt nullitas sit tantùm in excessu iusti, & legitimi pretij, ita vt reditus vltra percepti, in sortis principalis extinctionem computari debeant.

Quæ doctrina † non solùm procedit in noui census consignatiui redimibilis creatione, sed etiā in cessione, & vēditione cēs° cōsignatiui redimibilis 31

iam constituti, si venditor vtramque euictionem scilicèt iuris & facti promisit: cùm eo casu res sit, ac si census de nouo crearetur, vt supra diximus: ex quo idem quoad reductionem cēsus, qui de nouo constituitur, quàm veteris iam constituti obseruandum esse præter omnes aduertit Duard. *supra num.* 22.

32 Quo † suppositio difficultas erit, an in cessionibus census consignatiui redimibilis in quo facti euictio promissa non fuit; vel in cessione census vitalitij iam constituti; vel in alienatione qualibet reditus vitalitij factâ à possessore maioratus pro tempore vitæ, in quibus pretium legale, & indiuiduum non esse diximus, eadem reductio ad legitimum, & naturale pretiū sit facienda, vel tantùm remedio, *l.* 2. *C. de rescind. vendition.* locus esse debeat?

33 Et remedio † *l.* 2. dictas cessiones, & alienationes rescindendas esse suadent fundamenta relata, quibus probauimus, hos contractus multùm differre à noua creatione census, & potius æquiparari aliis aliarum rerum, vel commoditatum venditionibus, quæ non reductioni, sed rescisioni, ratione læsionis vltra dimidiam, subiacent; Molina vbi proximè, Auendaño *de censib. dict. cap.* 36. *num.* 34. qui asserit, quòd vbi in censu pretium legale non est, solùm attenditur læsio vltra dimidiam.

34 Sed † quamuis hæc sententia rectè defendi possit, in iudicando tamē veriorem, & æquissimam censeo eam, quæ in his contractibus reductionem admittit: quia cùm nouis census constitutionibus quasi proximi sint, & de vsura grauitèr suspecti, per reductionem ad æqualitatem, & iustitiam pretij sunt reducendi, licèt læsio dimidiā non attingat; dummodò excessus, seu defectus pretij considerabilis sit: pro qua opinione faciunt latè tradita per Duardum *§.* 2. *quæst.* 27. *&* 28. vbi securè defendit, censum ad æqualitatem reducendum esse, & pensiones perceptas pro ratâ excessus restituendas, etiam vbi censibus pretium legale taxatum non est; si tamen in eorum fundatione deceptio sit considerabilis in pretio infimo naturali: quam reductionem amplexi sunt etiam Rodriguez *de reditibus lib.* 1. *quæst.* 8. *num.* 25. & alij laudati à Giurbâ *decis.* 117. *à num.* 15.

Vbi † igitur in noui census creatione, siuè in iam constituti, vel alterius reditus vitalitij cessione, & alienatione, reductioni locus est, pensiones vltra legitimum pretium perceptæ non à die cōtestationis, sed à die celebrati contractus debentur: nàm etsi dici soleat, ad acquisitionem fructuum sufficere qualemqualem occasionē possidendi, tametsi possessio causetur virtute tituli inualidi, dūmodo absit mala fides, *l. sed etsi lege, §. scire, D. de pet. hereditat.* Beltramin. *in additione ad Alexan. Ludouis. decis.* 74. multis relatis Noguerol *allegat.* 27. *nu.* 71. Duardus *post tractatum de censib. decis.* 377. *num.* 5. *& decis.* 447. *numer.* 5. tamen quoad reditus diuersa ratio est, vt rectè considerat D. Larrea *dict. allegat.* 24. *num.* 24. videndus *à num.* 1. *ad* 5. Vbi *à num.* 25. satisfacit decisioni Hieronymi Laurentij, & *l.* 7. *tit.* 15. *libr.* 5. *Recop.* Et latè per totam comprobat, non à die contestationis, sed à tempore celebrati contractus reddituum cōdemnationem esse faciendam; cui addes fundamenta Duardi *dict. §.* 2. *quæst.* 28. vbi doctè ostendit, ementē censum minus infimo pretio naturali, aut minoris quàm à consuetudine taxatur, non posse percipere integrām portionem, facit D. Ioseph Vela *dict. dissert.* 34. *num.* 40. vbi absolutè asserit, reditus vltra iustum pretium acceptos debitori restituendos esse.

35

Dubium † tamen est, an reditus per- 36
cepti vltra legitimum pretium census restituendi sint debitori; an verò quotannis cedere debeant in extinctionē sortis principalis, vt tantominoris sint redi-

reditus? In quo dubio videtur, satisfacere creditorem si indebitè exactum restituat; non tamen in sortem principalem imputandum esse: pro qua sententia facit, quòd pensiones indebitæ non eo animo solutæ fuerunt, vt extinguerent capitale census; quarè actus vltra voluntatem agentium non debet operari, *l. non omnis, D. si certũ petatur, l. in agris, D. de acquirendo rerum dominio,* multis relatis Velascus *lit. A. axiom.* 134. maximè cùm redẽptio census non possit fieri per partes, Gratian. *2. tom. cap.* 223. *num.* 4. *&* 4. *tom. cap.* 717. *à num.* 20. Cencius *de cẽsibus quæst.* 110. *num.* 21. *& à num.* 1. *ferè per tot.* Duard. *ad Bull. §.* 5. *quæstion.* 16. qui latè disputãt. Quibus fundamentis huic sententiæ se adscribit Rodriguez *de reditib. lib.* 1. *quæst.* 7. *n.* 39. cum quo conuenire videtur Antonin. Amato 1. *tom. resol.* 42. *numer.* 21. Vela *dict. dissert.* 34. *num.* 40. ibi: *Adhuc apud nos planum foret, reditus vltra iustum pretium acceptos debitori restitui debere, aut in futuros imputari.*

37 Oppositum † verò scilicèt indebitas pensiones sortem principalem cẽsus, & eius reditus pro ratâ extinguere suadetur: quia vsuræ supra legitimum modum solutæ sorti imputandæ sunt, *l. si non sortem 26. in princip. D. de condictio. indebiti,* maximè quia in omnibus contractibus compensatio ipso iu re fit ad extinctionem vsurarum, Scobar *comput.* 14. *num.* 2. ibi: *Primo, quia eo ipso quòd penes creditorem aliqua pecunia vltra interesse remansit, pro rata illius pecuniæ ipso iure censetur facta compensatio cum principali debito, l. cũ alter, cum l. seqnent. D. de compensat. l. si constat, C. eodem tit. & in l.* 21. *titul.* 14. *part.* 5. *vbi ad impediendum cursum vsurarum fit ipso iure compensatio.* Ex qua doctrina notauiliter resoluit Scobar *dict. comp.* 14. *per tot.* quòd creditor, qui ex causa iudicati possidet bona sui debitoris, si condemnetur ad eorum restitutionem cum fructibus, soluto ei pretio pro quo facta fuit addictio cũ interesse, si fortè fructuum perceptorum valor quotannis interesse ascendat, factâ compẽsatione vsque ad concurrentem quantitatem, id quod superst debet cedere annuatim in solutionem sortis principalis, ita vt exinde in anno sequenti cesset eius interesse, sequitur Capycius Latro *decis.* 25. *à num.* 39. vbi idẽ procedere asserit in contractu censuali, vel alio quolibet, si nullus sit; quia tũc compensatio quolibet mense & anno fieret, refert Scobar, Cacheran. Intrigliolum, & probari asserit ex *l. minor, §. prædia, l. emptor* 65. *D. de rei vendicatione.* Et excessus imputationẽ singulis annis faciendam esse creditori, ita vt sors pro illa rata excessus diminuatur, & proportionabiliter decrescat, ex Fontanellâ, & Capycio, tenet nouitèr Merlinus *de pignoribus, & hypothec. lib.* 5, *quæst.* 45. *num.* 80. Nec parùm huic sententiæ fauet text. *in l. eos, C. de vsuris,* ibi: *Si quis autem aliquid contra modum huius fecerit constitutionis, nullam penitùs de superfluo habeat actionem; sed etsi acceperit in sortem hoc imputare compelleretur.* Iniquum enim esset, vt creditor eius pecuniæ, quæ apud eum iam est, vsuras perciperet.

38 Ex his † nimis difficilis redditur præsens articulus, & quãuis audierim, in hac Regia, & maxima Vallis-Oleti Cancellaria (cuius sententiæ, & decisiones in omnibus his Regnis, & vbique terrarum, quò iustitia colitur, & Iuris-prudentia amatur, iustissimâ ratione venerantur) nõ semèl posteriorem hanc sententiam fuisse secutam: fateor ingenuè apud me sine dubio non esse: quarè pro verâ resolutione sequentes casus considero.

39 Primus casus: si † census qui de nouo constituitur nullus est, pensiones eius ratione perceptæ in sortem principalem cedent, & annuatim reditus pro rata extenuabunt, vt latè probãt Cencius *de censib. quæst.* 88. *per totam,* D. Larrea *allegat.* 24. *per totam,* Intrigliol.

gliol. quem sequitur Capycius Latro sup. Anton. Amatus *dict. resol.* 42. qui aliquibus casibus limitant, omnium latissimè Duardus *de censib.* §. 3. *quæstion.* 20. *per tot.*

40 Secundùs † casus, si census perpetuus redimibilis, vel vitalitius, qui de nouo creatur, non sit in totùm nullus; sed tantùm reducendus veniat, quia maiori pretio quàm legibus taxato constitutus sit: nam tunc quod vltra legitimos reditus perceptum est, imputari non debebit in extinctionem sortis principalis; nec eius reditus pro rata diminuet; sed satisfaciet creditor si paratus sit, reditus vltra iustum pretium acceptos debitori restituere, aut in futurarum pensionum solutionem imputare, ex rationibus traditis per Rodriguez, Amatum, & D. Velam. vbi proximè.

41 Quibus † fauet, quòd ex eisdem ferè fundamentis elegantèr disputat Cencius *dict. quæst.* 88. *num.* 6. versic. *sed posset, vsque ad num.* 8. vbi resoluit excessum sortem principalem pro rata non extenuare, licèt creditor census ad legitimum pretium constituti maiores reditus percipiat: quam disputationem his verbis cõcludit: *Stat igitur firma conclusio, quòd fructus cẽsus indebitè percepti non extenuant sortem census, dum census fuit in statu validitatis, sed duntaxat quando census fuit ab initio nullus ipso iure.*

42 Nec huic † verisimæ sententiæ aduersatur prædicta Capycij Latro decisio, quæ amplexa fuit opinionem, & computationem, quam retulit Scobar *dict. comput.* 14. quia multùm refert inter sortem, & creditum exigibile; et inter sortem principalem census quæ nullatenus exigi potest, nec debetur:
32 vndè nihil mirum si in illa compensatio admittatur; in hac verò minimè procedat: quia vt rectè asserit Rodriguez *dict. num.* 39. *in fin.* sors quæ nec debita, nec exigibilis est, compensabilis esse non potest.

43 Cui † rationi aliam annectes, scilicèt quòd vbi quantitas aliqua, & interesse debetur, si creditor aliquid vltra legitimum interesse recipiat, & quũ est, vt statim pro rata sortem principalem extinguat: quia cùm creditor nullam retinendi causam habeat, videtur eo animo accepisse, vt imputet in sortem, & causam debitam: quod in creditore census non procedit, cùm in facultate eius non sit, vt quod vltra legitimum interesse percepit, in sortem principalem imputet, quia de natura, & essentia census est, vt debitor censum redimire non cogatur, iuxta ea quæ nos alibi scripsimus; nec possit per partes redimire, vt supra diximus, quæ res impedit, vt compensatio ipso iure fiat.

Apertiùsque † inter vnum, & alte- 44
rum casum discrimen agnoscas, si cõsideres, debitorem census posse omne id quod creditor vltra reditus sibi legitimè debitos percepit, ab eo inuito & renuente repetere, tametsi creditor paratum se esse dicat imputare in sortis principalis extinctionem: at verò creditor non cẽsualis si quid vltra interesse sibi debitum percipiat, poterit id etiam reluctante debitore retinere & eo animo exactum intelligitur, vt pro rata cedat indebiti principalis solutionem: quæ res efficit, vt hoc casu compensatio ipso iure fiat; in alio verò casu nullatenùs admittatur.

Ex † quibus iam facilitèr assigna- 45
bis differentiæ rationem, cur omne quod percipitur virtute census nulli, statim cedat in sortem principalem, & eius reditus pro rata extenuet; cùm tamen reditus vltra legitimum pretiũ accepti, etsi pro ea excessus parte cẽsus nullus etiam sit, sorti principali nõ imputentur. Diuersitas namque in eo consistit: quia vbi census in totum est nullus, nihil impedit, quòd minima etiam quantitas in solutionem cedat; at verò vbi census saltim in suo legali pretio substinetur, nec creditor inuito debitore potest quicquam cũ sorte principali compensare; nec debitor admitti-

admittitur vt cēsum in ea quantitate, quæ subsistit, per minimas partes extinguat.

46 Et† quamuis post hæc scripta viderim Duard. *de censib. §. 3. quæstio. 21. per tot.* qui contra Rodriguez defendit, reditus plus debito perceptos sorti imputandos esse: tamen eius fundamenta non me mouent vt in suam sententiam eam; imò in ea in qua fueram opinione persisto; eo maximè quia reductio non habet originem à sententia, sed à lege: nam statim atque census minori pretio creatus est, ad legitimum legis potestate reducitur.

47 Tertius† casus, si census iam constitutus minori pretio cedatur, & ad infimum pretium naturale, vel consuetudine laxatum reducendus sit; tunc maximum dubium est, an pensiones indebitæ debeant pro rata sorte principalem, & eius reditus minuere? Videò tamen affirmatiuam sententiam in praxi recepiam, & in similibus casibus eam compensationem, & computationem fieri, quam probauerūt Scobar. & Capycius Latro suprà: pro qua non leuiter stringunt cōsiderationes, & fundamenta a nobis in huius dubij disputatione expensa.

48 Actum† est iam de censione census consignatiui redimibilis, vel ad vitā; si scire cupias quid in censione census consignatiui perpetui, vel reseruatiui, dicendum sit, & an minori pretio, quā quo ab initio constituti fuerunt, cedi possint, videas Auend. *de censib. quæstion. 34. à num. 1. ad 7.* Duardum *de censib. §. 7. quæst. 4. num. 21.* vbi etiā de censione census emphyreutici, libellarij, superficiarij, & aliorum huiusmodi.

49 Illud hìc annectere non omittam quod tradit Auend. *dict. cap. 34. num. 7. & 8.* quòd vbi census consignatiuus redimibilis minori pretio, quàm quo creatus fuit cedi, aut vendi non potest, id intelligendum est; quandò à principio, iusto, & legali pretio (scilicet hodiè ad rationem vnius pro viginti) fuit creatus: nàm si maiori pretio quàm ad rationem vnius pro viginti crearetur, postea minori scilicèt legali pretio rectè distrahi posset. Id tamen notatu dignum esse aduerit Auendañ. quòd debitor redimat cēsum, non poterit censionarius residuū tenere, imò ad cedentem spectabit: nàm aliàs emptor, seu censionarius cēsus eum minori pretio emeret, & lucri faceret id, quod superest de ratione vnius pro viginti, quo cessus fuit census, ad rationem vnius pro viginti quinque quo fuerat à principio creatus; in qua opinione residet idem Auendañ. *cap. 101. num. 7.*

50 Quæ† doctrina singularis est ad eas venditiones, & cessiones censuū, qui cùm in aureâ, vel argenteâ monetâ cōstituti sint, pro moneta ærea eiusdem quantitatis distrahuntur; nàm si reditus in aurea, vel argentea moneta soluantur, vel in eâdem censum redimi accidat, dubitari posset, an incrementum, id est maior valor auri, vel argēti (communitèr namque argentum ad rationem 30. 40. 50. pro centum æstimatur) debeat pertinere ad cedentē vel censionarium; crederem tamen in hoc, & superiori casu incrementum illud ad censionarium census pertinere iuxta proximè dicenda.

51 Cognito† iam vtrùm actio, vel cēsus minori pretio cedi possit, superest videre, quandò censionario obstet exceptio quòd non iusto pretio emerit actionē, & an satisfaciat debitor soluendo id quòd re verā censionarius numerauit; quæ disceptatio versabitur circa intellectum, & praxim, *l. per diuersas*; *l. ab Anastasio*, *C. mandati.*

52 Et† licèt ex variis, & diuersis interpretum placitis, hæc res obscura fiat, tamen ex his quæ nos suprà diximus, non in obscuro est resolutio: nàm vbi censionem nominis, vel census minori pretio fieri posse asserimus, indubitati iuris est, censionario prædictam exceptionem non obstare, & integrā

quan-

quantitatē cessām exigere posse, quē admodum cedens ipse posset.

Cui verisimæ sententiæ videtur
53 obstare Anastasij Constitutio in *dict. l. per diuersas*, & Iustiniani *in d. l. Anastasio*, quibus cauetur, cessionarium, seu emptorem actionis non ampliùs à debitore cesso exigere posse, quàm pretium quod re verā cedenti numerauit. Quas Constitutiones tanti habent nōnulli ex interpretibus, vt existimauerint, quòd vbi cessio nominis venditionis titulo fit, non potest cessionarius ampliùs petere, quàm quod ipse præstitit cedenti, Parlador. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 3. part. §. 4. à nu. 6.* Rodriguez *de execution. cap. 3. à nu. 24.* Acosta *de priuileg. credit. regul. 3. ampl. 2. à num. 8.* qui dat alios. Alij autem indistinctè docent, debitorem nō posse cessionario opponere de iniustitia cessionis, integramque summam ei soluendam esse, quantumuis ipse nomen debitoris minimo pretio comparasset, vt ex Filucio, Bonacina, Cēcio, Sanchez & aliis probat Noguerol *allegat. 37. nu. 60.* ex Nōguerol, & quos ipse refert, D. Salgado *in labyrint. credit. 1. part. cap. 27. à num. 78.* mouentur ex eo quòd *dict. l. per diuersas, & l. ab Anastasio*, solùm in hiscessionariis procedunt, qui auaritiâ ducti alienarum litium redemptores efficiuntur, vt in specie docent Felicianus *de censib. tom. 2. lib. 2. cap. 1. à nu. 11.* Giurba *decis. 117. num. 4.* Auendaño *de censib. cap. 34. num. 12.* Cancer. *3. part. var. cap. 1. à num. 363.* Costa *de remediis subsidiariis remed. 36. à num. 1.* omninò videndus Franc. Ponte *cōs. 76. à num. 16. & cons. 77. per totum*, vbi in specie probat, fideiussorem, vel tertium possessorem, qui integrū creditum non soluerunt, posse cessis sibi iuribus ad totum agere, Cencius *de cēsib. quæst. 72. num. 12.* versic. *quibus*, Duard. *post tractatum de censib. decis. 126.* qui cessionario, qui minoris emit, solidi exactionem concedunt.

54 Mihi† tamen nulla ex his sententiis placet, si generalitèr & prout sonant accipiantur: quia prima quæ indistinctè prohibet, nè cessionarius plus exigat, quam quod re verā præstitit cedenti, defendi non potest, & iniquitatem cōtineret; cùm nullus ad emptionem actionis accederet, si idē pretium venditori tradere teneretur: cùm propter exactionis periculum, & expensas, actiones & nomina debitorum minoris æstimentur, vt ex Noguerol, Cencio, Guzman & aliis diximus supra, Cancerius *1. part. var. cap. 13. num. 757.* Hunnius statim referendus *à num. 10.* vbi quod potest agere cessionarius non solùm vsque ad quantitatem pretij soluti, verùm & ad vsuras & expensas futuri iudicij. Ex quo dici solet, cessionem actionis, si pro eodem pretio fiat, simulatam præsumi; quia propter expensas, & lites minoris semper emitur, Bertazol. *claus. 27. glos. 6. num. 4. & 5.* Paul. Gallerat. *de renunciat. tom. 1. lib. 1. cap. 4. nu. 106.* Secunda verò sententia nō magis secura est, ex ea enim cuicumque permitteretur cessionem actionis minori pretio habere, & integram quantitatem consequi, elisa & neglecta Cōstitutione Anastasij, & Iustiniani, cū non facilè probare possit debitor malum cessionarij animum in eo, quòd eius vexandi causâ actionem comparasset.

Quapropter† verissimè distingues inter cessionē nominis debitoris certi 55
de quo constat per instrumentum, sententiam, vel alium titulum; et inter cessionem alicuius iuris incerti, quod discussum, & calificatum non est, sed deduci necessariò debet in controuersiā iudicialem; quia aduersarius aduersus quem mihi actionem competere intendo, intentionem meam inficiatur: nàm primo casu nomen debitoris minori pretio emi poterit, nec debitor cessionario opponere valebit de iniustitia cessionis; secundò verò casu dispositio dictarum legum locum habebit.

Dis-

56 Discriminis ratio est, quòd primo casu, qui nomen debitoris certi emit, nullam in se litem suscipere intendit, sed de acquirendo sibi nomine indubitato agit; at in secundo casu emptor litis alienæ redemptor est, cuius auaritiam, & vexandi animum eâ pœnâ cohiberi conuenit, vt non posset nisi vsque ad ipsam tantummodo solutarum pecuniarum quantitatem agere.

57 Quam † distinctionem, & prædictarum legum intellectum probauit Anton. Faber *lib. 12. coniectur. cap. 12. per tot. & in C. lib. 4. titul. 26. def. 9.* qui asserit, non omnes actionum cessiones Anastasiana lege improbari; sed eas tantùm quæ fiunt alienarum litium redimendarum gratiâ; indubitatas verò actiones, & obligationes nullatenùs etiam minori pretio cedi interdictum esse: quam Antonij Fabri interpretationem (quam nisi Frantzkius infra referendus *resol. 8. num. 28* securam nō esse contendat) amplexus fuit etiam Osualdus ad Donell. *libr. 15. comm. c. 15. lit. C.* Rodrig. *de reditib. lib. 1. q. 9. num. 26.* qui loquens de eo, qui cessum vel nomen debitoris minori pretio emit, ita scribit: *Non enim hoc cedere debet commodo debitoris reditus, nec potuit debitor redimere à Caio eodem pretio quo Caius emit, per text. in l. per diuersas, cum l. sequenti, C. mandati, quia dictæ leges statutæ sunt contra eos, qui præauaritia, vel alios vexandi libidine vili redimunt actiones litigiosas, vel dubias, ideò statutum est, vt reus, vel prætensus debitor litem, & vexationem redimat eodem pretio (quod insidiator ille numerauit) oblato: non autem vt veri debitores de quibus constat cum iactura creditorum locupletentur.* sequuntur Felician. & Auendaño sup. Marta *in cōp. decis. tom. 3.* verb. *cessio, cap. 15.* Gratian. *tom. 2. cap. 286. nu. 9.* his verbis: *Vltimo non obstat inualidas cessiones tanquàm factas non interuenente pecunia, sed tantummodo pro pretio confesato, contra dispositionem, l. per diuersas, C. mandati, quia cùm in casu de quo agimus, ius cedentis sit indubitatum propter obligationem Cameralem cum susceptione censuarum, & mandati executiui, non habent locum prædicta, nec cōsideratur aliqua nullitas cessionis.*

Finis † namque Anastasiæ Constitutionis fuit, obuiare his, qui vexandi animo alienas lites suscipiunt, quos tituli *C. de litigiosis* non comprehendebat: quia actio nondum fuerat in iudicium deducta. Nec titulus *D. & C. de alienatione iudicij*, quia ex eâ cessione iudicium non variabatur. Nec titulus *C. nè liceat potentioribus*, quia ex his non erant, quos potentiores iura appellant: voluit igitur Anastasius peculiarem legem edere, per quam hi qui incertarum actionum cessiones ambiunt, ea pœna afficerentur, vt nō amplius habere possint, quàm pretiū quod verè, & realitèr numerarunt, D. Salgado *dict. cap. 13. §. 2. à num. 22.* 58

Huius † nostræ distinctionis vnum, & alterum casum probat elegantèr Bart. *in d. l. per diuersas, nu. 23.* qui dubitās, an eius legis decisio extēdatur ad emptorem hereditatis, qui animo pretio opulentæ hereditatis cessionem habuit, distinguit, an venditor hereditatis in eius possessione sit, an verò eam tertius possideat; vt primo casu dispositio huius legis locum nō habeat, in altero autem casu militet: sequitur Alciatus, Cæsar Manent. & alij quos refert Acosta *sup. à num. 10.* Ratio est, quia cùm vbi tertius possidet, venditor non tàm hereditatem, quàm ius quod ad eam petendam, siue ex testamento, siue abintestato habet, cedere videatur, cessionarius eius iuris seu litis redemptor existimatur, vt rectè Parlador. *dict. §. 4. numer. 10.* à qua Bartoli sententia non meritòdissedunt Bald. & alij, quos sequitur Iacob. Cancer. *3. part. var. cap. 1. numer. 164. & 165.* 59

Ex qua † verissima doctrina infe- 60
res, verissimum esse quod firmauimus suprà scilicèt quòd vbi census, vel nomen debitoris minoris rectè, & instè emitur,

emitur, nullâ exceptione repelli potest cessionarius; cùm respectu cedentis securus etiam sit, vt aptissimè vnã & alteram propositionem cõprobat Duardus *de censib.* §. 5. *quæst.* 27. *num.* 80. *& q.* 13. *per tot.* Cencius *de censib. quæst.* 108. *à num.* 20. vbi ex Ioan. Azor resoluit, quòd si quis censum minori pretio emerit, non satisfacit debitor si redimere velit offerendo pretiũ quod tertius expendit, sed tenetur integrum pretium census soluere cessionario, qui excessum illum apud se retinet, quin teneatur restituere cedenti, vt minùs rectè existimauerat Auẽdañus.

61 Similitèr † quãdò illegitimo pretio census iam constitutus, vel nomen debitoris extra vexandi animum cõparatur, quo casu cedenti ius esse diximus, vt possit cessionem nominis remedio *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* rescindere; vel census venditionem ad iustũ pretium reducere, ius non erit debitori cesso aliquâ exceptione aduersus cessionarium se tueri, vel ei opponere de iniustitia cessionis, sed nihilominus compellitur integram debiti quantitatem soluere, vt securè defendũt Rodriguez, Felicianus, & Noguerol sup.

62 Hinc etiam † deducitur, quòd cum hæc census, vel nominis indubitati cessio fraudis suppositione careat, necesse non est, vt de verâ, & reali pretij numeratione constet, sed sufficit confessio de recepto, proindeque nõ audietur debitor, si cessionarium repellere intendat eâ exceptione, quòd pretium re vera numeratum non sit, vt in individuo probat Gratian. *dict. cap.* 286. *num.* 9.

63 Idem † etiam ex eodem principio in fideiussore obseruatur, qui si soluẽs creditori, cessionem obtineat contra debitorem principalem, & confideiussores, si agat non ei obstauit, quòd nõ constet de vera numeratione; quia cũ hæc cessio suspecta non sit, Anastasiæ Constitutioni nõ subiacet: quarè sufficit confessio de recepto, vt articulo ad partes discusso veriorem profitetur Rodriguez *de execut. dict. cap.* 3. *à num.* 29. Gutierrez *de iuramento confirm.* 1. *cap.* 63. *num.* 12. Acosta *supr. à num.* 54. Cancer. 1. *part. var. cap.* 13. *n.* 78. *&* 3. *par. cap.* 1. *n.* 196. *& cap.* 8. *n.* 40. innumeris relatis Camill. Borrell. *in samm. decis. tom.* 2. *tit.* 3. *de confessione num.* 77. Cencius *dict. quæst.* 71, *nu.* 20. Zeuall. *cõm.* 1. *tom. quæst.* 170. *&* 2. *tom. quæst.* 699. latè ex Heringio, & aliis Hermosill. *in l.* 7. *tit.* 1. *part.* 5. *glos.* 1. *à num.* 32. vbi rectè explicat, quid dicẽdum, sit si fideiussori intra 30 dies opponatur exceptio non numeratæ pecuniæ.

64 Ex his † cautè legendus est Auendañus *de censib. cap.* 45. *num.* 14. dùm indistinctè asserit, in cessione nominis non sufficere confessionem de recepto, iuxta *dict. l. per diuersas, l.* 64. *titul.* 18. *part.* 4. vbi Gregor. Lopez *glos.* verbo, *al vẽdedor*, idẽ etiã sine distinctione tradit Cancer. *dict. cap.* 13. *num.* 77. Hæc namque doctrina vera non est, quandò nomen certum ceditur, & intelligi tantùm debet iuxta terminos, *dict. l. diuersas*, scilicet quandò actio dubia & litigiosa vexandi, & litigandi causa comparatur; sub qua distinctione accipiendus est Gregor. Lopez suprà, & Camill. Borrell. *dict. tit. de confessisne, num.* 70. *&* 81. qui duas contrarias refert sententias; vt prima quæ pretij numerationem requirit, de cessione fraudis suspectâ intelligatur: secunda verò in cessione nominis indubitati procedat, iuxta quam distinctionem intelligendus est Cyriac. *lib.* 2. *cont.* 317. *à num.* 27. qui asserit, cessionem iurium si non constet de numeratione, aliter quàm per confessionẽ cedentis non valere, nec ex eâ agi posse, nec iudicium validari, licèt sequuta esset realis numeratio si constaret cessionem à principio fuisse simulatam.

65 Quibus † illud in comprobationem annecto, quòd census iam constitutus si emptionis titulo cedatur, necessaria non

non est numeratio pecuniæ coram notario, sed sufficit confessio de recepto, vt veriorem dicit Cencius *de censibus quæstion.* 72. *num.* 16. Duardus *de censibus, §.* 7. *quæstion.* 2. *per totam, & decision.* 126, *num.* 7. Quarè si cessionarius agat aduersus debitorem census, de iniustitia cessionis opponere non poterit ex eo, quòd pecunia numerata non sit.

66 Hæc † in eâ cessione, quæ fraudis & vexationis aliena est, procedunt, nàm si cessio non tàm nominis, quàm futuræ litis sit, quia incerta, & dubia actio transfertur, quam cessionarius in se litigandi, & vexandi animo suscepit, locum sibi vindicabit Anastasia Constitutiò, & non poterit cessionarius amplius consequi quàm quod re vera numerauit, exceptis aliquibus casibus quos ipsa Constitutio ab ea pœna eximit, quos prosequitur Osualdus *dict. lit. C.* Menoch. *lib.* 3. *præsumption.* 129. *à nu.* 1. *ad* 25. Alexan. Trentacinq. *lib.* 2. *variar. titul. de actionibus, resolution.* 2. *à numer.* 12. Antonius Gabriel *commun. opinion. titul. de actionib. concl.* 5. Parlador. *dict. §.* 4. *à num.* 6. Beriazol. *clauſ.* 27. *glos.* 3. *à n.* 2. Duard. *dict. decis.* 126. apud quos latè de materia text. *in dict. l. per diuersas, l. ab Anastasio*, videndi etiam Acosta *dict. ampliation.* 2. *à num.* 1. *ad* 57. Ponte *conſ.* 77. latè Frantz Kiusta. tim referendus *resol.* 8. *per totam*, omninò videndus: latè etiam & nouissimè Leotardus *de vsuris quæst.* 39. *per totã*, Vlricus Hunnius *in Encycloped. iuris* 2. *p. tit.* 5. *cap.* 7. *à num.* 7. & 13. Costa *de port. rata, quæstion.* 70. Iacob. Cancer. *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *à numer.* 161. *& dict.* 2. *part. cap.* 13. *à numer.* 74. Vbi *num.* 78. quòd quoties cessio fit ex causa necessaria, *dictæ l. per diuersas, & l. ab Anastasio* locum non habẽt, sequitur Gratianus *dict. capit.* 286. *à num.* 14. Costa *de remediis subsidiariis remed.* 36. *num.* 2. videndus Paulus Galleratus *de renunciat. lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 38. Vbi *à numer.* 105. nonnulla refert ad propositum.

67 Si autem † remunerationis, vel crediti, quæsitus color sit, quonam modo constare debeat de meritis, vel de credito, vt cessio substineatur? disputant Fontanell. *de pactis nuptial. clausul.* 4. *glos.* 7. *part.* 2. *num.* 18. & 19. Anton. Faber *C. de heredit. vel actione vend. def.* 5. & 6. & *C. mandati def.* 20. 21. & 22. & 30. Acosta *supra à num.* 46. & 34. Hypolit. Montaner *in addit. ad Oliban. de actionib. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 41. Frantz Kius *sup. num.* 21. Leotardus *d. quæst.* 39. *num.* 24.

68 Varia † apud relatos interpretes inuenies de his legibus disputata: illud breuiter circa eas nos inquiremus, an vbi cessionarius amplius, quàm quod præstitit, exigere non potest, residuum debeat remanere penes debitorem; an vero cedẽti perineat? In qua re dissentiunt interpretes, nàm residuum debitorem non lucrari, sed ad cedentem pertinere sentiunt Bartol, Alueri cus Odofred. Paulus de Castro, Speculator quos sequitur Alex. Trentacinq. *dict. resol.* 2. *n.* 12. *in princip.* quibus se subscribit Acosta *d. ampliat.* 2. *à num.* 27. Costa *dict. quæstion.* 70. *num.* 1. Mouentur ex eo, quòd Anastasius *in dict. l. per diuersas*, cedenti nullam pœnam imponit, nec residui petitionẽ ei denegat, solùmque Iustinianus *in d. l. ab Anastasio*, eo casu cedentem ad reliquum actionem amittere asserit, quo actio pro parte vendi tur, & pro parte donatur, Hunius *sup. nu.* 20. ergò eius pœna ad casum omissum scilicèt quo actio tantùm vendita proponitur, protrahi nõ debet: quia pœnalis dispositio non extenditur vltra casum de quo loquitur, *c. odia de regul. iur. lib.* 6. Brunor. à Sole *in loc. cõmun.* verb. *extensio*, maximè cùm ea mens potuerit esse Iustiniani, vt voluerit callidos Anastasiæ Constitutionis transgressores maiori pœnâ afficere.

69 Pro quo † facit, quòd ius quod non

transit in cessionarium, quia cessio fuit nulla, vel quia cessum fuit id quod cedi non potuit, remanet apud cedentem, vt ex Bartol. Baldo, Felino, & Mexiâ probat D. Valenzuela Velazquez *cons.* 32. *numer.* 45. *tom.* 1. Monter a Cueua *decision.* 46. *num.* 7. & 28. Mieres *de maioratib.* 3. *part. quæstion.* 17. *à num.* 35. Giurba *decisio* 63. cum aliis relatis sup. *titul.* 2. *quæstion.* 5. *num.* 34. D. Salgado *dict.* §. 2. *num.* 40. & *cap.* 14. *num.* 45. igitur id quod excedit pretium acceptum, quod ad cessionarium non pertinet, penes ipsum cedentem manere debet.

70 Contrariam † tamen sententiam scilicèt reliquum, nec cessionarium, nec cedentem petere posse, sed lucro debitoris cedere, veriorem dicunt Iacob. de Aren. Cynus, & alij ex antiquioribus *in dict. l. Anastasio*, quibus accedit Parlador. *dict.* 3. *part.* §. 4. *à num.* 11. valdissimis rationibus defendens ex Castrens. Paulus Galleratus *sup. nu.* 105. Donell. & Osuald. *lib.* 15. *commen. cap.* 43. *lit. D.* qui procedere asserunt, etiam si cessio solo venditionis titulo fieret. Quæ sententia si vera non esset, non rectè diceremus, debitorem litem, & vexationem redimere posse eodem pretio, quod insidiator numerauit, si in reliquum obstrictus maneret cedenti; nec quid vtilitatis attulisset hæc Constitutio debitoribus, sed damnum quia damnum pati dicitur, quicùm cũ vnâ personâ contraxisset, in plures aduersarios distrahitur, *l.* & *ancillarum* 27. §. *vltimo*, *D. de peculio*, ibi: *Est enim iniquum in plures aduersarios distringi eum, qui cum vno contraxit, l. ita tamen* 5. §. *si tamen, D. de iudicatum solui*, vbi Gothofredus *lit. H.* Anton. Faber *C. commun. vtriusque iudicij defin.* 13. *numer.* 4. Gratian. Scobar, Lara, & alij quos retulimus *sup. titul.* 3. *quæst.* 12. *num.*....

71 Vndè licèt † fatear, articulum dubium, & controuersum esse, tamen in hanc posteriorem sententiam procliuior sum, pro qua expendo singularem Ioann. Petri Fontanellæ locum *decision.* 180. *numer.* 10. ibi: *Secundo dicebat, quòd hæc exceptio non competebat illi, cum quo fuerat factum pactum, cum quo erat tunc colluctatio, sed solùm reo, qui nihil opponebat, in cuius fauorem emanarunt leges, & earum dispositio, vt soluẽdo pretium cessionario, quod re vera soluerat, posset, si fuissent partes in terminis dictarum legum, excludere vtrumque ab omni iure: & hoc modo euitare molestias, quas ei causabat litis redemptor, prout habetur expressum in d. l. ab Anastasio, quæ dispositio videtur sine dubio iusta, & rationabilis: quòd ad cẽdentem enim, & vendentem dicendum est nullam ei fieri iniuriam, postquàm iam ille contentatus fuerat illo pretio renunciare actionem: idem quòad cessionarium, cùm ei restituatur quod exoluit.* Videndus remissiuè Schiford eg. *lib.* 3. *tractat.* 23. *quæstion.* 19. *in fine*, pro qua sententia considero text. *in authentic. minoris debitor, C. qui dare tutores*, ibi: *Nec is qui cesserit agere debet, cùm in legem commisserit licèt cessio pro iusta causa facta sit, sed minor lucrabitur.*

Nec † huic sententiæ quicquam 72 obstat fundamentum illud quo asseruimus, ius quod non transit in cessionarium, apud cedentem manere; quia id procedit, vbi cessio nulla est, aut nullius effectus ex eo, quod cessum fuit ius, vel actio non cessibilis: alia res esset, si lex in pœnam actionem, seu ius cessum in alium transferret; quia ex quo in cessionarium non transit, non deberet remanere penes cedentem, imò pertinebit ei, cui lex ius cessum applicat. Posthæc diù scripta, & cùm iam prælo dari proxima esset hæc quæstio, peruenit ad manus Georgius Frantzkius qui *variar. resolution. lib.* 1. *resolution.* 9. *per totam*, disserit cessione contra Anastasiam Constitutionẽ factâ, superfluũ adquẽ

debeat

debeat pertinere,& relatis tribus sententiis resoluit,quòd si machinationis & fraudis particeps non sit cedens,superfluũ pretij ad eum pertinet,& pro eo agere potest. At verò si fraudis, & doli participet,superfluum ad Fiscum spectabit.Sed nostrã sentẽtiam,quòd superfluum debitoris lucro cedat, sequitur Leotardus *dict.quæst.*39. *à numer.*31.

73 Quo † autem tempore opponenda sit exceptio hæc descendens ex beneficio Anastasiæ Constitutionis dubiũ est;placuit tamen Anton.Fabro *in C. dict.tit.mandati def.*10.ante litem cõtestatam opponendam esse, sequitur Schiffordeg.*lib.3.tract.*23. *quæst.*20. *in fin.*Arias de Mesa *lib.*1,*var.cap.*24. *num.*7.à quibus ego dissentio; et veriùs existimo,post litem contestatam opponi posse:quia exceptio hæc peremptoria est.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitas, & difficultas quæstionis proponitur.*

2 *Exceptionem omnem, quæ obstaret cedenti, cessionario obiici posse sunt qui indistinctè doceant.*

3 *Exceptiones aliæ reales, aliæ personales sunt.*

4 *Exceptiones quæ rem, & actionem afficiunt cessionario obstant, siue is vtiles,vel directas actiones exerceat.*

5 *Cessio, & ius, quod transfertur in cessionarium,cum sua causa trãsfertur.*

6 *Exceptiones pacti, consensus, implementi non secuti, simulationis,rei indicatæ, nullitatis, vsuræ,cessionario perinde ac cedenti obstant.*

Exceptio, quòd obligatio descendit ex ludo,cessionario rectè opponitur.

7 *Exceptio euictionis imminẽtis, quæ obstaret venditori agenti ad pretium, eius cessionario præiudicat.*

8 *Exceptio euictionis imminentis,quæ obstaret venditori:an obstet eius delegatario.*

9 *Cessionarius potest compelli, vt edat instrumenta ad quorum editionẽ teneretur cedens.*

Cessionarius tenetur refundere expẽsas contumaciales ad quas teneba tur cedens.

10 *Cessionarius tenetur obseruare omnia quæ cedens.*

11 *Exceptio cedendarum, quæ obstaret cedenti, eius cessionario rectè opponitur.*

12 *Diuisionis exceptio, quæ obstaret creditori,obstat similitèr eius cessionario.*

13 *Excussionis exceptio,quæ repelleret creditorem;repellit etiam eius cessionarium, & quandò secùs,* num.14.

15 *Præscriptionis exceptio cedenti,& eius cessionario obstat.*

*Præscriptionis exceptio concernit obligationem,aliquãdò tamen personam.*ibid.

16 *Salaria aduocatorum, procuratorum,triennio præscribuntur.*

Fideiussori agenti virtute cessionis, an obstet præscriptio triennalis, vel quæuis alia quæ obstaret cedenti.

18 *Litis contestatio cum fideiussore interrumpit præscriptionem contra debitorem,& alios.*

19 *Actio, & ius exequendi vsque ad quod tempus per litis contestationem in via ordinaria,& per oppositionem rei in executiuis perpetuetur.*

21 *Exceptio quæ non obstaret cedenti,an præiudicare possit eius cessionario? Vbi de cessionario domini directi.*

22 *Compensationis exceptio,quæ obstaret cedenti,eius cessionario rectè obiicitur. Ampliatur,& limita-*

tur, num. sequentib.

Exceptio quæ rei, & actioni cohæret ad fideiussorem trāsit: secùs si personalis tantùm esset.

23 *Compensationis exceptio an opponi possit debito iurato.*

24 *Cessionario ex causa onerosa an obstet compēsationis exceptio quæ cedenti præiudicaret,* & num. 25.

26 *Exceptio compensationis an obstet cessionario, si cessa sit actio prius, quàm cedenti compensatio oppone retur,* & num. 27.

28 *Debitor soluens cessionario partem debiti, compensare an possit quod sibi cedens debebat,* & nu. sequēt ib.

30 *Soluens cessionario, quod re vera nō debebat cedenti, potest repetere solutum.*

31 *Soluens per errorem omissa compēsationis exceptione, habet cōdictionem indebiti.*

32 *Soluens partem debiti, an integrum debitum agnouisse censeatur, & pro residuo possit conueniri.*

33 *Cessionarius si recipiat partem crediti cessi, an statim liberetur cedens,* & num. 28.

Cessionarius potest compensare debitum sibi cessum.

34 *Debitor cessus si præsens esset cessioni, & promisisset soluere cessionario, an rursus possit aliqua exceptione, vel compensatione aduersus eum se tueri,* & numer. sequent.

35 *Exceptio quæ obstaret creditori delegānti, non obstat eius delegatario.*

Cessio inuito, & ignorante debitore cesso fit; delegatio verò non aliter, quàm si ipse consentiat.

36 *Expenditur elegans doctrina* Ant. Fabri.

37 *Exceptio personalis quæ obstaret cedenti, an obstet eius cessionario? triplex refertur distinctio.*

38 *Cessionario ex causa lucratiua obstat exceptio personalis, quæ repelleret cedentē: secùs si cessio ex causa onerosa esset.*

39 *Pater, mater, & alij ascendentes non possunt ad instantiam filiorum & descendentium carcerari, idem in patre spirituali procedit.*

40 *Socer non potest carcerari ad instantiam soceri.*

41 *Frater ad instantiam fratris an carcerari possit? duplex sententia refertur.*

42 *Carcerari non possunt, qui non tenentur nisi in quantùm agere possunt.*

43 *Cessionarius mulieris ex causa onerosa, potest carcerare maritum cessum pro debito recameræ.*

44 *Expenditur, & interpretatur* l. si maritus 36. D. soluto matrimonio.

45 *Fiscus succedens ex confiscatione, heres annomalus reputatur: & iura actiua, & passiua in eū transeunt.*

46 *Legatarius vxoris si agat aduersus maritum dotis debitorem, non potest eum, nisi in quantùm facere possit conuenire.*

Beneficium nequis conueniatur vltra quàm facere possit, quibus competat, & de eius effectibus, remissiuè.

47 *Cessionarius ex causa lucratiua potest cogi vt compromittat, si ad id teneretur cedens. Aliud est in cessionario ex causa onerosa.*

48 *Excommunicationis, vel banni exceptio, quæ obstaret cedenti, an opponi possit eius cessionario?* cum num. sequentib.

49 *Contractus facti per excommunicatum, & cessiones iurium validæ sunt.*

50 *Excommunicatus potest professionem emittere, vel contrahere matrimonium.*

54 *Exceptio excommunicationis post litem contestatam, & in quacumque parte iudicij opponi potest. Cessionario tamen ex perso-*

nā

nâ cedentis ante litis contestationem est opponenda.

55 *Doli exceptio quæ repelleret cedentem, an eius cessionario obstet? remissiuè.*

56 *Intelligitur* l. nemo plus iuris, D. de regul. iuris.

QVÆSTIO XI.

Exceptiones omnes, quæ obstarent cedenti, an obiici possint, & obstent eius cessionario? Vtilis, & difficilis dissertatio.

1 CELEBRIS, † & difficilis est hæc quæstio, quam in scholis, & foro multotiès agitari profitetur Anton. Faber *lib.* 12. *coniect. cap. cap.* 9. *in princ.* In qua vt rectiùs procedam, illud in primis moneo, nihil nos acturos de exceptionibus quæ debitoribus cessis post cessionem factam aduersus creditores cedentes superuenerunt; sed de his tantùm quæ tempore cessionis debitoribus iam competebât: nàmde exceptionibus quæ post cessionem contra cedẽtem ortæ sunt, in sequentem titulum disputationem reiicimus.

2 Cùm † cessionarius vna, & eadem persona cum cedente censeatur, & in eius iura succedat, eiusque imago sit, vt in exordio huius tituli diximus: inde est vt passim dici soleat, exceptionem omnem quæ obstaret cedẽti posse obiici eius cessionario, vt post Bart. Paul. Socin. & alios tradit Arism. Tepat. *var. tit.* 411. *cap.* 10. vers. *oppositiones*, Monter. à Cueua *decis.* 25. *num.* 1. Surd. *cons.* 333. *à n.* 16. Decius, Natta, Cephal. Milanens. quos sequitur Hypol. Montan. *in addit. ad Oliban. de actionib. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 24. D. Salgado *de Regia protect.* 4. *p. c.* 7. *n.* 51. Hunnius *in Encyclop. iuris* 2. *p. titul.* 7. *cap.* 3. *num.* 12. Latro *decis.* 94. *numer.* 23. vbi asserit, omnia quæ obstant cedenti, obstare etiam cessionario.

3 Sed cùm † hæc doctrina indistinctè accepta vera non sit, pro certâ resolutione distinguendum erit, inter exceptiones reales, & personales: nàm si exceptio non personæ cedẽti scohæreat, sed ipsâ actionẽ afficiat, veluti exceptio pacti, cõsensus, rei iudicatæ, & aliæ similes, quæ reales exceptiones dicũtur, *l. exceptiones* 7. *D. de except. l. inuit.* 156. *§. plerũq; D. de reg. iur.* cũ aliis congestis ab Ant. Fabr. *d. libr.* 12. *coniect. cap.* 9. quemadmodùm † obstarẽt cedenti, obstabũt eius cessionario, siue is ex onerosa causa, vel lucratiua meruisset cessionem; vel vtilibus suo nomine actionibus ageret, siue directas cedẽtis nomine exerceret, agnoscunt omnes relati sup. & notatur cõmuniter *in l. cum emptore, in princ. D. de pactis, l. qui stipendia, C. de procurat. & in l. doli, D. de nouat. & ind. l. apud Celsum* 4. *§. de auctoris, & §. si cũ legitima*, Camill. Borrell, *in summ. decis. tom.* 1. *tit.* 46. *de except. n.* 7. Hunnius *resol. iur. ciuil. lib.* 4. *tract. de action. p.* 7. *q.* 9. *per tot.* Cancer. 2. *p. var. c.* 6. *à nu.* 78. ex Aretin. Menoch. Pacificus *de Saluiano interdicto inspect.* 3. *c.* 2. *à nu.* 913. Donell. *lib.* 12. *cõm. c.* 3. Guzman *de euict. q.* 10 *n.* 44. *& q.* 11. *nu.* 26. *& q.* 5. *n.* 37. *& q.* 60. *n.* 29. *&* 30. Celsus Bargal. *de dolo lib.* 4. *c.* 2. *à n.* 29. Gallerat. *de renunciat. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 65. *&* 66 Et in exceptionibus personalibus inrẽ scriptis, idem probat Monter à Cueua *dict. decis.* 25. *num.* 7. *&* 8.

5 Huius rei † ratio est, quòd cessio trãsit cum onere suo, & cedens in præiudiciũ debitoris nõ potest ius saluũ, & integrum transferre, imò trãslatio debet esse cum sua causa, & aptitudine pasiua, arg. *l. si aqua ductus, D. de contrah. emption.* quia interna illa qualitas videtur inesse ipsi cessioni, vt *ex l. in omnibus officiis, §. non debeo, D. de reg. iur.* probat Brunor. à Sole *q. legal. q.* 10. *à n.* 3. multis relatis, Guzman *dict. q.* 5. *n.* 38.

*n.*38.Gallerat.*sup.à n.*63.*&* 64.Gratian.2.*tom.*2.qũi ampliat,euã in promissione iurataiet siue cessionarius vtiles, vel directas actiones exerceat.

6 Ex quo † in specie inferes, exceptionem pacti,& consentiusæquè cedẽti,ac eius cessionario obstare, Bertazol.*clauſ.*29.*glos.*7.*num.*3. Gallerat. *sup.num.*64.*in fine.* Quemadmodùm exceptio implementi non secuti, æquè cedenti,ac cessionario nocet Guzman *dict.quæst.*5.*num.*37.ex Caballino, Gallerat. *dict.cap.*4.*num.*67.*in fine.*Et in exceptione metus idem iuris est,Bargalius vbi proximè.Idemq; in exceptione simulationis,& solutionis procedit, vt ex Aretino,& Bartol. probat Gratianus *vbi proximè num.*1. *&* 6. Et in exceptione iurisiurandi idem probat Osuald.*ad Donell.lib.*24. *comm.cap.*14.Et in exceptione rei iudicatæ idem ius esse ex multis ostendit Monter à Cueua *dict.decis.*25. ferè per tot.Frantzkius *var.resol. lib.*1. *resol.*13.*num.*16.Et exceptionẽ quòd obligatio nulla sit, quia procedit ex ludo,cessionario perindè ac cedenti obstare affirmat Guzman *dict. quæst.* 5.*num.*41.*& quæst.*60.*num.*27.& licèt in illa lite nullus ex interpretibus relatus fuisset,qui in terminis loquatur:est individualis decisio Rotæ apud Alex.Ludouis.*decis.*47.qui refert decisum,exceptionem nullitatis, quòd obligatio procedit ex ludo, non minus cedẽti,ac eius cessionario obstare: quia exceptio hæc non cedentis personam,sed rem & actionẽ respicit.Et exceptionem vsuræ quæ obstaret cedenti,obiici posse eius cessionario,probat Leotardus *de Vsuris quæst.* 94.*à num.*75.Vbi *num.*76.quòd omnes exceptiones,quæ rei cohærẽt,obstant cessionario idem ex Negusantio & Pacifico,Merlin.*de pignorib.libr.*4. *quæst.*132.*num.*9.

Similiter † exceptio euictionis im- 7
minentis quæ obstaret venditori agẽti ad pretium,iuxta *l.si post perfectam, C.de euictionib.*Antonius Gomez 2.*to mo var.cap.*2.*num.*39.Molina *de iustitia,& iure*2.*tom.tract.*2.*disput.*280. Azeuedo *in l.*1.*tit.*21.*lib.*4. *Recop.n.* 162.Morla *in empor.iur.*1.*part.tit.*9. *in præmiss.num.*108.Gratian.*c.*175.*à num.*20.Carpan.*ad statut.Mediol.*1. *tom.cap.*42.*nu.*171.Camill. Borrell. *in sum.decis.tom.*3.*tit.*142.Castill.*tomo*4.*controu.cap.*42.*à num.*72. Giurba *decis.*113.*num.*18.*&* 20.*&* *decis.* 100.*à num.*24.Cancer.1.*part.cap.*13 *à nu.*65.D.Franc.Merlin.*cent.*1.*cont. cap.*45.Guzman *de euictionib. quæst.* 50.Hermosill.*in l.*32.*tit.*5.*par.*5.*glos.* 1,*à num.*230. venditoris cessionario obstabit,& cauere de euictione debet quẽadmodùm ipse cedens teneretur, Guzman *dict.quæst.*5.*num.*26. *&* *d. quæst.*50.*num.*6.qui refert Hieron.de Leon *decis.*47.*lib.*1.*à num.*16.Adde Cancer.*dict.*2.*part.cap.*6.*à num.*69. conducit Merlin.*dict.cent.*1.*cap.*91. *per tot.*vbi quòd † licèt exceptio eui- 8
ctionis imminentis obstet venditori, non tamen obstat delegatario. Quod *num.fin.* verum dicit;vbi vera delegatio intercessit; ex quò in cessionario aliud admittere videtur, cùm cessionis,& delegationis diuersa ratio sit,vt statim dicemus.

His † conuenit, quòd cessionarius 9
compelli potest edere omnia instrumenta,ad quorum editionem teneretur cedens,Anton.Faber *C.de edendo def.*17.Etsi voluerit prosequi litẽ, quã instituerat cedẽs,tenebitur prius refundere omnes expensas contumaciales, quas cedens ante omnia soluere cogi posset,vt testis est idem Faber *in C.de fructibus, & litium expensis def.*49. Et † tenetur obseruare omnia,ad quæ 10
cedens tenebatur, Galleratus *dict.c.* 4.*num.*68.

Exceptio † etiam cedendarum quæ 11
obstaret creditori cedenti,iuxta latè tradita à nobis *sup.tit.*5.*quæst.*2.*per tot.* cessionario etiam obstabit, vt rectè ostendit Franc.Milanens.*decis.Siciliæ lib.*2.*decis.*1.*num.*1.*& seq.* Ita † 12
etiam si creditor non posset contra

correos,

correos, vel confideiussores insolidũ agere, quia diuisionis beneficio renũciatum non fuit, si ab vno ex correis, vel confideiussoribus solidum exegerit, isque aduersus alios virtute cessionis insolidum agat, repelli poterit exceptione, & beneficio diuisionis, quẽ admodùm creditor cedens repelleretur, vt ex Harmanr. Pistor, Valentin. Franc. & Ioan. Koppen. probat Heringius *de fideiussorib. cap. 27. part. 3. numer. 35.*

13 Ex † eodem principio infert Paul. Galleratus *dict. lib. 1. de renunciat. cap. 4. num. 64.* quòd quemadmodùm cedens non posset agere contra tertium possessorem, nisi facta prius excussione contra principalem debitorem, *authen. hoc nisi debitor, C. de pignoribus*, ita nec eius cessionarius poterit, nè aliàs melioris conditionis esset, quàm cedens.

14 Quam † Pauli Gallerati doctrinam (eo non relato) licèt verissimam esse agnoscat Fontanell. *de pactis nuptial. claus. 4. glos. 18. part. 2. nu. 71.* eam tamen limitat in fideiussore, qui ex iure sibi cesso per creditorem contra tertium possessorem hypothecariam actionem exercet: nam ei, si principalis debitor soluendo non existat, nõ obstabit exceptio excussionis, quæ cedenti rectè opponeretur, vt latè ostẽdit *à nu. 69.* Quod intelligas ve limsi alij confideiussores non extarẽt; quia solus fideiussor, qui virtute cessionis agit, interceßit; tunc enim ei, nec exceptio excussionis, nec cedendarum respectu ipsius obstaret, vt sentit Iacob. Cancer. *part. 2. var. cap. 5. numer. 162.* Alia tamẽ res esset, si alij fideiussores interceßissent; nàm eo casu fideiussor, qui cessionem obtinuit, agens contra tertium, exceptione non factæ excussionis in bonis aliorum confideiussorum meritò repelleretur.

Præscriptionis † etiam exceptio cũ
15 rei cohæreat, & concernat obligationem, *l. si pupillus 45. D. de administrat. tutor.* Arias de Mesa *lib. 2. var. cap. 12. num. 6.* non minus cedenti, quàm cessionario obiicitur, etsi præscriptio statutaria sit, Ioan. And. Salicer. & Bald. quos refert, & sequitur Bertazol. *claus. 29. glos. 7. num. 3.* Monter à Cutua *d. decis. 25. à num. 63.* (vbi id intelligit, si præscriptio afficeret obligationem, & actionem; secus tamen si non actionẽ, sed modum agendi, & virium tantùm personale cedentis pertingeret) Celsus Bargalius *de dolo lib. 5. cap. 7. num. 87.* vbi quòd præscriptio, quæ currit contra cedentem, currit etiam contra cessionarium: et quòd præscriptio inchoata contra cedentem currat contra cessionarium, ex Bart. Cæpol. & Rotâ probat Merlin. *de pignorib. lib. 5. quæst. 21. num. 61.*

Pulchrum † tamen dubium est, an 16
vbi viget statutum, quòd salaria aduocatorum, procuratorum, famulorum, medicamenta pharmacopolarum, & quæ alia similia, triennio præscribantur, prout apud nos cauetur *in l. 9. tit. 25. lib. 5. Rec.* (de cuius legis materia videndi Azeued. ibi, & alij Regnicolæ quos refert Carleual. *de iudiciis lib. 1. tit. 3. disput. 29. num. 18.* Flores de Mena *lib. 1. var. quæst. 8. §. 1. à nu. 60. & §. 3. num. 22.* Carocius *de locato part. 5. tit. de statuto fol. 239.* Barbosa *in l. sicut, C. de præscript. triginta, vel quadraginta annor. à num. 66.* Giurba *decis. 13.* Cancerius *1. part. cap. 15. à num. 5. ad 28. & 3. part. cap. 20. à num. 335.* Anton. Faber *C. de locato def. 34.* Fontanell. statim referendus *a num. 31.* Bellonus *de his quæ fiunt incontinenti lib. 2. cap. 5. per totum*, Cyriac. *lib. 2. cont. 307.*) Simile statutũ, seu lex procedat etiam contra fideiussorem debitoris salarij, qui exactus per creditorẽ soluit, & cessionem obtinuit: qui si agat virtute cessionis contra debitorem, dubitari soler, an ei præscriptio triennij obstet, quâ cedens repelli posset? Et ei præscriptionis exceptionem nõ obstare, si soluit antequam triennium laberetur, quãuis postsolutionem à se factam triennium, vel plus temporis lapsum

lapsum fuisset, resoluit Fontanell. *de pactis nuptialib. claus.* 4. *glos.* 18. *part.* 5. *num.* 36.

17 Difficultatis † autem est, qua præscriptione possit debitor se tueri aduersus fideiussorem, qui cessionem à creditore habuit: finge namque creditorem intra tempora exercitio actionis suæ præstituta, sed parùm ante eius interitum, veluti in vltima die triennij, decennij, vicennij, vel tricennij, litem cõtestatum fuisse cum fideiussore; qui soluit, & cessionẽ obtinuit. Quæstionis tunc est, à quo tempore incipiat currere præscriptio aduersus debitorem, & cuius temporis esse debeat? Quod dubium à nemine vidi excitatum: id tamen extra controuersiã est, quòd si fideiussor nõ cessas sibi actiones exerceret, sed actione mandati ageret, præscriptio à die solutionis à se factæ inciperet, & actio illa mandati (quæ personalis est vt diximus *titul.* 5. *quæst.* 4.) eo tẽpore excluderetur, quo aliæ personales actiones finiũtur, in quarum præscriptione, ius nostrum Regium à iure communi deuiat, vt agnoscitur ex *l. sicut* 3. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. l.* 6 3. *Tauri*, Parlador. *lib.* 1. *rer. quotid. cap.* 1. *§.* 11. *cum sequent.* Azeued. *in l.* 6. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recop.* D. Salgado *de Reg. protect.* 4. *part. cap.* 2. *nu.* 9. *&* 10. Barbos. *de præscriptionib. ad dict. l. sicut num.* 20.

Quandò † verò fideiussor cessas sibi
18 actiones exercet, in difficili est, quo temporis lapsu excludatur: crederem tamen quòd cùm per litis contestationem cum fideiussore, perpetuetur actio contra debitorem principalem, & alios, vt ex Feliciano probat Cancer. 1. *part. var. cap.* 15. *num.* 47. liberũ erit fideiussori, cessis sibi iuribus experiri, tàm contra debitorem, quàm aduersus alios confideiussores, vel tertios possessores, intra tẽpus quo perpetuata manet actio; eo tamen transacto præscriptionis exceptio ei obstabit. Quomodo † autẽ, & in vsque quod
19 tempus actio, & ius exequendi per litis contestationem, vel oppositionem rei perpetuetur, videndi Rodericus Suarez, & eius Addit. D. Valdes olim antecessor noster *in l. post rem iudicatam notab.* 2. *§. considera, vlt. fol. mihi* 237. D. Salgado *dict. cap.* 2. *à num.* 47. Azeuedo *indict. l.* 6. Rodriguez *de annuis reditib. lib.* 2. *quæst.* 9. *à num.* 69. Carleual. *de iudiciis lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 4. *à num.* 21. *ad finem*, disputat Castillo *de tertiis cap.* 35. *num.* 19. Cancer. 3. *part. var. cap.* 16. *à num.* 52. D. Valẽzuela *cons.* 21. *à num.* 1. *tom.* 1. qui asserunt, actionem per litis contestationẽ in via ordinaria; ius verò exequendi per oppositionem rei, vel eius contumaciam vsque ad quadraginta annos extendi, iuxtà *l. fin. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* cum aliis iuribus quæ referunt, videndus nouiter agens Parexa *de editione instrumentor. tit.* 7. *resol.* 7. *per tot. & num.* 6. *tom.* 2.

Difficiliorem † sanè est huius dubij reso-
20 lutio, quandò fideiussor spontè soluit, nullâ lite, seu litis contestatione præcedente, quo casu videtur, eodem tẽporis lapsu repellendum esse, quo creditor excluderetur; præscriptionemque currere à die quo cum creditore cedente contracta fuit obligatio: quia vbi fideiussor spontè dimittit creditorem, perinde est, ac si extraneus soluisset, & obtinuisset cessionem, cui obstabit exceptio præscriptionis; eaque incipiet etiam respectu cessionarij, à die contractæ obligationis, cùm nullatenus dici possit interrupta, neq; quoad debitorem principalem, & multo minus quoad alios, veluti confideiussores, vel tertios bonorum possessores, ex eo quòd extraneus soluerit, & obtinuerit cessionem. In quo articulo si casus occurrerit maturè considerandum erit: interim tamen consulerem fideiussoribus, nè sponte soluerent, si facultas eis non esset conueniẽdi debitorem, confideiussorem, aut tertios bonorum eius possessores, antequàm actionis sibi cessæ tempora laberentur.

Posthæc

Posthæc diù scripta prodiit Mercurialis Merlinus *de pignorib. & hypothec.* qui *dict. quæst. 21. num. 72.* in hoc articulo ita scribit: *Decima tertia conclusio, præscriptio inducta per statutum contra creditorem spatio certi temporis differentem exactionem, locum habet etiam aduersus confideiussorem soluentē creditori principali: quia obstat præscriptio si agat contra confideiussorem, vt in dict. decis. 346. part. 6. recent. etiam si statutum excipiat casum fideiussoris soluentis pro debitore, vt in dict. decisione pleniss imè explicatur, & in Rom. pecunia 15. Nouemb. 1632. coram Pirouano,* hæc Merlinus: qui rem parùm aperit, nec prout nos distinguit: nisi apertius loquatur dict. decisio Rotæ 346. quam refert.

21 † Econuersò autē in præsenti quæri posset, an præscriptio, quæ non obstaret cedēti, obstet eius cessionario? Exemplum erit, si dominus directus cesserit alicui ius exigendi censum, seu annuas pensiones ab emphyteutâ, reseruato sibi directo dominio: tunc enim dubitatur, an præscriptio, quæ domino directo agenti ad pensiones cēsus non obstaret, Thesaur. *decis.* 179. *& addit.* Cancer. 3. *part. var. cap.* 4. *à num.* 175. Ripoll. *var. resolut. cap.* 7. *à num.* 47. eius cessionario obiici possit? Quam quæstionem latè ad partes disputant Fontanell. *de pactis nuptial. claus.* 4. *glos.* 18. *part.* 1. *à nu.* 136. *& claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 14. *num.* 35. Cancer. 1. *part. var. cap.* 12. *num.* 13. *& à num.* 14.

22 † De compensationis exceptione dubitatio etiam est, an quæ obiici poterat cedenti, obiici possit cessionario. Et cùm compensatio in rem sit, nó in personam, ob eamque causam fideiussori ex persona debitoris cōpetat, *l.* 4. *& 5. D. de compensationib.* quæ non competeret si non rei, sed personæ cohæreret, *l. exceptiones* 7. *D. de exceptionib.* vt rectè notat Ant. Faber *dict. lib.* 12. *coniect. cap.* 9. Costa *in tract. re integra diss.* 7. *nu.* 12. cum aliis quos nos suo loco congessimus, inde est, vt æquè noceat cedenti, & cessionario, Bart. *in l. qui duos in princ. D. de leg.* 2. Cynus *in l. eius, D. de compensat.* Bald. Angel. Alex. Guid. Pap. Thesaur. & alij ex antiquioribus quos refert, & sequitur Paul. Gallerat. *de renunciat. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 67. Bertazol. *claus.* 29. *glos.* 7. *num.* 3. (vbi quod exceptio in rem est) Gratianus 2. *tom. cap.* 356. *per tot.* Vander. *singul.* 34. *num.* 2. nouiter Frantzkius *d. resol.* 13. *num.* 16. *& per tot.* (vbi latè ostendit compensationē quæ obstaret cedenti obiici posse cessionario,) Hunnius statum referēdus *à num.* 18. Carpan. *ad Stat. Mediol.* 1. *tomo cap.* 447. *num.* 35. Dornsperg. *syntag. iuris lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 7. vers. *compensatione vtuntur,* Intrigliol. *cons.* 8. *num.* 9. *&* 10. (vbi quod exceptio cōpensationis est realis) Noalis *de transmiss. casu* 26. *num.* 14. Marta *in digest. nouiss. tom.* 3. *tit. de compensat. cap.* 34. Celsus Bargalius sup. Alex. Ludouis. & Addit. *decis.* 121. Giurba *ad consuet. Messan.* 1. *part. cap.* 9. *glos.* 9. *num.* 10. Amendol. ad Franch. *decis.* 353. *num.* 6. Osualdus *ad Donell. lib.* 15. *com. cap.* 43. *lit. O. & lib.* 6. *cap.* 15. *lit. Aa.* Cuiacius *lib.* 24. *obseru. cap.* 37. qui mouētur ex eo, quod compensatio solutionis loco est, eiusque effectum habet, *l. si constat cum l. sequenti, l. inuicem, C. de compensat. l. si ambo, D. eodem tit. l. si debitor, C. qui potiores in pignor. habeā-tur.*

23 Quam † communem sententiam ampliat Ioan. Bapt. Thoro 1. *part. cōp. decis.* verb. *compensationem debiti cessi. fol. mihi* 101. & cessionario compēsationem obiici posse probat, licèt debitor cessus creditori soluere cum iuramento promisisset, dummodò pauper esset: cuius doctrinæ veritas ex alia pendet, an debito iurato compensatio opponi possit? De quo videndi Rodriguez *de executione cap.* 6. *numer.* 9. Boerius *cons.* 14. Salazar *de vsu, & consuetudine, cap.* 1. *num.* 69. Olascus *decis.* 93. *per tot.* Tiraquell. *de retract. lign.*

lign. §. 3. glos. 3. per totã, multis relatis Castillo *3. tom. controuer. cap. 23. à n.* 78. Arias de Mesa *lib. 3. var. capit. 38.* Amato *1. tom. resol. 17. num. 12.* Riccius *collect. 800. 2032. & 2445.* Azeued. *in l. 1. tit. 21. lib. 4. num. 129.* Seraphin. *de priuilegiis iuram. priuileg. 74. à num. 35. & à num. 143. & à n. 158.* Visconte *concl. iuris*, verb. *debitor aduersus*, Puteus *decis. 192. part. 2.* Zeuallos *commun. quæst. 231. & de cognit. per viam violentiæ 2. part. quæst. 1.* Iacob. Cancer. *2. part. var. cap. 3. à n. 60* Alex. Trentacinq. *lib. 3. var. tit. de cõpensat. resol. 1.* Carpan. *ad statut. Mediol. 1. tom. cap. 42. num. 174. & 247.* Paul. Gallerat. *de renunc. tom. 1. lib. 5. cap. 4. num. 72. & tom. 1. lib. 1. cap. 5. num. 10.* Thoro *dict. 1. tom.* verb. *compensationis exceptio, & cons. vnico à n. 112. post votum* 84. Intrigliol. *cons. 8. à numer. 8.* Fachin. *lib. 1. controu. cap. 7.* Osuald. *ad Donell. lib. 16. comm. c. 15.*

24 Sed † licèt superior doctrina quòd compensatio quæ cedenti obstat, noceat etiam eius cessionario, verissima sit; tamen quia multipliciter limitatur breuiter inspiciendum erit an limitationes quas proponunt interpretes veræ sint. Prima limitatio colligitur ex Anton. Fabro *in C. ad tit. de compensationib. def. 3.* qui asserit cessionario ex causa onerosa, non obstare compensationẽ quæ cedẽti rectè obiiceretur, sequitur ex eodẽ Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 23. def. 3.* Hunnius *in Encycloped. iuris 3. part. tit. 29. cap. 3. num. 20.* Sed hæc limitatio ratione, & lege destituitur, & verius est, cessionario ex quocumque titulo siue lucratiuo, siue oneroso exceptionem compensationis opponi posse, Cancerius *2. part. var. cap. 6. num. 81.* vbi *num. 83. in fin.* asserit Anton. Fabrum loqui contra receptam & veram sententiam.

25 In eo tamen † assentior Ant. Fabro quem sequitur Castill. *tom. 4. controu. cap. 40. num. 82.* quatenus asserit, cessionario qui omnia bona cedentis obligata habebat, antequàm debitor cessus acquireret obligationẽ, & creditum quod compensare intendit, nullatenùs obiici posse compensationẽ, quæ cedenti obstaret. Quod verum esse existimo in quolibet cessionario, cui nullo modo obstabit exceptio cõpensationis orta ex contractu facto cũ cedente post factam cessionem, & ius iam quæsitum cessionario, Hunnius *dict. cap. 3. num. 19.* D. Salgado *dict. §. vnic. à nu. 25.* quorum resolutio non inelegãtèr limitari, & intelligi potest iuxta Frantz Kium cuius verba referemus *num. 27. in fin.*

Alteram † limitationem admittit 26
Castrens. *in l. eius 9. C. de compensationib. & in l. si quis in rem 34. ad finem, D. de procurat.* quem sequitur Angel. *cons. 259. pert otum*, qui defendunt, neutiquam posse cessionario compensationem obiici, si cessa sit actio priusquam cedenti compensatio obiiceretur. Sequitur Cutell. statim referẽdus *num. 80.* qui id intelligit, dummodo de cessione constet alitèr quàm per apodixam, vel schedulã priuatã. Quod fortiori ratione procedere asserunt, si cessionarius debitori denuntiasset cessionem, vel litem cum eo cõtestaretur antequam opposita esset compensationis exceptio: quia cùm is casibus, actio liberum transitum fecerit in cessionarium, non potest rursùs aliquo modo elidi. Et quemadmodùm debitori post factam denunciationem cessionis, vel litis contestationem, interdicitur soluendi facultas; sita & prohita est ei potentia compensandi, quæ adinstar solutionis est, sequitur multis relatis Gratian. *tom. 2. cap. 356. à nu. 26.* Marius Cutell. *de donation. contẽp. matrimonij tom. 1. tract. 1. discurs. 2 p. 10. à num. 74.* qui contra Gratianum defendit, post factam denũciationem cessionis, vel post litis contestationẽ debitorem cessum nec retentionis remedio se tueri posse, licèt cedentis bona pro credito de cuius compensatione agitur hypothecata, & obligata haberet, Vbi etiam *nu. 76.* asserit, mari-

to

to agenti nomine dotis aduersus debitorem cessum, non obstare compẽsationem ex personâ mulieris.

27 Quas† limitationes veras non esse existimo, & prima scilicèt quòd compensatio obiici non possit, si cessa sit actio priusquam cedenti compẽsatio opponeretur, displicet Anton. Fabro *dict. lib. 12. coniect. cap. 9.* Secunda verò quæ compensationẽ excludit post denunciationem cessionis, vel litis contestationem reiicit Bertazol. *dict. clauſ. 29. gloſ. 7. num. 4.* Nec quicquã oberit quod sicùt post denunciationẽ cessionis, vel contestationem litis, solutio facta cedenti non proficit, *l. 3. C. de nouationib.* ita nec vtilis esse debet compensationis exceptio, quæ obiicitur cessionario: quasi si cõpensationi huic locus foret, perindè esset, ac si cedenti solueretur. Nam longè diuersa ratio est, inter ius compensandi ortũ ante factam cessionem, & solutionem quæ fit post ius radicatum, & quæsitũ cessionario mediante denunciatione vel litis contestatione: quo tempore sicut non prodest debitori solutio: ità nec prodesset compensatio, si eius opponendæ ius natum esset post denunciationem, vel contestationem, vt in puncto firmat Frantzkius *dict. resolut. 13. à num 40. ad 48.* ibi: *Compensationem ortam post factam cessionem obiici posse cessionario, etiam si debitor cessus scientiam aliũde habuisset cessionis dũmodo denunciatum ei non fuisset nè solueret cedenti, vel interueniſſet aliud, de quibus in l. 3. C. de nouationib. quia tũc non obstaret compensatio, quæ obstaret cedenti; quemadmodùm. nec. proficeret solutio ei facta*, ex quibus verbis probatur etiã limitatio de qua *sup. nu. 25.*

28 Alia† etiam proponitur limitatio, quandò debitor cessus partem debiti soluerit, quo casu Castrẽs. Angel. Gratianus, & Cutellus vbi proximè, ius compensationis debitori denegant, quasi videatur iam integrum debitum agnouisse, *l. cum fidem, C. de non numerata pecunia, l. fideicommissum 50. §. final, D. de iudiciis*, proquo facit, quòd vbi cessionarius recipit partem debiti cessi, cedens liberatur, & nouatio facta intelligitur, Pereira *decis. 126. n. 7.* Gaitus *de credito cap. 2. num. 2416. in fine.*

Sed† nec hæc limitatio placet, nã 29
verius est, solutionem partis debiti etiam nullâ factâ protestatione, nõ impedire quò minus debitor opponere possit cessionario pro residuo agenti compensationis exceptionem, vel aliam quæ obstaret cedenti, agnoscit post Gabrielem, & alios Hypolit. Mõtan. *dict. cap. 4. num. 24.* in fine, Franc. Milanensis *decis. 1. num. 2. lib. 2.* Gratian. *dict. cap. 356. à num. 35.* ex Milan. & Gratian. D. Salgado *sup. num. 36.*

Pro† quibus mirabilitèr facit, quòd 30
debitor cessus, qui cessionario soluit, quod cedenti non debebat (vt supponit Thesaur. *decis. 221. num. 2.*) habet condictionem indebiti aduersus ipsum cessionarium: quia indebiti condictio quæ obstaret cedenti, eius cessionario etiam obstat, vt ex Bart. *in l. doli mali 19. num. 9. D. de nouationib. & in l. si donatarius, §. si quis indebitum, D. de condict. cauſ. data*, & aliis elegantèr probat Cancer. *part. 1. var. cap. 2. de Trebell. & Falcid. à num. 65. ad 71.* Ergò si debitor repetere potest à cessionario quod indebitè soluit, à fortiori poterit si residuum petat, opponere compensationis exceptionẽ, cùm facilius retentio, & exceptio cõcedatur quàm actio, & petitio, *l. per retentionem, C. de vsuris, l. 2. C. de fideicommiſ. l. patrefurioſo, C. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, cum aliis congestis à Velasco *in locis commun. lit. R. axiomat. 122.* Nec† dubitari potest quòd is qui per facti errorẽ omissa exceptione compensationis soluit, habet condictionem indebiti, *l. ſi ambo, §. ſi. quis igitur. D. de compenſat. l. qui inuicem 30. l. qui exceptionem 40. §. ſi pars, D. de condict. indebit. l. quod dicitur, §. penult. D. de impenſ. in reb. dotalib. fact.* Anton. Faber. *dict. cap. 9.*

Nec

32 Nec† obstat quòd ex solutione partis integrum debitum agnitum videatur. Quia vt rectè probat Gratianus, Mõtaner, & Milanẽs. locis relatis, id debitori cesso quò ad alias partes, seu futuras præstationes non præiudicat: et regulare est, quod soluens gratuitò partem debiti, non cogitur residuum soluere; maximè si ignarus alicuius legitimæ exceptionis sibi competentis soluisset, *l. cum de indebito*, vers. *pro parte*, *D. de probation. l. vltima*, *C. nè vxor pro marito*, videndus latissimè agens Hermosill. *in l. 6. tit. 1. part. 5. glos. 3. per totam*, Gratian. *decis. 146. num. 11. & in addit. à nu. 1.* Marius Muta *decis. 6. à num. 15.* Carleual. *de iudiciis lib. 1. tit. 1. disp. 2. à nu. 375.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 3. titul. 14. num. 34.* qui innumeros referunt in comprobationem.

33 Minùs† oberit, quòd per receptionem partis, cedens liberatur à cessionario, iuxta Pereiram, & Gaitũ. Quia liberatio locum obtinebit si cedẽti re verâ quantitas cessa debeatur; nõ verò si manifestè appareat, debitorem nihil debere, vel aliqua exceptione veluti compensationis tutum esse: nã tunc aduersus cedẽtem regressum habebit, vt ex Bart. Bald. & Paul. de Castro aduertit Bertazol. *clauſ. 29. gloſ. 7. num. 5.*

Diximus qualitèr exceptio compensationis, quæ obstaret cedenti, possit obiici eius cessionario. Ex aduersò nunc videndum est, an cessionarius possit compensare debitum sibi cessum contra creditorem suum. In quo dubio si lis iam super cessione contestata fuisset, certum est, cessionarium compensatione vti posse. Difficultas igitur versatur, quandò ante litem cõtestatam super cessione, de opponenda compensatione agitur. Et licèt videatur compensationi eo casu locum non esse, iuxta *l. in rem suam*, *D. de cõpensationib.* cuius verba sunt: *In rem suam procurator datus, post litis contestationem (vice mutua conueniatur, a-quitate compensationis vtetur.* Tamen verius est, etiam lite non contestatâ super iuribus cessis, cessionarium vti posse compensatione aduersus suum creditorem, quia *dict. l. in rem suam*, non excludit compensandi ius ante litem contestatam, vt ostendit Vlricus Hunnius *resol. iur. ciu. lib. 4. tract. de actionib. part. 7. quæst. 8. per tot.* ex Cuiacio *lib. 24. obseruat. c. 37.* Donello *in l. eius 9. C. de compensat.* Brisonio *de solutionib. tit. de compensat.* probat nouiter Georg. Frantz Kius *var. resol. lib. 1. resol. 13. num. 48.* Et creditori agẽti posse obiici compensationem debiti cessi, ex Tindaro, & aliis probat Amato *dict. resol. 17. num. 6.* sequitur nouissimè ex Amato, D. Salgado *dict. §. vnico, num. 27. & 1. part. cap. 6. nu. 67.*

Relatæ† à nobis doctrinæ non solùm in cõpẽsatione, sed in alia qualibet exceptione reali locũ habẽt. Nũc verò pro complemento realium exceptionum, antequàm ad personales transitum faciamus, inquirendum est, an vbi in actu cessionis debitor cessus interueniisset, & promisisset soluere cessionario, possit aliquâ aduersus eũ exceptione iuuari ex his quæ obstarẽt cedenti? In qua re existimauit Cancerius *dict. 2. part. cap. 6. num. 84.* quòd si delegatio facta non fuisset, sed tantùm debitor cessionario simplicitèr soluere promisisset, non ex eo debitor ius excipiendi, & compensandi amittit: quia promissio intelligitur facta de soluendo cessionario, ita tamẽ vt possit ei opponi quicquid cedenti obiici posset, cui opinioni fauere videtur Gasp. Ant. Thesaur. *quæst. forens. lib. 3. quæst. 111.* vbi decisum refert, debitorem, qui de mandato creditoris sui alteri soluere promisit, posse se aliqua legitima exceptione tueri, si vera delegatio non interuenit. 34

Verius† tamen est, debitorem cessum, qui cessionario absque protestatione soluere promisit, nulla se posse exceptione defendere: quia promittendo simplicitèr solutionem, remisse 35

se censetur exceptionem, quam sciebat sibi aduersus cedentem competere: ideò enim debitori cesso saluæ manent exceptiones contra cessionarium, quas haberet contra cedentem; cùm certum sit debitorem delegatum vti non posse exceptione vllâ quam haberet aduersus delegantem, *l. si quis delegauerit* 12. *D. de nouationib. l. si non debitorem, l. doli* 19. *l. si Titius, D. cod. tit.* ex eleganti discrimine inter cessionem, & delegationem: nam cessio nominis, non solùm ignorante, sed inuito debitore cesso fieri potest, Guzmã *de euictionib. q.* 35. *n.* 5. cum aliis relatis *sup. tit.* 1. *q.* 2. *à n.* 50. Vlricus Hunnius *var. resol. iur. ciuil. lib.* 4. *tract. de actionib. part.* 7. *q.* 4. *& in Encyclop. iuris p.* 2. *tit.* 5. *c.* 7. *à n.* 34. Leotard. *de iur. q.* 39. *n.* 2. delegatio autẽ non nisi cõsentiente, & promittente debitore perficitur, *l.* 1. *l. neque creditores* 6. *C. de nouation.* latissimè Gallerat. *de renũc. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 4. *a n.* 18. *ad* 25. Parlad. Donell. Brison. relati supr. *tit.* 1. *q.* 2. *in fin.* Leotard. vbi proximè. Quæ res effi cit, vt debitori cesso ius excipiẽdi non auferatur, quod vnquã remisisse cẽsetur: at verò debitori delegato ius excipiẽdi denegetur; quia patiẽdo se delegari, & promittẽdo soluere delegatario, exceptionẽ si quã habebat, remittere intelligitur, & quasi donare videtur, vt sentit Paul. *in d. l. si quis delegauerit*, Cyriac. *lib.* 3. *cont.* 214. *nu.* 6. Gallerat. *sup. n.* 16. vers. *hinc.* videdus Merlin. *cent.* 1. *c.* 91. *per tot.* vbi latè oſtẽdit, exceptionẽ quæ obstaret delegãti, nullatenùs opponi posse delegatario, Brison. *de solut. lib.* 2. *de delegation.* Donell. *lib.* 6. *c.* 20. *vbi Osuald. lit. M. & N.* Bertazol. *clauſ.* 23. *gloſ.* 14. Cãcer. *d. c.* 2. *a nu.* 65. qui quò ad ius excipiendi hoc agnoscit discrimen inter cessionem, & delegationem.

Cùm igitur quãdo debitor nõ solũ
36 tacitè assentitur cessioni, sed expressè cessionario soluere promittit, cesset ratio quæ ei ius excipiẽdi conseruat, imò adsit qualitas quæ debitori delegato adimit excipiẽdi facultatẽ, idest eius cõsensus, & præsũpta exceptionis remissio, & cõdonatio: inde est vt statẽ liberã, & simplici promissione soluẽdi, nõ possit debitor opponere cessionario exceptionẽ realẽ, quæ obstaret cedẽti, Leotard. *de iur. q.* 71. *n.* 30. (vbi in specie asserit, eũ qui promisit marito ex causâ dotis aliquã quãtitatẽ, quã putabat sedebere sponsæ, secuto matrimonio nõ posse se tueri exceptione aduersus maritũ, quòd indebitũ promisserit) idẽ Leotard. *d. q.* 94. *a n.* 77. qui loquitur in exceptione metus, & vsurę, & limitat in minore, & muliere, cõducit elegãtèr Scaccia *de cõmert. §.* 2. *gl.* 5. *a n.* 280. Ne aliòqui aut frustra, aut fraudãdi cessionarij causâ, debitoris cõsensus adhiberetur, cũ in id præcisè præsumatur requisitus, vt eriperet debitori cuiuslibet exceptionis defensionẽ, si eam sibi cõpetere in actu promissionis protestatus nõ fuit, quã sententiã expressè tnetur Thesaur. *d. dec.* 221. *nu.* 3. (qui in exceptione cõpẽsationis loquitur, sequitur D. Salgado *sup. n.* 35.) & iuxta eã decisũ refert Guzmã *de euict. q.* 60. *a n.* 27. *& q.* 5. *n.* 41. Schifor. *lib.* 3. *tract.* 23. *q.* 19. vers. *primus casus*, prædixerat elegantissimè Ant. Fab. *in suo C. ad tit. de oblig. & action. def.* 1. *& lib.* 12. *conject. c.* 11. *per tot.* vbi asserit id procedere, si debitor cessus tempore promissionis sciat sibi exceptionẽ cõpetere, secùs si ignorauerit; etsi in delegatione ignorãtiæ ratio nõ habeatur. Ant. Fab. verba referã, tũ quia huius grauissimi viri opera, & maximè suarũ cõiecturarũ libri practicis cõmunes nõ sunt, tũ quia ex ipsis verbis huius rei ratio, & differẽtia inter cessionẽ, & delegationem aptiùs percipietur, Fabri verba sũt: *Atsi exceptionẽ sibi cõpetentẽ ignorauit debitor cũ cessioni expressim cõsensit, nõ est æquũ, vt eodẽ iure censeatur, quo si facta esset delegatio, quia cùm per huiusmodi cessionem etiam consentiẽte debitore factam, non sit liberatus cedens à cessionario, qui saluam in cedentem habet pristinam actionem, consequens est, vt hic locum non habeat, ratio illa*

qua mouetur Paulus, cum delegatio facta est: quia ille suum recepit: *Qua ratione cessante, facit pro debitore cesso, qui per ignorantiam cessioni consensit, quod eius facilitatem, & imprudentiam circumuenire non oporteat.* Adeò vt nec distinguendum sit meo iudicio, an probabilis ignorantia fuerit, necne, hoc est, an ex proprio, an ex alieno facto descendat, cùm satis superque sit, iuris rationem facere pro cesso debitore, nec in damno illo morari creditorem: quèadmodum ex contrario facta delegatione, nec scientiam ab ignorantia distinguimus, nec ignorantiam probabilem ab improbabili, sed omnimodo tuemur eum, cui delegatio facta est, vt nullâ exceptione repelli possit. Alia non contemnenda prosequitur Ant. Fab. circa exceptiones quæ delegatario nocēt, de quo vi dendus Brison. sup. Guzman *d. q.* 5. *n.* 42. Bertazol. *claus.* 33. *glos.* 14. latiùs
37 Bargal. *de dolo d. lib.* 4. *c.* 2. *à num.* 35.

Transgrediamur † ad exceptiones personales, quæ non actionē, sed cedē dentis tantùm personam seu vitiū respiciunt, quæ an cessionario obstent in obscuro etiam est? vt apparet ex latè traditis per Brunor. à Sole *quæst. legal q.* 10. *per tot.* Hunnius *d. q.* 9. & alij Doctores statim referēdi. Ex quorū scriptis triplex colligitur distinctio. Prima est, attendendum esse, an cessionarius vtilem suo nomine, vel directam nomine mandantis actionem exerceat: nàm primo casu cedentis vitium, seu exceptio personalis cessionario non nocebit: in alio verò casu quæcùmque exceptio personalis ei obstabit. Secūda distinctio est, quòd cessionario agenti ex causa lucrativa obstat exceptio personalis: non autē si ex causa onerosa cessionem habeat. Tertia distinctio est, personalem exceptionem obstare cessionario, si cessio ex causa voluntaria sit, secùs verò si fuisset ex causa necessaria. Primā, & secundam distinctionem communiter apud omnes inuenies: tertiam verò sequutus fuit Paulus Galleratus *de renunciat. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 66.

Nos autem † eam sententiam amplectimur, quæ distinguit, inter cessionarium ex causa onerosa, vel lucrativa; vt huic obstet exceptio personalis; illi verò minimè præiudicet. Facit in comprobationem quòd si cedēs propter aliquam qualitatem, vel respectū personalem capere, seu carcerare non possit debitorem (vt † carcerari non 39
potest pro debito virtute instrumenti guarentigij, pater & mater ad instantiam filiorum, Franch. *decis.* 366. Paschalis *de vtrib. p.* 2. *c.* 9. *n.* 13. Gaito *de credito c.* 3. *à n.* 1082. vbi idem procedere asserit in aliis ascendentibus, & parentibus spiritualibus: et † socer 40
qui ad instantiam generi non carceratur, sequitur Paschalis sup. Rodrig. *de executione, c.* 5. *nu.* 59. qui refert Parlador. 2. *part. rer. quot. c. fin.* 5. *p.* §. 6 *nu.* 18. videndus Viscōte, & Amendola *ad Frāch. decis.* 162. Franch. *decis.* 164. vbi addit, *& dec.* 366. Similitèr † nec 41
carceratur frater virtute instrumenti guarentigij, ad instantiā fratris, vt resoluunt Thesaur. *decis.* 119. Paschal. *d. c.* 9. *n.* 20. Gaito *sup. nu.* 1105. Viscōte, & Amendola ad Frāch. *d. dec.* 162. quę sentētia æquior est, licèt contrariā teneat Baeza, quē sequitur Hering. *de fideiusor. c.* 27. *p.* 4. *num.* 91. Gironda *de priuil. q* 88. *à n.* 415. Hi † etiā qui non 42
nisi in quantū facere possunt cōueniūtur, pro debito ciuili carcerari nō possunt, Gait. *n.* 1195. Paschal. *n.* 13. Mancius *in patrocinio debitorū decad.* 1. *q.* 7 *n.* 82. *& à n.* 85. *& decad.* 3. *q.* 1. *n.* 110. Rodrig. *de execut. c.* 5. *n.* 59. qui asserit, maritū, nec eius filios heredes pro debito dotali, vel paraphernali carcerari nō posse) si cedat actionē suā alij, in quo deficiat qualitas reuerentiæ, vel cōsanguinitatis, quæ impedit capturā in cedēte, poterit cessionarius ad captura procedere, & facere carcerari debitorem cessum, si ex causa onerosa habuerit cessionem; secùs verò si ex causa lucrativa, vt resoluit Cancer. 2. *part. var. cap.* 3. *à num.* 98.

Facit † singulariter Marius Cu- 43
tellus *de donationibus contemp. matri-*

trimonij tractat. 1. *discurs.* 2. *part.* 10. *numer.* 68. à versic. *iuxta*, qui asserit, quòd si maritus tempore contrahendi matrimonij in pactis nuptialibus promisit dare mulieri quotannis certam quantitatem ratione recameræ, (quæ promissio apud magnates frequentissima est) & pro debito vxoris hæc actio contra maritum in causam iudicati capta sit, & adiudicata creditori cum cessione iurium; quòd potest creditor, qui ex causa onerosa successit mulieri, agere contra maritum faciendo eum carcerari, licèt ipsa mulier, aut heres eius id efficere non possent, argumẽto *l. si post diuortium* 27. *D. soluto matrimonio*, vbi Alexander.

44 Quam † Marij Cutelli doctrinam difficilem reddit I. C. Paulus *in l. si maritus* 36. *D. soluto matrimonio*, vbi proponitur, dote mulieris publicatâ, Fiscum non posse maritum vltra quàm facere possit conuenire, nè in perniciem mariti mulier puniatur: ergò idem in creditore mulieris cui dos adiudicata fuit, procedere debet, cùm validum sit argumentum de contractibus, ad delicta, & è contrà, *l. omnem D. de iudiciis, iunctaglos. in l. heres absens*, §. 1. *D. eodem titulo*, Velasc. *in locis cõmun. lit. A. axiomat.* 373. Cui difficultati quam nullus quem viderim expendit: Respondendum cẽseo, creditorem, cui ex causa onerosa cessæ sunt actiones, longè differre à Fisco, qui in bonis delinquentis eiusque actionibus ex confiscatione successit: nàm creditor ex causa onerosa cessionem habet; 45 Fiscus † verò non iure creditoris, seu tanquàm creditor succedit in bonis delinquentis, sed quasi successor, & anomalus heres reputatur, *l. inter eos*, §. *vltimo.* illic: *vt heredis*, *D. de fideiussorib.* vbi glos. & Bart. Trentacinq. *lib.* 1. *variar. tit. de iure Fisci, resol.* 2. *nu.* 2. vers. *& ideò*, Intrigliol. *cõs.* 212. *à nu.* 32. *& per tot.* in eumque iura tàm actiua, quàm passiua transeunt, vt latè ostendimus *sup. tit.* 3. *quæst.* 9.

46 Solutioni † & interpretationi nostræ non parũ fauet, quòd legatarius vxoris, qui cessionẽ à lege habere dicitur, & ab herede directarũ actionum mandatum potest desiderare, *l. ex legato, C. de legat.* quia mulieris successor ex causâ lucrativa est, si aduersus maritum dotis debitorẽ agat, non potest eũ vltra quàm facere possit conuenire, eâdemq; exceptione, & beneficio excluditur, per quod ipsa mulier si ageret repelleretur, vt in specie (licèt nihil referat) probat Fõtanell. *de pact. nuptial. claus.* 7. *glos.* 3. *p.* 11. *nu.* 85. vbi latè *à n.* 1. *& per tot.* de beneficio mariti, vt prò dote non nisi in id quod facere possit conueniatur: et quibus hoc priuilegium etiam competat, & de effectu, & materia huius exceptionis, videndi Melo *de induciis debitorũ*, *q.* 5. Mancius *in patrocinio debitor. decad.* 3. *q.* 1. *cum segg.* Paschalis, Rodrig. & Gaito sup. Giurba *ad consuet. Messan. cap.* 13. *glos.* 6. *à n.* 40. Rodrig. *de execut. c.* 6. *n.* 25. Camill. Borrell. *in summ. decis. tom.* 1. *tit.* 48. *à n.* 83. Muta *decis.* 94.

Rursùs † etiam in superioris distinctionis confirmationem facit, quòd vbi statutum viget, quòd causæ cõsanguineorum compromittantur, si consanguineus cedat extraneo actionem quam habebat contra consanguineũ, cessionarius non poterit compelli ad compromittendum, si ex causâ onerosâ cessa fuerint iura; secùs autem si ex causa lucrativa obtinuisset cessionem, vt in terminis distinguit Camill. Borrell. *in sum. decis. tom.* 1. *tit.* 63. *à n.* 23. videndi Carp. *ad stat. Mediol.* 1. *tom. c.* 115. *n.* 80. Marius Muta *decis.* 14. *à n.* 11. *ad* 15. Paul. Gallerat. *d. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 67. *&* 74. qui ad prædictæ distinctionis terminos reducendi sunt. 47

In † excommunicationis, vel banni exceptione, dissentientes inuenio iuris nostri interpretes; nàm alij cessionario obstare asserunt exceptionẽ excõmunicationis, vel banni, quæ obstaret cedẽti, si cessio ex causa lucrativa esset, nõ verò si ex causa onerosa fieret, vt tenent Brunor à Sole *q.* 10. *per* 48

tot. Bertazol. *clauſ. 29. gl. 7. n. 2.* Marta *de iuriſd. p. 3. c. 9. n. 5.* Nouar. *lib. 1. q. foren. q. 118.* Alij vero diſtinguendum eſſe dicunt, an ceſsionarius directas mãdantis nomine actiones exerceat, an verò vtilibus experiatur; vt primo caſu exceptiõ ei obſtet; in alio verò ei non præiudicet, ex Ant. Mals. Carpan. & Barcio, Arias de Meſa *lib. 1. var. c. 21. n. 5.* Maranta *in l. ſi actor, D. de procuratorib. n. 28.* Gallerat. *d. c. 4 nu. 74.* Acoſta *de priuileg. creditor prælud. 2. n. 10.* Sunt etiã qui indiſtinctè aſſerant, ceſsionario nõ obſtare excõmunicationẽ cedentis, inter quos refert Carpan. *adſtat. Mediol. 1. tom. c. 42. n. 85.* Poſthium *de manut. ẽt. obſerua. 68. n. 30.* Et ceſsionario etiam ex cauſa lucratiua non obſtare excõmunicationis exceptiõnẽ, quæ cedentẽ repellerẽt à limine iudicij, ſentit Ant. Fab. *d. lib. 12. coniect. c. 9.* quas opinionẽs nullo tamen ex his quorũ nos memini muslaudato, referunt Ricciulus *de iure perſon. extragremium Eccleſiæ lib. 4. c. 29. per tot.* Cellus Bargal. *de dolo lib. 4. cap. 2. num. 30.*

49 In qua † varietate, vt meum expoñã iudicium, aduerto prius, ceſsionem factã ab excõmunicato, ſiue ex cauſa oneroſa, ſiue lucratiua fiat, validã eſſe: quia excõmunicatus poteſt iura ſua cedere, & donare, vt in inuiduo probat Brunor à Sole *d. q. 10. nu. 11.* Marta *de iuriſd. d. c. 9. n. 4.* Et cõtractus ab excõmunicato celebrati etiã ſi ſui fauorẽ concernant, validi ſunt, *c. fœlicis §. verum de pœnis lib. 6.* Innoc. *in cap. veritatis de dolo, & contumacia,* Couarr. *in c. alma mater p. 1. §. 1. n. 9.* Suarez *tom. 5. diſput. 15. ſect. 8. n. 8.* Selua, Spino, & alij quos ſequitur Ricciul. *d. lib. 4. c. 57. à n. 8.* verſ. *contraria,* multis relatis Carpio *de executor. teſtam. lib. 1. c. 9. n. 43.* D. Anguiano *de legib. lib. 1. controu. 6. num. 63.* Virgilius *de legitimatione perſonæ, cap. 34. num. 51. &* 52. Et † matrimonium contrahere, &
50 profeſionem religionis emittere poteſt, *cap. ſignificaſti, de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adult. cap. cum illorum 32. §. qui clauſtrales de ſentent. excommunication.* Anguianus, & Ricciulus ſupra; qui per totum *c. 57.* latiſsimè proſequũtur, & limitãt.

Quo † animaduerſo, cùm quærimus, an excommunicationis exceptio, quæ obſtaret cedenti, obſtet ceſsionario, intelligendum eſt, non quòd ita obſtet, vt eum penitùs excludat ab agendo, quaſi ceſsio nulla ſit; ſed tantùm an debeat repelli à limine iudicij, dùm cedens in excommunicatione perſeuerat, quemadmodum cedens ipſeſi ageret repelleretur, quouſque conſequeretur abſolutionem *ad text. in cap. intelleximus, de iudiciis, capit. 2. cap. cum inter 5. cap. exceptionem 12, de exceptionibus, c. 1. eodem tit. lib. 6. cap. decernimus de ſentent. excommunicat. lib. 6.* Cùm enim dubitatio eſt, de effectu huius exceptionis, attendẽdum non eſt, an cedens tẽpore ceſsionis fuerit excommunicatus, necnè; ſed id tantùm conſiderandum, an tempore quo ceſsionarius agit, cedens excommunicationis vinculo ſit ligatus: parùm namque intereſſet, quòd tempore ceſsionis, cedens excommunicationis vinculo non eſſet irretitus, ſi tempore quo ceſsionarius agere incipit, extra Eccleſiæ communionem eſſet; è contra verò nihil obſtaret ceſsionario, quòd ceſsionis tempore cedens extragremium Eccleſiæ fuiſſet, ſi cùm ipſe in iudicio comparet, cedens iam meruiſſet abſolutionem, & reconciliatus eſſet Eccleſiæ. 51

Hoc † igitur ſuppoſito, ſi propter excõmunicationem in qua exiſtit cedens, intẽdat debitor ceſſus ceſsionarium agentem excludere, verius eſſe exiſtimo, audiendum non eſſe, ſiue ceſsionarius ex oneroſa, vel lucratiua cauſa ſucceſsiſſet, vt rectè ſentit Anton. Faber ſup. Ioann. Andreas Bartol. & Baldus quibus aſſentire videtur Ricciulus *dict. cap. 29. num. 6.* verſ. *cõtrariã.* Quod ego accipio, dũmodò non directas nomine mandantis, ſed 52

vtiles

vtiles ex sua persona actiones exerceret, maximè si ex causa lucratiua iura cessa haberet.

53 Vno † tamen casu asserit Ricciulus *sup. num.*5. excommunicationis exceptionem indistinctè obstare cessionario, scilicèt quandò omne commodum actionis cessæ, peruenturum esset ad cedentem, argumen. *l. sed si Iulianus, §. sed etsi mulier, & §. apud Iulianum, D. de doli mali. & met. except.* quæ limitatio quamuis verissima sit, tamẽ de eo dubito, quonãmodo cessionarius dici possit is, adquem actionis cessæ commodum, & pecunia exacta non debeat peruenire, vt aduertimus *sup. tit. 6. quæst. 2. num...*

Illud † non omittam, quòd etsi ex-
54 communicationis exceptio post litẽ contestatam, & in quacumque parte iudicij opponatur, *dict. cap. exceptionẽ 12. de exceptionibus*, Virgilius *d. c. 34. num. 2.* adeò vt quamuis scientèr omissa, vel non probata sit, possit semèl, & iterùm opponi, *cap. 1. de exceptionibus lib. 6. Clem. vnica eod. tit.* tamen id intelligendum est, vbi ipse excommunicatus ageret; non verò si ageret eius cessionarius, cui si ante litem cõtestatam non opponeretur de excommunicatione cedentis, postea ei hæc exceptio non noceret: quia in cessionario cessat ratio quâ mouentur Pontifices, scilicèt, periculum animæ, & communicationis; quæ efficit, vt in quacũque parte iudicij hæc exceptio admittatur

De † exceptione doli, an quæ obs-
55 taret cedenti, obstet eius cessionario videndus latè disputãs Celsus Bargal. *d. lib. 4. c. 2. à num. 29. ad 35.* Ant. Faber *dict. lib. 12. coniect. cap. 9.*

56 Restat † nobis pro nostræ quæstionis complemento, remouere scrupulũ quem iniicere videtur Consultus *in l. nemo plus iuris, D. de reg. iur.* quâ cauetur, neminem plus iuris in alium transferre posse, quam quod ipse habet: ex quo dici solet, quòd quæcumque ipsis qui cõtraxerunt obstant, eorũ successoribus similitèr obstabunt, *l. quod ipsis, l. in omnibus, §. non debeo, D. de reg. iur. l. inuitus, §. pleramque, D. eod. tit.* vndè videtur quãcumque exceptionẽ quam pateretur cedens, opponi posse eius cessionario, nè alias successor meioris conditionis sit, quam prædecessor à quo ius, & causam habet. Respõdẽdum enim est, id procedere vbi eadem ratio in cedẽte, ac in cessionario militaret; secùs verò esset, si exceptiones quæ inefficacem reddebant actionem in cedente, locum non haberent in personâ cessionarij: quia tunc apud eum actio cessa efficax esset: cùm multotiès eueniat, vt actio quę propter vitium, vel qualitatem personæ cedentis, in eo inanis est, sit vtilis in personâ cessionarij, *l. Papinianus 38. D. m. ã dati, l. cẽ is 36. de fideiussor. l. si minoris 25. D. de admin. tut.* vltra relatos *supra*, Arias de Mesa *lib. 1. var. c. 44. nu. 20.* elegantèr Monter à Cueua *dict. de cis. 25. per tot.* præcipuè *à num. 24.* Cutell *sup. num. 73.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem an rectè deferatur cessionario, & an iurare de calumnia, & positionibus respondere debeat?*
2 *Iuramẽtũ in litẽ dicitur, quia per illud res de qualis est æstimatur, & de verâ eius diffinitione.*
3 *Iuramenti in litem inducendi ratio, & quotuplex eius sit diuisio. Laudatur doctissimus* D. D. Martinus de Larreatigui.
4 *Iuramentũ in litẽ non alij defertur quã ei qui benè informatus sit de rei valore.*
5 *Cessionario iuramẽtũ in litẽ deferẽdũ nõ esse videtur, quia cedẽtis factũ ignorare præsumitur, cõtra* nu. 7.
6 *Negotiorum gestori, & procuratori non defertur iuramentum in litẽ, & quid si procurator habeat speciale mandatum*, ibid.
7 *Heredibus, & vniuersalibus succes-*

cessoribus iuramentum in litē defertur, declara vt num. 10.

8 *Facultas iurandi in litem transit in successorem Ecclesiasticum.*

9 *Iuramentum in litem defertur ei, qui litem suo nomine contestatur.*

10 *Cessionario benè informato iuramētum in litem defertur, aliàs secùs.*

11 *Iuramentum in litem, quod affectionis dicitur, vbi cessionario defertur, an secundum suam, vel cedentis affectionem iurare debeat? vbi quid in aliis successoribus.*

12 *Cessionarius in animam propriam de calumnia iurare debet*, & numer. 14.

Iuramentum calumniæ quæ contineat?

13 *Aduocati, & procuratores an iurare de calumnia compelli possint?*

15 *Cessionarius actionis in iudiciū deductæ compelli potest vt iuret, an velit vti instrumentis præsentatis per cedentem ante cessionem.*

16 *Cessionarius potest iurare de calumnia in animam cedentis.*

17 *Debitor cessus rectè desiderat, vt cedens iuret de calumnia, vel vt positionibus respondeat.*

18 *Positionum non datur copia, & quis respōdere eis tenetur sine præsentia, & consilio aduocati, vel procuratoris; nisi esset rusticus.*

19 *Positionibus quando respondere teneatur cessionarius, vel creditor, etiam post decem dies executionis, vel post conclusum in causa.*

20 *Cessionarius contraueniens pacto, & transactioni factæ per cedentem, non incidit pœnas*, l. si quis maior, C. de transact. cum sequētib.

21 *Cessionarius non potest contravenire pacto, & transactioni cedentis: et omnia ad quæ ipse tenetur obseruare cogitur.*

22 *Promissio iurata defuncti in heredem eius sub pœna periurij non transit.*

23 *Hæres eius, qui iurauit contractū, ratione iuramenti ad forum Eccle siæ trahi non potest.*

Successores in Ciuitate, Collegio, vel Vniuersitate, qualitèr teneantur ex contractu iurato prædecessorum.

24 *Pœna* dict. l. si quis maior *habet locum in fauorem heredis, successoris, vel cessionarij eius cui iuratū fuit.*

25 *Cessionarius cui cessum fuit creditū in totum, vel pro parte iam exactum; an incidat in pœnas plus petentium, vel stellionatus?* cum num. sequentib.

26 *Stellionatum committunt, qui debita iam exacta iterùm in iudicio petunt.*

Pœnæ plus petentium quæ sint, & an eas euitet, qui ante litem contestatam pœnituit.

27 *Ignorantiæ iustam habet causam, qui in alterius ius succedit.*

28 *Debitor an possit cum iuramento integrum debitum negare, si actor petat plus quàm debebatur, vel quod solutum iam erat.*

29 *Cessionarius si ignorantèr plus petat, vel exigat debitum iam exactū nullas pœnas incurrit: secùs si sciēter*, & num. 31.

30 *Regula* text. in l. qui in alterius 42 D. de regul. iuris, *an in reo, & in actore locum habeat.*

Clausula in libello, vel in petitione executionis adiecta, cū protestatione recipiendi in computum quicquid solutum constiterit *liberat à solutione decimæ, & expensarum.*

31 *In expensis litis non condemnatur, qui legitimam habuit litigandi causam, sed qui temerè agunt.*

32 *Creditor ex duplici iure: proprio scilicèt, & cesso, si petat in iudicio, vel recipiat pro residuo intelligitur de credito proprio, non de cesso*, intelligitur, vt num. 35. & 36.

33 *Creditor petens in iudicio partem debi-*

debiti pro residuo, nihil vltra sibi deberi confitetur: idem erit si petat centum, quæ tantùm sibi debentur.

34 *Creditor qui recipit à debitore offerente pro residuo partem debiti, non excluditur, vt residuum petat.*

35 *Creditor ex duplici causa si pro residuo accipiat, intelligitur de proprio credito tantùm, vel de eo tantùm pro quo egerat,* & num. 36.

37 *Fideiussor, qui soluit partem debiti pro residuo, si actione mandati, vel virtute cessionis agat contra debitorem: an possit à debitore integrũ debitum exigere?*

38 *Creditor, qui agit vel recipit pro residuo, præsumitur de aliâ quantitate satisfactus: non tamen excluditur probatio in contrarium.*

39 *Instantia iudicij cœpta per cedentẽ, an transeat in eius cessionarium, remissiuè.*

MISCELLANEA CASUUM, circa præsentis tituli materiam.

1 CVM † huius sexti tituli disputatio sit, de potestate cessionarij in iudicio, opportunè inquiremus, an iuramentum in litem deferri possit cessionario; et an iurare de calumnia, vel positionibus respondere debeat?

2 Iuramentum † in litem ideò dicitur, quia per illud res de quâ lis est æstimatur: diffinitur vt sit *æstimatio rei de qua lis est per actorem facta, sub iuramento à iudice delato,* quam diffinitionem ex Donell. & Cuiacio refert doctissimus D. D. Martinus de Larreategui *select. iur. ciuil. lib. 3. cap. 2. num. 1.* cum qua ferè conueniunt aliæ diffinitiones adductæ per Farinaciũ *infragmen. lit. I. num. 978.* & Vvesembec. *ad tit. de in litem iurando, num. 2.* de quo iuramento agit Leotard. *de Vsuris q. 77. per totum.*

3 Huius iuramenti † inducendi rationem describit elegantèr D. Larreategui sup. qui *cap. 3. per totum* probat, iuramentum in litem duplex esse, alterũ veritatis, alterum affectionis, Donell. *lib. 26. com. cap. 6. & cap. 10.* Quæ diuisio magis communis est, quam alia quæ probat, iuramentum in litem vnicum esse, id est veritatis: longèque verior, quam ea quæ hoc iuramentum, in iuramentum veritatis, affectionis, & singulare scindit, vt colligitur ex Farinacio *sup. à n. 981.* Vbi *n. 989.* accuratè refert differentias inter iuramentũ in litem, & iuramentum quod litisdecisorium nuncupatur.

4 Cùm igitur † per hoc iuramentum, quod in litem dicitur, interesse damnũ passi ob rem non traditam, & ipsius rei æstimatio probetur, *l. 1.* verb. *æstimatur, l. 2.* ibi: *Solum æstimatur, l. 3.* ibi: *Nummorum æstimatio, l. 4. & 5. D. de in litem iurando,* Farinac. à *num. 989.* Hermosill. *in l. 8. tit. 3. p. 5. glos. 4. num. 5.* necesse est, quòd is cui iuramentum defertur, benè informatus sit de re superqua iurandum est: accipiti enim, & ignoranti iuramentum hoc non defertur, *cap. qui exigit,* & ibi Archidiacon. *22. quæst. 5.* Plotus *de in litem iurando, §. 51. nu. 6.* Phanucius *in eodem tract. part. 2. cap. 4. num. 4.* Cyriac. *lib. 1. cont. 13. nu. 2. & 7.* Osuald. *dict. lib. 26. cap. 7. lit. B.* Scobar *de ratiociniis cap. 9. num. 39.* qui ex Baldo probat, iuramentum in litem ei solùm deferri debere, qui verosimilitèr præsumitur scire rei veritatem.

5 Ex quo † in dubium reuocatur, an cessionario iuramentum in litem deferendum sit? Et quòd ei deferri non debeat, ex Alex. Ruino, & Paril. tenet Phanuc. *de iuram. in litem part. 2. cap. 4. num. 6.* quem sequi videtur Farinac. *sup. 1043. verſ. & rursus.* Pro quibus facit primò, quòd cessionarius cedẽtis factum ignorare præsumitur. Secũdò † quòd procuratori, aut negotiorũ 6 gestori

gestori iuramentum in litem non defertur, Farinac. *nu.* 1047. Camill. Borrell. *in sum. decis. tom.* 1. *tit.* 52. *nu.* 75. Anr. Faber *in rationali ad l.* 7. *D. de in litem iurando*, Douell. *d. lib.* 26. *com.* 7. vbi eam reddir rationem, quod procuratori vera rei æstimatio, & affectio domini ignota est. Et licèt Borrell. & Farinacius id limitent in procuratore qui habet speciale mandatum; tamen hæc opinio displicet Osualdo ibi *lit. B.* qui eam erroneam, & sine ratione appellat. Facit etiam pro hac sententiâ alia Leotardi quâ retulimus sup. in Miscellanea *tit.* 3. *nu.* 17.

7 Contrarium † tamen, quòd iurandi in litem facultas trãsferatur in cessionarium, & singularem successorem, tenet post alios quos refert Plotus *de in litem iurando num.* 624. pro quo facit, quòd heredibus, & vniuersalibus successoribus iuramentum in litẽ deferri potest, *l. pennlt. §. fin. D. nè quis eum qui*, ibi: *Heredibus autem ita dabitur, si eorum interfit*, multis relatis Hermosill. *in dict. l.* 8. *glos.* 6. *num.* 18. ergò idem in successore singulari admittẽ-

8 dum est: maximè † cùm facultas iurãdi in litem transeat in successorem Ecclesiasticum, vt in Episcopum, Abbatem, Canonicum, Beneficiatum, Farinacius *numer.* 1043. Secundo † facit,

9 quòd his iuramentum in litem defertur, qui domini litis sunt, & suo nomine litem contestantur, *l. Vulgo, D. de in litem iurando:* at cessionarius litis dominus est, eamque suo nomine, & ad suum commodum contestatur: ergò in litem iurare poterit.

10 Has † tamen contrarias sententias facilè conciliabis, si distinguas, an cessionarius rectè instructus sit, & informatus de vero rei valore; an verò æstimationis ignarus sit: nàm si rei notitiam haberet, iurare in litem posset; sin verò anceps, & ignorans esset, iuramenti delationem non rectè desideraret. Quæ distinctio nõ solùm in successore singulari, & cessionario admittenda est, sed etiam in herede, & successore vniuersali, qui non alitèr in litem iurat, quàm si benè instructus, & informatus sit, Hermosill. *dict. nu.* 18. *in fine*, Osuald. *dict. cap.* 7. *lit. B.* qui refert Costam *de iuris, & facti ignorãt. cent.* 1. *distinct.* 99. *num.* 5. Camill. Borrell. *dict. tit.* 52. *de iuram. in litem nu.* 66. Scobar *dict. cap.* 9. *à num.* 33. Marta *in Digest. nouiss. to.* 1, verb. *iuramẽtum in litem, cap.* 6. *&* 7. latè Noalis *de transmissione casu* 54. *per totum, & num.* 18. Farinacius *sup. à num.* 1042. Vbi *num.* 1046. explicat, quandò heres dicatur verosimilitèr informatus.

Illud † verò posset non insubtilitèr 11
dubitari, an vbi cessionario iuramentum in litem, quod affectionis dicitur, defertur, teneatur iurare secundum affectionem suam, an verò iuxta cedentis affectionem? Quod dubium neque in cessionario, neque in herede, alio vè successore disputatum vidi: credetem tamen non auctoris, sed propriã heredis, successoris, vel cessionarij affectionem considerandam esse. Et diù posthæc scripta inueni ita sentientem ex Alex. & Ploto, Noalis *d. cau* 54. *num.* 15.

Iuramentum † calumniæ in ani- 12
mam propriam an cessionarius præstare teneatur, & an simùl à cedente hoc iuramentum exigi possit? expedit vt videamus. Et prius aduertendũ est, hoc iuramentum quinque continere. Primum, quòd iurans credit se in agendo, vel respondendo bonam causam fouere. Secundum, quòd interrogatus non negauit quod verum esse intelligit. Tertium, quòd nullis falsis vtetur probationibus. Quartũ, quòd nullam dilationem in fraudem sit petiturus. Quintum, quòd illius causæ ratione neminem muneribus corrumpet; neque quid dedit directè, nec indirectè. Quæ colliges *ex l.* 2. *C. de iure iurando propt. calum. authen. principalis, C. eodem titulo, authen. vt litigantes iurent in princ.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom.* 1. *tit.* 51. *de iuramẽto calumniæ num.* 7. latissimè de hoc iuramen-

to

to calumniæ Hunnius *in Encyloped. iur. 2. p. tit. 11. per tot.* qui innumeros refert.

13 Quod † iuramentū extra dubiū videtur, cessionarium in animam suam recusare non posse; cùm illud quilibet procurator in animam suam præstet, Rota *in nouiss. decis. 37. & 40.* Petrus Greg. *syntagm. iur. lib. 48. cap. 2.* Marta *indigest. nouiss. 1. tom.* verb. *iuramẽtam calumniæ, cap. 2.* Borrell. *sup. à n. 19.* Vbi *num. 23.* ad aduocatos iurandi de calumnia necessitatem extendit, licèt fateatur, & agnoscant quos ipse refert, id in vsu non esse; nàm etsi *in l. rem nouam, C. de iudiciis,* expressè caueatur, iudices cuiuscumque dignitatis, non alitèr litis primordium accipere posse, nisi prius ante sedem iudicialem sacrosanctæ deponantur scripturæ: quod iuramentum iudiciale appellat Imperator; et iuxta Authen. quod refertur ibi, iurare debeant se facturos secundum quod eis visum fuerit iustius, & melius. Et *in §. patroni causarum,* necessitas etiam imponatur aduocatis, vt sacrosanctis Euangeliis tactis iure iurando promittant omni ope, & virtute sua clientum causas acturos, & quòd eis iniustum patrocinium non præstabunt, Caluin. *lexic. iuris,* verb. *iuramentum calumniæ*; tamẽ hæc constitutio, & iuramentum, tàm quoad iudices, quàm aduocatos obsoleuit: quamuis videam in Neapolitano Senatu actum fuisse, vt compellerentur aduocati ad præstationem iuramenti calumniæ, propter quod omnes aduocati clientum causas dimisserunt, & abstinuerunt se ab aduocationis munere, donec speciali serenissimi Regis nostri Philippi Quarti iussione statutum fuit, quod iurarent de calumniã, vt refert Ioan. Bapt. Thor. *in cõp. decis. tom. 5.* verb *sententia prolata fol.* 238. videndus Franc. de Prætis *cons. 1. per tot.* Apud nos tamẽ cauetur *in l. 2. tit. 16. lib. 2. Recop.* quòd aduocati in initio suscepti muneris, & quotannis vnâ vice iurent se benè, & fidelitèr vsuros officio suo; & quòd causas iniustas non defendent, insimulque quòd ad iussionem iudicum, & partis petitionem teneantur iurare se patrocinium non præstaturos clientibus, statim atque cognouerint bonam causam non fouere.

Vndè † cùm aduocati, & procuratores, qui non suo nomine, sed alieno, & ad alienum commodum litigant, iurare de calumnia compellantur: fortiori ratione cessionarij, qui ad suum commodum litem peragunt, hoc iuramentū recusare non poterũt: proindeque siue vtiles, siue directas actiones exerceant, de calumnia in animã suam iurare debere, *ex glos.* & Bart. *in l. qui stipendia, C. de procuratorib.* glos. *in l. emptor, C. de hered. vel action. vendit.* Iacob. de Aren, Ioan. de Grassis, & aliis probat Bertazol. *clauf. 29. glos. 4. num. 4.* vers. *non tamen,* Hypol. Montan. *in addit. ad Oliban. de actionib. p. 2. lib. 1. cap. 4. nu. 42.* vers. *iurat in hoc iudicio.* Ita † etiam cessionarius actionis in iudicium deductæ, compelli potest iurare, an velit vti instrumentis præsentatis per cedentem antecessionem, Ioan. Bapt. Thor. *in comp. decis. 3. part.* verb. *cessionarius, & emptor, fol. 149.*

In † animam etiam cedentis, cessionarium de calumnia iurare posse, & ad id mandatum habere, *ex l. 1. §. 1. C. de iuram. calumniæ,* affirmat Grass. *de exceptionibus in prælud. num. 127.* vbi etiam quòd positionibus aduersarij respondere potest. Si † tamen debitor cessus inalit, quòd cedens. positionibus respondeat, quia proprium ipsius factum concernunt, de quo melius quàm cessionarius cẽsetur instructus, audiendus esset. Vel si allegaret cedentem legaliorem esse ad respondendum positionibus; Montaner *dict. vers. iurat,* & vers. *potest,* qui refert latè agentes Ant. de la Re *de iuram. calumniæ, cap. 15. à num. 417.* & Marhanum *decis. 1.* Maranta statim referẽdus *à nu. 71.* Bertazol. *clauf. 29. glos. 9. num. 4.*

14

15

16

17

*num.*4. eleganter Hieron. de Leon *lib.* 2. *decis.* 211. *à num.* 11. *ad* 20. Et *à n.* 21 rectè explicat, quandò † positionum
18 debeat dari copia vel non, antequàm pars iurare, & respondere cogatur, videndus Camill. Borrell. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 1. *à num.* 115. *&* 179. noster Otero *de Pascuis cap.* 32. *num.* 21. Maranta *in l. si actor à num.* 62. *D. de procurat. & de ordine iudiciorum par.* 6. *de positione num.* 15. qui etiam asserunt, quòd pars tenetur respondere positionibus solus, & sine præsentia aduocati, vel procuratoris, ni esset rusticus. Nec habenda est ratio, de quadam decisione, quam sequitur Marta *in comp. decis.* verb. *cessio, cap.* 31. quòd cedens non potest aduerare positiones traditas contra cessionarium vtili actione agentem: quia id verum nō est: procedere tamen posset quandò cedens positionibus respondere vltrò se offeret.

19 Positionibus † autem respondere tenebitur cessionarius, etiam post decem dies executionis: et post conclusum in causa, si procedatur in via ordinaria: interimque peti potest, vt supersedeatur, & non deueniatur ad sententiam: vt in viâ executiuâ tenet Gutierrez *lib.* 1. *pract. quæst.* 117. Bayo *lib.* 2. *prax. quæst.* 41. Hermosill. *in l.* 9. *tit.* 1. *part.* 5. *glos.* 5. *à num.* 61. *&* 63. Cancer. 2. *part. var. cap.* 13. *à num.* 77. quæ sententia hodie indubitata est, post *l.* 72. *tit.* 4. *lib.* 3. *Recop.* Pareja *de edit. instrum. tom.* 2. *tit.* 6. *ref.* 4. *n.* 8. Et in via ordinaria, Salzedo *in comm. ad nou. l. Recop. ad l.* 21. *tit.* 10. *lib.* 2. *Recop. numer.* 35. *&* 36. idem Cancer. *dict.* 2. *part. cap.* 8. *num.* 11. *&* 12. *&* 3. *part. cap.* 12. *num.* 66. quod rectè intelligit *dict. cap.* 3. *à num.* 77. si creditor cuius iuramentum desideratur, præsens esset, nam si abesset nullatenùs retardāda esset executio, vel sententia.

20 Præsentis † etiam tituli materiam concernit dubium illud, an cessionarius contrauenies pacto, & transactioni iuratæ factæ per cedentem, incidat in pœnas, *l. si quis maior, C. de trā sactionibus*, & alias quæ per *l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 8. *nouæ Recop.* imponuntur his, qui contractus iurates non adimplent: de quorum iurium materiâ videndi latissimè agentes Azeued. *in dict. l.* 1. *per totam*, Farinac. *infragm. lit. I. à numer.* 1141. Fachin. *lib.* 3. *cont. cap.* 21. *cum sequentib.* Bertaz. *in repetitione ad d. l. si quis maior*, quam per 852. numeros explicat.

In † qua difficultate existimo, quòd 21
licèt cessionarius cedētis facto, & trāsactioni contrauenire non possit, cùm teneatur, & cogi possit ea omnia seruare, ad quæ tenebatur cedens, Paul. Gallerat. *de renunciat. tom.* 1. *libr.* 1. *c.* 4. *num.* 68. tamen in pœnas *dict. l.* non incurrit, quę in singulari successore locum non habent, Azeuedo *in dict. l.* 1. *num.* 17. Bertazol. *in dict. l. si quis maior quæst.* 56. *num.* 798.

Vrget † fortitèr pro hac sententia, 22
quòd heres eius qui iurauit contractū quamuis ad eius obseruantiam teneatur, *cap. à nobis el segundo de sententia excommunicat.* tamen promissio iurata defuncti heredem sub pœna periurij non obligat; nec † iuramenti ratio- 23
ne ad forum Ecclesiæ trahi poterit, *c. veritatis de iure iurando*, Bertazol. *sup. à num.* 844. Mantica *de tacitis lib.* 22. *tit.* 26. *num.* 6. *&* 7. Cyriac. *lib.* 1. *controu.* 182. *num.* 35. *&* 36. Azeued. *à num.* 2. Gutierrez *in authen. Sacramēta puber, C. si aduersus vendit. à nu.* 15. Bayo *lib.* 2. *prax. quæst.* 67. (qui extēdit ad successores in Republica, Collegio, vel confraternitate) Osascus *decis.* 41. *num. fin.* Farinacius multis relatis *in praxi crimin. tom.* 1. *quæst.* 8. *à n.* 141. ex innumeris Carleual. *de iudiciis lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *num.* 390. latè Noalis *de transmissione casu* 53. *per tot.* Fachineus *lib.* 3. *cont. cap.* 13. igitur si heredem, & vniuersalem successorem nó afficit pœna periurij, longè minus afficiet cessionarium, & singularem successorem.

E conuersò † autem quæritur, an 24
pœna

pœna, *dict. l. si quis maior, & dict. l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 8. habeat locum, non solùm in fauorem eius, cum quo contractum fuit, sed etiam in fauorem heredis eius, successoris, aut cessionarij? Et licèt Baldus *in l. sed si hoc in princip. D. de in ius vocando*, reliquerit cogitandum, an iuramentum personale etiã sit ex parte eius, cui iuratur, talitèr vt eius pœna non transmittatur ad ipsius heredẽ: tamen verius est, ex parte eius cui iuratum est, iuramentum personale non esse, imò ad suos heredes, successores, & cessionarios trãsire, vt expressè docet Couarr. *in cap. quamuis pactum de pactis in* 6. *part.* 1. *§.* 5. *à num.* 7. *ad* 10. Azeuedo *in dict. l.* 1. *num.* 4. *&* 5. latè Noalis *dict. cas.* 53. *à num.* 20.

25 His † & aliud ab eâdem materiâ nõ alienum annectendum est, an scilicèt cessionarius, cui cessum est creditum; exactum iam in totum, vel propárte à cedente, si agat, incidat in pœnas plus petentium, vel in eas quas patiuntur hi, qui debita iam soluta, iterùm exigunt?

26 Qui † in iudicio debita iam exacta petunt, & exigunt, stellionatus criminis rei sunt, *l. fideiussor, §. in omnibus, D. mandati*, vbi Bart. Gregor. Lopez *in l.* 43. *tit.* 2. *part.* 3. verb. *en sus demãdas*, Leyes penales *lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 4. Menoch. *de arbitrariis lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 381. *num.* 33. Cancer. 2. *part. variar. cap.* 14. *à num.* 17. Ioan. Bapt. Thoro 1. *part. comp. decis.* verb. *petens debitum*, Anton. Amato 2. *tom. var. resol.* 53. *num.* 4. *&* 5. Carpan. *ad stat. Mediol.* 1. *tom. cap.* 42. *num.* 250. plenissimè Farinac. *in fragment.* verb *creditor à num.* 725. Et plus petentium pœnas tàm de iure cõmuni, quàm Regio, refert Leyes penales sup. latissimè Heringius *de fideiussorib. cap.* 24. *à num.* 1. Farinac. *dict.* verb. *creditor, num.* 742. Costa *in tractat. de integra distinct.* 71. *nu.* 12 Rœnard. *lib.* 2. *var. cap.* 14. Cuiacius *lib.* 3. *obseru. cap.* 27. *& libr.* 12. *cap.* 21. Doncll. *lib.* 22. *com. cap.* 9. vbi Osuald. *lit. X. & lib.* 19. *cap.* 13. *lit. H.* Dornsperg. *syntag. iur. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 20. Leotard. *statim referendus & q.* 73. *num.* 4.

Has † pœnas an incurrat cessionarius, qui in iudicio agit pro credito, vel nomine debitoris cessio; quod in totum, vel pro parte exegerat cedẽs? dubium non leue est. Et videtur, cessionarium ab his pœnis immunem esse debere; quia qui in alterius ius succedunt, iustã habent ignorantiæ causam, *l. qui in alterius* 42. *D. de regul. iur.* et qui ignorans alterius factum, plus petit, pœnas plus petentium non incurrit, Iacob. Cuiacius *lib.* 12. *obseru. cap.* 21. Costa *de facti scient. & ignorant. cent.* 2. *distin.* 7. *num.* 4. qui refert Thesaur. *decis.* 231. apud quos latè inuenies, an si † actor plus petat, liceat debitori totum debitum negare etiã sub iuramento, videndi etiam latè àgentes Zeuall. 1. *tom. com. quæst.* 431. Camill. Borrell. *in sum. decis. tom.* 2. *titul.* 29. *à num.* 141. Hodierna ad Surdum *decis.* 65. *à num.* 5 D. Francisc. Merlin. *cent.* 2. *controu. cap.* 22. Cui simile est, an si à debitore, qui mutuatam sibi, vel aliàs debitam pecuniam soluit, petatur vt iuret, an verum sit, quòd recepit mutuum, possit absque reatũ periurij id negare, si non possit instrumentis, vel testibus probare solutionem, de quo videndi Zeuall. *dict. tom.* 1. *quæstion.* 362. Farinac. *in frag. lit. D. à numer.* 1.

27

28

Et in † terminis quòd cessionarius petens in iudicio debitum iã exactũ à cedente, stellionatum non committat nec ad vllam pœnam, seu condemnationem criminalem, vel ciuilem teneatur, sentit Marius Muta *decis.* 93. *num.* 1. qui limitat, vbi cessionarius sciẽtèr litem prosequeretur; nàm tunc in expensis condemnandum esse asserit. Et in cessionario, & herede ex iusta ignorantia plus petentibus idem tenet Leotardus *de vsuris quæst.* 10. *numer.* 17. vbi *à numer.* 10. latè agit de pœnis plus petentiũ, & in quibus casibus, eis locus non sit.

29

Sed

Sed † cessionarium pœnæ immunem non esse, si plus debito petat, nec excusari ex eo quòd in alterius ius successerit, facit resolutio Iacob. Cãcer. 2. *p. var. cap. 6. num.* 30. vbi probat, regulam tex. *in dict. l. qui in alterius*, quæ excusat eum qui in alterius ius succedit, in reo, non in actore locum habere: ac proindè asserit, heredem etiam ignorantem factum defuncti, si plus petat, quàm quod re verâ debebatur, in damnis & expensis condemnandum fore; ideòque consulit, vt quoties quis ex iure alterius agit, vt pœnas plus petentium euitet, in fine libelli protestetur, acceptum habere quicquid re verâ solutum fuisse cõstiterit. Quæ clausula à pœna plus petitionis excusat, iuxta Iason, Rolandum, Crauet. & alios quos refert. Similitèr & in causis executiuis liberat eum, qui petit executionem, non solùm à condemnatione expensarum, sed etiam à solutione decimæ, vt ex Azeued. Gutierrez, Paz, Didac. Perez, probat Rodriguez *de executione cap. 7. num. 21. & cap. 5. num. 15.* Parlador. *cap. fin. part. 6. §. 1. num. 32.* Curia Philipp. *tom. 1. part. 2. §. 23. num. 3.* Villadiego *cap. 5. §. 10. num 6.*

30

Ego † autem saluo meliori iudicio, cessionarium bona fide agentem ad exactionem debiti cessi, licèt appareret postea à cedẽte in totum, vel pro parte fuisse exactum, non solùm à pœna stellionatus, sed etiam à condemnatione expensarum excusarem: in quibus non condemnatur, qui legitimam habuit litigandi causam, *l. quisolidum* 80. *§. etiam, D. de leg. 2.* ibi: *Nã aliud seruabitur in litium sumptibus, si ratio litigandi non fuit, l. cum qui temerè, D. de iudiciis, l. properandum, §. sin autem, C. eodem tit.* ex innumeris Rodriguez *de executione, cap. 7. à num. 3.* Fontanell. *decis. 95. ad 99.* plenissimè omnium Camill. Borrell. *in sum. decis. dict. tom. 2. it. 39. de expensis à nu. 59.* vbi verius esse asserit, iustam litigandi causam non solùm reũ, sed etiam actorem excusare ab expensarum condẽnatione (licèt ipse rursùs à *num. 285.* dubius esse videatur) sequitur contra Donell. Osuald. *lib. 26. com. cap. 3. lit. H.* vbi *à lit. G.* innumeros refert vt probet, iustam litigandi causam, actorem & reum liberare ab expensarum condemnatione.

31

Vlteriùs † pro complemento huius tituli videndum est, an cessionarius, qui eiusdem debitoris ex duplici causa creditor est, scilicèt iure proprio, & cesso; si petat in iudicio aliquam quantitatem pro residuo, vel in solutionis apocha cõfiteatur, se pro residuo (*vulgo de resto*) recipere, an intelligatur tã de credito proprio, quam cesso; talitèr vt ab vtriusque crediti petitione in posterùm excludatur. Quod vt resoluam, aduerto, quòd † licèt creditor partem debiti petens in iudicio, non ex eo excludatur, vt reliquũ postea exigat, tamen si certam summam quam pro residuo sibi deberi dicit, in iudicio petat, vel pro residuo se accipere confiteatur, nihil vltrà petere poterit, *glos. in l. si ex pluribus*, verb. *reliquum, D. de solutionib.* vbi Angel. & Immol. innumeri quos referunt Giurba *ad consuet. Messan. cap. 2. glos. 3. n. 5.* Anton. Amat. *2. tom. var. resol. 97. n. 1*, quibus iunges Vander. *singul. 52. n. 7.* Scobar *de ratiociniis cap. 37. num. 3.* & vltra Cãcerij locum relatum, eundem Cancer. *3. part. cap. 4. num. 269.* Parlador. *2. part. cap. fin. 5. part. §. 1. n. 20.* Cur. Philip. *2. part. lib. 2. cap. 7. nu. 30.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 3. tit. 14. de solutionib. à num. 103.* D. Valenzuel. *cons. 21. a num. 22. artic. 2. per tot.* Intrigliol. *cons. 29. a numer. 75.* Costam *in praxi conuentionali part. 2. clauf. 54.* Leotard. *de vsur. quæst. 93. a num. 41.* (vbi residuum peti posse asserit si error probetur) ex Alex. Beroio, Neuizano, Nattũ, & Beccio, D. Larrea *alleg. 81. num. 10.* quod ampliant, vbi creditor in petẽdo, vel recipiendo aliquâ clausulâ taxatiuâ vteretur, veluti si diceret, centum tantùm.

32

33

Alia

34 Aliàs res esset, si cùm debitor offerret, & solueret pro residuo, creditor tacitus reciperet; nàm posset reliquũ petere, nisi transigendi animo partem recepisset, Bart. *in l. cum dos, D. rerum amotar.* Bald. Salicet. & Castrens. *in l. siquidem, C. de transact.* Leotard. *supr. num.* 44. Gratian. *discept.* 3. *n.* 4. Giurba *nu.* 13. Amato *num.* 3. Intrigliol. & Valenzuela *sup.* qui probant, longè differre, an creditor taxatiuè petat, vel recipiat; an verò debitor pro residuo soluat.

Planè † licèt hæc in creditore ex v-
35 nâ causâ vera sint, tamen in eo, qui duplicem personam gerit, non obseruã-tur; ideòque creditor eiusdem debitoris ex duplici causâ, vna iure proprio, seu ex proprio facto, & contractu; alia ex iure ibi cesso, si simplicitèr petat, vel accipiat aliquam quantitatem pro residuo, à proprij tantùm debiti petitione excluditur, quin prohibeatur creditũ sibi cessum exigere, vt ex Surdo *cons.* 444. *num.* 10. Costâ *de iur. & fact. ignor. cent.* 1. *dist.* 20. *num.* 4. *&* 5. probat Giurba *dict. glos.* 3. *numer.* 16. quod limitat *num.* 18. vbi pars soluta proprio credito maior esset.

36 Cæterum † in praxi rarò accidet casus, quem proponit Giurba, cùm creditor agens in iudicio, vel solutionem recipiens, semper exprimat causam ex qua agit, vel recipit. Vndè residui petitio, vel solutio ad eam tantùm causam referenda erit, quæ in libello, vel apochâ narratur, nec comprehendet aliam causam, vel creditum diuersum, ex diuersa causa, seu iure descendentem. Quarè creditor proprio nomine, & alieno, veluti cessionario, procuratorio, tutorio, pro residuo agens, vel accipiens, pro eo tantùm credito sibi præiudicaret, ad quod petitio, vel receptio residui restricta fuit, vt in terminis decisum refert Anton. Amato *dict. resol.* 97. *numer.* 4. Giurba *num.* 12.

Annectenda † iis est, alia doctrina 37
quam ex Gratiano *discept.* 570. *nu.* 33. *&* 34. & Fontanell. *de pactis nuptialib. claus.* 14. *glos.* Vnica *part.* 1. *à nu.* 34. firmat Amato *à nu.* 5. quòd si creditor à fideiussore, vel extraneo recipiat aliquam quantitatem pro residuo; & fideiussor actione mandati, vel extraneus actione negotiorum gestorum agat aduersus debitorem principalem, non potest ab eo repetere integram summam; sed tantum partem illam, quam pro residuo accepisse cõfessus fuit creditor; cùm in dubio præsumatur, debitorem, ad quem principaliter onus soluendi spectabat, alias partes soluisse. Quod intelligit Amato, & Fontanell. nisi ex conceptione verborum, & solutionis residui apochâ colligi posset, quòd fideiussor, vel extraneus cæteras partes numeraisset; veluti si creditor non solùm pro ea quantitate, quam pro residuo accepit, sed etiam pro integro credito actiones suas fideiussori, vel extraneo aduersus debitorem cessisset.

Illud † non omittam, quòd quamuis petitio, & confessio solutionis fac- 38
tæ pro residuo, id roboris habeat, vt integrum debitum præsumatur solutum, tamen hæc præsumptio probationem in contrarium non excludet, & poterit creditor errorem libelli, aut confessionis probare, vt ex Paciano, Costâ, & aliis agnoscit Giurba *nu.* 10. Amato *à num.* 12.

Instantia † iudicij cæpta per cedentem, an transeat in eius cessionarium? diximus *tit.* 39
3. *quæst.* 7.

IHS

TRACTATVS

DE CESSIONE IVRIVM, ET ACTIONVM.

TITVLVS SEPTIMVS.

CEDENS AD QVID OBLIGETVR CESSIONARIO: ET AD QVAE VICISSIM TENEANTVR.

EXORDIVM TITVLI.

CESSIONEM iurium, & actionum, ex variis causis, seu titulis fieri posse, diximus *sup. tit. 1. quæst. 4.* nempè ex causâ donationis, venditionis, transactionis, & aliorum contractuum, in quibus mutuæ, & reciprocæ præstationes, & obligationes sunt, quas etiam cedens cessionario præstare tenebitur, & è contrà iuxta contractum, & titulum ex quo cessio perficitur. Si enim ex causâ donationis cessio fiat, cedens & cessionarius in id tenebuntur, ad quod donans, & donatarius obligati manent. Sin autem cessio venditionis titulo celebretur, ea præstabuntur ad quæ emptor, & venditor adinuicem tenentur. Ex quo principio seu regulâ generali facilis nobis exhibetur aditus ad plures, & innumeras quæstiones, omnibus contractibus ex quibus cessiones fieri possunt communes, eas tamen consultò omittimus, quia institutum nostrum non nisi ea prosequitur, quæ peculiaria huius tractatus sunt. Quarè reiectis aliis, sequentes tantùm quæstiones examini, & concertationi subiicio.

SVMMARIVM.

1 *Inscriptio quæstionis proponitur.*

2 *Cessionarius vt agere possit in iudicio producere debet cessionem, simulque & instrumentum nominis cessi.*

3 *Debitor soluens creditori potest eum compellere, vt reddat instrumentum debiti, & vt faciat liberationem.*

4 *Legatario tenetur heres tradere instrumentum crediti legati, & sine eo agere non potest.*

Legatarius nominis cessionem habere dicitur à lege.

5 *Instrumentum, & ius debiti, quod in eo continetur sunt connexa vsu, & intellectu.*

6 *Instrumentũ si sit propriè ratione dominij, nõ solũ datur domino actio ad exhibendum, sed rei vindicatio.*

7 *Cedens tenetur tradere cessionario instrumentum nominis cessi.*

8 *Fideiussor potest repellere creditorem exceptione cedẽdarum: nisi ei tradat instrumentum debiti; limita vt* num. 9.

10 *Debitor quamuis alleget se exponi periculo soluendi bis eandem quãtitatem, tamen in variis cessibus compellitur ad soluendum*

cum

cum cautione idonea idemnitatis.

11 *Cedens an teneatur instrumentum nominis cessi tradere cessionario, vel sufficiat ostendere notarium apud quem est?* & num. sequent.

14 *Creditor, qui cessit partem crediti, si illius instrumentum tradiderit cessionario, potest aduersus eum agere ad eius restitutionem.*

15 *Cessio nominis vbi pro parte fit, quomodo tradendum sit cessionario instrumentum eius originale?* & num. 19.

17 *Instrumenta communia pluribus sociis, vel heredibus, apud quem esse debeant? remissiue.*

18 *Executoria nobilitatis debet manere apud filium maiorem.*

Filius maior apud quem erat executoria nobilitatis paternæ: si decedat relicta filia, an apud eam debeat manere executoria, vel penes alium descendentem masculum.

QVÆSTIO. I.

Cedens tradere tenetur cessionario, instrumentum nominis cessi: et cuius sumptibus traditio fieri debeat?

1 ENTER† alias præstationes ad quas tenetur cedens, vna est, quæ versatur circa traditionem instrumenti crediti, seu nominis cessi. Et non aliter satisfacere, quàm si instrumenta inclusionis suæ tradat cessionario, vt ipse agere, conuenire, vel exequi queat debitorem cessum, sequentia fundamenta demonstrant.

2 Primò,† quia cessio in id desideratur, vt possit cessionarius à debitore cesso etiam inuito exigere debitum: sed cessionarius vt agere possit in iudicio, non solùm ostendere tenetur cessionem, sed simùl instrumẽtum nominis cessi, quia aliàs debitum petere non posset, sicut nec posset cedens, Gratianus *cap.* 501. *num.* 26. *& decis.* 111. *in addit. num.* 10. Cenedus *de censibus quæstion.* 72. *num.* 23. vers. *nec etiam sufficit*, Alexan. Ludouis. *decisio.* 579. *num.* 1. & Beltram. *ibi nu.* 4. Guzman *de euictionib. quæst.* 35. *num.* 71. 142. *&* 167. Ioan. Bapt. Thor. 3. *tom. compend. decis.* verbo, *cessionarius an, folio mihi* 150. diximus *tit. antecedenti quæst.*.....ergò cedens non aliter satisfaciet, quàm si tradat cessionario instrumentum nominis cessi, nè aliàs cessio inutilis, & sine effectu sit.

3 Secundò,† quia debitor antequàm soluat, iustè desiderat, vt creditor tradat ei instrumentum debiti, & obligationis, quod si facere recusset, non poterit debitorem ad soluendum compellere, *l. pecuniæ* 14. *C. de solutionibus, l. qui tabulas, l. fullo, §. qui tabulas, D. de furtis, leg. dissolutæ, C. de conditione ex lege*, melior textus *in l. fi. C. ad exhibendum. l.* 17. *tit.* 2. *part.* 3. Azeued. *in l.* 15. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recop. num.* 3. *in fin.* ex Gregorio Lopez, Pareja *de edit. instrum. tom.* 2. *tit.* 9. *resolut.* 1. *num.* 6. Speculat. *tit. de instrumentor. edition. §. postquam*, vers. *quid si debitor.* Arismin. Tepat. *var. tit.* 161. *cap.* 7. vers. *soluto debito*, Capell. Tholos *decis.* 47. *&* 308. *& add.* Vbi quòd non solùm compelli potest creditor, vt reddat instrumentum; sed etiã vt faciat instrumẽtum liberationis, Capell. Tholos *decision.* 230. Gaspar Thesaur. *decision.* 74. *num.* 2. Gregor. Lopez *in l* 81. *tit.* 18. *part.* 3. *glos.* 1. Cum igitur debitor iuste recusset solutionem, quousque instrumentum obligationis suæ sibi reddatur, consequens est, cessionarium eo indigere; ac proinde cedens ad eius traditionẽ tenebitur.

4 Tertiò,† quia legatario nominis (qui cessionem à lege habere dicitur,

& procurator in rem propriam appellatur, *l. ex legato, C. de legatis.* Virgilius *de legitim. personæ, cap. 20. num. 29. l. penultim. D. ad S. C. Trebellian.* Guzman *de euictionibus dict. quæstion. 35. num. 111.*) consignandum est creditum, & illius instrumentum, Bald. *in l. si instrumenta 24. num. 5. Cod. de fideicommiss.* Pacificus *de Salutano interdicto inspect. 3. cap. 4. à numer. 208.* Gratian. *discept. 286. num. 18.* videndi relati à Seraphin. *decis. 1478. num. 10. & 11.* quia sine eo non posset agere legatarius, vt probat Gratianus, & Pacificus: ergo eadem ratio suadet, cuilibet cessionario instrumentum nominis cessi esse tradendum.

Quartò, † quia instrumentum, & 5 ius debiti, quod in eo continetur, sunt connexa visu, & intellectu, Bald. *in l. instrumenta, num. 5.* vbi Castrens. *num. 3. C. de fideicommiss.* moti ex *l. seruum filij, §. eum qui. D. de legat. 1. l. chyrographis, D. de legat. 3.* & notant DD. *in l. Labeo, D. de pactis,* Molla *in empor. iuris titul. 11. quæstion. 8. num. 3.* conducunt tradita ab Olualdo *ad Donell. lib. 8. commentar. cap. 19. lit. F.* igitur instrumentum penes eum debet esse, ad quem pertinet ius debiti, & per consequens cessionario tradēdum erit.

6 Quintò, † & vltimò facit, quòd per cessionem nominis, omne ius cedentis, & vtilitas actionis in cessionarium transfertur, vt sæpius diximus. Ex quo cùm cedenti inutile iam sit instrumentum; & cessionario proficiat, illi tradendum erit, *l. non est nouum, l. fin. C. de edendo.* Imò ei instrumenti vindicandi ius esse videtur, quia quotiès instrumentum est proprium ratione dominij, non solùm actio ad exhibendū, verùm etiam rei vindicatio competit, *l. 3. §. interdum, D. ad exhibendum,* Bald. *in l. 1. col. 3. D. ad exhibēdum, & in l. fin. C. eodem,* Abb. *in cap. 1. nu. 13.* vers. *secūdo membro, de probationibus,* ex Paciano, & aliis Pareja *dict. tit. 9. resol. 2. num. 22. & resol. 1. num. 8.* vbi quòd eo casu possessor instrumenti, non liberatur ostendendo locum, aut notarium, vbi simile instrumentū haberi possit, sed necessario ad eius traditionem, & restitutionem tenetur.

Quam† sententiam, scilicèt quòd 7 cedens nomen debitoris tradere teneatur cessionario instrumenta vbi creditum continetur, & illius inclusionem, verissimam testantur Bald. *in l. si Titius, D. de actionib. empti, & in l. si quis nomen, C. de hereditat. vel action. vendit. & in l. 1. num. 6. C. creditorem euict. pignor. & in l. instrumenta, C. de fideicommiss. & in l. cæteræ, D. famil. erciscund. & cons. 52. num. fin. volum. 3.* Verall. *decis. 104. lib. 1.* Cyriacus *lib. 2. controu. 375. nu. 11.* Marta *in cōpend. decis. 3. tom.* verb. *cessio, capit. 9.* Gratian. *dict. cap. 286. à num. 17.* Guzman *de euictionibus quæst. 35. num. 38. & 90.* Christoph. Suelues *cons. 46. n. 3.* Amendola *ad Franch. decis. 108. numer. 3.* Rota apud Farinac. *2. part. nouiss. decis. 671. n. 4.* Oliban. *de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 4. num. 16.* Hypolit. Montan. *in addit. num. 29.* vers. *incumbit,* ibi: *Incumbit insuper cedenti, tradere scripturas, quia sola cessio non sufficit.* Bertazol. *clauſ. 27. glos. 14. num. 4. & clauſ. 29. glos. 4. num. 2.* vers. *illud etiam,* Cancer. *2. p. var. c. 6. n. 195.* Cēcius *de cēsib. d. q. 72. n. 23.* vers. *nec etiā.*

Quæ doctrina † adeo vera est, vt 8 creditor non solùm teneatur iura sua cedere fideiussori soluenti, sed etiam tradere instrumentum crediti contra debitorem principalem, aliàs cedēdarum exceptione repellitur; nec sufficit quòd constet de credito per sententiā latam contra ipsum. Gregor. Lop. *in l. 11. tit. 22. p. 5. glos. 3.* Azeued. *in l. 1. tit. 21, lib. 4. Recop. nu. 104.* Acosta *de priuil. credit. reg. 3. ampl. 2. numer. 70.* Hering. *de fideiussorib. cap. 27. part. 3. à num. 8.* Bertazol. *clauſ. 40. glos. 4. nu. 8.* Montaner *dict. cap. 4. num. 11.* Paschalis *de virib. patriæ potest. 1. part. c. 8. n. 181.* Ioan. Andræas, Dornsperg. *syntag. iur. lib. 2. p. 1. c. 30.* vers. *est autē.*

Illud

Illud † tamen ex Heringio vbi
9 proximè notandum est, quòd si creditor iure iurando affirmasset, se instrumentum amisisse, satisfaciet liberando fideiussorem, & cedendo actio-
10 nes suas contra debitorem. Pro quo † facit, quòd debitor obligatus ad soluendū creditori, dummodo tradatur sibi aliqua apocha, si perdita sit, potest cogi vt soluat, si creditor paratus esset cautionem indēnitatis præstare, Scaccia *de commert. §. 2. glos. 5. num.* 350. Conducit etiam opinio eorum, qui asserunt, amissis citra culpam literis cambij ante secutam earum solutionē, vel acceptationem, licere creditori cambij agere contra campsorem, qui literas scripsit, vt sibi restituā tur pecuniæ, dummodò per publicum instrumentum caueatur campsori de indemnitate, casu quo literæ amissæ reperiantur, vel solutæ apparerent per eum, cui literæ deperditæ dirigebantur, Frāch. *decis.* 498. Camill. Borrell. *in summ. decis. 2. tom. tit. 33. num.* 106. Paschal. *dict. cap.* 8. *num.* 74. cum aliis adductis per Ant. Amatum 1. *tom. var. resol.* 47. *num.* 1. vbi per totum latissimè differit, quandò literis cābij amissis, sit locus repetitioni pecuniarum, vel satisfaciat campsor si scribere paratus sit loco literarum deperditarum alias eiusdem tenoris: et quid si interim campsarius cui literæ directæ erāt effectus sit non soluendo? Videndus Benintend. *decis.* 58. Adstipulatur etiā iis pulchra doctrina Bart. *in l. 2. D. de except. rei iudicatæ*, vers. *ad hoc*, quam summis laudibus extollit Fontanell. *de pactis nuptialibus clausul. 4. glos. 8. part. 15. numer.* 60. quòd debitor, qui rennuit soluere, ex eo quòd se exponit periculo soluendi bis, soluere compellendus est, vbi actor cautionem, & fideiussionem præstaret de restituēda pecunia, si alter qui exigere poterat, melius ius habuisset. Quapropter ex iusta causa solent iudices non obstante, quòd penes debitorem pecunia sequestrata sit ad instantiā alicuius creditoris, & interdictum debitori nè soluat creditori suo, compellere eum ad soluendum, oblata illi cautione indēnitatis, vt de praxi testatur Auendaño *de metu lib. 2. cap. 4. num.* 77. D. Castillo *tom. 4. contr. cap.* 59. vers. *Ioannes*, qui dant alios.

Sed quamuis hæc † sententia, quòd 11
cedens tradere debeat cessionario instrumentum nominis cessi, (quam nos solidissimis fundamētis adstruximus) cōmunitèr sit recepta; tamen dissensio est apud interpretes, an hæc traditio realis, & vera esse debeat, an verò sufficiat quòd cedens ostendat, & indicet notarium apud quem Instrumenta sunt? Et pro vna, & altera sententia videtur iudicasse iā Rotam. Romanam. Nam iuxta Seraphinum *decis.* 1477. *à num.* 8. cedens solùm tenetur declarare, & notum facere notarium de dicto instrumento rogatum. Conducit Hermosill. *in l.* 31. *tit.* 5. *part.* 5. *glos.* 2. *num.* 4. vbi quòd venditor rei non tenetur tradere instrumenta ex quibus cōstat rē venditam ab alio emisse, sed tantùm ad eorum ostensionem, iuxta *l. Titius heres, vbi DD. D. de actionib. empti.* At verò cedentem cum effectu instrumentum tradere teneri firmat Rota *decision.* 14. *num.* 3. *part.* 4. *diuersor.*

Quas † contrarias sententias con- 12
ciliari posse asserit Cencius *dict. quæstion.* 72. *numer.* 23. versicul. *quomodo autem*, vt prima procedat, quoties creditum cessum iustificandum est per publicum instrumentum receptum per notarium: nàm tunc satis erit si illud indicetur, cum expressione diei, & nominis notarij. Secunda verò obtineat, quandò de credito cesso constat ex aliqua scriptura existente penes ipsum cedentem, vel alibi, vndè non facile haberi posit copia in formâ probanti. Cui distinctioni conuenit alia, quam refert Pacificus *dict. insp. 3. cap. 4. à num.* 208. qui asserit, heredē teneri tradere legatario nominis, instrumentum eius, si esset

chirographum priuatum; secùs verò si esset publicum: quia sumptibus legatarij extrahendum esset.

13 Quæ † distinctio tametsi in cessione iurium generaliter defendi possit, tamen vbi nomen debitoris ex causa venditionis, vel insolutum datione is creditur, indistinctè tenendum est, traditionem scripturarum præcisè, & cum effectu sumptibus cedentis faciendam esse, quia qui nomen debitoris vendit, non est vsus rem venditam tradere, donec instrumentum debiti, in quo ius crediti continetur, tradiderit, vt verius dicit non solùm in instrumentis nominum, sed etiam in aliis inclusionum scripturis, Sueues *dict. cons.* 46. *a num.* 3. *&* 5. quicquid sentiat Seraphin. *dict. decis.* 1477 videndi relati à Pareja *de edit. instrum. post tom.* 2. *ad pag.* 594.

14 Superioribus † illud annectendum est, quod si quis partem crediti cedat, & instrumentum tradat cessionario vt partem sibi cessam exigat à debitore, poterit cedens agere aduersus cessionarium ad restitutionem instrumenti, vt ipse suum reliquum exigere possit, Angel. *cons.* 88. Hypol. Montan. *d. cap.* 4. *num.* 20. *in fin.* Bertazol. *clauss.* 29. *glos.* 5. *num. fin.* qui asserit, deferendum esse cedenti iuramentum in litē, si cessionarius instrumentum restituere recuset.

15 Hic † tamen circuitus euitabitur, si creditor ex instrumento publico, qui partem eius cedere intendit, non tradat cessionario instrumentum, sed tātùm in cessionis scripturâ copiam eius inseri faciat, adnotando in instrumēto originali, & in eius protocolo (si haberi possit), illius partem cessam fuisse, & reliquam tantùm ad creditorem pertinere, cuius adnotationis, in ipsa etiam cessionis scripturâ, fidem dabit notarius, pro quo facit *l.* 3. *§. fin. D. famil. erciſc.* ibi: *Venditā hereditate tabulas testamenti describptas deponi oportere, heredem enim exemplum debere dare; tabulas verò authenticas ipsum retinere*, vbi eleganter Gothofred. *lit. R. & in l. sequenti lit. V.* ibi: *det coheredibus exemplum testamenti, & cautionum hereditariarum; authentica apud se retineat.*

16 Cæterum † si inter cedentem, & cessionarium contenderetur apud quem debeat manere instrumentum originale, quia eorum nemo illius copiam velet, crederem ei fore tradendum, qui maiorem in eo partem habuerit; quia † instrumentum commune si dubitetur, & controuertatur apud quem ex sociis esse debeat, ei tradēdum est, qui maiorem in eo partem, & interesse habuerit, *l. si quæ sunt cautiones, D. famil. erciſc.* Hector Felicius *de societ. cap.* 40. *nu.* 53. Camill. Borrell. *in sum. decis.* 2. *tom. tit.* 37. *de sequestris, num.* 79. Marius Giurba *ad consuet. Messan. cap.* 10. *glos.* 7. *à num.* 18. qui refert Fōtanell. & alios, apud quos latè videre poteris, penes quem esse debeant instrumenta quæ communia sunt pluribus sociis, vel heredibus, de quo est text. *in l. fin. D. de fide instrument.* D. Lara *de aniuers. & capell. lib.* 1. *cap.* 7. *à num.* 1. *& per totum*, latè Pareja *de edition. instrum. tit.* 5. *resol.* 13. *à num.* 1. Vbi *num.* 19. quòd † executoria nobilitatis debēt esse apud filium maiorē. Et an vbi filius maior decesit relicta tantùm filia, debeat apud eam manere executoria, an verò tradenda sit alij descendenti masculo, dimissa apud filiam copia executoriæ, videndus idē Pareja 2. *tom. in addit. ad* 1. *ad pag.* 589

17

18

19 Si verò † nominis dimidia pars cessa esset, & in instrumēto æquale interesse haberent cedens, & cessionarius, originale apud cedentem esse deberet: quia in pari causa potior est conditio possidentis, *l. si debitor, D. de pignorib. l. in pari, D. de reg. iur. cap. si à sede de præbend. lib.* 6. latè ad varios casus exornat omnino videndus Tiraquell. *de iur. primog. quæst.* 17. *opinion.* 11. *&* 12. Amato *resol.* 31. *numer.* 7. Gaito *de credito cap.* 4. *quæsit.* 11. *nu.* 1834. Acosta *de priuileg. credit. reg.* 3. *in præfat.*

fat. à num. 89. & reg. 3. ampl. 4. n. 37.

Et quandò is qui tenetur iura sua alteri cedere, teneatur deferre ad eius domum instrumentum cessionis? videas *sup. titul. 1. quæstion. 6. à numer. 48.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus alij nominati alij innominati, & de eorum differentiis, remissiuè.*

2 *Delicta alia nominata, alia innominata sunt.*

Innominata delicta sub nomine Stellionatus comprehenduntur.

3 *Titulus delicti vbi deficit, si quid dolo malo admissum sit, stellionatus crimen committitur.*

4 *Stellionatus crimen vnde dicatur?*

5 *Stellio, & stellionatus crimen apud AEgyptbios frequens est.*

6 *Stellionatum committit, qui rem nõ suam, vel alij specialiter obligatam, sine expressione oneris obligat, vel alienat.*

7 *Venditor census tenetur certiorare emptorem de oneribus, & hypothecis bonorum super quibus imponitur.*

8 *Census in Hispania nostra pernicio-sissimi sunt.*

9 *Stellionatus criminis reus est, qui res specialitèr obligatas, alij obligat: non verò qui res generalitèr obligatas, specialiter obligat: vel qui obligat generalitèr rem, quam antea specialitèr obligauerat.*

10 *Vendens rem sub generali bonorum obligatione comprehensam, stellionatum non committit, & satisfacit si emptori caueat de indemnitate.*

11 *Hypotheca specialis plus afficit rẽ quam generalis.*

12 *Venditio rei specialiter censui perpetuo obligatæ nulla est: secùs si generalis tantùm obligatio esset.*

13 *Venditio rei censui redimili obligatæ valet: cogitur tamen emptor rẽ liberare, vel vt idoneè caueat de indemnitate.*

14 *Stellionatus criminis pœna, & accusatio cessat, si res duobus obligata sufficiens sit ad eorum satisfactionem.*

15 *Promittens præstare hypothecas liberas, & nullis oneribus obnoxias; satisfacit præstando bona aliis obligata, si sufficientia sint ad omnium onerum solutionem.*

16 *Cedens actionem, quam non habebat, vel quam anteà cesserat, vel specialitèr obligauerat, stellionatũ committit.*

17 *Stellionatum an committat, qui actionem, quam iam cesserat, in aliũ donationis titulo transferè* cum num. sequentib.

18 *Donans eandem rem duobus diuersis temporibus, stellionatum committit.*

19 *Donans quardò de euictione teneatur, maximè si scienter rem alienã donet.*

20 *Cedens actionem titulo gratuito ad nihil tenetur cessionario.*

21 *Cedens scienter actionem non suam, licèt de stellionatu criminaliter nõ accusetur, ad interesse tamen tenebitur.*

22 *Cedens actionem quam nõ habebat, de stellionatu non tenetur, si cessio ex aliqua causa sit nulla.*

23 *Cedens actionem tanquàm procurator alterius, quãdò de stellionatu accusetur?* cum num. sequent.

24 *Procuratorem se simulans pœnam falsi incidit, & ad interesse tenetur.*

25 *Stellionatus pœnæ, & quommodo euitentur? remissiuè.*

26 *De stellionatu damnatus an incurrat infamiam? remissiuè.*

27 *Stellionatus pœnæ an euitentur ex pœnitentia, & quid in aliis delictis?*

28 *Stellionatus accusationi quo tempore*

pore præscribatur? remissiuè.

QVÆSTIO II.

Cedens debitum iam exactum, vel actionem quã non habebat, vel quam alij anteà cesserat, quandò de stellionatu teneatur? Et de stellionatus crimine, nonnulla non iniucunda.

1 SICVT † contractus alij nominati, alij verò innominati sunt, *l. iurisgentium 7. in princip. D. de pactis*, Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 8. à numer. 1. & per tot.* Felician. *de censib. libr. 1. c. 2. per tot. to. 1.* (vbi latè differẽtias inter contractus nominatos, & innominatos refert) Donell. & Osuald. *lib. 14. com. cap. 10. & 34.* Hunnius *resol. iur. ciu. lib. 3. tract. 2. quæst. 3. & in Encycloped. 3. part. tit. 1. cap. 2. à num. 1.* Retes *opuscul. lib. 2. sect. 1. cap. 1. & 2.* &

2 varia per integrum *lib. 2.* Ita † delicta alia nominata, alia innominata sunt. Quæ autem proprium nomen non habẽt, sub nomine, & crimine stellionatus comprehenduntur, *l. 3. D. de crimine stellionat.* ibi: *Et vt generalitèr dixerim deficiente titulo criminis, hoc crimen locum habet*, Anton. Gomez *tom. 3. var. cap. 7. num. 1.* Menoch. *de arbitrariis lib. 2. cent. 4. cas. 381. nu. 1.* Ioan. Bapt. Thoro, & D. Amaya statim referendi.

Vbi † igitur delicti titulus deficit,

3 si quid dolo, dolosavè dissimulatione factum sit, qui dolum commisit, stellionatus criminis reus dicitur, Farin. *in prax. quæst. 19. num. 33.* D. Salgado *in labyrinth. creditor. 1. part. cap. 14. n. 99.* Iacobus Cuiac. *lib. 10. obseru. cap. 26.* Anton. Fab. *lib. 4. coniect. c. 2. circa finem*, Anton. Amat. *2. tom. resol. 53. n. 5.* Cyriac. *lib. 1. cont. 122. num. 47.* qui asserit stellionatus crimen sine dolo non committi. Dicitur † crimen stellionatus, ab stellione (tarantola Hispanè dictum) inuidum animal, lacertæ simile, variis coloribus stellatum, de cuius proprietate agit Plinius, quẽ sequitur Menoch. sup. Parlador. *differ. 132. num. 5.* Molin. Theolog. *de iustitia, & iure, tract. 2. disp. 532. nu. 4.* Gothofred. *ad rub. D. de crimin. stellionat. lit. B.* Farin. vbi proximè, Iacob. Cuiacius *lib. 8. quæst. Papinian. ad l. 1. D. qui potior, in pignor. habeantur, circa finem*, qui notat † stellionem, itemque 4 5 stellionatus crimen apud AEgyptios commune, & frequens esse, indeque apud veteres vsurpatum, *tenetur quasi stellio, quasi AEgyptius.* Et de AEgyptiorum (eorumque qui apud nos *Gitanos*) dicuntur) origine, moribus & vitâ, multa doctè & eruditè congerit noster D. Athanas. Oteyza, & Olano *lib. 1. Paralip. & elect. iur. ciuil. lib. 5. cap. 5. & 6. per tot.*

Quod † stellionatus crimen, quãuis variis modis committatur, *l. 1. D. & C. de crimine stellionatus, l. 7. tit. 16. p. 7.* ex Anton. Gomez, & Zenall. Ioan. Bapt. Thoro *4. tom. comp. decis.* verb. *pœna committentis*, latè Menoch. sup. tamen quo ad nostram disputationem 6 stellionatus reus efficitur, qui rem non suam, vel vni specialitèr obligatam, alteri posteà priorem hypothecã dissimulando, specialitèr etiam obligat, aut distrahit, *l. tutor, §. 1. l. si quis in pignore, §. vlt. D. de pignor. act. l. & quæ nondum, §. vlt. D. eodem tit. l. 1. & vltim. C. de crimin. stellionat.* Molina *dict. disput. 532. num. 4.* latè Farinac. supr. Hermosill. *in l. 32. tit. 5. part. 5. glos. 1. num. 215. & 226.* vbi quandò stellionatus, quandò verò falsi crimẽ incurratur? Menoch. *dict. casu 381. à num. 7.* vbi quòd huius criminis pœnâ plectitur, qui dissimulatâ priori obligatione,

tione, per calliditatem rem alij distraxit, permutauit, vel in solutum dedit.

7 Quam † fraudem in contractibus censualibus speciali cõstitutione prohibet, & punit ius nostrum Regium *in l. 2. & 3. tit. 15. lib. 5. Recop.* vbi cauetur, quòd venditor census teneatur certiorare emptorem, de censibus, hypothecis, & oneribus, quibus subiicitur bona super quibus nouus census constituitur, sub pœnâ dupli eius pretij, quod pro nouo censu constituendo accepit, Auendaño *de censib. capit. 53. à num. 6.* Molina Theolog. *de iust. & iur. tract. 1. disp. 394. num. 4.* Rodriguez *de reditibus lib. 2. quæst. 1. nu. 6.* Gutierrez *lib. 2. pract. quæst. 169. n. 1. & per totum*, qui latè prosequũtur harum legum materiam, & an in viu sint. Quæ quidem leges iustissimæ sunt propter innumeras fraudes quæ in iis cõtractibus interuenire solẽt, vt vltra Auendañum notat Matienzo *in dict. l. 3. glos. 3.* O vtinam † Hispanicæ nostræ

8 leges non solùm similibus fraudibus obiam irent, sed impedirẽt etiam, vel saltem non nisi causa cognita, vel certo modo permitterent nouorum censuum impositiones, quia ciuium patrimonia diminuunt, homines otiosos, & ignauos efficiunt, agriculturam, & commertium minuunt, vt elegantèr aduertit D. Solorzano *de iure Indiar. tom. 2. lib. 1. c. 14. n. 113.* qui ex Matth. Lopez Brauo refert, censum esse vsurâ deteriorem, qui pluriès & lætaliùs inficit, negotia minuit, otia auget; inde communis ignauia, inde luxus, villarum depopulatio, & euersio: quibus addendus est, omninò videndus Rodriguez *in prologo ad tractatum de reditibus.*

9 Sed † quamuis is qui nouum censum super bonis suis constituit, vel res suas alij obligat, priores hypothecas, & rerum onera sub huius legis, & stellionatus pœnâ manifestare teneatur, id intelligendum est, quandò eadem res duobus specialitèr obligatur; secùs tamẽ generalitèr, vel si res alicui specialitèr obligata, iterùm alij generalitèr, vel è contrà obligarentur, Farinac. *de falsitate dict. quæst. 150. num. 125.* Azeued. *in l. 2. tit. 15. lib. 5. Recopil. num. 2.* Anton. Gomez *dict. cap. 7.* qui id intelligit, dummodo specialis hypotheca sufficiens esset ad debiti solutionem. Ego tamen ex mente Farinacij, Azeued. & aliorum, verius credo, eum qui pro solutione census res aliquas specialitèr, & omnia bona sua generalitèr obligauit, posse rem aliquam sub generali illa bonorum obligatione comprehensam vendere, aut alteri specialitèr obligare; nec aliquã pœnam incurrere, etsi res specialitèr obligatæ non sufficerẽt ad prioris debiti solutionem.

Cui † opinioni fauet Felicianus *de* 10 *censib. tom. 2. lib. 1. cap. 1. num. 6. vers. quamuis verò*, qui asserit, vẽditâ re sub generali bonorum hypothecâ ad solutionem census comprehensa, eius onere non expresso, stellionatus crimini locum non esse, nec posse agi ad interesse, sed satisfacere venditorẽ præstitâ cautione indemnitatis.

Nec † enim nouum est in iure, quòd 11 plus influat, afficiat, & impediat hypotheca specialis, quàm generalis, *l. est differẽtia, D. in quibus caus. pignus, vel hypoth.* D. Franc. Merlin. *cent. 1. concl. cap. 45. num. 8.* Quemadmodum † vi- 12 demus in eo, qui rem censui perpetuo supposita non declarato onere, ignoranti vendidit, nàm si specialis hypotheca esset, venditionis contractus nullus erit; secùs tamen si hypotheca esset generalis; quia eo casu satisfaceret venditor, si rem liberaret ab obligatione; vel si emptori idoneè caueret de indemnitate, Gutierrez *d. quæstion. 169. num. 5.* Hermosill. *in l. 63. titul. 5. part. 5. glos. 1. num. 16.* Vbi *à nu.* 5. latè probat, † venditâ re censui redi- 13 mibili suppositâ, non posse emptorem agere ad contractus rescisionem, sed tantùm vt res ab onere census liberetur; vel vt ei caueatur de indemnitate. Sin verò censui, vel tributo perpe-

tuo

tuo res specialitèr esset obligata, rectè agere, vt contractus venditionis rescindatur, simùlque vt ei pretium cũ damnis restituatur, iuxta *dict. l.* 63. videndi vltra Giurbam, Castill. & alios quos refert Cancer. 1. *part. var. c.* 13. *à num.* 61. Cencius *de censibus, quæstio.* 42. *num.* 20.

14 Alio † etiam casu immunis quis est à pœnâ *dict. l.* 2. & à crimine stellionatus, etiãsi in secundâ rei speciali obligatione, priorem specialem hypothecam, vel onus callidè dissimulauerit: quandò specialis illa hypotheca primo, & secundo creditori sufficiens esset: quia tunc calliditas non nocet creditori, cuius interesse, & damnum viam aperit accusationi, Farinacius *lib.* 1. *cons.* 7. *num.* 11. *vbi Addit. lit. B. l. si quis in pignore,* §. 1. *D. de pignor. action. l.* 7. *tit.* 16. *part.* 7. *l.* 10. *titul.* 13. *p.* 5. & in specie probãt Auendañ. *supr. num.* 7. Farinac. *dict. quæst.* 150. *num.* 225. D. Franc. Merlin. 1. *tom. cont. cap.* 72. *à num.* 2. exornat plenissimè Noguerol *allegat.* 22. *à num.* 36. vbi etiam

15 latè quòd † asserens, vel promittens hypothecas liberas esse, & nullis oneribus subiectas, satisfacit si quas præstitit, idoneæ sint ad debiti satisfactionem, quamuis aliis obligationibus obnoxiæ essent: quod ampliat Farinac. *nouiss. decis.* 345. etiãsi promissio, seu asseueratio iurata esset.

16 Quemadmodùm † igitur de stellionatu accusatur, qui callidè rei onus, vel qualitatem dissimulans rem alienauit, aut pignori dedit; vel qui duobus eandem rem vendidit, vel pignorauit, Farinac. & Menoch. sup., Cuiacius *dict. lib.* 8. *quæst. Papin. ad l.* 1. *D. qui potior. in pign.* ita etiam, qui in cessione iurium dolosè se gessit, stellionatus accusationi, & pœnæ subiicitur. Quarè qui creditum iam à se exactum cedit, vel rem non liberam, vel actionem quam alij antea cesserat, reus est huius criminis, Amatis *decis.* 6. *nu.* 10. qui refert Neguzantium, Guzman *de euictionib. quæst.* 35. *num.* 43. Farinac. *de falsit. dict. quæst.* 150. *nu.* 223. vidẽdus Carrasco *ad l. Reg. rec. in tract. de nobilib. non carcerand. à nu.* 67. *ad* 76. vbi plura ad rem.

Quod † indubitatè procedit, quandò cessio venditionis titulo, alio vè oneroso perficitur: si tamen ex causa lucratiua actiones cedantur, dubium est, an stellionatum committat qui cedit creditum à se exactum, vel quod alij iam cesserat. Et huius criminis accusari non posse sentit Bald. *cons.* 14. *num.* 1. Farinac. *dict. n.* 223. ibi: *Amplia tertio in cedente creditum, quod iã exegit, si enim ex huiusmodi cessione aliquid recepit punitur, secùs si nihil recepit, etiam quod non benefecerit cedendo creditum tam exactum,* & vltrà Nattã, quem refert Farinacius, idem probat Amendola *ad Franch. decis.* 354. *num.* 7. qui refert Annam *singul.* 77. verbo, *cessionarius,* conducit Molina *dict. disput.* 532. *num.* 4. vbi stellionatum cõmitti asserit, si res titulo oneroso alienetur. 17

Hanc † tamen distinctionem inter cessionem ex causa onerosa, vel lucratiua, euertere videtur communis illa resolutio, quòd donans rem duobus, diuersis temporibus, stellionatus pœna plectitur, vt ex multis probat Farinac. *num.* 222. & ex Bosio, Menoch. *dict. casu* 381. *num.* 11. igitur idem in cessione quæ donationis titulo, alio vè lucratiuo fit, dicendum erit. 18

Facit † etiam, quòd etsi donans si à traditione incipiat, de euictione non teneatur, secùs autem si à promissione, vt latissimè probat Guzman *de euictionib. q.* 25. *per tot.* Hermosill. *in l.* 32. *tit.* 5. *part.* 5. *glos.* 1. *à num.* 65. tamẽ si rem non suam scienter donet, euictioni manet obligatus, siue donatio à promissione, siue à traditione incœpisset, *l. Aristo,* §. *Labeo, D. de donationibus,* Iacob. Cancer. 3. *part. var. cap.* 4. *nu.* 25. Guzman *sup. n.* 44. Hermosill. *num.* 79. ergò idem in cessione ex causa lucratiua resoluendum est. 19

In quo † dubio, non inuenio discri- 20

minis

min is rationem, inter donationē rei; & cessionem actionis, donationis causâ factam: vndè idem in donatione, quam in cessione resoluendum existimarem: Et quamuis cessa actione titulo gratuito, certum sit, nullum periculum ad cedentem spectare, quia ius tantùm quod habebat cessisse intelligitur, *l. qui tabernas, D. de contrahend. emption.* in terminis Guzman *sup. nu.* 31. Sforcia Odd. *ad l. 3. C. de nouation. quæst.* 1. vers. *quæro decimo tertio*, qui asserit, cedentem ex causa lucratiua de euictione nō teneri. Tamen si quis callidè, & dolosè creditum a se exactum, vel quod alij antea cesserat, vel ius quod scirebat adse non pertinere cesserit; de dolo ciuiliter tenebitur: et licèt criminaliter de stellionatu accusari non possit iuxta Anch. dolum, & alios sup. ad interesse cum eo agi poterit: quod in donatione rei alienæ scienter factâ similiter obseruabitur text. *in dict. l. Aristo, § fin.* Menoch. Farinacius, Guzman, & Hermosilla sup.

21 Licèt † ergo, qui dolo, & callidè transtulit actionem quam non habebat, vel quam alteri iam cesserat, stellionatum committat, & criminaliter accusari possit si pretio accepto, vel ex causa onerosa cessio facta sit; tamen intelligenda hæc sunt, si cessio consistat, nam si ex aliqua causa, vel solemnitatis defectu nulla esset, stellionatus pœna & accusatio cessabit, Menoch. *sup. num.* 6. Ioan. Bapt. Thoro *voto* 97. *num.* 124. regulare enim est, quòd ex cessione, vel contractu nullo, cedens vel contrahens pœnam non incurrat, *ad text. in l. 3. § item siue iure, D. ad S. C. Silanianum*, diximus latè sup. *tit.* 2. *quæst.* 5. *per tot.*

22 Suspecta † etiam est mihi alia Baldi doctrina *dict. cons.* 14. quam probat Menoch. *dict. casu* 381. *num.* 19. scilicèt quod is qui cessit actionem tanquàm procurator alterius, cùm mandatum ad cedendum non haberet, de stellionatu accusari non potest; quoniam cessionarius sciredebuit alienātis conditionem, & qualitatem; et potuit petere mandatum sibi exhiberi, arg. *l. si quis inficiatus, D. depositi.*

Nam † etsi fatear, quòd pœna, & 23
accusatio stellionatus non habet locū si committatur in scientem, Auen. dāno *de censib. dict. cap.* 53. *num.* 8. quia scīēti, & cōsentiēti fraus non fit, nec; dolus, *l.* 1. *§. si intelligatur, l. si tamen, §. ei qui, D. de ædilit. edict. l.* 1. *§.* 1. *ad fin. D. de action. empt.* tamen id in casu de quo agimus procederet, vbi quis ab eo quem scirebat procuratorem non esse, cessionem habuisset; non verò si probabiliter ignoraret defectum mādati; tunc enim crederem, eum qui callidè se finxit procuratorem, aut stellionatus, aut falsi pœnam incurrere: vt in stellionatus pœnâ placuit Natta quem refert Farinac. *de falsitate dict. quæst.* 50. *part.* 3. *num.* 91. Et † pœnâ 24
falsi puniri eum, qui se procuratorem simulat, probat *l. si procuratori falso, D. de condict. caus. data caus. non sec. l. si falsus procurator, C. de furtis, cap. ex parte decani de rescriptis*, Gratianus *c.* 985. *à num.* 22. et ad interesse teneri dixit Capycius Galeota *lib.* 2. *contr. cap.* 29. *num.* 58. Et quod cōmittit falsum, qui fingit se procuratorem, Pareja *de edit. instrum. tit.* 5. *resol.* 10. *à nu.* 26. vbi quòd iusta, & probabilis causa credendi, quòd venditor est procurator, constituit emptorem in bona fide, etiamsi mandatum non vidisset.

Si † scire cupias, qua pœna puniatur cedens, qui stellionatum commisit, & quomodo euitetur, & an hæc accusatio subsidiaria sit? consule Menoch. Farinacium, Auend. & alios quos retulimus, apud quos plura inuenies de stellionatus crimine. Et an † ex eo 26
damnatus incurrat infamiam? videndi Donell. *lib.* 18. *com. c.* 8. Cuiacius *libr.* 10. *obseru. cap.* 26. *& lib.* 1. *resp. Pap. ad l.* 1. *de crimine stellion.* Anton. Fab. *lib.* 4. *coniect. cap.* 2. plenissimè Osuald. ad Donell. *dict. cap.* 8. *lit. R.* D. Franc. de Amaya *in l. vnica, C. de infamibus à num.*

num.57. An † autem post admissum
27 stellionatus crimen, pœnitentiæ sit locus ad excusationem pœnæ, Narbona *in l.29.tit.7.lib.1.glos.3.numer.53.* qui affirmatiuè resoluit, & pernitegrã glosam rectè prosequitur, quando pœnitentia in delictis consumatis, vel nõ, prosit ad euitandam pœnam.

Accusationi † stellionatus duorum
28 annorum curriculo præscribitur. Et à quo tempore præscriptio incipiat, & quibus casibus præscriptionis tempora vlteriùs protrahantur? videdus Farinac. *lib.1.cons.26.à nu.21.& add. ad Farinac. lib.1.cõs.7.lit.B.& de Inquisitione quæst.10.nu.21.* conducit Cels. Bargal. *de dolo lib.6.reg.10.* Tusch. *lit. D.conc.585.*

SVMMARIVM.

1 *Nomen debitoris cessum duplici modo pati potest periculum.*

2 *Cessio aliquando venditionis titulo, aut per viam solutionis, aut dationis in solutũ transfertur: aliquandò verò solutionis, aut consignationis causâ.*

3 *Cedens nomen, præstare tenetur, vt sit verum, non vt sit exigibile.*
Amplia licèt cedens promisisset cõseruare indemnem cessionarium.

4 *Cedens nomen pretio accepto, tenetur id verum præstare, licèt expressè cauerit vt de euictione non teneatur.*

5 *Cedens nomen debitoris sui, qui tempore cessionis soluendo non erat, an teneatur eum idoneum, & soluẽdo esse præstare?* cum num. sequẽtib.

6 *Cedens scienter nomen debitoris inopis, & actionem inanem: si induxerit cessionarium ad emendam, ad restitutionem pretij, & de dolo tenetur.*

7 *Cessionarius si sciat debitorem cessũ soluendo non esse, nullum habet regressum contra cedentem.*

8 *Cessionarius, & cedens si habeant ignorantiam inopiæ debitoris cessi, dabitur cessionario regressus, vt pretium nominis cessi recuperet à cedente.*

9 *Maritus, qui nomen inopis debitoris æstimatum in dotem accepit, eius retrocessione liberatur, licèt ignorantia inopiæ culpabilis esset.*

10 *Cedens nomen debitoris cessionario tenebitur, si debitor aliquâ exceptione ex facto cedentis tutus esset.*

11 *Cedens nomen debitoris non tenetur præstare se potiorem, & anteriorẽ creditorem esse.*

12 *Cessionarius vt possit regressum habere contra cedentem, an teneatur denunciare ei litem, & contradictionem cessi debitoris?*
Duplex sententia refertur, resoluitur num.15.

16 *Cessionarius victus in causa contra debitorem cessum, an teneatur appellare, & prosequi appellationem?*

17 *Cedens tenetur præstare debitorem idoneum, & soluendo, si id expresse actum fuit.*
Euictio nominis cessi, alia facti, alia iuris dicitur, & quando vtrumq; cedens promisisse censeatur? ibid.

18 *Nomẽ debitoris si non in solutũ, vel ex venditione transfertur, sed simpliciter solutionis causâ ceditur, nominis periculum cedentis est, & euictionẽ iuris, & facti præstat.*

19 *Cessio solutionis causâ, non est datio in solutum, venditio, aut delegatio: et satisfactionis loco non est, nisi secuta solutione.*

20 *Expenditur* l.si mandauero 22.§. interdum, D. mandati, l.3.C. de nouationib. l. pupilli 96.§. soror, D. de solutionib.
Reprobatur opinio Anton. Fabri, & Schifordegeri.

21 *Cessio simplex facta solutionis causâ idem importat, quòd mandatum*

tum ad exigendum.

22 *Debitor si consignet creditori suo aliquos effectus, ex quibus percipiat suũ creditum, quandò liberetur?* & num. seq.

23 *Dotans capellam, vel Ecclesiam in certa quantitate annua, si eam cõsignauerit in reditibus alicuius cẽsus, vel prædij, et eos diminui contingat, cuius cedat periculo?*

52 *Scribens literas cambij non liberatur, licèt is cui diriguntur eas acceptasset.*

26 *Acceptatio literarum longè differt à delegatione.*

27 *Delegatio, & cessio differunt.*

28 *Cedens vbi tenetur præstare debitorem idoneum, & soluendo, an sufficiat debitorem tempore cessionis idoneum esse, licèt ex post facto nõ soluendo fiat,* & nu. 29.

30 *Debitorem idoneum si quis præstare tenetur, poterit aduersus eũ agi si appareat debitorem cessum sub moratoria, vel saluo conducto Principis esse.*

31 *Cedens censum cum promissione vtriusq; euictionis, an teneatur cessionario, si census adminorem reditum quantitatem propter inopiã debitorum, vel ex alia causa reducatur, resolue* vtn. 34. & 35.

32 *Census reseruatiui, & emphyteutici, an propter magnam bonorum diminutionem sint reducendi ad minorem redituum quantitatẽ?*

36 *Vendens, vel cedens censum iam cõstitutũ, non tenetur de euictione, licèt hypothecæ eius euincantur.*

37 *Cessionarius, vel qui literas cambij accepit, vt habeãt regressũ contra cedentem, vel mercatorem, prius debent excutere debitorem cessum, vel eum cui literæ dirigebantur.*

38 *Excussio necessaria non est si debitoris cessi bona intricata sint, vel habeat concursum creditorum.*

39 *Cessionarius negligens in exactione debitoris cessi ex quo effectus fuit non soluendo, regressum aduersus cedentem amittit.*

Cessionarius quandò dicatur negligẽs & morosus in exactione debitoris cessi.

40 *Negligentia cessionarij in exigendo non nocet si debitor semper soluendo non fuit.*

41 *Census constitui non potest ex cessione nominis, & quandò ex cedula bancharia rectè constituatur.*

42 *Cessionarius, vel qui literas cambij accepit, si accipiat partem crediti, an cedens, & scriptor literarũ liberetur?*

43 *Cessionarius si fidem debitoris cessi seguatur, vel eidilationem tribuat ad soluendum, cedens confestim liberatur.*

Partita bãcharia solutionis vim habet.

44 *Cessionarius qua actione debeat agere, & qua forma contra cedentem, vbi debitor cessus soluendo nõ fuit.*

45 *Euicto nomine in solutum dato, vel si incertum sit, an duret pristina actio? remissiue.*

47 *Cedens actionem ex causa lucrativa, an de euictione teneatur?*

QVÆSTIO III.

Cessi nominis periculum an ad cedentem spectet; an verò pertineat ad cessionarium? Vtilis admodùm dissertatio ad ornatum *l. si nomen 4. D. de hered. vel actione vendita.*

DVPLICIter modo dicimus, actionẽ siue nomen debitoris cessi pati periculum. Primò quandò nomen cessum verum nõ est, quia debitor nihil debet cedenti. Secundò, quandò etsi verum sit nomen; tamen non est exigibile, quia debitor

soluendo non est. Vtriusque periculi casus, an ad cedentem, an ad cessionarium spectet, non modicæ controuersiæ est, quæ nō minùs vtilis, & pulchra, quàm in Palatijs frequens, & assidua est, teste Guzman *de euiction. q.* 35. *nu.* 1. Tondut. *quæst. & resol. ciuil. c.* 49. *in princ.* quam quæstionem licèt plures interpretes agitauerint, nos forsan non inutiliter prosequemur.

2 Et † in primis aduerto, cessionem nominis, vel actionis duplici modo fieri posse, nam aliquando vēditionis titulo, aut per viam solutionis, seu dationis in solutum actio, & nomen debitoris ceditur; aliquandò verò simplicitèr solutionis causâ, vel per viam simplicis assignationis transfertur.

3 Quò † supposito, si actio venditur, aut qua alia ratione in solutum datur, cedens ex natura cessionis, & venditionis, non ad aliud tenetur, quā quòd nomen cessum sit verum; non tamen quòd sit exigibile. Qui enim nomen vendidit, & sic cessit, duntaxàt cogitur præstare, vt sit, non vt exigi etiam possit. Quod idem est ac si diceremus, adstringi venditorem nominis, vt ius quod ceditur sit verum, & iure debitum, non tamen vt debitor soluendo sit: vel vt alij dicunt, tenetur cedens de veritate nominis cessi; non autem de eius exigibilitate, expressus text. *in l. si nomen* 4. *D. de hered. vel action. vendit.* ibi: *Si nomen sit distractum Celsus lib.* 9, *Digestorum scribit, locupletem esse debitorem non debere præstare, debitorem autem esse præstare, nisi aliud cōuenit*, idem probat *l. si plus* 74. *§. qui nomen de euictionib.* Franc. Tondut. *d. cap.* 49. *num.* 1. Giurba *decis.* 87. *num.* 10. Guzman *dict. quæst.* 35. *à n.* 4. Hermosill. *in l.* 23. *tit.* 5. *p.* 5. *glos.* 4. *à num.* 5. Costa *in praxi conuentionali part.* 1. *num.* 51. Paul. Gallerat. *de renunc. lib.* 1. *cap.* 4. *à num.* 95. Cyriacus *lib.* 1. *cōt.* 169. *nu.* 4. *&* 10, *& lib.* 2. *cont.* 225. *à n.* 7. *&* 31. *& cont.* 375. *à nu.* 11. Cencius *de cēsib. q.* 72. *nu.* 23. vers. *prima est*, Thoro *voto* 91. *à nu.* 34. Fontanell. *decis.* 167. *à n.* 1. Quod ampliant Cencius, Hermosill. & Tondutus, tametsi cedens, & vendens promiserit defendere, & conseruare indemnem cessionarium, quia ad veritatē nominis, non autem ad illius bonitatem, & securitatem tenebitur, Add. ad Alex. Ludouis. *dec.* 579. *n.* 5. sequitur Guzman *sup. n.* 62. Thoro *nu.* 75. Quod fortius procedit, si quis ex venditionis, vel in solutum dationis causa cederet nomen tale quale est, *d. l. si plus* 74. *§. vlt. D. euiction.* Mantica *de tacit. & amb. lib.* 4. *tit.* 14. *n.* 9. Alex. Ludouis. *sup. nu.* 3. Cenc. *sup.* vers. *vel cederet*, Thoro *sup. num.* 83.

Adeo † autē cedens præstare tenetur nomen debitoris quod distraxit, vel in solutum dedit, verū esse, quòd licèt expressè cauerit, vt de euictione non teneatur, adhùc tamen ad restitutionē prenij posse conueniri, si debitorē cessum vere, & realiter debere nō demōstret, *l. emptorē, §. qui autem, D. de act. empt.* ex innumeris probat Giurba *d. decis.* 87. *n.* 12. Mantica *sup. n.* 13. quem transcripsit Guzman *à nu.* 7. *ad* 17. 4

Hæc quamuis † certissima, & indubitata sint, tamen in aliquibus speciebus summè controuertitur, an cedens non solùm de veritate, & existentiâ nominis cessi teneatur, sed etiam præstare debeat, debitorem esse locupletem. Et sunt qui existimant, decisionē *dict. l. si nomen*, nullatenùs procedere, vbi debitor cessus cessionis tempore soluendo non esset: quasi discrimē sit, inter periculum præsens, & futurum: vt futurum periculum non præstet cedens, sed cessionarij damno cedat; præsens tamen debitoris inopia pertineat ad cedentem. Quam sententiam ex Bart. Alex. Beccio, Marco Anton. Eugenio, & Rouito, verissimam agnoscit Capycius Galeota *libr.* 1. *cont.* 32. *à n.* 72. videndus Pereira *decis.* 38. Sed distinctionem hanc inter periculum præsens, & futurum reiicit Anton. Faber *lib.* 12. *coniect. c.* 7. Schisordeg. *lib.* 3. *tractat.* 23. *quæst.* 15. *circa finem*, 5

qui

qui contendunt, tàm præsens quàm futurum nominis periculum, ad cedẽtem spectare.

6 Pro cuius † controuersiæ verâ resolutione, ego sequentes casus considero. Primus est, quandò cedens, vel vẽditor nominis, sciens actionem inanem esse propter inopiam debitoris, decepit, aut induxit emptorem, & cessionarium, vt compararet nomen, vel acciperet in solutum: nam eo casu, ad restitutionem pretij, & de dolo tenebitur, *d. l. si plus, §. fin. D. de euiction.* Anton. Fab. *d. c. 7. infra princip. & ad tit. C. de hered. vel action. vendit. def.* 15. ex Surdo, & aliis Guzman *d. q.* 35. *nu.* 20. *&* 45. sequitur Hermosill. *d. gl.* 4. *n.* 19. *&* 20. Rodriguez statim referẽdus *n.* 22. Carleual. *infrà n.* 29. Castillo *dict. cap.* 77. vers. *sextus casus.*

7 Secundus † casus est, quandò cessionarius sciens debitorem cessum soluẽdo non esse, eius cessionẽ recipit; quia tunc tàm præsens, quàm futurum nominis periculum cessionarij erit, qui sibi imputare debet, qui sciens tale nomen secutus fuit, vt asserit Cons. *in l. promittendo* 47. *§. si à debitore, D. de iure dotiũ*, ibi: *Quod sciens tale nomen secutus videatur, quale initio obligationis fuerit*, Tondut. *d. c.* 49. *nu.* 14. Hermosill. *n.* 10. Galeota *d. contr.* 32. *n.* 20.

8 Tertius † casus est, quandò vterque cedens scilicèt, & cessionarius, debitoris cessi præsentem inopiã ignorãt, in qua specie, licèt res dubia sit, tamẽ magis receptum video, cessionarium qui probabilem ignorantiam habuit inopiæ debitoris, recursum habere cõtra cedentem, vt pretium ab eo recuperet: quia cũ debitor tempore cessionis soluendo nõ sit, perindè est, ac si nihil cedenti deberetur, & potiùs succurri oportet cessionario, qui de damno vitando agit, quàm cedenti, qui lucrũ consequi intendit, in quam sententiã conueniunt omnes præter Fabrum, & Schiford. sup. vt latè tradunt *ex dict. l. promittendo, §. si à debitore, D. de iure dotiũ.* Rodrig. *de reditib. lib.* 2. *q.* 21. *n.* 22. Guzman *d. n.* 21. Hermosill. *d. n.* 10. Tond. *d. n.* 10. *ad* 16. Cenc. *de cens. b. q.* 72. *n.* 23. vers. *declaratur etiam*, Thoro *d. voto* 91. *n.* 84. plenissimè omninò videndus Capycius Galeota *d. contr.* 32. *d. n.* 20. *ad* 65. Vbi quæ dicatur iusta, & probabilis ignorantia, vt cessionarius, qui venditionis, vel insolutum dationis titulo, nomen non idoneum accepit, possit aduersus cedentem habere recursum.

Cæterùm † superior distinctio, inter probabilem, & culposam ignorantiam, in nomine in dotem dato non procedit, quod quamuis maritus ignorantiâ culpabili æstimatum, vel delegatum accipiat, suo periculo non cedet: et eius retrocessione liberatur, vt contra Fabrum, & Schiford. probauimus *sup. tit.* 5. *q.* 13. 9

Limitatur † etiam, superior regula, quam ex *d. l. si nomen, D. de hered. vel action. vend.* deduximus. Vbi debitor aliqua exceptione ex persona, & facto cedentis tutus esset, per quam excluderet cessionarium: quia venditor tenetur præstare nomen verum, & sine exceptione: cùm nihil interest, an ipso iure quis actionem non habeat, vel quòd per exceptionem repellatur *l. nihil interest de reg. iur.* quam limitationem probant Giurba *d. decis.* 87. *n.* 27. multis relatis Hermosill. *d. num.* 7. Gailleratus *d. nu.* 45. Cencius *d. nu.* 23. vers. *limitatur*, Thoro *n.* 39. *&* 74. 10

Sed † licèt de facto suo teneatur cedens, tamen nullatenùs adstringitur, vt se potiorem creditore esse ostendat, quia cedens satisfacit si præstet ius sibi esse, et vt ius verè sit, & existat: non verò requiritur, quòd sit anterius: liberabitur igitur si se creditorem esse doceat, Anton. Faber *dict. def.* 15. ex Franch. *decis.* 427. Schifordeg. *dict. tract.* 23. *quæst.* 16. verficul. *nunquid*. Quod verum credo, si adhuc debitor soluendo esset cessionario; nam si cessionis tempore idoneus non esset, quia facultates primo creditori tantùm sufficiebant, cessionarius 11

aduersus cedentem haberet recursum in casibus quos proximè distinximus.

12 Planè † vt cessionarius, cui nomen nõ verũ, nec existens, aut exceptione aliquâ elisum venditũ fuit, vel in solutũ datum, regressum habeat cõtra cedentem, an requiratur, vt litem ei denunciet, dubitationis est. Et denunciationem necessariam esse, non solùm quandò emptor agit, & succũbit, sed etiam quando cõuenitur, ex Paul. de Castro probat Guzman *d. q.* 35. *n.* 31. Hermosill. *n.* 21. qui asserit, teneri cessionarium, requirere, & interpellare cedentem, vt tradat iura sua, & instrumẽta, & veniat defensurus eum, aduersus debitorem, idem sentit Guzman *n.* 62 vers. *hoc idem.*

13 Reasumunt † iterum eandem disputationem Hermosill. *in l.* 32. *tit.* 5. *p.* 5. *gl.* 4. *art.* 6. *à n.* 81. & Guzman *q.* 5. *nu.* 36, sed parùm firmi, & timidi in resolutione eius; videtur tamen Alfonsum à Guzman in eam inclinare sententiã, quòd denunciatio non sit necessaria, quia ex quo cessionarius à cedente causam, & agendi potestatem habet, videtur cedentem liti præsentem fuisse; in quam sententiam descendere etiam videtur Tondut *d. c.* 49. *à nu.* 47. qui refert Mãgilium, quibus adde Gratian. *dec.* 13. *n.* 47. Amendol. *ad Frãch. dec.* 108. *nu.* 7 & latè agentem Intrigliolum *cons.* 12. *à num.* 18.

14 Cõtraria † tamẽ sententia, quòd denũciatio nõ requiratur, placet Hermosill. *à n.* 82. sequitur Cyriac. quẽ refert Tondut. sup. (qui limitant nisi in instrumento cessionis denunciandi necessitas sit remissa) Montan. *ad Oliban. de action. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 28. vers. *oneratur, & n.* 19. vers. *incumbit.* Ant. Faber *in C. ad tit. de hered. vel action. vend. def.* 12. (vbi quando sufficiat denunciationẽ fieri cedenti in instantia appellationis) Cancer. 2. *p. var. c.* 6. *n.* 195. *in fin.* qui hanc opinionem magis securam affirmant, Rodriguez *d. libr.* 1. *quæst.* 21. *num fin.*

15 Ego † verò licèt consulerem cessionario, vt ad euitandas lites denunciaret cedenti contradictionem debitoris cessi, vt liti assisteret: tamen in pũcto veriorem censẽo distinctionem, & concordiam Bertaz. *claus.* 29. *gl.* 4. *n.* 2. à vers. *illud etiã*, qui asserit, denũciationem esse necessariã, nisi cessionarius ad defensionem haberet instrumenta necessaria, & litis benè instructus esset, sequitur ex Decio Horat. Carpan. *ad stat. Mediol.* 1. *tom. c.* 445. *n.* 62. De denunciationis necessitate, vt emptor possit agere contra venditorem de euictione, & quomodo facienda sit, videndus Pareja *de edit. instrum. tit.* 5. *resol.* 14. *per tot.* Capycius Galeota *lib.* 1. *cons.* 57. latè Hunnius *in Encycloped. iur.* 3. *p. titul.* 16. *c.* 2. *per tot.* vbi quandò denunciatio sit necessaria, & quomodò, & quib° sit faciẽda?

16 An † autem cessionarius victus teneatur appellare, & prosequi appellationem? differit late Intrigl. *d. cons.* 12. *à n.* 18. *ad* 32. qui casus si occurrat, ex his decidendus erit, quæ in quolibet alio emptore condemnato obseruantur; quia quòad appellandi necessitatem, & prosecutionem appellationis, nõ aliam causam esse existimo cessionarij, quàm emptoris alterius rei immobilis, et in vtroque obseruabitur decisio, *l. Herennius, §.* 1. *&* 2. *D. de euictionib.* cuius materiam latissimè prosequitur Hermosill. *in l.* 36. *tit.* 5 *p.* 5. *glos.* 8. *per tot.* Fach. *lib.* 2. *cont. c.* 40.

Aliam † etiam limitationem recipit superior assertio, quæ ex litera ipsiusmet, *l. si nomen, D. de hered. vel action. vendit.* deprehenditur, scilicet si aliud conuentum sit; nàm ex partium conuentione, et si id actum appareat, cedens non solùm verum debitorem præstare tenebitur, sed & locupletem, & soluẽdo, agnoscũt omnes quos sup. retulimus, prosequitur latissimè Hermosill. *n.* 86. qui refert Guzman, Cancer & alios, Cenc. *d. n.* 23. *à* vers. *secũda conclusio*, Thor. *num.* 86. plenissimè Tondutus *à nu.* 16. Acosta *de priuileg. creditor. reg.* 3. *limit.* 5. *n.* 1. vers. *si verò.*

Ex

Ex quorum scriptis colligitur, cedentem non solùm iuris, sed etiam facti euictionem præstare, si vni & alteri euictioni se adstrinxit: similitèrque vbi nomen bonum, aut illæsum, aut exigibile promisit; vel si debitorem locupletem esse dicat: ex quibus causulis, & aliis quas refert Tondutus, obligatur cedens, qui nomen vendidit, vel insolutum tradidit, manutenere cessionarium; et idoneum facultatibus, & facilis exactionis præstare debitorē, Rodriguez *dict. quæst. 21. præcipuè numer. 21.*

18 Elegans † etiam superioris regulæ limitatio est, quando nomen debitoris non in solutum, vel ex venditione transfertur; sed tantùm simplicitèr ceditur, & assignatur solutionis causâ, quo casu nominis periculum ad cedētem spectat, & ad euictionem tàm iu-

19 ris, quam facti tenetur: quia † hæc cessio solùm importat mandatum de exigendo, & non est in solutum datio, vēditio, aut delegatio; sed simplex cessio facta ad commodum cedentis, quæ loco solutionis, & satisfactionis non habetur, nisi secutâ solutione: quia in simplici cessione ineſt tacita cōditio, si solutum fuerit cessionario; ideoque nominis periculum cedentis est, Marta *incomp. decis. 3. tom.* verb. *cessio. cap. 28. & 32.* & ex Gratiano, Surdo, & Mastrill. probat Tondutus *dict. c. 49. à num. 3.* Gratianus *dict. decis. 13. num. 43.* elegantèr Iacob. Cancer. *part. 2. var. cap. 6. à num. 183.* quem sequitur Fontanell. *decis. 167. à num. 1.* Thoro *dict. voto 91. à num. 40.* nullo ex his relato Guzman *de euictionib. dict. quæstion. 35. num. 88.* videndus omninò Scaccia *de commert. §. 2. glos. 5. à num. 250.* & nouissimè D. Salgado *in labyrint. credit. 3. part. cap. 20. num. 45. & 37.* Mercur. Merlinus *de pignorib. & hypoth. lib. 5. quæst. 3. num. 5. & quæstion. 5. & quæst. 12. num. 9. & 10. & quæst. 30. à num. 32.* Leotardus *de iuris quæst. 39. num. 51.* qui hanc differētiam assignat in cr simplicem cessionem nominis, & eamquæ non solutionis causa, sed in solutum fit: vt illa solutionis vim non habeat, hæc verò solutio sit: proindeque ex illa non liberetur cedens, ex hac liberationem consequatur, & cessionarij sit periculum. Asserit tamen; ex facto pendere, an cessio simplex sit, vel in solutum: in dubio tamen simplicem cessionem, & consignationem præsumi profitetur, videas eundem Leotardū *quæst. 87. num. 21.* vbi quandò nouatio inducatur? et in specie asserit, prioris debiti nouationē non fieri, etiam si creditor faciat cessionarium procuratorem in rem propriam ad exigēdum, quia hæc iuxta Cuiacium, est delegatio actionis, non debitoris.

Hinc † audiendus non est Ant. Faber *lib. 12. coniect. cap. 7.* quem sequitur Schifordeg. *dict. tract. 23. quæst. 15* qui tenet, cessi nominis periculū pertinere ad cessionarium, non solùm si in solu[illegible] facta sit cessio, sed etiam si simp[illegible]er. Nàm contrarium veriùs est, [illegible]probatur *ex l. si mandauero 22. §. interdum, D. mandati, l. 3. C. de nouationib.* ibi: *Quamuis creditori tuo aduersus eū solutionis causâ mandaueris actiones.* Nec pro eis facit, *l. pupilli 96. §. soror, D. de solutionibus*, quia nō loquitur in simplici cessione, & mandato actionum; sed de nomine insolutum dato ex causa transactionis, vt ex litera illius text. manifestè apparet. 20

Sed † etsi Anton. Faber, & Schifordeg. *dict. quæst. 15. & 16. in fin.* communem sententiam improbent; ferè in eam conueniunt, dùm probant, mā datis actionibus nominis periculum ad mandantem spectare; non verò si nomen simplicitèr cedatur: quasi aliud sit mandatum actionum, quā simplex cessio ad exigendum ad commodum cedentis. Sed ego in substantia hæc nihil differre existimo, prout sentiunt etiam Doctores practici, qui simplicem cessionem nihil aliud esse docent, quàm simplex mandatum, vt dixit Cancer. *sup. num. 185.* ibi: *Estque* 21

obseruandum dictã cessionem simplicẽ, quã diximus habere tantùm vim mãdati, duplex mãdatũ importare; vnũ respectu illius, qui pecuniam est soluturus, vt nempè soluat cessionario; aliud respectu cessionarij, qui pecuniã est recepturus, vt habeat mandatum ad illam petendũ, & exigendum.

22 Ex hac † verissima doctrina descẽdit resolutio illius dubij, an vbi debitor cõsignat creditori certos effectus, ex quibus percipiat suũ creditũ, constituendo eũ procuratorẽ in rem propriam ad exigẽdum, statim liberetur, & periculum consignationis pertineat ad creditorem?

23 Quòd † dubium antequàm resoluã aduerto, in præsenti me non acturũ de eo, an vbi quis fundauit aliquã capellaniam, vel dotauit capellã, vel Ecclesiam in certa quãtitate, cuius solutionem consignauit in aliquo annuo cẽsu, vel in fructibus alicuius prædij; vel si disposuerit quòd ex suis bonis ematur census sufficiens ad dictam [illegible]nem: si fortè decreuerint redit[illegible]llius cõsignationis, periculum debeat pertinere ad capellaniam, & Ecclesiã, vel debeat suppleri ex aliis bonis fundatoris, & dotantis? Quam quæstionẽ latissimè disputat Guzmã *de euict. q.* 30. *per tot.* qui resoluit, diminutionẽ superuenientẽ Ecclesiæ, vel capellaniæ periculo cedere, videndus ad materiam, & de intellectu, *l. Lucius, D. de alimẽt. leg. l. legatũ* 17. *§. vini, D. de annuis leg. l. ex eo, D. de vino tritico, & oleo leg. l. nomen, §. vni, D. de leg.* 3. *l. fideicõmissũ* 50. *§.* 1. *D. de iudic. l. inter stipulantẽ, §. sacrã, D. de verb. oblig. l. Firmio Heliodoro, D. quandò dies leg. cedat*, cum aliis, Garcia *de expens. c.* 4. Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 26. Paccius *cent.* 6. *q.* 34. Acosta *de priu. cred. reg.* 3. *amp.* 5. *à nu.* 20. apud quos latè quandò locus, vel res solutioni designata, videatur adiecta demonstrationis, vel taxationis, & restrictionis causâ.

24 Signanter † igitur agendum erit, de debitore, qui assignauit solutionẽ creditori super aliquibus effectibus sibi debitis. Et pro resolutione ad prædictam distinctionẽ recurrendum erit; nã si effectus, & consignationes cessæ sint, & datæ in solutum creditori, earũ diminutio suo periculo cedet; cùm cõsignatio verã solutionẽ importet, quo sensu accipiendus est, Noguer. *allegat.* 32. *n.* 103. qui in id expẽdit *l. inter causas, §. abesse, D. mãdati*, sin verò nõ vẽditio, aut delegatio præcesserit, sed tantùm quædam assignatio, seu indicatio pro faciliori solutione, periculum debitoris erit, elegantèr, & aptissimè Ludouic. Cẽc. *de cẽsib. q.* 107. *à n.* 16. latè D. Salgad. *in labyrinth. credit.* 1. *part. cap.* 10. *à nu.* 1. *cum seqq.*

Ex iis † etiam descendit, an scribẽs 25
literas cambij, si ille cui dirigũtur eas acceptauerit, statim liberetur; et cuius periculo cedat damnum decoctionis mandatarij, quod accidit post acceptationẽ literarum? In cuius dubij explicatione licèt variapro vna, & altera opinione referre possem fundamẽta, & auctoritates, quæ suadent, acceptatione secutâ campsorem, qui literas dedit, liberari, & futuri periculi immunẽ esse; quia acceptatio de stylo mercatorũ solutionis loco habetur. Hieron. de Leõ *lib.* 2. *dec.* 130. et per acceptationẽ videtur facta nouatio, & delegatio, cũ loco primi, alius debitor detur creditori. Tamen nè in refellendis opinionibus, quę iamdiù displicuerũt, tẽpus & operam perdamus, constituo campsorẽ per acceptationẽ mandatarij neutiquam liberari, & decoctionẽ eius dãmno cedere: quia acceptatio nõ est nouus contractus inter acceptantẽ, & eũ cui faciẽda est solutio, sed exe cutio, & pars contractus literarũ cambij: quarum acceptationẽ cùm desiderat dominus, nõ eo animo facit, vt mãdatarij fidẽ sequatur; imò acceptationi non alitèr acquiescere videtur, quã si ei fuerit satisfactũ, & in eum finẽ fit, vt post acceptationẽ non possit recusari solutio. Quam sententiam verissimã esse agnoscunt communitèr interpre-

tes

tes quam comprobant *ex l. si literarũ, C. de solution. l.* 15. *tit.* 14. *p.* 5. post alios latè Scaccia *de comm. §.* 2. *glos.* 5. *à nu.* 322. Paschal. *de virib. patr. potest.* 1. *p. c.* 8. *n.* 71. Gaito *decredit. c.* 2. *à n.* 2377. Hodiern. *ad Surd. dec.* 187. D. Castillo 5. *tom. cont. c.* 77. *per tot.* Amat. *resol.* 47. *to.* 1. Fontan. *dec.* 124. *nu.* 6. *& dec.* 125. Molin. *de iust. & iure. disp.* 559. Borrell. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 23. *à n.* 93. Carleual *de iudiciis lib.* 1. *tit.* 3. *a n.* 24. Acosta *de priuil cred. reg.* 2. *ampl.* 6 *à n.* 71. Tondutus *resol. ciuil. cap.* 90. *à n.* 6. Merlin. *d. tract. de pignorib. libr.* 4. *quæst.* 150. *à num.* 54.

26 Cui † verisimæ & receptæ sententiæ non refragatur ratio illa, quòd per acceptationem, & interuentũ nouæ personæ, delegatio, & nouatio prioris obligationis inducitur; quæ transfertur omnimodo in acceptantem: quia respondetur huius casus terminos longè à delegatione differre, cum in eo deficiant multa sine quibus delegatio non perficitur: vndè licet per veram delegationem primus debitor liberetur, & periculum nominis damno cedat delegatario, *l. inter causas, §. abesse, D. mandati*, Becius *cons.* 105. *num.* 18. 19. *&* 25. Surdus *cons.* 145. *num.* 20. Scaccia *dict. §.* 2. *glos.* 5. *num.* 292. Parlad. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 2. *par.* §. 12. *limit.* 6. Anton. Faber, Schifordeg. & cæteri omnes quos laudauimus supra: tamen id in impropria delegatione, & præsentis casus terminis locum non habet.

In hunc † locum contuleram recẽ-
27 sere requisita necessaria ad contrahẽdam verã delegationẽ. Ex quibus facilè agnoscetur in quo differat à cessione. Et quamuis in hoc articulo aliquãtulũ calamũ extẽdere possẽ, tamẽ quia plenè à plerisque disputatum video, in eo scribere supersedeo, videdi latissimè agentes Parlad. *vbi proximè* Scaccia *à n.* 281. Bertaz. *clauf.* 32. *gl.* 4. *cum seqq.* Thoro *voto* 6. *à n.* 34. latissimè Acosta *d. reg.* 2. *ampl.* 6. *à n.* 50. *ad* 100. Hodiern. ad Surd. *dec.* 187. Brisonius, Donell. Gallerat. Olano, & alij relati sup. *tit.* 2. *q.* 2. *à num.* 50. vbi duas differentias inter cessionẽ & delegationẽ aduertimus, alias retulimus in discursu huius tractatus, & præter eam de qua in præsenti, notabis aliam de qua in *tit.* 6. *quæst.* 11. *à n.*.....

His † igitur casibus, quibus diximus, 28
cedẽtẽ ex venditione, aut in solutũ dationis titulo; vel scriptorẽ literariũ, nõ solùm iuris, sed & facti euictionem præstare debere, hoc est debitorẽ non solùm verum, sed idoneũ, & soluendo esse ostendere: occurrunt nonnulla dubia de quibus nõ satis cõstat apud interpretes. Primũ est, an sufficiat debitorẽ tempore cessionis idoneum esse, an verò requiratur, quòd in futurũ soluendo etiam sit? In qua difficultate ex Ludouic. Cẽc. tres casus distinguit Tõdutus *d. c.* 49. *à n.* 40. Primus, quandò quis simpliciter bonũ esse nomen promisit: quo casu asserit, promissionem bonitatis nominis cessi, ad tẽpus cessionis esse referendã, ita vt periculum post eam superueniens cessionarij sit. Secundus, vbi adiiciuntur promissioni verba futurũ etiam tempus respicientia: et tunc cedens futuri etiam periculi damnũ patietur, nõ tamen in perpetuũ tenebitur ad nominis exigibilitatem, imò liberabitur si per aliquot annos, puta duodecim; vel vt alij dicunt post tres, vel quatuor annos, debitor cessus soluendo existat, & soluerit annuas pensiones, ex Cencio idem probat Leotard. *de vsuris q.* 80. *à n.* 40. vbi asserit, cedentẽ nomẽ annuũ, seu ius exigendi annuã præstationẽ satisfacere si debitor cessus bis, vel ter soluerit annuã pensionẽ, etsi posteà soluendo non fiat: dummodò post cessionẽ inopia debitoris cessi cõtingeret: secùs si cessionis tẽpore, & ex ære alieno præcedẽti bona eius distracta fuissẽt. Tertius casus est, si verba perpetuitatẽ denotãtia adiiciãtur: et tũc in perpetuũ nominis periculũ cedentis erit, Merlinus *d. lib.* 5. *q.* 21. *à n.* 66. qui refert Duran, *decis.* 404.

Ex-

Ex quibus † casibus duo posteriores
29 apud me sine dubio sunt. Primus verò posset ita tẽparari, vt nõ sufficiat idoneitas debitoris tẽpore cessionis, sed quòd etiã inueniatur idoneus tẽpore quo cõmodè cessionarius potuit exigere; frustra enim cessionari⁹ caueret de bonitate nominis, nisi tempus cõmodæ exactionis respiceret. Huius sententiæ fundamentum non leue est, quod dicitur, & statim probauimus, nempè cessionarium, qui fuit negligens in exactione nominis cessi, non habere regressum contra cedentem: ex quo colligitur promissionem bonitatis, ad tempus quo primùm nomẽ cessum exigi potuit, esse protrahendam. Quod si acciderit maturè examinabis.

30 Aliud † etiam notabis, quòd vbi nomen bonum, illæsum, seu exigibile quis vel ex pacto, vel ex lege præstare tenetur, si fortè debitor saluum cõductum haberet à Principe, vel moratoriam, statim regressus daretur contra cedentem, vt ex Rotâ Genuẽs. probat Guzman *de euictionib. dict. quæst. 35. num. 39.* sequitur Hermosill. *dict. glos. 4. num. 9.* quibus addes Cencium *dict. quæst. 72. n. 23.* vers. *declaratur.*

31 Elegans † verò dubium est, de quo quærit Tondutus *dict. cap. 49. post nu. 53. à vers. procoronide*, an si census cum iure exigendi annuas præstationes cedatur, & postea censusaliquo casu, vel propter insufficientiam debitoris, reductus sit ad minorem redituum quãtitatem, teneatur cedens de euictione, si promisisset debitores futuros fore idoneos, & exigibiles? Loquitur Tõdutus de cessione alicuius census impositi super bonis communitatis, quæ ob magnam bonorum diminutionem æquitatis remedio obtinuit redituum reductionem, & moderationem.

32 Hic casus, † apud nos frequentèr potest accidere: quia assiduæ sunt lites, in quibus oppida, & communitates quæ soluunt aliquem cẽsum reseruatiuum ratione certorum bonorum, cendos fore; quia contractus ille cencere; vel saltim reditus census redudesiderant se dimittendo bona satisfa sualis iniuriâ temporum incœpit esse læsibus, talitèr vt communitas, propter magnam bonorum, & incolarum diminutionem, non posit in posterũ redit⁹ soluere. Et licèt cõtrouersũ sit, an huiusmodi reductioni sit locus: tamen ea obtinuit opinio, quæ ex iusta causâ, & superuenienti communitatis, & vicinorum inopiâ, reductionem ex æquitate admittit, arg. *text. in l. cum quidam de vsuris, cap. quanto de censibus, cap. suggestum de decimis.* videndi Thesaur. *decis. 20. & 226.* Rodriguez *de annuis reditib. lib. 2. quæst. 15. a nu. 95.* Griuell. *decis. 9.* Rolandus à Valle *cons. 66. lib. 3.* Guid. Pap. *decis. 8.* D. Amaya *in l. vnica, C. de collatione donator. à num. 10. ad 54.* Surdus *cons. 162. num. 22.* Capycius Latro *decis. 18.* D. Larrea *allegat. 23. a numer. 21. & 23.* Fontanell. *de pactis nuptialib. claus. 4. glos. 16. part. 1. num. 126.* Accacius Ripoll. *var. cap. 7. à num. 92. & cap. vlt. à nu. 32.* Hermosill. *in l. 56. tit. 5. p. 5. glos. 4. num. 19. & à num. 16. & glos. 11. nu. 128.* nouiter Georg. Frantzk. *var. resol. lib. 1. resol. 5. per totam, & à num. 14.* Cancerius *2. part. var. cap. 1. num. 274.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tit. 33. de iure emphyt. à num. 229. & 232.* qui latè agunt quandò ex noua causâ, & inæqualitate superueniẽti, reducendi sint census reseruatiui, & emphyteutici. Et circa emphyteuticũ obseruanda est in his Regnis decisio *l. 28. tit. 8. part. 5.* videndus Cancer. *3. part. var. cap. 1. num. 187.*

In † præfato igitur dubio, Tonduto 33
magis placet, reductionis casum non cedentis, sed cessionarij periculo cedere, quia ex speciali Principis voluntate, & gratia census fuerunt reducti, ad quod Principis factum, qui euictionem promisit, nullatenùs tenetur, iuxta *l. Lutius, D. de euictionib.* Licèt autem hæc sententia Tonduto magis arrideat, tamen dubius est, & quia super

arti-

articulo lis pendebat, eum reliquit indecisum.

34 Ego verò † existimarem, distinguẽdum fore, an reductio census, speciali gratiâ, & facto Principis facta sit; an verò per sententiam latam in iudicio contradictorio, quæ reduxit censum non vigore alicuius priuilegij specialis; sed ex iuris dispositione. Primo casu, cessionarij periculum erit, non verò cedentis, quia is non præstat casum, qui ex facto Principis accidit, iuxta *dict. l. Lucius, D. de euictionib.* de cuius intellectu videndi Iulius Paccius *cent. 5 quæst. 8. D. Franc. Amaya lib. 1. obseru. cap. 1. à num. 51.* Guzman *de euictionib. quæst. 52.* vbi per totam, an venditor de euictione teneatur, si res ex facto Principis sit euicta? Cui proximum est, quòd cedens censum consignatiuum impositum ad rationem vnius pro viginti, & promittés in perpetuum debitorem fore locupletem, si forte speciali Principis sanctione cẽsus consignatiui ad rationẽ vnius pro viginti quinque augeantur, nullatenus cessionario tenebitur, vt euictionis nomine suppleat diminutionẽ redituum, cùm non propter debitoris cessi inopiam, sed facto Principis damnum acciderit, *arg. dict. l. Lucius.*

35 At vero † si in iudicio controuerso per viam instituæ oppidum, seu communitas obtineat cẽsus fieri reductionem, crederem venditorem censûs de euictione posse conueniri, cùm inopia debitorum reductioni causam dederit, quos cedens in perpetuũ idoneos, & facilis exactionis futuros esse promisit: quare superueniente eorum insufficientia, & facultatum defectu, stipulatio euictionis committetur. Cui distinctioni accedit dùm post hæc scripta visu. Leotardus *de vsuris quæst. 80. à num. 31.* qui probat, rescisis censibus ex edicto Principis, quia illegitimè, & contra formam fuerant creati, cedentes de euictione eorum teneri, secùs si propter bellum, vel ob aliam calamitatem Princeps censualitas remiserit, aliquam partem redituum.

His † & illud annectendum est, cedentem, vel venditorem census iam constituti, licèt euicto iure ipso cẽsus, de euictione teneatur; tamen aliud erit, si non ius census, sed eius hypothecæ à creditoribus anterioribus euincantur, ex quo debitor non soluendo fiat; nam huius euictionis casum nunquam præstabit, nisi simùl se creditorem census, & eius hypothecas idoneas esse promisisset, vt solidis, & veris fundamentis, resoluit Rodriguez *præcitata quæst. 21 per totam*, a quo sine ratione dissentit Leotard. *dict. quæst. 80. à num. 35.* 36

Verum † vt cessionarius regressum habere possit contra cedentem, vel eũ qui literas cambij scripsit, necessario tenebitur debitoris cessi bona excutere, adeò vt non factis diligentijs, excludatur si aduersus cedentem, vel datorem literarum agere intẽdat, vt doctè ostendit Scaccia *dict. §. 2. glos. 5. à num. 254.* Cyriacus *lib. 2. contr. 374. à num. 28. & cont. 375. per tot. præcipuè à num. 11.* Cencius *dict. num. 23.* vers. *cæterum*, Guzman *dict. quæst. 35. nu. 62.* vers. *ergo actionem*, ex Cancerio, Mastrill. & aliis Tondutus *vbi proximè num. 44.* Thoro *sup. nu. 56.* Rodriguez *de reditib. lib. 2. quæst. 17. num. 33.* latè Fontanell. *decis. 124. & 125. per tot.* D. Salgado *dict. 1. part. cap. 10. n. 40.* 37

Excusabitur † autem cessionarius ab excussionis onere, si debitoris bona intricata sint, & difficilis exactionis, iuxta Scacciam *dict. glos. 5. numer. 268.* conducit Anton. Fab. *in C. tit. de pignorib. def. 29.* latè Farinac. *lib. 2. cõs. 165.* Carocius *de excussione part. 2. quæst. 34.* quod sine dubio procedit si ad bona debitoris cessi formatus sit concursus creditorũm (vulgo pleyto de acreedores) quia ex hoc excussio pro facta habebitur, *arg. l. à Diuo Pio, §. si rerum, ff. de rei iudicat.* vbi: *Controuersia est de pignore, id diminutti debere & capi aliud, si quod est sine controuersia*, D. Molina *de primogẽitis lib. 4. cap. 5.* 38

cap.5.num.21. Noguerol *alleg.2.à nu.* 113. D.Salgad. *dict.1.part. cap.23.à num.1.* D.Larrea *alleg.26.nu.14. & alleg.33.num.4. & 5.*

39 Adeò † autem debitoris cessi excussio requiritur, vt si is qui literas cãbij accepit, vel cessionarius negligens fuerit in exactione nominis, ex quo debitor effectus fuit non soluendo. scriptor literarum, aut qui nomen in solutum dedit, vel vendidit iuris euictione promissâ, omninò liberetur, qnia periculum nominis ad eum pertinet cuius culpâ deterius factum vsit, *l.periculum 35.D.si cert petatur*, quã doctrinam (licèt dissentire videatur circa eum qui literas cambij accepit, D.Castillo *dict.cap.77.* vers. *quartus casus.* & vers. *quod si adhuc instes*, Marescotus cui accedit Hodierna, ad Surdum *decis.187.* vers. *aliquo*,) amplectũtur communiter interpretes ex Cyriaco, Thesaur. & Menoch. Tondut. *num.* 52. ex Cancerio, Guzman *nu.44.* Cẽcius, & Thoro sup. Gaito *de credito c.* 2. *num.2413.* D.Larrea *allegat.85.nu.* 6. Bellonus *de his quæ fiunt incontinenti, part.2.cap.74.num.2.* Bayo *lib.* 2. *praxis quæst.105.* Curia Philip. *2.p. lib.2.cap.6.num.35.* ex aliis Leotard. *dict. quæst.39.num.53. & 54.* D.Salgado *sup.3.part.cap.11.num.53.* Merlin. *dict. quæst.150. à num.62. & 74.* sequitur ex Gaito, Carleual. *de iudiciis dict. disp.6, à num.27.* qui in contrariũ refert Marescotum, & aliquas Rotæ Romanæ decisiones. Quãdò verò moram, & negligentiam in exigẽdo, creditorem contraxisse dicatur, arbitrio iudicis relinquit Fontanell. *decis.125. n.17. & 18.* vidẽdus Ioan. Bapt. Thor. *2.part. compend. decis.* verb. *periculum decoctionis.*

40 Id † autem notat Cancerius, quem refert Guzman *dict. quæst.35. nu.35.* quòd vbi debitor cessus à principio soluendo non fuit, non poterit cessionario imputari, quòd eum non exegerit; nec negligentia sua impedimento erit, quo minus regressum habeat cõtra cedentem, idem ex Mangilio probat D.Salgado *dict.1.part. cap.27.n.* 58. quia culpam non contrahit, qui nõ facit id, quod factum non erat profuturum, *l.fin.§. sed quid noceat, D.quis ordo in bonor.poss. l.si alius, §. est & alia, D.quod vi, aut clam*, facit elegans text. *in l.si vehenda, §.1. D.ad leg. Rhodiam de iactu*, de quo Anton. Fab. *lib.* 16. *coniect. cap.19. fol.591.* regulare enim est, quòd periculum, vel interitus rei non imputetur morosо, si res quãuis diligens fuisset, eodem modo peritura esset, post alios Hermosill. *in l.9. tit.2. part.5. glos.6. per tot. & in l.8. titul.1. part.5. glos.3. num.13.* Alexand. Trentacinq. *lib.3. var. tit. de solution. resol.11. à num.13.* D.Larrea *decis.14. num.13. & 73. & allegat.33. a num.* 18. *& allegation.23. à num.16. ad 21.* quibus addes Anton. Fabrum *de error. pragm. dec.ad.18. error 10.* ex Mastrill. Gratiano, & Lunâ, Noguerol. *alleg.7. num.46.*

His quæ † diximus de negligentia cessionarij in exigendo debitoré cessum, mirè cõuenit Honoratus Leotardus *de vsuris quæst.59. à numer.37. &* 41. qui asserit, quòd quãuis ex cessione nominum, census constitui non possit, iuxta Cenciũ, Duard. & Farinac. quos refert; quia non ita prompta est eorũ exactio, vt sine magnis sumptibus fieri valeat; tamen rectè constituitur ex cedula bancharia, quia habet vim solutionis in pecunia numerata, vt præter relatos ab eo probant laudati a nobis infrà *num.34.* hoc tamẽn intelligit dummodo cedula seu apocha bãcharia idonea esset; idoneitatem tamen eius, tempore traditionis requiri; nã si venditor census accepta cedula in ea exigenda negligẽs fuisset, & intermoras campsor foro cesit, censum validum esse probat, tametsi nulla solutio sequeretur, argumento tex. *in l.qui decem 72. D.de solutionib.* ibi: *Etenim nõ est æquum, teneri pecunia amissa, quia nõ teneretur, si creditor accipere voluisset, quare soluto, id in quo creditor accipiendo* 41

piendo moram fecit, oportet esse.

42 Quæstionis † tamen est, an si creditor literarum, vel cessionarius nominis, partem debiti accepit à debitore cesso, si postea residuum ab eo exigere non possit, recursum habeat contra cedentem? In quo dubio D. Castillo *dict. cap.* 77. a vers. *septimus casus*, eius fuit sententiæ, campsorem, qui scripsit literas quo ad residuum non liberari, idem ex Cancerio tenet Ioann. Bapt. Thoro *dict. voto* 91. *num.* 88. sicut nec liberatur ex eo quòd literarum dominus, vel cessionarius litem cum debitore contestetur; vel quòd denuntiet nè soluat cedēti. Quæ sententia in casu contestationis litis, aut denūciationis verissima est, post quas cessionarius si debitor soluendo non existat, rectè recurret contra cedentem, vel campsorem qui literas scripsit: at verò vbi literarum dominus, vel cessionarius partem debiti sponte à debitore accepit, verius videtur, campsorē, vel cedentem confestim liberari, nec amplius de insufficientiâ debitoris cessi teneri, vt in specie ex Pereirâ probat Gaito *dict. cap.* 2. *num.* 2416.

43 Pro quo facit, † quòd quoties literarum dominus, vel cessionarius, debitoris fidem sequitur, aut alitèr nouo debitore contentum se esse demonstrat, liberatio primi debitoris cōtingit; quapropter si literarum creditor ab eo cui litera directæ erant, alias recepisset literas, alij mercatori directas, liberabitur campior, qui primas literas dedit, ita vt aduersus eū cesset recursus, Pereira, & Gaito *numer.* 2413. Paschalis *de vir. ib. patriæ potest. dict.* 1. *part. cap.* 8. *num.* 71. quod verum puto, quamuis contrarium sentiat Capycius Latro *decis.* 20. *num.* 12. *& per tot.* Similitèr liberabitur cedens, si cessionarius debitori cesso dilationem cōcessit, intra quam non soluendo fuit effectus, Gaito *num.* 2413. Scaccia *num.* 325. Idem etiam procedit, si creditor literarum dimitteret literas penes eū, ad quem scriptæ sunt, & in libro banchi adnotaretur creditor illius quantitatis, quia ex eo creditor secutus videtur fidem mercatoris, & partita bācharia vim habet solutionis, Tondutus *dict. cap.* 90. *à num.* 12. cui addes plenissimè agentes Gaitum, & Paschal. *sup.* Noguerol *alleg.* 16. *à num.* 6. *ad* 13. *& allegat.* 32. *à num.* 9. Camill. Borrell. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 23. *à n.* 122. dixi *sup. num.* 41.

In qua † controuersia dicerem, ex receptione partis, cedentem non liberari, si ex eo die, in quo pars debiti fuit soluta, debitor non mutauit conditionem; sin verò inter moras effectus fuisset non soluendo, cùm eo tempore, quo pars crediti fuit recepta, posset cessionarius integrum debitum exigere, damnum & periculum nominis ad eum pertinebit; cùm culpæ immunis non sit, qui cùm posset integram summam exigere, partem crediti libētèr accepit. 44

His † illud non omittam adiungere, quomodo & quâ actione agere debeat cessionarius contra cedentem; vel qui literas cambij accepit, aduersus campsorē, quoties nomen cessum, aut verum, aut idoneum non est. Et quò ad eumqui literas accepit, dicendum est, literis non acceptatis si protestatæ sint, vel si acceptatæ fuerint excussione iam factâ, pētendum esse, vt scribens literas recognoscat eas: cuius recognitionis virtute aduersus eū executiuè agi poterit, Carleual *de iudiciis dict. disput.* 6. *num.* 23. cui addes Borrell. *sup. num.* 114. Iulium Cæsar. Glusian. *de bonis in solutum dandis lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 335. 45

Vbi † autem nomen venditum, aut qua alia ratione in solutum datum euincitur; vel incertum, aut non idoneum est, an prisiina actio maneat, & exerceri possit contra debitorē, summè controuersum est: videndi in specie Scaccia *sup. à num.* 288. Capycius Galeota *lib.* 1. *cont.* 32. *à num.* 1. cuius rei resolutio ab eâ quæstione pendet, an euicto nomine, aut re in solutum 46

datâ,

datâ, possit creditor ad primæua iura redire, de qua latissimè scribunt multi ex nouioribus relati à nobis sup. *tit.* 5. *quæst.* 13. *num.* 23. ad quos te relego.

47 Cedens actionem ex causa lucrativa, an de euictione teneatur? videas Sfortiam Odd. *ad leg.* 3. *C. de nouat. q.* 1. vers. *quæro decimo tertio.* iunctis traditis à Guzman *de euictionib. quæstio.* 25. Hermosill. *in l.* 32. *tit.* 5. *part.* 5. *glos.* 1. *a num.* 65, & dictis sup. quæst. antecedenti *à num.* 17.

SVMMARIVM.

1 *Quatuor casus proponuntur pro vera quæstionis cognitione.*

2 *Cessionarius, qui obtinuit contra debitorem cessum, non potest expensas litis à cedente repetere,*

Cessionarius, emptor, donatarius, vel legatarius ex minis, suis expensis agere debent contra debitorem.

3 *Heres tenetur suis sumptibus, & expensis prosequi litem quæ oritur ante traditionem rei legatæ.*

4 *Maritus repetit à muliere expensas factas in lite contra nomina debitorum in dotem data, & de discrimine inter maritum, & cessionarium.*

5 *Cessionarius an recuperet à cedente expensas factas in lite contra alios, qui agebat de auocanda pecunia exacta virtute cessionis?*

6 *Emptor, qui euictionem passus fuit, recuperat expensas litis, & damna à venditore, pro quibus eandem prælationem habet, quàm pro pretio.*

7 *Cessionarius, & emptor qui obtinuerunt aduersus eum, qui agebat de auocanda pecunia, vel re euincenda, litis expensas ab emptore, vel cedente non recuperant.*

8 *Cedens, qui cessit actionem, quam nõ habebat, tenetur reficere cessionario expensas litis factas contra debitorem cessum.*

9 *Cessionarius quandò recuperet expẽsas litis factas contra debitorem, qui soluendo non esse apparuit.*

10 *Expẽsarum litis appellatione, quæ veniant. remissiuè.*

11 *Cessionarius agens contra debitorẽ cessum quandò teneatur defendere cedentem in causa reconuentionis.*

12 *Intellectus, & emendatio* Anton. Fabri ad l. si quis in rem suam 34 D. de procuratorib.

13 *Intellectus* Anton. Fab. ad l. pater filio 70. D. de procurat.

14 *Reiicitur intellectus* Ant. Fab. ad dict. l. si quis in rem suam.

15 *Refertur alia opinio* Hugo Donelli

16 *Procurator in rem propriam ex voluntate quis dicatur? iuxta* Donell.

17 *Hereditatis emptor statim videtur hereditarias actiones comparasse.*

19 *Refertur, & refellitur alia sententia* Iacobi Cuiacij.

20 *Referuntur remissiuè aliæ interpretum opiniones, & distinctiones.*

21 *Cessionarius ex causa voluntaria, & lucrativa, tenetur defendere cedentem in causa reconuentionis.*

22 *Cessionarius ex causa necessaria reconuentioni ex persona cedentis respondere non cogitur.*

23 *Cessionarius ex causa onerosa non tenetur defendere cedentẽ in causa reconuentionis, nisi cessio facta esset in fraudem.*

24 *Nouus & verus intellectus* ad d. l. seruum, §. fin. cum l. seq. D. de procuratorib.

25 *Reprobatur opinio* Iacob Cuiacij.

26 *Reiicitur etiam alia* Osualdi *sententia.*

27 *Cessionarius quonam modo cedentis defensionem suscipere cogendus sit.*

28 *Procurator agens nomine domini reconuentioni respondere tenetur,*

&

& quo modo ad id compellendus sit, & num. 29.

30 *Compensare vtilius est reo, quàm reconuenire.*

QVÆSTIO IV.

Cessionarius an repetat à cedente expensas factas in lite pro exactione, & retentione nominis cessi. Et an teneatur cessionarium defendere in causa reconuentionis? Explicata & conciliata *l. seruũ* 33. *§. fi. cum l. sequenti, l. pater filio* 70. *D. de procurator.*

1 INquirit† præsens disputatio, an cessionarius possit à cedẽte repetere quicquid expendit in exactione debitoris cessi, vel in lite in qua succubuit, quia nomen cessum verum non erat, aut non idoneũ. Pro cuius rei explicatione sequẽtes casus considero. Primus, quandò cessionarius litẽ egit, in qua cessũ sibi debitorem vicit, & condemnauit ad soluendum. Secundus, quãdò post exactum iam nomen à debitore, alter qui verũ nominis creditorẽ, vel anteriorẽ se esse dicit, egit de auocãda pecunia à cessionario. Tertius, quandò lite institutâ contra debitorẽ, cessionarius succubuit, quia apparuit debitorẽ cessum nihil debuisse cedẽti. Quartus, quandò cedens fecit expensas in exigendo, & excutiendo debitore cesso, qui posteà soluendo non fuit.

2 Primo casu extra† dubiũ est, cessionariũ, qui cõdẽnauit, & exegit debitorẽ, non posse expensas litis a cedente repetere, cũ ipse suis expẽsis agere teneatur, & exigere nomẽ sibi cessum; siue ex causa lucratiua, siue ex onerosa habuerit cessionem: vt in emptore, & donatario nominis ex Iason. & Paul. de Castro, Bertazol. *claus. 29. gl. 4. nu. 2.* à quo sumpsit Guzman *q. 35. nu. 63.* Montan. *in add. ad Oliban. de action. p. 2. lib. 1. c. 4. n. 25.* vers. *oneratur*, Costa *de fact. scient. & ignor. cent. 2. dist. 57. n. 13. & 14.* Galler, *de renunc. lib. 1. c. 4. n. 78.* Schiford. *lib. 3. tract. 23. q. 14.* vers. *ita enim*, expendo ego *singul. tex. in l. actoris procurator* 30. *D. de procur.* Idẽ etiã in legatario nominis (qui cessionẽ à lege habere dicitur) procedit, qui suis sumptibus agere debet, Angel. *in l. seruũ filij, §. eum qui chirographũ, D. de leg. 1. & in l. Africanus*, aliàs *apud Iulianũ, §. si Titius, n. 2. D. de leg. 1.* vbi Iason, Moroc. *resp. 5. nu. 2.* à quibus nõ dissentit Parlad. *differ. 17. §. 1. n. 1.* qui post Garciã *de expensis c. 17. n. 10.* distinguit inter† litẽ quæ oritur ante traditionẽ legarii, vel post eã, 3 vtrillius expensæ ad heredẽ pertineat: huius verò ad legatarium spectent, sequitur Hermosill. *in l. 35. tit. 5. p. 5. gl. 5. n. 31.* imò hæc distinctio nostræ resolutioni conuenit, quia sicùt heres rem legatã suis sumptibus tenetur tradere legatario; ita suis expensis instrumentum nominis legatario præstare tenebitur. Similitèr quemadmodùm post rei legatæ traditionem heres nullas litis impensas soluit; ita post traditionẽ instrumenti, vel cessionẽ actionis, quæ in incorporalibus vim traditionis habet, heres nullatenùs reficere tenebitur legatario sumptus quos fecit in exigendo debitore.

Maritus† cui debitorũ nomina in dotẽ data sunt, quẽ diximus vtilem citra 4 cessionẽ actionẽ habere, an soluto matrimonio repetat expẽsas, quas in exigendis nominibus fecit, videas dicta à nobis *sup. tit. 5. q. 13.* vbi differẽtiã cõstituim°, inter magnas, & modicas expẽsas, vt magnas repetat, modicas verò non itẽ. Quæret tamen aliquis discriminis rationem, cur maritus cui nomen in dotem datum fuit, magnas expensas repetat, cùm emptor nominis, vel is cui in solutum datum est, nullas expensas quamuis impensè im-

penderit à cedente consequatur? Sed respondeo differentiam in eo consistere, quòd nomen exactum ad mulierẽ soluto matrimonio redire debet, vnde æquum est, maritum saltim eas expensas repetere, quæ magnæ sint: at verò cùm vendito nomine, aut in solutum dato, nullatenùs ad venditorẽ, vel debitorẽ, qui in solutũ dedit, pecunia exacta sit reuersura, imò maneat penes cessionariũ, inde est vt ad eum tàm modici, quàm inmodici litis sumptus pertineant.

5 In secundò † casu, scilicèt, quandò post exactũ nomen, alter qui se eius verũ creditorẽ, aut anteriorem esse dicit, egit de auocandâ pecunia à cessionario, distinguendũ erit; an in ea lite cessionarius sucubuerit, vel obtinuerit: nàm si sucubuit, & actor ab eo pecuniâ auocauit, attẽdẽda erit actio, & titulus ex quo auocatio pecuniæ facta fuit: nã si ex eo fuerit, quòd nomen illud cessũ non ad cedẽtem, sed ad eũ qui litem egit cũ cessionario pertinebat, cedens de euictione eius tenebitur, simulque in litis expensis condemnabitur, cùm verũ nomen non præstiterit; ad exemplum alterius venditoris, qui re euicta etiam litis sumptus emptori reficit, ex Guzman, & aliis Hermosill. statim referendus *n.* 26. V-

6 bi *n. fin.* asserit, emptorem, † qui euictionem passus fuit, eandem prælationem habere pro expensis, & damnis, quã habet pro pretio. Idẽ in emptore nominis, vt eo euicto ad pretiũ, & expensas litis cũ eádem prælatione agat in terminis tradit Acosta *de priuil. credit. reg. 3. lim. 5. n. 2.* Sin vero auocatũ sit nomẽ ab aliquo creditore anteriori debitoris cessi, inspiciẽdum erit, an cedens adstrictus fuerit præstare tantũ debitorem verum, an etiam bonũ, & idoneũ: nàm si ex natura contractus, vel ex pacto verum debitorem præstando satisfaciat, quamuis pecuniam anterior creditor auocasset, non ad pretium, nec ad expensas litis cedens tenebitur, nisi ex facto ipsius auocatio & euictio processisset, veluti quia is qui auocauit seu reuocauit cessionem, cedentis creditor erat; vel primus cessionarius eiusdem nominis, in cuius præiudicium cessio fieri non potuit.

In † alio verò subdistinctionis nostræ casu, quo cessionarius obtinuit, & vicit eum, qui de reuocanda cessione, & auocanda pecuniâ agebat, dubium maximum est, an sumptus causâ litis agitatæ factos repetat a cedente? Quod licèt in cedente, & cessionario disputatum non viderim, in emptore, & venditore latissimè differunt Fachineus omninò videndus *lib. 2. cont. cap.* 38. Guzman *de euict. q.* 13. *à num.* 9. Hermosill. *in l.* 32. *tit.* 5. *p.* 5. *glos.* 6. *à n.* 27. qui duas refert contrarias sentẽtias; Quarum affirmatiuam, quòd etsi vicerit emptor, repetat expensas, veram esse dicunt, vbi venditor expensas, & sumptus litis, vel euictionẽ expressè promisit. Negatiuã verò, quæ emptori, qui absolutus fuit, denegat expensarum repetitionem, procedere asserunt, quando nulla euictionis promissio præcessit. Sed si post tot doctissimos patres quibus hæc distinctio arridet; fas esset, exiguum nostrũ interponere iudicium, eam probarẽ sentẽtiam, quæ indistinctè emptori, qui obtinuit, non permittit expensarum, & sumptuũ litis persecutionẽ; alias nimis grauaretur venditor, & facilis fraudibus via esset. Nec euictionis, aut expẽsarum promissio vltra casum quo res euicta fuerit, protrahi debet. Expensarumque litis damnũ, & periculum, sicùt aliud quod post perfectã vẽditionẽ sine culpâ venditoris accidit, emptori, non venditori adscribendum est, ad text. *in l. necessario* 8. *D. de pericul. & com. rei vend. l.* 1. *l. cum speciem, C. eod. titul. l. sciuit, C. de action. empti, l. quod sæpè* 35. *§. in iis, D. de contrahen. empt. §. cum autem, Instit. de empt. & vend. l.* 33. *tit.* 5. *part.* 5. 7

In tertiò † autem casu, quandò post litem institutam debitor cessus absolutus fuit, quia nihil debebat cedenti, indubi- 8

indubitatum est, cedente litis expẽsas etiam satisfacere debere, Ant. Faber *in C. ad tit. C. de hered. vel act. vend. def.* 12. vbi refert casum, in quo cessionarius repetit expensas litis primæ instantiæ, quam non denunciauerat cedenti.

9 Quartus † & vltimus casus facilis iam expeditionis est, nàm si debitor cessus post excussionem & litem, soluendo non esse appareat, si cedens iuris & facti euictionẽ præstare debeat, ad interesse, & expensas litis condemnabitur; sin verò ad iuris euictionem, hoc est ad veritatem nominis obligatus tantùm sit, nulla aduersus eũ, nec expensarum ratione actio erit, iuxta ea quæ in superioribus casibus resoluimus. Vbi autem cedens, vel venditor in expensis litis emptori, aut cessionario condemnatur, quos sumptus soluere debeat; et quæ † expensarum litis appellatione comprehendantur? videdi Guzman *dict. quæst.* 13. *à n.* 10. Hermosill. *dict. glos.* 6. *à nu.* 30. Rodrig. *de executione cap.* 7. *à nu.* 7. Cancer. 2. *p. var. cap.* 6. *nu.* 31. Fontanell. *decis.* 97.

11 Annectendum † iis est aliud quæstionis nostræ dubium, an cessionarius agens aduersus debitorem cessum, cogatur defendere cedentẽ in causa reconuentionis? qui articulus nõ minùs vtilis quàm dubius, & obscurus est. In cuius resolutione, nec theorici, nec practici interpretes conueniunt: et vt à theoricis nostris incipiã, Ant. Fab. *lib.* 12. *cõiect. c.* 10. *per tot.* in ea fuit sentẽtia, distinguendum fore, an cessionarius vtilibus suo nomine actionibus agat; an verò mandatas cedentis nomine actiones exerceat; vt si vtilibus actionibus experiatur, nũquàm teneatur defendere cedentẽ in causâ recõuẽtionis, nisi cessio in fraudẽ esset: sin verò mãdatas actiones exerceret, reconuẽtioni respondere teneatur, nisi appareat ex necessitate intẽtasse directas actiones: quia ex aliqua causa cõueniẽs ei fuit, mandatis potiùs actionibus, quàm vtilibus experiri.

Iuxta † quam distinctionem asserit Ant. Fab. intelligenda esse iura *in l. si quis in rem suã* 32. *D. de procurator. l. pater filio* 70. *D. de procurat.* nàm *in d. l. si quis in rẽ suam* ideo emptor hereditatis, qui bonâ fide emit, venditorẽ inuicem defendere non cogitur, quia non mandatas, sed vtiles proprio nomine actiones exercebat. Quã interpretationem cũ videat Anton. Fab. à verbis huius legis dissentire, cùm in ea non suo, sed procuratorio potiùs nomine emptorem egisse proponatur, vt apparet ex illis verbis, ibi: *Si quis in rẽ suã im procuratorio nomine agit*, suspicatur literam huius legis mendosam esse. Ex quo asserit, quod si auderet, corruptum diceret textum illum, & loco illius verbi *procuratorio nomine*, reponendum *procurator proprio nomine*, ita vt dictæ legis sensus sit, emptorem hereditatis, qui vtili actione proprio nomine agit, non teneri defendere venditorem in causa reconuentionis, si nõ in fraudem facta sit venditio. 12

Textum † verò *in d. l. pater filio* 70. *D. de procurat.* ita interpretatur Ant. Fab. *& in rationali*, vt in eo eâ ratione statuatur, fideicõmissariũ nominis, cui ab herede mandatæ sunt actiones, teneri eum defendere in causa reconuentionis; quia is non vtilibus, sed mãdatis ab herede actionibus agebat: quasi sentiãt, aliud futurum, si non directas nomine heredum, sed vtilibus actionibus proprio nomine ageret aduersus debitorem nominis per fideicõmissum relicti. 13

Hæc † tamen Ant. Fabri interpretatio & intellectus *ad text. in dict. l. si quis in rem*, quem sequitur etiam in rationali ad eã, non minùs deuiat à iuris ratione, quàm à verbis Caij, qui emptorẽ procuratorio nomine egisse proponit: nec enim admittenda est iuriũ correctio, & emendatio, quæ tã familiaris est Fabro in eum finem, vt veras & receptas sentẽtias cõturber, ex quo frequentissimè carpi solet à iuris nostri interpretibus. Displicet etiã ex eo 14

quia vt inferiùs ostendemus, nihil refert quò ad necessitatem defendendi cedentẽ, quòd cessionarius mãdatis, vel vtilibus actionibus experiatur.

15 † Succedit alia sententia Donelli *lib. 18. com. c. 13. à verſ. ſed tamen*, qui docet, cessionarium agentem vtilibus actionibus, neutiquàm cogi posse cedentẽ defendere; aliud tamen esse, si mandatis actionibus agat: nam eo casu reconuentioni, seu mutuæ petitioni respondere cogitur, nisi rei familiaris necessitate vrgente, mãdatum actionum in rẽ suam susceperit. Eum tamẽ ex necessitate procuratorem in rem suam factum asserit, cui ex sententiâ iudicis alienæ adiudicatæ sunt actiones, vt accidit in iudicio familiæ erciscundæ. Tutorem etiam cui aduersus alios contutores pupillus mandauit actiones, et fideiussorẽ, qui soluens aduersus debitorem, & alios cõfideiussores creditoris actiones suscepit, procuratores in rẽ suam ex necessitate interuenire probat. Similitèr emptorẽ hereditatis (qui abinitio hereditatem, nõ hereditarias actiones emisse intelligitur) procuratorẽ ex necessitate appellat, quia licèt a principio sua volũtate emerit; tamen post emptionem cogitur actionum mandatum suscipere, nè aliàs re sua careat, & emptio sit ei inutilis, qui ea ratione cedentis, seu venditoris defensionem, vel reconuẽtionis causam suscipere non tenetur, iuxta Gaium *in d. l. ſi quis in rem ſuam, D. de procurator.*

16 Procurator † tamen in rem propriã ex voluntate is est, iuxta Donell. qui nulla rei familiaris necessitate vrgente, iurium cessionem habuit, qualis est legatarius nominis, vel fideicommissarius, quibus heres contra debitorem actiones suas præstat: donatarius, & alij similes: inter quos recenset etiam emptorem nominis.

17 Sed † hæc Donelli opinio, etiã nobis displicet, tùm quia probat, cessionarium vtilibus actionibus agentem, nunquàm cogi cedentem defendere in causa reconuentionis: tùm etiã quia verius est, emptorẽ hereditatis, cui ea causa cessæ sunt actiones, eas ex necessitate non habere: nec videtur vllã discriminis rationem esse, inter emptorem hereditatis, & emptorem nominis; vt ille ex causa necessaria procurator in rem propriam dicatur; hic verò ex voluntaria causa procurator in rẽ propriam fit: et per consequens huic defendendi cedentem in causa reconuentionis necessitas imponatur; illi verò non item. Cùm vtique ex emptione vtiles actiones habeat absque cessione; & æquè possint compellere venditorem, vt eis mandet exercitũ directarum, vt suo loco diximus.

Nec † existimo futurum esse vllum, 18
cui placeat ratio illa, seu discrimen quod comminiscitur Donell. scilicèt emptorem hereditatis à principio hereditatem tantùm emere, non verò actiones hereditarias, quas si postea suscipit ex necessitate id facit, nè re sua careat. Verùs namque est, eum qui emit hereditatem, confestim videri emisse actiones hereditarias, quæ sub illo nomine hereditatis, quod iuris quidem nomen incorporeum, & intellectuale est, comprehenduntur: nàm licèt aliud sit hereditas, aliud verò singulæ res hereditatis, quia hereditas vniuersitatem, & ius successionis, nõ singulas res demonstrat, *l. in fideicommiſſaria 8. verſ. quoties, D. ad S. C. Trebellian. l. bonorum 208. D. de verb. ſignific.* ex quo prouenit vt hereditate venditâ non detur actio de euictione, si singulæ res hereditatis euincantur, *l. 2. in princ. D. de hered. vel action. vendit. l. 1. C. de euict.* Guzmã *de euict. q. 45.* D. D. Valentia *illuſt. iur. tom. 3. ad tit. de acquir. hered. c. 1. n. 11.* cui addes in nostris terminis agentem Schifordeger. *lib. 3. tractat. 23. quæſtion. 13. circa fidem*, apud quos latè qualitèr vẽditor hereditatis de euictione cessionario teneatur. Tamẽ non ex eo dicetur, cũ qui emit hereditatem, actiones hereditarias non comparasse, imò certiùs est,

est, eas ex prima emptione acquisisse, singulariter ad rem Sfort. Odd. *ad l. 3. C. de nouat. quæst. 2. art. 1.* vers. *ad secundum, & q. 3. artic. 4.* vers. *tertio urget*: quæ res facit, vt vtilis ei ad eas actio sine cessione competat, non magis quàm emptori, aut donatario nominis, alteriusvè actionis cõceditur, iuxta ea quæ nos latiùs diximus sup. in Miscellanea ad tit. quintum.

19 Succedit † alia sapientissimi Iacob Cuacij sententia *lib. 1. respon. Scæuol. ad dict. l. pater filio* 70. qui cessionarium vtili actione suo nomine agentem ex persona cedentis reconueniri posse negat: si verò mandatis actionibus procuratorio nomine experiatur, reconueniri posse affirmat, nisi cedès rei familiaris necessitate compulsus, actiones suas mandasset, quasi eo casu actum videatur, vt qui emit ab eo, quem necessitas ad vendendum coegit, eius onera non sustineat. Sed nec probare possum hanc Cuacij interpretationem, quæ circa vtiles actiones Anton. Fabri, & Donelli sententiæ conuenit, quam proximè reiecimus; mandatarum verò respectu, rem non satis explicat.

20 Quare † reiectis iis, & aliis sententiis, quæ diuersimodè distinguunt, vt cõstat ex traditis ab Osuald. *d. lib. 18. cõmen. cap. 13. à liter. G.* Iulius Paccius *cent. 2. quæst. 48.* Paulus Gallerat. *de renunciat. lib. 1. cap. 4. num. 95.* versic. *præterea*, Maranta *in l. si actor, D. de procuratorib. numer. 26. & 48.* Molignat. *de reconuentione quæst. 19.* qui sequitur Bartol. Amendol. *ad Franch. decision. 75. num. 7.* Petrus Surd. *cons. 322. à numer. 16.* Hypolit. Montan. *in addit. ad Oliban. de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 4. numer. 25.* Bertazol. *clauſ. 29. glos. 9. num. 8.* Virgil. *de legitimat. personæ in prælud. num. 115. & nu. 125. & cap. 16. nu. 66.* vers. *fallit*. Ex omnium magis communi placito, tribus distinctis cõclusionibus rem hanc dilucidè comprehendes.

21 Prima † conclusio: cessionarius ex causa voluntaria, & lucrativa, cedentem defendere, & reconuentioni respondere cogitur, sunt expressa iura *in dict. l. si seruum. § fin.* ibi: *Si quis in rẽ suam procurator interueniat, adhuc dicendum erit, debere eum defendere*, quæ verba accipienda sunt de cessionario ex causa lucrativa: in qua specie loquitur etiam Scæuola *in dict. l. pater* 70. Quæ cõclusio procedit, siue cessionarius ex causa lucrativa mandatas, hoc est directas, actiones nomine mandãtis, siue vtiles suo nomine actiones exerceat. Licèt enim Donell. Faber, & Cuacius contra existiment, si vtilibus actionibus cessionarius experiatur; tamen eorum iam sententia displicuit: tùm quia nulla lex quæ cessionario ex causa lucrativa imponit defensionis necessitatem, distinguit an cessionarius vnas, aut alteras actiones exerceat; tũ etiã quia in potestate cessionarij repositũ esse non debet, vt debitori eripiat reconueniendi facultatem, ex eo solùm quòd ex donationis, vel legati titulo, alio vè lucrativo, vtilibus actionibus suo nomine in iudicio agat. Quomodolibet enim compareat, qui ex cessione commodum sentit, i. õ poterit defensionis onus detrectare, in quam sententiam inclinant omnes, qui absolutè distinguunt inter causam oneroſam, & lucrativam; et in specie huic nostræ sententiæ adhæret præter Castrens. Petr. Surd. *d. cons. 322. à nu. 16.* Adstipulatur fortitèr, cessionariũ ex causa necessaria neutiquàm teneri defendere cedentem in causa reconuentionis, siue vtilibus, siue mandatis actionibus agat: ergo à contrario cessionarius ex causa lucrativa, indistinctè tenebitur respondere reconuẽtioni, tametsi vtilibus actionibus experiatur.

Secunda † conclusio: cessionarius 22
ex causa necessaria reconuentus ex persona cedentis, eius defensionẽ suscipere non cogitur, expressus text. *in dict. §. final.* ibi: *Nisi forte ex necessitate fuerit factus*, ita docent Donellus,

Cuiacius, Osuald. Iulius Paccius, Surdus, Virgilius, & omnes relati sup. nouiè (nemine tamen relato) Franz-Kius *var. resol. lib. 1. resol. 12. num. 6.*

23 Tertia † conclusio, cessionarius ex causa onerosa cedentem mutuum. defendere non tenebitur, nisi cessio in fraudem debitoris cessi facta fuisset, text. individualis *in dict. l. si quis in rē suam* 34. *D. de procuratorib.* agnoscūt Bertazol. *dict. claus. 9. num.* 8. Surdus *sup.* vbi quòd cessio in fraudem facta non præsumitur, Iulius Paccius *dict. q.* 48. Virgilius *in præludio dict. nu.* 125.

24 Ex his † iam facilè intelliges difficilia iurà, *in dict. l. seruum, §. fin. cum leg. sequent. D. de procuratorib.* quæ tot doctissimorum virorum ingenia compresserunt: nam mitio *dict. §. fi.* Vlpianus asserit, cessionariū ex causa volūtaria, & lucrativa cedentē defendere debere, vt ex hoc *§. & d. l. pater*, firmauimus in prima cōclusione. Cui regulæ statim idem Vlpianus subiicit limitationem, ibi: *Nisi fortè ex necessitate fuerit factus*, quibus verbis docet, eum qui ex causa necessaria cessionē habuit, non subiacere necessitati huiusmodi defensionis, vt diximus in secunda conclusione. Postea tamen Gaius in leg. sequenti alium Vlpiano casum adiungit, quo proponitur, cessionarium ex causa onerosa, veluti emptionis titulo, alienas actiones sibi cōparasse, quem asserit, reconuentioni respondere cogendum non esse, si bona fide, & non in fraudem eorum, qui mutuum agere velint, gestum sit negotium.

25 Qua † interpretatione amplexa, euincitur non rectè Iacobum Cuiacium asseruisse Gaium *in dict. l. si quis in rem suam*, loqui de cessionario ex causa necessaria, quasi exemplum subiiciens limitationi Vlpiani de qua *in dict. §. fin.* ibi: *Nisi fortè ex necessitate fuerit factus*, nàm verius est, Gaium de cessionario ex causa onerosa tantùm loqui, qualis est ille, cui ex titulo emptionis cessa fuit hereditas, vt ostendimus ex Accursio sup. *tit. 1. quæst. 3. à num. 36.*

E conuerso † etiam deducitur, minùs bene Osualdum, & alios ex relatis sup. existimasse, prædicta verba, *§. fin.* ibi; *Nisi fortè ex necessitate fuerit factus* accipienda esse, & exponenda, *nisi fortè ex causa onerosa sit factus*, quia vt iā aduertimus, Vlpianus in princip. loquitur de cessionario ex causa voluntaria lucrativa; deinde de cessionario ex causa necessaria; et postremo loco I. C. Caius de eo, qui ex causa voluntaria onerosa cessionem habuit. 26

His † igitur casibus quibus diximus, cessionarium teneri defendere cedentem in causa reconuentionis, dubitabit aliquis, quonam modo defensionē cedentis suscipere cogendus sit. Cui dubio respondet Paulus in *l. mutuus* 43. *§. pœna, D. de procuratoribus*, his verbis: *Pœna non defendentis procuratoris hæc est, vt denegetur actio, l. actionem §.* vbi Gothofred. *C. de procuratorib.* quæ iura licèt in simplici procuratore loquantur, tamen ad procuratorem in rem propriam protrahenda sunt, qui si nollit, vel non possit cedentem defendere, eatenùs punitur, vt tanquàm cessionarius ad agendum non admittatur. 27

Ex qua † doctrina notabilitèr infe- 28
res, reum conuentum per procuratorem, si actorem reconuenire intendat, necesse non habere, reconuentionem notam facere domino, imò sufficiet intimatio facta procuratori, qui si legitimum mandatum ad defendendū non exhibeat; vel saltim idoneè boni viri arbitrio satisdet, dominum ad quem ea res pertinet, id ratum habiturum, iuxta textum *in dict. l. seruum, §. ait Prætor, D. de procuratorib.* vel si defensionem suscipere recusset, desiderare poterit reus, vt ad prosecutionem litis in posterùm non admittatur. Ex rationibus traditis à Donello sup. Anton. Fab. *in rationali ad dict. §. ait Prætor*, tradiderat ante eos Molignatus *de reconuent. quæstion.* 16. nullo ex his relato Virgilius *de legitim. per-*

sonæ

sonæ dict. cap. 16. num. 66. versic. & tunc.

29 Hinc † semper mihi visum fuit, incautè se gerere aduocatos, qui reorum causas agunt, dùm hæc non attendentes, libellum reconuentionis domino litis notum fieri petunt: hoc namque necessarium non est, nec eo expedit, cum inter moras citationis faciendæ, actio & lis instituta per procuratorem prosequatur, & reconuentio simultanei processus priuilegiũ amittat, reusque nouæ litis, & instantiæ expensis grauetur: quapropter cautus aduocatus, qui agit de reconueniendo eum, qui litigat per procuratorem, cõsiderare debet, an reo cui patrocinũ præstat, magis expediat litem, & actionẽ contra se institutam non prosequi; an verò vtilius sit ei, reconuentionis causam agitare: iam primo casu oppositâ recõuentione ‡ procurator, aut mandatum idoneum non habeat, vel satisfidare nollit, aut dominum defendere detrectet, statim petet quòd in actionis, & litis prosecutione supersedeatur: tum verò ei expediat causam principalem, & reconuentionem simul. aneo processu agitari, & finiri, tunc si procurator mandatum legitimum non ostendat, aut idoneè non caueat ratum dominum habiturum, desiderare poterit, vt in litè non procedatur, quousque reconuentionis libellus intimetur, vt post factam citationem, actio & mutua petitio simultaneo processu currant, & decidantur.

Hæc praxis æquua est, & consona
30 prædictis iuribus, posset tamen ex ea facilè esse reis conuentis subterfugere iudicij necessitatem, & malitiosâ reconuentione oppositâ (quia fortè actor longè distat à loco iudicij) litis & actionis legitimæ prosecutionem remorari. Aduerto tamen rectius facturum aduocatum si id quod per viam reconuentionis perendum est, per viã compensationis (si fieri possit) opponat, quia tunc citatio eius, cuius nomine lis agitur, necessaria erit, non magis quàm si simplici procuratori, aut cessionario agentibus ad exactionem alicuius debiti, opponeretur solutionis exceptio.

SVMMARIVM.

1 *Gauella an debeatur ex cessione nominis, vel actionis quæ pretio accepto fit.*

2 *Venditio vera contrahitur ex cessione nominis.*

3 *Ex cessione iurium quæ accessoriè ad alium contractum fit, gauella non debetur.*

4 *Cessio ex variis causis, seu titulis fieri solet.*

5 *Gauella non debetur ex cessione iurium, quæ eo titulo fit, ex quo gauella non soluitur, veluti ex donationis causa.*

6 *Cessio licèt fiat titulo venditionis, si cessa sint iura ad pecuniam, gauella non debetur.*

7 *Gauella non debetur ex moneta in aliam monetam redacta.*

8 *Gauella non debetur ex cessione iurium vulgo* carta de lasto, *quam creditor facit in fauorem fideiussoris soluentis pro debitore.*

9 *Ex cessione census iam constituti gauella debetur, & quandò duplex gauella præstanda sit.*

10 *Gauella debetur ex noua fundatione census, & quo loco soluẽda sit? remissiuè.*

Census iam constitutus si pretio accepto cedatur, gauella soluenda est.

11 *Actio si cedatur ad rem ex cuius vẽditione gauella non soluitur, æquè nec ex cessione soluenda erit.*

12 *Actio talis reputatur qualis est res ad quam competit.*

13 *Gauella debetur ex cessione, & vẽditione hereditatis.*

Vendita hereditate an gauella soluẽda sit ex rebus immunib⁹ à gauella, quæ in hereditate inuenitur.

He-

Hereditate vendita potiùs vniuersitas, quàm singulæ hereditatis res distractæ censentur.

14 *Vendita hereditate non datur actio de euictione, etiam si singulæ eius res euincantur.*

15 *Gauella quandò nō debeatur ex rebus priuilegiatis hereditatis venditæ.*

16 *Gabella debetur ex cessione actionis ad rem, si ex eius venditione solueuda esset.*

17 *Ex cessione iuris retrahendi gauella debetur.*

18 *Venditor cum pacto de retrouendēdo, si cedat pretio ius retrahendi, quotuplex gauella debeatur.*

19 *Refertur, & examinatur opinio* Ioann. Gutierrez.

20 *Gauella non debetur ex cessione iuris ad rem, quæ fit in executionem alterius contractus.*

Procurator si cedat domino ius adrē, quam de eius mandato emerat, gauella non debetur.

21 *Emens fundum simplicitèr, vel nomine suo, si rursùs illum eodē pretio alij cedat, declarando de eius mandato emisse, an gauella debeatur?*

22 *Gauella non debetur ex cessione, quam facit is, qui emerat pro persona nominanda.*

Contractus, & emptiones factæ pro persona nominanda quem effectū habeant.

23 *Emens rem in publica subhastatione, si cedat emptionem in fauorem creditoris, an gauella debeatur?*

24 *Gauella an debeatur ex cessione cōductionis gauellarum, vel aliorū reditauum?*

25 *Ex cessione actionis ad rem mobilē, vel immobilem, quo in loco gauella soluenda sit.*

26 *Laudemium an ex cessione debeatur? remissiuè.*

****
***

QVÆSTIO. V.

Ex cessione iurium, & actionum an gabella debeatur: et quo in loco sit soluenda?

EXt cessione nominis vel actionis gauellā deberi, veluti quandò quis acceptâ pecuniâ alium in rem propriam procuratorem constituit, vt ad suam vtilitatem nomen cessum exigat, resoluit Parladorius *lib. 1. rer. quot. cap. 3. §. 2. à num. 18.* eo motus quòd ex nominis cessione vera venditio contrahitur, *l. nomine* cum aliis, *D. de hered. vel actione vendit. l. fideiussoribus 17. D. de fideiussorib.* ibi: *Vendere cæterorū nomina, l. si dubitet in princip. D. eodem tit.* ibi; *Nominis venditio*, cum aliis relatus per Lasart. statim referendum. 1

Eiusdem etiam sententiæ esse videtur Horat. Carpan. *ad stat. Mediol. 1. tom. cap. 447. num. 19.* qui ex Bald. refert, ex cessione principalitèr facta gauellam deberi; non ramē ex ea quæ accessoriè ad alium contractum, & in eius executionem fit. 2

Hæc tamen Parladorij, & Baldi opinio, quam secutus fuit Carpan. communitèr reiicitur. Vndè pro vera resolutione ex omniū interpretum mente attēdēda erit causa, seu titulus ex quo cessio fit, quā ex variis titulis, seu causis fieri posse diximus *sup. tit. 1. quæst. 3. & in exordio tit. 2.* Nam si cessio iurium ex eo titulo, & causa fiat, ex qua gauella nō debetur, veluti si fieret ex causâ donationis, indubitati iuris est, ex cessione iuriū eo titulo facta gauellā nō esse soluēdā; siue cessio actionis ad pecuniam, siue ad aliam rē mobilē vel immobilem facta proponeretur, ita Gutierrez *de gauell. quæst. 60. n. 2.* ibi: *Quòd si cessio non ex causa venditionis, nec permutationis fiat, sed gratuito* 3 4 5

tuito erit donatio, vel simplex cessio ex qua gauella nõ debetur. Idem erit dicẽdũ ex cessione ex aliis causis facta nõ sapientibus, nec efficientibus venditionem, aut permutationem.

6 Sin † vero cessio fiat ex eo titulo, & cõtractu ex quo gauella debetur, veluti titulo venditionis, distinguendum erit, an cessio fiat ad pecuniam; vel actio ad rẽ aliquam cedatur; nàm primo casu quo nomen debitoris ceditur & venditur, et quis procurator in rem propriam data pecunia constituitur, certum est, ex ea cessione gauellam non deberi, vt contra Parlador. verio-rem dicunt Lasarte *de gauell. cap. 9. & in addit. ibi ad num. 34. &* 43. Azeuedo *in l. 5. tit. 17. lib. 9. Recop. nu. 13.*

7 Ratio † est, quia licèt cesso nomine, & actione ad pecuniam pretio accepto, vera venditio contrahatur, *d. l. nomina, l. si nomẽ, l. emptor nominis, D. de hered. vel action. vend.* tamen gauella soluenda non est, quia ea non debetur ex moneta in aliam monetam redacta, iuxta *l. 34. tit. 18. libr. 9. Recop.* vt ex Lasarte, & Molina rectè probat Ioan. Gutierrez *de gauell. quæst. 61. n. 5.* Azeuedo *sup.* qui refert Girondam, cuius etiam meminit Hypol. Montan. *in addit. ad Oliban. de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 4. num. 28.*

8 Ex his † inferes, fortiori ratione resoluendum esse, gauellam non deberi ex cessione iurium, quam facere tenetur creditor fideiussori soluenti, vulgo *carta de lasto*, in quo conueniunt Gutierrez *dict. quæst. 61.* Lasarte *dict. c. 9. per totum, & in addit.* Parlador. *dict. §. 2. à num. 28.* Cuius rei duplicem rationem reddunt, in eam tamen cõueniunt quam assignat Parlador. Quod rectè limitat Gutierrez *dict. quæst. 61. num. 4.* quando fideiussor, vel correus non in pecunia numerata; sed in alia specie soluissent; nam eo casu gauella debebitur ex cessione iurium eis facta. Id tamen intelligendum est, vbi principalis obligatio in pecunia fuit, nàm si ad speciem esset, eamque soluissent correus, vel fideiussor, ex cessione eis factâ gauella non deberetur, iuxta Lasart. *in addit. ad dict. cap. 9. n. 34. vers. in eo,* Parlador. *dict. §. 2. num. 30.*

Nec † turbat hanc verissimam re- 9
solutionem, quod ex Didaco Perez, & P. Molina, probat Gutierrez *dict. tract. de gauell. quæst. 54. à num. 7.* qui asserit, censum semel cõstitutum li pretio accepto cedatur, ex ea cessione gauellam soluendam esse, adeo vt si non pro pecunia, sed pro alia specie cessus, & translatus sit, veluti pro domo, vel fundo, duplex sit gauella præstanda: et licèt Gutierrez ibi in cessione census consignatiui perpetui redimibilis loquatur, idẽ etiam in cessione census vitalitij dicendum est. Ex quo videtur, ex cessione nominis, & actionis ad pecuniam pretio comparatæ, gauellam etiam soluendam esse.

Respondetur † namque longè dif- 10
ferre cessionem nominis, seu simplicis obligationis; et cessionem census iam constituti: quia vbi ex censu siue consignatiui perpetui redimibilis, vel ad vitam nouâ fundatione gauella debetur (iuxta latè tradita per Gutierrez *d. quæst. 64. & 66. per tot.* Parlador. *d. lib. 1. cap. 3. §. fin. num. 30.* Auendaño *resp. 23. num. 1.* Felician. *tom. 2. de censib. lib. 2. cap. fin.* Auendaño *de censibus cap. 93.* Cencius *de censib. quæst. 30. n. 19.* Duardus *ad bull. §. 2. num. 26. & §. 5. quæst. 51. & in præmio quæst. 15. d num. 22.* (vbi de censu reseruatiuo) Mieres *de maioratib. 1. part. quæst. 40. num. 43. & quæst. 58. num. 263.* apud quos latè quo in loco gauella cẽsus sit soluenda.) Si census iã constitutus vẽditionis titulo cedatur, alia gauella soluenda erit, quasi cessum, & venditũ censeatur ius illud ad res illas corporales, & immobiles super quibus census à principio fuit constitutus.

Secundò † verò casu, quo actio ad 11
rem ceditur, distinguendum erit, an actio cedatur ad rem ex cuius venditione gauella non debetur, an autem

ad

ad rem, quæ si venderetur, gauella soluenda esset: nàm si cessio pretio accepto fieret alicuius iuris, & actionis ad rem oneris gauellæ immunem, veluti si cederetur actio ad librum, ex eâ cessione gauella solui nõ deberet; alia verò res esset, si actio cederetur ad rẽ ex cuius venditione gauella exigitur, nã ex cessione actionis ad rem illam, gauella soluẽda etiam esset. Actio † enim
12 talis iudicatur, qualis est res ad quam competit, ipsiusque rei naturã, & qualitatem assumit, *l. si ad resoluendam, C. de prædiis minorũ*, Thom. Delbene *de immunit. Eccles. part. 2. cap. 17. dub. 2. sect. 1. num. 3.* dixi sup. *titul. 2. quæst. 1. à nu. 27.* quo fundamento hanc distinctionem verissimam testantur Azeuedo, Lasarte, & Gutierrez vbi proximè, qui ampliat etiam in repudiatione, vel refutatione actionis ad rem, si fiat pretio accepto, vel cum cessione iurium, videndus *quæst. 63. per tot.*

Ex hac †, verissima resolutione in-
13 fert Lasarte, quem sequitur Gutierrez *dict. quæst. 61. num. 5.* vers. *idem probãdam, & n. 6.* quòd si quis vendat, & cedat hereditatem sibi delatam, licèt ex ea cessione gauella debeatur: non tamen soluenda est ex rebus, & bonis hereditatis priuilegiatis, & immunibus à solutione gauellæ, pro quorum ratâ gauella est minuenda ex pretio quo vendita fuit hereditas. Quod tamen verum non existimo, imò gauellam ex integro hereditatis vẽditæ pretio deberi, vt rectè probat Parlador. *rerum quot. cap. 3. §. 2. nu. 23.* ex eo quia vẽdita, aut cessa hereditate, vniuersitas potiùs quàm singulæ hereditatis res in eâ contentæ, vendita censetur, *cap. ex literis de iure patronatus*, hereditas enim à rebus hereditariis longè differt, cùm hereditas vniuersitatem quãdam, & ius succesionis, *l. 3. D. de bonorum possess. l. nihil aliud 24. D. de ver-*
11 *bor. signific.* non singulas res demonstret, *l. in fideicommisso 18.* vers. *quotiẽs, D. ad S. C. Trebell. l. bonorum 208. de verb. signific.* differtque hereditas à rebus in ipsa contentis; sicùt vniuersitas, populus, vel municipium à personis singularibus distinguitur, *l. sed si hac 10. §. qui manumittitur, D. de in ius vocando, l. proponebatur 76. D. de iudiciis*, explicat elegantèr D. D. Melchiorde Valentia *illustr. iur. ad titul. de acquir. hered. cap. 1. à num. 10.* Vbi *nu. 11.* in-
14 infert † hereditate vendita non dari actionem de euictione, etiam si singulæ eius res euincantur, *l. 2. D. de hered. vel action. vend. l. 1. C. de euictionib.* vltra relatos ab eo Guzman, Ant. Gomez, Molina, Donell. & alij quos laudat Hermosill. *in l. 34. tit. 5. part. 5. gl. 2. & 2. per tot.*

Eo † tamen casu dicerem ex rebus 15
priuilegiatis contentis in hereditate venditâ gauellam non deberi, quo in venditione hereditatis specificata fuerunt eius membra, & fuit facta separatio omnium rerum, quæ sub vniuersitate illa comprehenduntur: quia tunc singulæ res venditæ censentur, ac proindè qualibet earum euicta, venditor de euictione conueniri poterit, vt ex Velasc. Caballin. Vrsilis, & aliis probat Hermosill. *dict. glos. 1. & 2. num. 5 & 6.*

Quandò † autem pretio accepto 16
ceditur actio ad rem, quæ si venderetur, gauella soluenda foret, certum est gauellam etiam ex cessione ad eam deberi, ex ratione quam tradidimus, nempè actionem talem iudicari, qualis est res, ad quam competit, consentiunt Lasarte, Azeuedo, & Gutierrez locis relatis, qui referunt Girondam, & alios.

Vndè † profluit, ex cessione iuris re- 17
trahendi, seu pacti de retrouendendo gauellam deberi, æquè ac si res ipsa ad cuius retractum ius ceditur, venderetur, ex Mastrillo, Fabio de Anna. & Burgio, probat Antonin. Amatus *tom. 2. resol. 67. nu. 35.* qui loquitur in decima quam præstare tenetur cessionarius iuris luendi feudum.

Eiusdem † sententiæ est Ioannes Gu- 18
tierrez *dict. tract. de gauell. quæst. 10. à num.*

num. 29. vbi asserit, venditorem rei cũ pacto de retrouẽdẽdo si ius suũ alteri precio accepto cedat, triplicẽ gauellã deberi; vna, ex prima venditione facta sub pacto de retrouẽdo; altera, ex cessione iuris, & retractus conuentionalis; tertia, ex redemptione, seu retrouenditione quæ fit cessionario. Et licèt primam, & secundam gauellam a primo venditore soluendam esse affirmet, dubitat tamen adquem spectet tertiæ gauellæ solutio, quæ causatur ex retrouenditione cessionario factâ. In quo dubio resoluit distinguendum fore, an pactum de retrouendendo a principio sit adiectum in fauorem ipsius venditoris; an verò in fauorẽ tertij: nàm primo casu si venditor ius retractus cedat, ipse non tamen primus emptor qui retrouendidit, ad gauellæ solutionem tenebitur; alio verò casu retrouendentẽ gauellæ solutioni obnoxium esse resoluit: quam distinctionem sequitur, & iuxta eam iudicatum refert Marius Cutell. *de donationib. cõtemp. matrim. tract.* 2. *discurs.* 1. *specialit.* 21. *num.* 16.

19 Ego † autem si casus accideret, multùm dubitarem de hac resolutione, & crederem, gauellam deberi non solùm ex primâ venditione, sed etiam ex cessione, & venditione pacti de retrouẽdendo: et vnã & alterã gauellã ad vẽditorẽ spectare dicerem. Ex retrouenditione tamẽ quæ cessionario fit, extimarem nullam gauellã deberi, quia sicùt non deberetur si ipse venditor rẽ virtute pacti retraheret, vt ex innumeris probat idem Gutierrez *dict. q.* 10. *n.* 23. videndus Acosta *de priuileg. credit. reg.* 1. *ampl.* 2. *n.* 10. ita nec debebitur si alter redimat, vel virtute pacti abinitio in sui fauorem initi; vel cessionis posteà factæ potestate: hæc tamen propter auctoritatem Ioan. Gutierrez maturo iudicio lector iudicauit.

20 Licèt † autem ex cessione iuris ad rẽ non priuilegiatam & immunẽ, gauella debeatur; non tamen debebitur si cessio fiat in executionẽ prioris contractus, veluti si procurator, qui de mãdato domini emit, cederet ei ius, & actionem exempto, vt rectè probat Bertazol. *claus.* 30. *glos.* 12. *n.* 4. Gutierrez *de gauell. q.* 60. *n.* 9. Vbi *à n.* 5. in dubiũ reuocat, an † cùm quis emit fundum simplicitèr, vel nomine suo, si illũ eo- 21
dem precio recepto alij cedat, declarando de eius mandato, & ad eius cõmodum emisse, an ex ista cessione gauella debeatur? Quàm dubitationem ex superiori doctrina resoluit; nam si appareret huiusmodi cessionem eodẽ precio factam in executionem prioris mandati, & contractus fieri, gauellam non deberi affirmat; quemadmodùm
† nec debetur ex cessione, quam fecit 22
is qui nomine alterius emit, vel pro persona nominanda, vt vltra Gutierrez, & Lasarte probat Bertazol. *sup. à num.* 11. Et de iis contractibus, & emptionibus factis pro persona nominanda, videndi late agentes Gratianus *decis.* 135. *per tot. vbi add.* Alex. Ludouis. *decis.* 157. *&* 227. *&* 265. *Farinac.* 2. *tom. posthum. decis.* 51. *per tot.* Noguerol. *alleg.* 11. *à n.* 88. *& alleg.* 20. *à nu.* 84. *ad* 100. Cencius *de cens. b. quæstio.* 67. *à num.* 11. *ad* 21. Hermosill. *in l.* 48 *tit.* 5. *p.* 5. *glos.* 1. *à nu.* 10. alios dat doctissimus D. Salgado *de retent. Bullar.* 1. *p. cap.* 10. *§. vnico, n.* 46. & nouissimè *in labyrinth. cred.* 1 *p. c.* 27. *à n.* 1.

Quibus † proximum est, quod ex La- 23
sarte proponit Gutierrez *dict. quæst.* 60. *n.* 11. vtrum si in subhastatione iudiciali ex causa executionis licitatori res addicta fuerit, & is cedat omne ius suũ creditori, ex hac cessione debeatur gauella? Et nõ deberi resoluit, si cessio statim, & incontinenti fiat, etiam si licitatio cum cessionis beneficio facta non fuisset, vulgo *posturacõ beneficio de traspasso*, & ita praxi receptum esse: videndus Carrascus *ad l. Reg. cap.* 11. *ad l.* 41. *tit.* 4. *lib.* 3. *Recop.* 1. *p. à num.* 87. *& 91. in fin.* Ego verò ad euitanda dubia consulerem, vt licitatio semper fieret cum beneficio cessionis, vt sentit Lasarte *de gauell. c.* 13. *n.* 19.

His

His etiam † concinnit id de quo
24 quærit Gutierrez *quæst.62.* an ex cessione conductionis gauellarum, vel aliorum reddituum debeatur gauella? Et quid si cessio conductionis retento promisso *vulgo prometido* fiat, ad cuius scripta lectorem remitto, vbi docet, cessionarium conductionis non posse propter sterilitatem, aut alios casus ex quibus mercedis remissio cõceditur, agere contra cedentem, sed aduersus dominum locatorem: vbi etiam inuenies quandò ex cessione legitimæ, vel hereditatis gauella debeatur?

Sed † vt ad summam huius quæstio-
25 nis lineam deueniam, illud superst inquirere, quo in loco soluenda sit gauella ex cessione actionis? In quo articulo communitèr video receptam sententiam Lasart. *de gauell. cap.4. à nu.* 36. qui asserit, ex cessione actionis personalis gauellam soluendam esse in loco vbi cessio fit, quia ibi censetur facta traditio, & translatio actionis in cessionarium, vel emptorem: at verò si hereditas pretio accepto cedatur, affirmat, ex rebus hereditariis immobilibus gauellam deberi in loco vbi res sitæ sunt, iuxta *l.9. titul.17. lib.9. Recop.* in aliis autem rebus inspiciendum esse testatur locum in quo venditio facta est, & locum rerum, & locum possessionis earum rerũ ab hereditatis emptore apprehẽsæ, vt ex inde gauella vniuscuiusque rei loco suo adiudicetur, iuxta regulam *l.5. tit.17. lib.9. Recop.* Sed si non personalis actio cedatur, sed realis, hoc est ius vindicãdi rẽ, quod cedi posse diximus *tit.3. q.1.* tũc gauellam soluendam esse docet in loco rei sitæ, si res ad quam realis actio ceditur, sit immobilis: sin verò mobilis sit res ad quam ius vindicãdi ceditur, regulam *dict. l.5. tit.17. lib.9.* attẽdendam esse profitetur, quam distinctionem, & doctrinam absolutè probarunt Azeued. *in dict. l.5. à num.16.* Gutierrez *de gauell. quæst.112. per tot.* Cur. Philipp. *2. tom. lib.1. cap.14. num.* 74. Molina Theolog. *disput.676. à numer.10.* qui quò ad cessionem actionis realis ad rem immobilem ab eis dissentit.

Ex cessione † an laudemium debea- 26
tur? Videndus Ponte *de laudemio quæstion.42.* Iacob de Butrius *in l. planè, D. famil. erciscund. & in l. si quis in rem suam, D. de procuratorib.* quos refert Hypol. Montan. *in addit. ad Oliban. dict. part.2. lib.1. cap.4. num.28.*

TRA-

IHS

TRACTATVS

DE CESSIONE IVRIVM, ET ACTIONVM.

TITVLVS OCTAVVS.

CESSIO IVRIVM QVANDO, ET EX QVIBVS NVLLITATI, AVT REVOCATIONI SVBIACEAT?

EXORDIVM TITVLI.

PERVENIMVS iam ad vltimum tractatus noſtri titulum; qui continet cauſas ex quibus ceſsio iurium, & actionum ſemèl facta, aut nulla eſt, vel reuocari, aut reſcindi poteſt. Et licèt in huius operis diſcurſu plura dixerimus de his, quæ præſentis tituli materiam concernunt, & omnia ferè expoſita ſint, quæ peculiaritèr attingunt nullitates ceſsionum, ſiue ex perſonis cedentium, vel iurium, & actionum quæ ceduntur, aliâvè ex causâ deſcendant; tamen nunc aliquas regulas, & doctrinas generales ſubiiciemus ex quibus facilis ſit aliórum caſuum occurrentium reſolutio: ſimùlque videbimus, qualis cedenti poteſtas ſit, reuocandi ceſsionem, aut quid aliud faciendi in præiudicium ceſsionarij.

SVMMARIVM.

1 *Ceſsio variis ex cauſis impugnari poteſt, vel argui de nullitate.*

2 *Ceſsio nulla erit, quoties titulus ex quo ceſsio fit, eſt nullus.*

3 *Simulatio vitiat contractum etiam iuratum.*

4 *Ceſsio iurium ſimulata nulla eſt. Simulatio ex quibus probetur, vel excludatur.* ibid.

Simulationis exceptioni an renunnunciari poſsit, ſaltim cum iuramento, ibid.

Simulationis exceptio an impediat viam executiuam, ibid.

5 *Falſa cauſa vitiat contractum, legatum, inſtitutionem, reſcriptum, gratiam, decretum, libellum, ſententiam confeſsionem, excommunicationem, donationē, hypothecā.*

6 *Falſa cauſa ceſsionem vitiat.*

7 *Contractus facti per carceratum in fauorem creditoris, qui carceraüit non valet. Et quid si fiant in fauorem tertij.*

8 *Cessio facta per carceratum, non valet in casibus, in quibus contractus gestus nullus est.*

Cessio qualiter impugnari possit ratione metus, ibid.

9 *Metus qualiter probetur ex protestatione.*

10 *Protestatio an præcisè requirat scripturam?*

11 *Protestatio an duobus testibus rectè probetur?*

12 *Protestatio an vna sufficiat, vel plures sint necessariæ?*

13 *Protestationum materiam, qui tractent, & de his varia remissiuè adnotantur.*

Protestatio præcedens, quandò annullet actum subsequentem.

Protestatio quandò dicatur contraria facto, ibid.

Protestatio an fieri possit per procuratorem?

14 *Protestatio clandestina, quandò sufficiat, vel requiratur, quòd parti intimetur*, & num. 13.

15 *Donatio excedens 500. solidos, non valet sine insinuatione, & vsque in quam quantitatem sustineatur.*

16 *Cessio iurium ex causa donationis facta insinuationem requirit.*

17 *Cessio ex causa donationis si insinuata non sit, poterit agere cessionarius vsque ad 500. solidos, simulque ad expensas factas in exactione nominis cessi.*

18 *Cessio vbi nulla est an cedens ipse possit nullam dicere cessionem à se factam.*

Facto suo quandò quis contrauenire rectè possit.

19 *Cessio reuocari, & rescindi potest ex eisdem causis ex quibus reuocari posset transactio, donatio, venditio, & alij contractus ex quibus cessio fit.*

20 *Cessio facta propter aliquam causam, ea non secutâ potest reuocari: et cedens ad primam iura regressum habet.*

21 *Contractus si ex vna parte non impleatur, an possit altera pars ab eo discedere, vel agendum sit ad implementum, vbi etiam quid in locatione, & transactione, & contractibus innominatis.*

22 *Iniuria si sit remissa sub aliqua conditione, vel pacto si non impleatur, an possit accusatio instaurari, & quid de consensu vtriusque partis? Negatiuè resoluitur.*

23 *Cessio quandò rescindi possit ratione læsionis enormis, vel enormissimæ?*

Cessio si fiat ex aliquo contractu correspectiuo, veluti ex venditione permutatione & similibus, rescindi poterit propter læsionem enormem, vel enormissimam.

24 *Cessio si fiat ex contractu gratuito, & non correspectiuo, veluti ex donatione, læsio enormis locũ non habet.*

Læsio vltra dimidiam an habeat locum in donatione, vel renunciationegratuita, & qualiter æstimatio læsionis sit ineunda.

25 *Cessio quandò possit per cedentem ad libitum reuocari, quatuor distinctis casibus exponitur, vsque in finem quæstionis.*

26 *Creditor si mandet debitori suo, vt alteri soluat, potest re integra reuocare mandatum.*

27 *Mercator si scribat literas soluendas in mei fauorem, reuocationi, aut pœnitentiæ locus non datur.*

28 *Cessio iurium, & procurator in rem suam semel constitutus non potest reuocari, etiam si nondum interuenerit vnum de tribus expressis* in dict. l. 3. C. de nouationibus, *intelligе, si cessio accepta iam fuerit.*

29 *Pro-*

29 *Procurator in rem propriam cui mã datum fuit exercitium directarum, an rectè reuocetur antequàm interueniat vnum, de quibus* in d. l. 3.

30 *Cedens post cessionem, quando possit præiudicare cessionario, confitendo, transigendo, aut exigendo pecuniam à debitore cesso & remissiuè.*

QVÆSTIO I.

Cessio iurium, & actionum ex quibus causis nulla sit; vel impugnari, aut reuocari possit per cedentem?

1 VARIIS † ex causis impugnari potest cessio, vel de nullitate argui; quarum nonnullas refert Rebuff. *ad leg. Gallicas 2. tom. tract. de cessionibus actionum glos. vltim.* Paulus Galleratus *de renunciation. tomo 1. lib. 1. cap. 4. numer.* ....omnes tamen nullitates, aut reuocationis causas recensere prolixum ecquidem esset; cùm iam nostræ materiæ speciales causas ex quibus cessio nullitatem patitur, suprà suis in locis exposuerimus, & ad generales nunc descendere, magis videretur ad alias quæstiones vulgares calamum extendi, quàm nostri singularis, & difficillimi tractatus cancellis, & terminis perstringi.

Quotiès † autem dubium sit, aut
2 scire cupias, an cessio subiaceat vitio nullitatis? inspiciendus erit titulus ex quo cessio actionum fuit facta; nàm vt non semèl aduertimus cessio ex venditionis, permutationis, transfactionis, aut donationis titulo aliovè simili perficitur. Quandò igitur venditio, permutatio, transactio, aut donatio ex aliquo defectu, aut inhabilitate personarum nullæ sunt, cessio etiam ex iis titulis facta nullitatem patietur.

Quapropter † quemadmodùm 3
hos contractus vitiat simulatio, adeo vt sint ipso iure nulli, cùm sint velut vmbra, & corpus sine anima; ideòque ex eis dominium non transfertur, licèt fuissent iuramento vallati, vt ex pluribus probat Noguerol *allegation. 10. à numer. 73.* D. Ioseph. Vela *decision. 38. numer. 58.* Alexand. Trentacinq. *lib. 1. de simulatione resol. 1.* Bellonus *cons. 20. nu. 34.* Dornsperg. *synmat. iur. lib. 2. part. 2. cap. 40.* versicul. *& hæc exceptio,* Gratianus *3. tom. cap. 479. à num. 72.* Ita † etiam cessio iu- 4
rium simulata nulla erit; latè Farinacius *de falsitate quæstion. 162. à numer. 36.* Hypolit. Montaner *ad Oliban. de actionibus part. 2. lib. 1. cap. 4. num. 39. & 40.* Farinacius *lib. 3. respon. criminal. cons. 200. à numer. 40.* Mantica *de tacitis lib. 4. titul. 13. num. 16.* Menoch. *lib. 3. præsumption. 129. per totam,* Iacob Cancer. *1. part. var. cap. 13. à num. 73.* Velascus *de priuileg. pauperũ 3. part. in præmio à numer. 24.* apud quos latè inuenies, quando & ex quibus præsumatur, vel excludatur simulatio cessionis. Et generalitèr ex quibus coniecturis probetur, vel excludatur simulationis exceptio, latissimè Noguerol *sup. à num. 1. & per totam,* D. Ioseph Vela *dict. decision.* Alexand. Trentacinq. *dict. resolut. 1. per totam,* Bellon. *dict. cons. 20. per tot.* Dornsperg. *dict. cap. 4. per totum.* Farinacius *dict. quæstion. 162.* Castillo *lib. 2. controu. cap. 25.* Hermosilla *in l. 57. glos. 3. tit. 5. part. 5.* Anton. Faber *in tit. C. plus valere, quod agitur,* D. Franc. Merlin. *centur. 2. cap. 17.* Ioan. Bapt. Thoro *voto 23. à num. 52.* D. Valenzuela *cons. 62. a num. 38. tom. 1.* apud quos varia

inuenies de exceptione simulationis,& quæ eius species sint;& an renũciari possit maximè cum iuramento: et an impediat executionem instrumenti,de quo vltimo videas vltra relatos Rodriguez *de executione cap.6. num.24.*Parexam *de edit. instrumen. tom.1.titul.1.resolut.3. §.2. num.70.* Carpan.*tom.1.cap.42.num.57.* Cencium *de censib.quæstion.48. numer.32.* Marium Mutam *decision.26.numer.35.* Farinaciũ *dict. lib.3. cons.201.* Camillũ Borrell.*in sum. decis.tom.2.cap.19. num.47.*Grass.*except.12.*Costa *tract. reinteg.distinct.45.*

Similitèr † sicùt falsa causa vitiat contractum, quemadmodùm , & vitiat legatum, institutionem , rescriptum,gratiam,decretum,libellum,sententiam,confessionem , excommunicationem,donationem , latè Amendola *ad Franch.decision. 1. à num.20.* Bertach. verb. *causa. fol. 192.* Pater Sanchez *de matrimonio lib.8.disputat. 21.quæstion.2.*Mieres *3. part. de maioratib.quæstion.14.numer.29. 30. 33. & 34.3.part.quæstion.15.num. 149.* Gutierrez *canon.lib.2.cap.15.à numer. 14.*Castillo *tom.6. cap.172. à numer. 27.*Noguerol *allegation.10.numer.54.* Fachineus *lib.10.controuer. capit. 84.* Cancer.*2.part.var.cap.8. numer.95.* Cyriacus *lib.1.controuer.64. num.21.* (vbi quòd falsa causa omnẽ vitiat dispositionẽ,) et quòd ex falsa causâ corruat hypotheca , Mercurial. Merlinus *de pignorib.& hypothec. lib.5. titul.2. quæst.52.* Ita † & cessionem iurium falsa causa vitiabit , Amendola *supr. num.25.*qui refert Cabalcanum,adde Bertazol.*clauf.27.glos.3.num.5.* Hypolit.Montaner *in addition. ad Oliban.de actionib.part.2.lib.1.cap.4. numer.34.*

Nec † non etiam sicùt contractus gestus per carcetatum in fauorem eius,qui eum carcerari fecit,non valet, *l.qui in carcerem,D.de eo , quod metus causa,*de cuius textus materia, & quãdò validi sint, vel non contractus celebrati per carceratum cum creditore,vel tertio, latissimè Farinacius *de carcerib.quæstion.35.per totam, & 2. tom.posth.decision.98.nu.fin.& lib.2. decis.crimin.decision.295.numer.3. & decision.286.* Camill.Borrell. *in sum. tom.2.titul.de confessis,num.83.& 84.* Mantica *de tacit.& ambig.libr.14. titul.29.num.29.*Gratian.*dict.c.479.à num.30.*Monter à Cueua *decision.45. num.4.& 12.*Auendaño *de metu libr. 2.cap.46.per totum,*Mastrill.*de indulto cap.12.num.6.*Scobar *de ratiociniis cap.7.à num.2* (qui loquitur de ratiociniis datis per administratores in domibus magnatum)Ioan. Bapt. Thoro *voto 84.num.223.* qui asserit , contractus gestos à carceratis executionem non mereri,D.D.Antonius de Feloaga *in Phenice iuridica,& disputat. ad cap.1.de his quæ vi,ratiocinat. vlt.* vbi reiicit Hermosillam,& per totam doctè,eruditè,& singulariter prosequitur materiam *dict.cap.1.*

Quemadmodùm † igitur carceratorum contractus in gratiam detrudentium inualidi sunt , in casibus de quibus Doctores supr. in eisdem etiam,cessiones iurium factæ in carceribus inualidæ erunt: vt in cessione litis factâ in carcere , dixit Farinacius *lib.1.decision.crimin.decision.33. in fine.*Et in cessione iurium Paris. *cons.5. num.175.*Vbi *à num.161.cum multis sequentibus,*agit de quadam cessione quæ propter metum qui interceserat, impugnabatur à cedente: simulque † qualiter metus probetur ex protestatione,de quo vltimo videndi benè agentes Peralta *in l. si quis in principio à numer.123.D. de legat.3.* Petrus Surdus *cons.395.à numer.27.* Farinacius *in fragmen.lit.M. à numer. 190.* Iacob Cancerius *3.part.var. cap.1. à num.106.*D.Larrea *allegation.35.numer.10.*Auendaño *de metu libr.1.cap. 9.num.16.*Noguerol *allegat.29.num. 68.* Et † quandò protestatio requirat scripturam,Bart.*in l.non solum, §.morte,D.de nouo operis nunciation.* Bertachin.

chin. verb. *scriptura.* Aniles *in cap. 1. prætor glos.* verb. *cartas, num. 6. in fin.* Cardinal. Tusch. *lit. S. concl. 87. num. 40.* Maldonado *respon. 2. num. 34. lib. 1.* Et † an duobus testibus protestatio probetur? Surdus *cons. 356.* Et† an vna protestatio sufficiat, vel plures sint necessariæ Tiraquell. *in l. boues, § hoc sermone limitat. 28. D. de verbor. signific.* Maldonado *sup. à num. 51.* Duardus *post tract. de censibus decision. 418. numer. 6.* Et † de materia protestationum si plura scire cupias, & quandò protestatio præcedens annullet actũ, & obligationem subsequentem: et requiratur quòd parti intimetur, vel sufficiat protestatio clandestina? Videas Cancerium, & Farinacium sup. Maldonado *dict. resp. 2. per tot.* Zeuall. *cõmun. tom. 1. quæstion, 489, & 490.* Anton. Faber *ad tit. C. de eo, quod metus cauſ. defin. 7.* Marium Muta *decision. 82. à num. 13.* Christophor. Suelues *cons. 8. à num. 3.* Manticam *de tacit. & ambig. lib. 16. titul. 7. & lib. 22. titul. 29. num. 21.* Pater Sanchez *de matrimon. lib. 2. disput. 45. à num. 17. quæst. 2. per tot.* Noguerol *allegat. 2. num. 19. & allegat. 10. à num. 57. & allegat. 11. n. 54. & allegat. 38. num. 43. & 44.* latè Intrigliol. *cons. 21. per totum*, Giurba *decis. 85. num. 1. & 2.* Bellon, *lib. 1. cap. 98.* Paulus Gallerat. *de renunciat. tom. 1. lib. 5. cap. 6. num. 27.* Anton. de Vallis *tractat. varij. lib. 1. quæst. 5. num. 6.* (vbi per totam de reo conuicto, qui torquetur per iudicem cum protestatione citra præiudicium probatorum) Riccius *collectan. 259. 865. & 2094.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 6. glos. 2 num. 39. & à nu. 55. & tom. 1. claus. 4 glos. 10. part. 1. num. 135.* Castillo *tom. 5. cap. 65. num. 105.* Garcia *de nobilit. glos. 5. à num. 6.* Arism. Tepat. *var. tit. 167. per tot.* latè Costa *in tract. re integra distinct. 62. per totam & de retrotract. cap. 9. casu 1. à num. 1. & 13. & de fact. scient. & ignorant. insp. 28. per tot.* qui refert Hering. Menoch. Mastrill. Mysingerium, Brunor à Sole *in loc. comm.* verb. *protestatio.* Ioan. Bapt. Thoro 1. *tom. comp. decis.* verb. *protestatio, & tom. 4.* verb, *protestatio facta,* Leotard. *de Vsuris quæst. 91. à num. 35.* Polydor. Ripa *de nocturno temp. cap. 131. per tot.* Caluin. *in lexic. iuris,* verbo, *protestatio,* Duardus *de cens. §. 6. quæst. 16. per tot. & §. 5. quæst. 12. nu. 2. in fi.* (vbi quòd tũc dicitur protestatio contraria facto, quando totum factum destruit; secùs autem quando tẽdit ad actus limitationem. Et quandò protestatio declaratoria posit fieri procuratori? idem Duardus *decis. 278 n. 17.*) prosequitur etiam latè Gaieota *lib. 2. cont. 68 à nu. 15. ad 21.* Posth. *de manut. obs. 85.* Amat. *var. resol. tom. 2. resolut. 82. à num. 8.* qui dat alios, Osuald. *ad Donell. lib. 22. comment. cap. 5. lit. N.* Gratianus variis in locis, Cancerius, & Tuschus, quos consulto omitto; apud quos iuuenies omnia dubia materiam protestationum attingentia. Ex omnium tamen mente resolues, protestationem † clandestinam, & non intimatam sufficere in his quæ dependent tantùm ab animo, & facto protestantis, vt *in l. Nesennius, D. de negotiis gestis, l. qui in aliena, § Celsus, D. de acquirend. heredit, l. etsi quis, § plerique, D. de religios. & sumptib. funer.* In his verò quæ ab alterius facto, & voluntate pendent non sufficere protestationem, nisi ei adquem negotij vtilitas pertinet intimetur, isque protestationi consentiat, probatur *ex l. cum plures, § locator horrei, D. locati, l. vlt. § item si prædixerit, D. naut. caup. stabul.* Eo tamen casu in his quæ ab alterius facto pendent, vtiliserit protestatio clandestina, quandò protestans propter metum auius non fuit contradicere, aut intimare protestationem, vt agnoscunt Mantica, Sanchez, Intrigliol. & alij ex relatis sup. nec omittas videre Bart. *in l. non solum, §. morte,* qui hanc materiam protestationum latè, & luculentèr explicat.

11 12 13 14

Superioribus † etiam mirè cõuenit, quòd quemadmodùm donatio exce- 15

dens quingẽtos solidos vitiatur in excessu,& in eam vsque quantitatem sustinetur,*l. sancimus, C. de donation. l. 9. tit. 4. part. 5.* multos refert Hermosill. *in l. 9. glos. 1. num. 27. & glos. 15. num. 1. tit. 4. par. 5.* plenius Camill. Borrell. *in summ. decis. tom. 3. tit. 11. à nu. 1. &*
16 4. Ita † etiam cessio iurium ex causâ donationis facta insinuationẽ requirit,& sine ea,ni si vsque ad quingẽtos solidos non constitit,vt ex multis probat Gratianus *tom. 3. discept. cap. 409. num. 19.* Arism. Tepat. *var. tit. 495. c. 6. vers. insinuatio,* qui refert Iul. Clarũ, Gozadinus *cons. 87. num. 9.* Peregrin. *de fideicom. art. 51. num. 51.* Marta *in compen. decis. tom. 3.* verb. *insinuatio, c. 14.* Puteus *lib. 1. decis. 230. num. 8.* Intrigliol. *cons. 7. num. 37. &* 38. Paul. Gallerat. *de renunciat. lib. 1. cap. 4. nu. 107. vers. at si quis,* conducit Francisc. Tondut. *resol. ciuil. cap. 57. à num. 13.* & Tepatus *dict. tit. 495. cap. 5.* verb. *si cessio fiat,* vbi an si cessio fiat titulo donationis propter benemerita,ea præcedere debeant? De insinuatione plura remissiuè diximus *sup. tit. 4. quæst. 3. num. 12.*

17 Quoties † autem ex donationis titulo ceditur actio,& nomen debitoris excedens quingentos solidos,si cessio insinuata non sit,cessionarius nihil amplius exigere poterit à debitore cessio,quàm quingentos solidos. Existimo tamen cessionarium à debitore cesso vltra id consequi posse expensas factas in exactione, cùm ex eo nihil amplius habeat quàm quingentos solidos,quos lex ex donatione non insinuatâ capere permittit.

18 His † igitur,& aliis casibus in quibus cessio actionis nulla est, dubitari potest,an cedens ipse possit nullâ dicere cessionem à se factum, factoque suo contrauenire. Cuius dubij resolutio ex eo pendet,an quis possit venire contra factum suum? de quo videndi innumeri relati à Velasco *in loc. cõmun. lit. F. axiom. 48. &* 50. Molina *lib. 4. de Hispan. primogen. cap. 2. à nu. 16.* Surd. *cons. 442. per totum,* vbi an quoties quis impugnat factum suũ nullum,teneatur soluere damna, & interesse? Acosta *de priuileg. creditorum regul. 1. ampl. 10. à num. 2.* Et in specie quòd possit cedens contrauenire cessioni nullitèr à se factæ, ex Tiraq. *de retract. lignag. §. 26. glos. 2. à nu. 5.* probat Horat. Carpan. *ad Stat. Mediol. 1. tom. cap. 447. à num. 32. & cap. 451. à num. 48.* vbi refert Tiraquell. *ad l. cõnub. glos. 8. quæst. 10. num. 91.*

Planè † quemadmodùm ex causis 19
ex quibus venditio,permutatio,transactio,donatio,nullæ sunt,diximus etiam cessionem ex iis titulis factam nullam esse. Ita similitèr nec non ex causis ex quibus venditio, permutatio,transactio,donatio aliive contractus reuocari,& rescindi possunt, aut ab eis discedi, reuocari etiam & rescindi poterit cessio iurium venditionis,permutationis,trãsactionis,donationis aliovè titulo factâ,aut ab eâ discedere licebit. Quapropter sicùt quis 20
potest agere aduersus contractum ex capite non implementi Ioan. Baptist. Thoro *1. part. consp. decis.* verb. *agens aduersus,* Guzman *de euictionib. quæstion. 35. num. 22.* adeò vt necessaria nõ sit absolutio à iuramento, etiamsi cõtractus esset iuratus,vt ipse Thoro profitetur: ita & cessio facta propter aliquam causam,si non fuerit secuta, poterit reuocari, & cedens potest recuperare instrumenta à cessionario, & ad primæua iura redire, *l. 1. vbi glos. fin. C. de condict. ob caus.* Burgos de Paz *cõs. 28. num. 31.* Guzman *dict. quæstio. 35. num. 128.* Marta *in compen. decis. 3. tomo,* verb. *cessio, cap. 25.* Carpan. *ad Statut. Mediol. 1. tom. cap. 447. num. 30.* Bertazol. *claus. 27. glos. 2. num. 4. in fine,* Arias de Mesa *lib. 1. var. cap. 19. n. 20.* Similitèr si pacta non seruentur cedens habet regressum ad primæua iura, Hypol. Montan. *in addit. ad Oliban. de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 4. nu. 30.* vbi quòd si pacta nõ seruentur, vel causa non sit secuta potest cedens iura

cessa

cessa condicere Paul. Paris. *cons.* 5. *à n.* 7. *&* 30. *vol.* 4. Mynsiger. *obseru.* 96. *cē tur.* 3. Costa *de ration. ratæ quæst.* 70. *num.* 7. vbi quòd cedens reuocat cessionem, si pacta non seruentur, licèt interueniisset vnum de quibus *in l.* 3. *C. de nouat. & deleg.* videndus Schiford. *lib.* 3. *tract.* 23. *quæstion.* 25. *in fin.* qui propter pacta non seruata asserit reuocari non posse cessionem; sed cedenti ius esse, vt cogat cessionarium, ad placitifidē implēdam, iuxta *l. pacto successorum* 26. *C. de pactis*, quæ in cōtrarium solet allegari.

21 Cuius † controuersiæ vernas ex eo pendet, an in contractibus propter pacta non seruata liceat ad primæua iura redire, vel tantùm agere ad implementum? quam quæstionem ad partes disputauit variis iutibus pro vna, & altera sententia expensis D. Larrea *allegat.* 26. *per tot. tom.* 1. Surdus *decisio.* 166. *num.* 12. Griuell. *decis.* 111. Iacob Cancer. 1. *part. var. cap.* 18. *numer.* 44, (qui loquuntur in transactione cuius pacta seruata non fuerunt) Sesse *lib.* 3. *decis.* 291. vbi an à contractibus innominatis si ex vna parte non impleantur, possit alter discedere? Et an propter

22 pacta non seruata liceat à contractu locationis resilire, vel agendum sit ad implementum? Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 6. *à num.* 104, Fatinac. 1. *tom. posth. decis.* 69, Alex. Ludou. *decis.* 130. Et propter pacta non seruata, vel causam non secutam an liceat discedere à contractibus nominatis, vel innominatis, & à transactione? plenè, & doctè D. Reres *opusc. lib.* 2. *sect.* 2. *ferè per tot.* Et remissa † iniuria sub aliquo pacto veluti vt iniurians aliquid faciat, vel det, an si id non impleatur, possit accusario instaurari? videnda *l.* 3. *C. ad S. C. Turpillianum*, latè Gizarrell. & Baldax. de Angelis *decis.* 11. *per tot.* Bellonus *cons.* 27. *num.* 23. Cancer. 2. *part. cap.* 11. *à num.* 94. Giurba *cons.* 74. *nu.* 2. *&* 3. Ioan. Bapt. Thoro *in comp. decis.* 1. *tom.* verb. *remissio delicti*, *&* 3. *tom.* verb. *iura antiqua*; Gutierrez sta-

tim referendus Parlador. *lib.* 3. *diff.* 51. *§.* 2. *à num.* 7. ex quibus verissime resolues, accusationem suscitari nō posse, licet pacta non impleantur, tametsi accusator in casu contrauentionis, & inobseruantiæ, ius prosequendi accusationem sibi reseruasset: quicquid dicat Parlador. sup. Quod verum est, etsi vraque pars accusator scilicèt, & accusatus discederent à conuentione & remissione iniuriæ, & consentirent litem super accusatione prosequi: nā adhùc his, & accusatio semèl transactione sopita non posset ex nouo cōsensu instaurari, & quælibet pars valeret rursus obicere exceptionem prioris transactionis, & ira in casu occurrēti iudicuī, motus ex textu singul. & expresso *in l. si vnus* 27. *§. pactus nè peteret*, vers. *sed si pactū*, *D. de pactis*, docet in terminis Gutierrez *in authen. Sacramenta puberum*, *num.* 136. *&* 137. *C. si aduers. vendit.*

Etiam † adstipulatur his, quòd vbi 23 quæstio est, an ex læsione enormi, vel enormissima rescindi possit cessio? recurrendum erit ad titulum ex quo cessæ fuerunt actiones: nàm si ex vēditione, permutatione, transactione, aliouè contractu correspectiuo cedantur, dubium non erit, cessionem iurium prætextu læsionis enormis, vel enormissimæ posse rescindi, vt in terminis tradiderūt multis relatis Menoch. *cons.* 848. *num.* 27. *&* 34. *vol.* 9. Anton. Faber *in C. tit. de rescind. vend. def.* 11. Fontanell. *de pactis nuptial. clauſ.* 7. *glos.* 2. *p.* 6. *num.* 59. *&* 60. *vers. item postea in alia causa*, Frāch. *dec.* 225. vbi in cessione hereditatis læsionē considerari sup ponit: quāuis in casu illius decisionis speciali ratione læsioni locum nō fuisse eleganter ostendat. Et læsionis ratione restituitur minor aduersus cessionem iurium à se factam, Anton. Faber *in C. tit. de in integ. rest. def.* 4.

Cæterùm † si cessio ex pacto gra- 24 tuito, & non correspectiuo fiat, veluti ex causâ donationis, quæ ex pura, & mera liberalitate processit, cessionē propter

propter enormem læsionem non posse rescindi, in individuo probat Paris. *dict. cons.* 5. *num.* 291. *vol.* 4. Et donationem, aliud vè pactum merè gratuitum non rescindi remedio, *l.* 2. *C. de resc. vendit.* docet Ant. Faber *dict. tit. C. de rescind. vend. def.* 8. ex multis probat Hermosill. *in l.* 56. *glos.* 4. *nu.* 107. ex Molina, Barbosa, & aliis D. Castillo *de tertiis cap.* 18. *num.* 74. vers. *dum autem*, Morotius *resp.* 28. *num.* 3. Arisminn. Tepat. *var. tit.* 404. *c.* 14. vers. *in donatione*, qui latissimè multis relatis prosequũtur, & limitant in pacto, vel donatione quæ non habuit originem à merâ liberalitate, sed ob aliquã causam facta fuit: contra tamen existimat Hermosill. *dict. n.* 107. *in fin.* ibi: *Ampliatsi donatio esset correspectiua, si cõstat de animo donandi.* Enormissima autem læsio an locum habeat in donatione, aliâvè pactione, vel renunciatione gratuita, & qualitèr æstimatio huius læsionis sit ineunda, Hermosill. *dict. l.* 56. *glos.* 11. *à num.* 12. qui refert Scobar, Castillum, & alios, cui addes eundem Castillum *dict. num.* 74. vers. *si autem.* D. Larreatigui *lib.* 8. *selectar. cap.* 13. *num.* 53. *in fin.* D. Franc. Merlin. *tom.* 2. *cent.* 2. *cap.* 100. *num.* 67.

25 Ex iis † etiam resoluendum est, an cessio possit per cedentem ad libitum etiam sine causâ reuocari. In quo dubio pro perfecta, & plena cognitione quatuor casus considero. Primus, quãdò quis debitori suo mandauit, vt Titio, vel creditori ipsius mandantis solueret, quod mandatum expeditũ fuit sinè interuentu Titij, vel creditoris eius qui mandauit. Secundus, quandò mercator, qui accepit à me aliquam quantitatem, scribit in mei fauorẽ literas (*vulgo libranza, ò letra*) eiusdem summæ soluendas per alium mercatorem. Tertius, quandò quis ex aliquo titulo cedit iura sua, & constituit cessionarium procuratorem in rem propriam cum cessione iurium, & trãslatione vtilium actionum. Quartus est, vbi quis constituit aliquem procuratorem in rem suam cum exercitio tantùm actionum directarium.

In † primo casu dicendum est, re integra existẽte, posse mãdanté reuocare mandatum etiam si is cui solutio facienda erat, creditor esset mandantis, *vt ex l. si cum Cornelius, D. de solution.* rectè explicat Mantica *de tacitis, & ambig. lib.* 17. *tit.* 8. *à num.* 19. vbi aliquos casus distinguit. Cui proximum est, quod tradit Iacob Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 6. *à num.* 121. qui asserit, posse creditorem reuocare facultatem, quã concessit debitori suo, vt alij aut adiecto solueret, nisi debitor hanc facultatem soluendi adiecto, vel alteri ex suo contractu acquisitam haberet, iuxta quam distinctionem intelligit *dict. l. si cùm Cornelius, l. vero procuratori, l. aliud, l. fin. D. de solutionib.* 26

In † secundo casu quandò mercator scribit literas in mei fauorem soluẽdas per alium mercatorem; pœnitẽtiæ aut reuocationi locus non est; quia hic cõtractus ad vtriusque vtilitatem fit, & nisi vtriusque concurrat voluntas distrahi, aut rescindi non potest, nedum in substãtialibus, sed nec in accidẽtalibus, maximè post acceptatas literas à debitore, vt latè prosequitur Scaccia *de commerc.* §. 2. *glos.* 5. *quæst.* 18. *per tot. à num.* 447. multis relatis Anton. Amat. 1. *tom. var. cap.* 47. *num.* 9. Fontanell. *decis.* 124. *num.* 19. *&* 20. Et licèt Iacob Cancer. 2. *p. var. c.* 17. *n.* 25. dixerit, mercatorẽ qui scripsit literas, eis nondũ acceptatis, vel acceptatis, nõdũ tamen facta promissione de soluendo, posse reuocare mandatum, & inhibere mandatario nè soluat; eius tamen doctrina suspecta mihi est, & verùs credo, mandatarium, si gratia creditoris (vt communitèr accidit) appositus fuisset, reuocari non posse; creditorique ius esse contra campsorem, vt impleat quod promisit: licet reuocato mandato ante acceptationem literarum, nullam habeat actionem aduersus eum, cui literæ soluendæ dirigebãtur, cùm literæ cambij non obligent 27

mer-

mercatorem, cui sunt directæ absque earum acceptatione, Scaccia *dict.* §. 2. *glos.* 9. *nu.* 6. & 7. ex aliis Gaito *de credito cap.* 2. *num.* 2375.

28 In tertio † casu quandò cessio iuriũ fuit facta, & cessionarius constitutus fuit procurator in rem suam cum cessione iurium; vel ei vtiles actiones sine cessione competunt, conueniũt omnes nullatenùs posse reuocari, tametsi non interueniat vnum de tribus relatis, *in l.* 3. *C. de nouationib.* agnoscunt post antiquiores moti *ex l. illam, C. de donationib.* Bertazol. *clauſ.* 29. *glos.* 2. Guzman *de euictionib. dict. quæſt.* 35. *à num.* 118. qui pro more transcribit Bertazolum, Schifordeg. *lib.* 3. *tractat.* 23. *quæſt.* 25. *in princ.* D. Franc. Merlin. *cent.* 2. *cons.* 31. *num.* 15. qui asserit, cedentem non posse reuocare cessionem expressè, siue simplici reuocatione, quamuis possit tacitè, exigendo à debitore cessò, si nondum interuenit vnum, de quibus *in dict. l.* 3. Quam sententiam verisimam dices, siue ex causa necessaria, siue ex voluntaria cessæ sint actiones, quicquid sine fundamẽto distinguat Palador. *lib.* 3. *difer.* 37. §. 2. *num.* 5. & 6. et siue ex contractu oneroso, vel lucratiuo cessio sit facta: dummodo acceptata iam fuisset per cessionarium; nam ante acceptationẽ reuocari posset cessio, Cancer. *dict.* 2. *part. cap.* 6. *num.* 186. vbi quòd cessio actionũ facta creditori, solutionis causâ, reuocari potest ante eius acceptationem.

29 In quartò † & vltimo casu, quandò quis constitutus est procurator in rem suam sine cessione: quia tantùm mandatum ei fuit exercitium directarum, magis communitèr receptum video, simile mandatum etiam creditori factum reuocari posse, si non interuenit vnum de expressis *in dict. l.* 3. ita sentiunt Bertazol. & Guzman sup. Osasc. *decis.* 62. *nu.* 16. Contrarium tamen ex Fabro, & Donello, probat Schifordeg. *dict. quæst.* 25. *per tot.* Burgos de Paz *cons.* 32. *à num.* 21.

Post † cessionem verò semel factam 30 quandò possit cedens præiudicare cessionario, exigendo pecuniam à debitore cessò, confitendo, transigendo, aut liberando, sequenti quæstione dicemus.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur difficultas quæstionis.*
2 *Refertur* D. Franc. Merlin.
3 *Referuntur DD. qui præsentẽ quæstionem disputarunt.*
Laudantur opera D. D. Francisci Salgado, Regij Consiliarij.
4 *Cessio aliquando in cedentis, aliquãdo in cessionarij commodum fit.*
5 *Cedentis, cessionarij, vel vtriusque cõmodum quandò cessio respicere dicatur.*
6 *Defenditur distinctio* Bart. *vt cessio vel in cedentis, vel cessionarij commodum fiat.*
7 *Reprobatur superior distinctio, quæ admittit, cessionem in vtriusque gratiam, cedentis, & cessionarij fieri solere,* & num. seq.
10 *Cessio in cuius commodum fiat, ex quibus cognoscatur?*
11 L. 3. C. de nouationib. *intelligenda est de cessione in commodum cedẽtis facta.*
12 *Cedens post cessionem agere potest aduersus debitorem cessum, & ab eo solutionem accipere, antequam interueniat vnum de quibus* in d. l. 3. & num. 13.
14 *Debitor, qui dedit creditori suo in pignus nomen debitoris sui, potest à debitore exigere, si non interuenit vnum, de quibus* in dict. l. 3.
15 *Nomine in pignus dato, an sufficiat, quòd debitor nominis certioretur à creditore, vt nõ possit soluere suo creditori?*
Reiicitur opinio Ant. Fabri, & Schifordeg.
Pignus nominis an dicatur fieri in cõmodum

modum debitoris, vel creditoris, ibid.

16 *Debitor qui nomen debitoris sui in pignus dedit, si concurrat cum creditore ad exactionem præferendus erit creditor.*

17 *Debitor qui aliunde, quàm ex tribus modis de quibus* indict. l. 3. *habuit notitiam cessionis, vel obligationis nominis an rectè soluat suo creditori,* & num. 18.

19 *Debitor delegatus non rectè soluit creditori suo, qui eum delegauit.*

20 *Debitor nõ rectè soluit creditori, post litem à cessionario contestatam.*

21 *Cessionarius si incæpit exigere à debitore cesso, non poterit amplius soluere cedenti.*

Extende etiamsi ab vno ex pluribus debitoribus cessis exigere incæpisset. ibid.

22 *Cessionarius si denunciauit debitori cesso nè solueret cedenti, solutio ei postea facta non proficit.*

Denunciatio hæc vt prosit quomodo sit facienda, & an debeat copia fieri instrumenti cessionis? ibid.

23 *Præter casus contentos* in l. 3. C. de de nouationib. *an sint alij in quibus debitor cessus non potest soluere cedenti?*

24 *Cedens potest post cessionem transigere paciſci, vel liberare debitorem cessum, si cessio ad ipsius cedẽtis commodum facta sit, limitatur nisi id dolo malo factũ fuisset in necẽ, & præiudicium cessionarij.*

Pensionarius, qui cesserat, vel consignauerat creditori suo fructus pensionis, an possit eam postea cassare, vel aliter liberare debitorem.

25 *Cedens an post cessionem in commodum cessionarij factã, possit transigere, paciſci cum debitore, vel ab eo exigere.*

26 *Cessione facta ad commodum cessionarij, an cedẽs, si agat aduersus debitorem, possit repelli exceptione factæ cessionis?* cum num. seqq.

27 *Cedenti vbi nulla remanet actio, quia vilem, quam habebat cessit, obstat ei exceptio factæ cessionis.*

28 *Exceptio carentiæ actionis, quia alteri actionem cessisti, legitima est.*

29 *Actio directa vbi inutilis, & inefficax manet apud cedentem, agere non potest.*

Directa actio ex quibus clausulis in efficax remaneat penes cedentem? ibid.

30 *Cedens ad commodum cessionarij vbi directam actionem habet, an si agat aduersus debitorem antequã interueniat vnum de quibus* in d. l. 3. *possit repelli exceptione factæ cessionis? duplex refertur sententia,* & num. seqq.

33 *Sententia lata contra cedentem, an obstet cessionario?*

34 *Debitor ad cõmodũ cessionarij cessus, quãdo possit soluere cedenti, & an quælibet scientia cessionis sufficiat.*

Vtilis actio vbi in alium legis potestate transfertur, directæ actiones remanent elisæ, & inutiles: eiq; qui habet solutio facta nullatenùs proficit debitori.

36 *Cessione facta ad commodum cessionarij an liceat cedenti paciſci, transigere cum debitore, aut eum liberare. Differentia assignatur inter pactum gratuitum, & non gratuitum.*

37 *Debitor soluens ei cui creditor suus soluere iussit liberatur: aliud tamẽ erit si non soluat, sed pactum ineat de non petendo.*

Expenditur, & intelligitur l. si cum te, §. idemeodem loco, D. de pactis.

38 *Debitor delegatus soluens ei cui delegatus fuit liberatur, licèt delegãs falso existimaret debitorem esse eius, cui delegauit debitorem suũ. Alia res erit si non soluerit, sed cõpensauerit, vel pactum ei fiat de nõ petendo.*

39 *Debitor delegatus, qui soluit ei cui delegatus fuit, nõ habet cõdictionẽ indebiti aduersus eũ, etiam si creditor*

ditor non esset delegantis, imò conditio ipsi deleganti competit.

Reprobatur opinio Franc. Nig. Cyriaci.

40 *Confessio cedētis facta post cessionē quādò præiudicet cessionario, siue confessio voluntaria, vel necessaria & iudicialis fuisset,* & num. 41.

42 *Testimonium cedentis cessionario nocet.*

Cedens an possit esse testis pro cessionario? ibid.

43 *Cessionarius an possit probare intētionem suam, cum testibus consanguineis cedentis.*

QVÆSTIO. II.

Cedens post cessionem an aliquid efficere possit in præiudicium cessionarij, confitendo, liberādo, aut exigendo debitorem cessum. Et quandò solutio, vel transactio facta post cessionem liberet debitorem? Tractatur, & illustratur materia *leg.* 3. *C. de nouationib. & delegationib.*

1 ESTHAEC quæstio ex difficilioribus nostri tractatus est, quæ propter casuum varietatem, & opinionum diuersitatē perplexa admodùm, & ferè inexplicabilis redditur. Nullus interpretum est, ex his qui præsentem disputationē vel obiter, vel ex professò susceperūt, qui eius obscuritatē nō agnoscat; adeò vt sine diuino lumine intelligi nō posse dixerit Cacheranus *decis.* 62. *nu.* 7. ibi: *Videtis igitur doctissimi lectores varias doctorum opiniones, & doctrinas, à quibus facilè se extricare non est, nisi eleuemus oculos ad Christum Iesum, Dei veritatem, & sapientiam.*

Sed iam diuinum illud lumē, quod 2
Cacheranus ad nostræ quæstionis veram cognitionem necessarium esse dicebat, tibi illuxisse testatur D. Franc. Merlin. *cent.* 2. *cons.* 31. *in princip.* qui postquàm DD. qui hactenùs de materia *l.* 3. *C. de nouationib.* scripserant, notauit quasi inepte, & obscurè sint locuti: lectoribus offert, quæ sibi Deus reuelauit de vero intellectu *dictæ l.* 3. Licèt igitur fateamur nihil nobis diuinitùs reuelatum, tamen docti lectoris censuræ, & examini subiiciemus ea, quæ pro vera nostræ quæstionis resolutione ex doctissimorum interpretum scriptis collegimus, sic tamen digesta, & distincta, vt etiāsi apparuerint vndè sumpta sint, alia tamen esse quàm vnde sumpta sunt, appareat, vt recti scriptoris munus impleam, & sequar consilium Senecæ *epist.* 85. *lib.* 12. Guzman *de euictionib. in præfat. operis, num.* 8.

Et 3
in primis lectorem admoneo, me non perfunctoriè hæc scribere, sed visis prius, imo iterum atque iterum perlectis DD. qui de hac re egerunt (prout in aliis huius tractatus quæstionibus accidit) specialiùs tamen notaui, & originaliter perlegi. Octau. Cacheran. *decis.* 62. *per tot. & decis.* 45. *per tot.* Sfort. Odd. *ad l.* 3. *C. de nouationib.* qui latè, & doctè eius materiā prosequitur, Horat. Carpan. *ad statut. Mediol.* 1. *tom. cap.* 447. Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *var. resol. tit. de solution. resol.* 14 *per tot. & resol.* 29. *num.* 2. & 8. Bertazol. *de claus. claus.* 29. *glos.* 4. *à num.* 5. Paul. Gallerat. *de renunc. lib.* 1. *cap.* 4. *à num.* 81. *ad* 95. Esse *decision.* 428. *tom.* 4. Guzman (qui trāscribit integram resolutionem Alexand. Trentacinquij) *de euictionib. quæst.* 35. *à nu.* 131. *ad finem quæstionis*, D. Francisc. Merlin. *præcitato cap.* 31, Ioann. Bapt. Costam *de ration. ratæ quæst.* 212. Iacob Cancer. 3. *part. var. cap.* 1. *à num.* 125. *& a num.* 136. Gaitum *de credito cap.* 2. *à num.* 420. Ioann. Bapt. Thoro

voto

voto 6. Cencium *decens. quæst. 67. à num. 6.* Carleual. *de iudiciis libr. 1. tit. 3. disput. 26.* Acostam *de privileg. credit. reg. 3. ampl. 4. à num. 9. ad fin.* Anton. Fabrum *lib. 12. coniect. cap. 2. cum 4. sequentib.* Schifordeg. *lib. 3. tract. 23 quæst. 16. cum sequentib.* Donell. *libr. 15. com. cap. 43. vbi Osualdus lit. M. & N.* nouissimè Mercurial. Merlin. *de pignorib. & hypoth. lib. 2. quæstion. 32.* doctissimus D. D. Franc. Salgado *in labyrinth. cred. 1. part. cap. 27. num. 44. & à num. 46.* cuius insignis viri opera, & celebratissimi tractatus *de Regia protectione. De retentione Bullarũ. Labyrinthus creditorum*, perpetuò cedent in maximum Hispanæ literaturæ ornamentum.

Pro † meliori tamen nostræ quæs- 4
tionis explicatione scire expedit, cuius commodũ cessio respicere soleat: et video nouioribus interpretibus eũ placuisse distinctionem, quòd cessio aliquandò cedentis commodum respiciat; aliquando verò in commodum seu gratiam solius cessionarij celebratur; aliàs autem in vtriusque commodum cedentis scilicèt, & cessionarij fit. Quam distinctionẽ post antiquiores quos refert Sfortia supr. sequitur Gaito *de credito dict. cap. 2. à nu. 433.* Merlin. *dict. cap. 31. à numer. 5.* Acosta *dict. reg. 3. ampl. 4. num. 16.* meminit Anton. Faber *lib. 12. coniect. cap. 4. in principio.*

Cedentis † tantùm commodũ ces- 5
sionem respicere dicit Sfortia, & Gaitus, quandò absque vlla vtilitate cessionarij cessio fieret: prout accidit in constitutione procuratoris in amplissima forma: quæ cessio regulariter fieri dicitur in quolibet mandato procuratorio ad exigendum. In commodum verò solius cessionarij cessionem factam dicunt; quandò creditor nomen debitoris sui alteri vendit, donat, aut in solutum dat, vel assignat in dotem, non suo, sed cessionarij periculo. Ad commodum autem vtriusque cedentis, scilicèt & cessionarij cessio fit, quã-dò quis creditori suo cedit nomẽ debitoris sui, solutionis causâ: eo enim casu vtriusque gratia consideratur; cedentis, quia per solutionem debitoris cessi consequitur liberationem; cessionarij, quia recipit quod sibi debetur.

Sed † licèt qui hanc distinctionem 6
sequuntur, aliam Bartoli mancam, & imperfectam appellent, vt asserit Anton. Faber *dict. cap. 4.* tamen mihi facilior semper, & commodior visa fuit distinctio Bartoli, qui asserit, cessionẽ aut commodum cedentis respicere; aut in cessionarij gratiam celebrari. Quam distinctionem ab omnibus interpretibus receptam video præter Sfortiam, Gaitum, & Merlinum suprà, qui post nonnullos ex antiquioribus nouitatis studio admisserunt, cessionẽ aliquandò tàm cedentis, quàm cessionarij gratiam concernere. Sed vt exipsis videre erit, hic vltimus casus necessarius non est, & potiùs obscurat, quã aperit materiam huius legis tertiæ.

Nec † vnquàm probare potui, nec 7
nunc probo, doctrinam illam seu exẽplum Sfortiæ, & Gaiti, vt tunc cessio ad commodum cedentis tantùm fieri dicatur, quandò creditor mãdat procuratori suo, vt pro ipso creditore, & eius nomine exigat quod alius debet; eo enim casu vt alibi suprà notauimus, non rectè cessionem, aut cessionariũ fieri dicemus; sed simplex mandatum, seu simplicem procuratorem ad exigendum constitutum fuisse verius erit.

Quod † fortè considerans D. Frãc. 8
Merlin. *dict. cap. 31. nu. 5.* alitèr exemplum constituit eius cessionis, quæ ad cedentis tantummodo commodũ fit; scilicèt in eo, qui creditori suo infungit exactionem sui debitoris; ita tamẽ vt exactio periculo ipsius cedẽtis fiat, hoc est solutionis causâ. Quod exemplũ ipse Merlin. Sfortia, & Gaitus postea referunt ad eum casum, quo cessio in vtriusque gratiam celebratur, vt ex ipsis videre erit.

Quare

Quarè† recedendū non est à prædi-
9 ctâ Bart. distinctione, et tunc cessionē cedentis gratiâ, seu commodo fieri dices, quādo quis solutionis causâ mandat actiones suo creditori, talitèr vt si debitū cōsequi non valeat, regressum habeat contra cedentē, Fonran. *decis.* 167. *n.* 1, Et licèt eo casu creditor, idēque cessionarius commodum aliquod percipiat, quia recipit quod sibi debetur; tamen cedentis præcipuum commodum vertitur, cùm non alitèr liberetur, quàm si nomen debitoris sui sit exactū. Cessionarij verò cōmodo cessio fit, quandò prout diximus, nomen venditur, donatur, aut in dotem, vel in solutum cōceditur periculo ipsius cessionarij: tunc enim cùm ex venditione, donatione, in dotem, vel in solutū datione, cedens plenè maneat liberatus, nullum ex illa cessione commodū in posterum sentit, sed ad soljus cessionarij commodum, vel periculum spectat, Acosta *vbi proximè, & prælud.* 2. *n.* 26. Cancer. 2. *p. var. c.* 6. *a num.* 183. *&* 189.

Et† vt vno verbo dicā, quonāmodo
10 cognoscendum sit, an ad cedentē, vel cessionarium cessionis commodū spectet, attendendum erit, penes quem remaneat periculū debitoris cessi; nàm ad eū cessionis cōmodum principalitèr pertinebit, arg. text. *in l. secundum naturam, D. de regul. iur.* notat Sfortia Odd. *in d. l.* 3. *q.* 2. vers. *ad quartum*. Licèt me non lateat Ant. Fabr. *d. lib.* 12. *c.* 2. *infrà medium* dixisse, euenire plerūque vt cessio fiat commodo cedentis, periculo tamen cessionarij, & è cōtra.

Ex quibus† colliges decisionē *d. l.* 3.
11 *C. de nouat.* ad eum casum referendam esse, quo cessio ad cōmodum cedentis principalitèr fit, cùm loquatur de debitore, qui creditori suo solutionis causâ mandat actiones contrà debitorē, vt verba *d. l.* apertè demonstrant, & fatetur post Sfortiam Gaitus *à nu.* 491. qui sine ratione recedit à nostrâ, & cōmuniori opinione, defendens text. illum intelligendum esse, de cessione, quæ cedentis simul, & cessionarij vtilitatem seu commodum cōcernit, quē sequitur Merlin. *à n.* 9. Eorum enim opinio amplectenda non est, quæ si rectè expendatur in communem sentētiam incidit: nàm ipsi fatentur, cessionem de qua *in d. l.* 3. cedentis commodum principalitèr respicere; & secundario commodum cessionarij. Quarè sumpta denominatione ab eo, quòd principalitèr geritur, rectè dicitur cessio facta in commodum cedentis. Aliàs namque quælibet cessio diceretur facta in cedentis, & cessionarij cōmodū, cùm vbicūque actio per cessionem in alium transfertur, aliqua vtilitas cedentis, & cessionarij consideretur, vt accidit in cessione, quæ ex venditionis, aut in solutum dationis titulo fit, quam omnes fatentur cessionarij tantùm cōmodo cedere: in ea enim licèt principale cōmodum cessionarij sit, tamen negari non potest quin cedens aliquid ex ea cōmodi reportet, cùm cedēdo actiones liberetur à cessionario, vt agnoscit Gaito *n.* 451. qui refert Sfortiam, & Surd. Vndè Bart. & communis, omissis aliis distinctionibus rectè cessionem scindit, vt cedentis, aut cessionarij gratiā cessio respiciat, consideratione habita nō ad cōmodū quod secundariò, & in consequentiā; sed ad id quod principalitèr accidit. Ita vt si cessio in cedentis gratiā principalitèr fiat, in cedentis cōmodum facta dicatur; quamuis in consequentiā cessionario aliquid cōmodi accidat: è contrà verò in cessionarij cōmodum sit, si ad eum principalitèr spectet, etiā si secundariò cedēs aliquid sentiat vtilitatis: aliàs namque si secundariū cōmodum in consideratione esset, omnē cessionem in cedentis, & cessionarij gratiam fieri fatēdum esset, quod absurdum foret.

His† igitur prænotatis, in vno, & 12
altero casu videndum est, qualitèr cedens post cessionem præiudicare possit cessionario, agendo, exigendo, trāsigendo, confitendo, aut liberando?

Et primo casu quo cessio ad cedentis commodum facta est, si de potestate cedentis circa exercitium directæ actionis in iudicio quæramus, indubitati iuris est, eum post cessionem agere posse, & exceptionem factæ cessionis minimè ei obesse, nisi interueniat vnum ex tribus adnotatis *in dict. l.* 3. Bartol. *in l. facta, §. si heres, D. ad Trebell. & in l. sicum emptore, D. de pactis* ex Angelo, Romano, Guid. Pap. Osasco, & aliis, Alexand. Trentacinq. *libr.* 3. *var. resol.* 14. *de solutionib. numer.* 1. versic. *in secundo*, Sforcia *ad dict. l.* 3. *quæst.* 2. *art.* 1. *in fine*, Bertazolus *clausul.* 29. *glos.* 4. *nu.* 5. Schifordeg. *lib.* 3. *tract.* 23. *quæst.* 10. Galleratus *dict. c.* 4. *num.* 83. Intriglolus *cons.* 26. *num.* 51. *& lib.* 1. *decis.* 15. *n.* 62. Scaccia *de cõmert. §.* 2. *glos.* 5. *nu.* 265. Molina Theolog. *de iustit. & iure tract.* 2. *disp.* 559. *num.* 4. *in fine*, Hunnius *in Encycloped. iuris part.* 2. *tit.* 5. *cap.* 7. *num.* 47. *& resol. iuris ciuil. lib.* 4. *tractat. de action. part.* 7. *quæst.* 5. vel nisi apud cedentem nulla iura remansissent, aut remanerent directæ actiones, inutiles tamen, elisæ, & inefficaces, prout dicemus *num.* 27. *&* 28.

13 Quemadmodùm † igitur cedenti post cessionem ius experiundi in iudicio conceditur, ita etiam, & solutionem accipere potest, antequàm interueniat vnum ex his de quibus *in dict. l.* 3. et debitor ei soluens liberatur à cessionario *dict. l.* 3. Cyriacus *libr.* 2. *controu.* 214. *num.* 30. Sforcia *dict. artic.* 1. *per tot.* Alexan. Trentacinq. *dict. resol.* 14. *num.* 5. Bertazol. *num.* 8. Gaito *num.* 454. Merlin. *numer.* 9. *&* 38. Noguerol *allegat.* 14. *à num.* 142. Carleual. *de iudiciis lib.* 3. *disputation.* 26. *num.* 6. Acosta *dict. reg.* 3. *ampl.* 4. *à n.* 10. Donell. *lib.* 15. *com. cap.* 43.

Ita † etiam debitor, qui nomen 14 debitoris sui pignori dedit (ex quo creditori vtilis actio quæritur, vt latè ostendimus sup. *titul.... quæstion....*) potest à debitore exigere, antequàm creditor faciat vnum de tribus relatis *in dict. l.* 3. et debitor ei soluens liberatur, *l. nomen* 4. *C. quæ res pignor.* ex antiquioribus Negusantius 3. *memb.* 2. *p. à num.* 26. latè Alexan. Trentacinq. *lib.* 3. *tit. de solutionibus resol.* 29. *à numer.* 1. *& per totam*, Acosta *de priuileg. credit. in præfat. ad regul.* 1. *numer.* 47. *&* 49. Et debitor potest redimere censum creditori, licèt sciret alteri creditori esse obligatum, Cencius *de censib. quæst.* 72. *num.* 6. conducit optimè D. Larrea *alleg.* 22.

Nec placet mihi † sententia Anton. Fabri *lib.* 12. *cõiect. cap.* 3. quem sequitur Schifordeg. *dict. tract.* 23. *quæst.* 11 *& sequentib.* qui existimant *in dict. l. nomen* 4. necessariam non esse scientiam habitam per vnum ex tribus relatis *in dict. l.* 3. sed sufficere quòd debitor certioretur à creditore, cui nomen fuit obligatum: mouentur ex eo quòd nomine pignori dato, omnis vtilitas cessionarij est, Schifordeg. *quæstio.* 14. vers. *de nomine*, quapropter scientia quo quomodo habita à cessionario, impedit potestatem agendi, & exigẽdi: quamuis aliud sit, si cessio ad commodum cedentis facta proponatur, nàm nõ alitèr impedietur cedens agere, & exigere, quàm si vnum ex illis tribus interueniat, quæ refert Gordianus *in d. l.* 3. Hæc nãque Fabri, & Schifordeg. opinio defendi non potest, cùm certum sit, pignus nominis, non creditoris, sed debitoris cõmodum concernere, iuxta Negusant. & Trentacinq. vbi proximè. Vndè nomine pignori dato, debitori agere, & exigere licebit, antequàm interueniat vnũ, de quibus *in d. l.* 3. ex qua supplenda, & intelligenda est *d. l. nomen* 4. optimè Cancer. infra referendus *c.* 1. *à numer.* 137. Ioan. Bapt. Thoro *voto* 6. *num.* 51.

Si tamen † accidat, vt creditor, 16 cui nomen fuit obligatùm, concurrat ad eius exactionem cum debitore, qui nomen obligauit; vel creditor concurrat cum debitore, qui actiones suas solutionis causâ mandauerat aduersus suum debitorem, vtroque

casu

casu creditor in exactione præferendus erit, vt latè ostendit Alexan. Trétacinq. *dict. resolut.* 29. *à num.* 8. Sfortia *dict. artic.* 1. versicul. *ad quintum.*

17 Dubium† tamen est, an debitor qui aliunde quàm ex tribus modis relatis *in dict. l.* 3. notitiam habuit cessionis, vel obligationis nominis, quod ipse debebat; rectè soluat creditori suo, & liberetur à creditore sui creditoris, cui nomen erat obligatum, vel actiones solutionis causa fuerant mãdatæ? In quo articulo, etsi magna sit interpretum dissensio, & sint qui existiment, debitorem qui aliundè scientiã habuit cessionis, non posse soluere cessionario, siue ad cedentis, vel cessionarij commodum cessio facta fuisset; vt ex multis contendit Carleual. *de iudiciis dict. disputat.* 26. *à num.* 8. Fachineus *lib.* 3. *controu. cap.* 94. Cencius *de censib. quæst.* 109. *num.* 35. Galleratus *de renunciation. lib.* 1. *cap.* 4. *à num.* 86. Intrigliol. *cons.* 18. *à num.* 29. *& lib.* 1. *decision.* 15. *num.* 67. Schifordeg. *dict. quæst.* 10. *cum sequentib.* Donell. & Osuald. *dict. cap.* 43. Hunnius *sup. num.* 50. *& resol. iur. ciuil. dict. p.* 7. *quæst.* 7. *per tot.* tamen verius, & receptius est, cessione facta ad commodum cedentis, simplicem scientiam non sufficere, sed formalem de qua *in dict. l.* 3. esse necessariam, vt debitor soluens post cessionem non liberetur, vt communem, & magis veram testatur Alexan. Trentacinq. *dict. resol.* 14. *num.* 15. *& resol.* 29. *à num.* 2. Negusant. *dict.* 3. *memb. à num.* 26. Felician. *de censib.* 2. *tom. lib.* 4. *cap. vnico, num.* 9 vers. *sed dubitari.* Quam sententiam probant etiam Sfortia Odd. *in dict. l.* 3 *quæst.* 3. *art.* 2. Gaito *de credito dict. c.* 2. *tit.* 3. *à n.* 457. quamuis limitẽt eo casu quo cedens soluendo non esset, & debitor gratificandi animo ei soluisset. Quæ limitatio (licèt in liberatione, & pacto gratuito vera sit vt statim dicemus) tamen in solutione mihi displicet. Simulque & aliâ quam probauit Carleual. *sup. num.* 13. quòd debitor aliunde sciens cessionem non possit sponte, & vltro soluere; liberetur tamen si conuentus, & coactus per iudicem soluisset. et ita intelligendam esse asserit *dict. l.* 3. *C. de nouationib.* prædixerat Paul. de Castro *in l. fin. D. de trãsactionib.* Esse *decision.* 428. *à num.* 1. *tom.* 4. Ego tamen non video cur rectè solui non possit ei, qui ius habet exigendi in iudicio, inuito etiã, & reluctante debitore. Hæc tamen quæ diximus, cessionarium aliundè habentem notitiam cessionis, quàm vno ex modis *dict. l.* 3. liberari si soluat cedẽti; intelligenda sunt, nisi apud cedentẽ nulla, aut inutilis remaneret directa actio: nam tunc quælibet scientia cessionis sufficeret, vt cedenti soluere nõ posset, iuxta DD. de quibus infrà *n.* 34. vers. *secundus casus.*

Ex his† iam manifestè constat, cessione ad commodum cedentis facta, ius esse cedenti, agendi, & exigendi à debitore; solutionemque ei prodesse, tametsi simplicem scientiam habuisset cessionis: aliud tamen erit si formalis scientia cessionis interueniat, habita vno ex modis, de quibus *in dict. l.* 3. nam ius agendi, & exigendi cedenti denegabitur, & solutio ei facta non liberaret debitorem. 18

Primus† igitur casus per quem cedenti ius agendi, & exigendi inhibetur, & consequentèr solutio ei facta non officit cessionario, est vbi debitor debitorem suum delegauit suo creditori *dict. l.* 3. *in princip.* ibi: *Si delegatio non est interposita debitoris tui,* agnoscunt omnes relati sup. latè Sfortia *dict. quæstion.* 2. *articul.* 2. vbi tripli cem assignat rationem: et ampliat nõ solùm quandò vera delegatio intercessit; sed etiam si impropria; veluti si debitor acceptasset soluere cessionario, cõducunt tradita à nobis supra *tit.... quæst....* 19

Secundus† casus est, quandò cessionarius litem fuit contestatus *dict. l.* 3. ibi: *Tamen antequam lis contestetur,* Carleual. *dict. disputat.* 26. *num.* 7. Do- 20

nell. & Osuald. *dict. cap.* 45. *lit. M.* latius prosequitur Sfortia *dict. quæst.* 2. *art.* 4. Sesse *dict. decis.* 428. *num.* 5. qui asserit non sufficere petitionem, sed litis contestationem esse necessariam.

21 Tertius † est, si cessionarius incæperit exigere, partem debiti accipiendo, *dict. l.* 3. ibi: *Vel aliquid ex debito accipiat*, ex eo enim quòd mandatarius partem debiti accipiat, mandatoris ius extinguitur, ita vt nec partem, quæ superst, petere in iudicio, aut exigere possit. Quod notabilitèr ampliat Sfortia *dict. quæstion.* 2. *articul.* 3. vt procedat etiam si actio mandata esset contra plures correos debendi, nàm si eorum vnus soluere incæpisset, non posset cedens residuum ab aliis exigere. Nec audiendus est Anton. Faber *lib.* 14. *coniectur. cap.* 6. qui contendit, per exactionem partis factam à mandatario, non impediri quo minùs cedens ad residuum debiti agere possit.

22 Quartus † & vltimus casus est, si cessionarius denunciauit debitori, nè solueret cedenti, *dict. l.* 3. ibi: *Vel debitori tuo denunciauerit.* Quomodo tamen denunciatio hæc facienda sit; & an debeat fieri cum instrumento cessionis? videndi latè agentes Carleual. *dict. num.* 7. Sfortia *dict. quæst.* 2. *art.* 5. *per totum*, Alfaro *de officio Fiscal. glos.* 40. *num.* 5. Gaito *de credito dicto tit.* 3. à *num.* 469. Alexand. Trentacinq. *dict. resolut* 29. *num.* 4. Guzmã *de euictionib. quæst.* 35. *à numer.* 146. Gratian. *cap.* 356. *num.* 39. Petrus Surdus *cons.* 22. Paul. Galleratus *dict. cap.* 4. *num.* 87. Schifordeg. *dict. quæst.* 10. Et generalitèr vbi quis denunciat debitori, nè soluat suo creditori, an requiratur vt denunciatio fiat cum publico instrumento, vel iudicis mandato? Azeuedo *in l.* 2. *num.* 2. *titul.* 16. *libr.* 8. *Recop* Rodriguez *de concursu creditor.* 1. *part. artic.* 6. *de priuilegio depositi à num.* 33. Hermosilla *in l.* 5. *glos.* 1. *à nu.* 4. *tit.* 3. *part.* 5. Noguerol *allegatio.* 14. *num.* 143. Carpan. *ad statut. Mediol.* 1. *tom. cap.* 44. *à num.* 25. An † autem præter casus contentos *in dict. l.* 3. sint 23
alij in quibus post cessionem non licet cedenti agere, vel exigere? videndus Sfortia Oddus *quæstion.* 3. *articul.* 1. *per totum*, qui non nullos casus refert.

Diximus † qualitèr cessione facta ad commodum cedentis possit ip- 24
se agere, vel exigere a debitore cessò in præiudicium cessionarij. Succedit inquirere, an transigere, confiteri, pacisci, vel liberare possit debitorem, quandò solutionis causâ mandatę fuerunt actiones, vel aliter cessio ad ipsius cedentis commodum facta proponitur. In quo dubio inuenio communitèr esse admissum, cedentis pactum transactionem, confessionem, vel liberationem nocere cessionario; quoties cessio ad cedentis commodum facta fuit, si adhùc non interuenit vnum ex his de quibus *in dict. l.* 3. ita ex Bartol. & aliis tenet Alexan. Trentacinq. *dict. resolut.* 14. *num.* 3. Cacheranus *decision.* 45. Paul. Gallerat. *dict. cap.* 4. *à num.* 89. 92. *&* 94. Merlin. *dict. cap.* 31 *num.* 38. Anton. Faber. *lib.* 12. *coniectur. cap.* 2. sequitur ex Sfortia, Dominic. Gaitus *dict. cap.* 2. *à num.* 478. qui verum dicit, quandò cessionarius habet regressum contra cedentem, & est soluendo; secùs tamen si soluendo nõ sit, & dolosè, & in necem cessionarij pactum, confessio, aut liberatio facta fuisset, Farinacius *de testibus quæst.* 60. *à num.* 356. notanter Iacob. Cancer. 3. *part. var. cap.* 1. *à num.* 126. *&* 136. qui asserit, posse debitorem, qui nomẽ debitoris sui pignori dederat, antequàm creditor faciat vnum ex tribus adnotatis *in dict. l.* 3. transigere, pacisci, & liberare debitorem, nisi id in necem creditoris ex mera voluntate factum esset. Ad quas doctrinas, & alias huius *l.* 3. statim dicendas, existimo reducẽdũ, & ex eis decidẽdũ dubiũ illud, quod disputat D. Salgado *d.* 1. *p.* 6. 43. *per tot.* an pensionarius, qui creditori suo cõsignauerat, & cesserat solutionis causâ,

causâ, vel hypothecauerat pensionem eiusque fructus, & commoditatem pro certo tempore, vel pro vita sua, possit in præiudicium creditoris, & cessionarij cassare, remittere pensionem, vel super eâ transigere.

25 Descendamus † iam ad secundum nostræ quæstionis casum principalem, quo cessio ad commodum cessionarij facta fuit, et iuxta ordinem prioris casus videamus, an post cessionem possit cedens agere, & ei solui, paciſci, transigere, confiteri, aut liberare debitorem?

26 Et circa † potestatem agendi in iudicio, & an repelli possit per debitorem exceptione factæ cessionis? Pro vera resolutione tres casus distingues. Primus, quandò post cessionem, nulla apud cedentem remanet actio. Secundus, quandò apud eum manet actio directa, inefficax tamen inutilis, & elisa. Tertius, quandò apud cedentem efficax manet directa actio.

Primo casu † quo apud cedentem
27 post cessionem nulla remanet actio, quod accidit, quandò quis habet actionem vtilem, & illam cedit: cùm tunc nullum apud eum ius remaneat, si post factam cessionem agat, exceptione factæ cessionis, & carentiæ actionis repellitur, Sfortia Odd. *in dict. l. 3. quæstion. 3. articul. 3.* Alexand. Trentacinq. *dict. resolution. 14. numer. 1.* Paul. Galleratus *dict. cap. 4. num. 82.* Carleual. *dict. disputation. 26 numer. 2.* Acosta *dict. regul. 3. ampliation. 4. num. 35.* Exceptio † namque
28 carentiæ actionis, quia alteri actionem cessisti, legitima est, vt ex multis probat Marius Muta *decision. 96. numer. 5.* ex Anton. Fabro, & aliis Cancer. *2. part. var. cap. 16. num. 123.* Fõtanell. *de pactis nupt. claus. 5. glos. 8. par. 15. num. 49.*

29 Secundo † casu, quandò apud cedentem remanet directa actio, inutilis tamen elisa, & inefficax, similitèr agere non poterit; & repelletur ab agendo, tametsi non interueniant illa de quibus *in dict. l. 3.* vt fatentur Alexan. Trentacinq. *dict. num. 2.* Sfortia *artic. 4. &* 5. Paul. Galleratus *à num. 83. vers. sed quod, & num. 84.* Carleual. *num. 3.* apud quos latè de casibus in quibus apud cedentem manet inutilis directa actio, & ex quibus clausulis hoc contingat; vbi quid quandò cedens posuit cessionarium in locum suum; vel in eum trãstulit omnem spẽ, & exercitium actionis; vel eum dominum, & procuratorem in rem propriã constituit; vel præstitum fuit iuramentum de non contraueniendo cessioni, videndi vltra relatos Merlin. *dict. cap. 31. a num. 13. &* 20. Cencius *de cens. lib. quæst. 67. num. 6. & quæst. 109. à num. 31.* Ioan. Bapt. Costa *de port. rat. quæstion. 212.* Marius Muta *decis. 14. num. 9.* Mantica *de tacitis lib. 4. tit. 13. numer. 4.* Capycius Latro *decis. 16. numer. 45.* Guzman *dict. quæst. 35. num. 131.* qui transcribit Trentacinquium. Et hic casus, & superior, adeò indubitabiles sunt, vt procedant etiam vbi cessio ad commodum cedentis fuit facta, vt dixi *sup. num....*

Tertio † verò casu, quo post cessionem ad commodum cessionarij, remanet cedenti actio directa, non tamen inutilis, & inefficax; duæ sunt contrariæ sententiæ: prima tenet, cedentem agere non posse, eique obstare exceptionem factæ cessionis, Bartol. *in leg. facta 63. §. si heres, D. ad Trebellianum*, Cranet. Guid. Pap. Romanus, Osasc. & alij quos refert Alexand. Trentacinq. *dict. resolut. 14. numer. 2. versic. in primo*, Intrigliol. *dict. cons. 26. num. 51.* Scaccia *de commert. §. 2. glos. 5. num. 264.* qui pro hac sententia expendunt *l. in causæ, §. fin. l. procurator meus, & l. procuratore in rem suã, D. de procuratorib.* 30

Contrarium † tamen scilicèt cedẽti ius esse agere aduersus debitorem cessum, etiam post cessionem factam ad commodũ cessionarij, eiquè exceptionẽ factæ cessionis non obstare, nisi 31

interueniſſet vnum de adnotatis *in d. l.*3. magis communiter receptum video ex *l. ſi cum emptore* 26. *de pactis*, ſequitur Alexan. Trentacinq. *dict. nu.* 2. verſ. *contrariam*, Paul. Gallerat. *dict. cap.* 4. *num.* 94. qui aſſerunt, quòd ad poteſtatem agendi, nihil intereſſe an ceſſio ad commodum cedentis, vel ceſſionarij fiat, nàm vtroque caſu cedens rectè ager, ſi nondum interuenit vnum ex his de quibus *in dict. l.* 3. ſequitur elegantèr defendens, & contrariis reſpondens Anton. Faber *dict. lib.* 12. *cap.* 4. *&* 5. cui accedit D. Franciſc. Merlin. *dict. cap.* 31. *à num.* 20. qui limitat ſi in ceſſione adiecta eſſet aliqua clauſula, ex quibus diximus directam actionem quæ apud cedentem remanet, inefficacem, eliſam, & inutilem effici: quam limitationem ante eũ probauerat Alex. Trentacinq. *ſup. in* verſ. *ego ab hac.*

In qua † controuerſia licèt prima
32 opinio probabilis ſit, eamque communem dicat Ronchegallus *in leg.* 3. *num.* 69. *D. de duobus reis*, tamen à ſecunda quæ magis recepta eſt recedere non auderem: quamuis fatear apud me ſatis difficilem, & dubiam eſſe: neſcio ecquidem rationem, cur agere in iudicio, & à me inuito exigere poſſit pecuniam is, cui ſponte ſoluendo non liberor; ſed ſic eſt; quòd ceſſione ad commodum ceſsionarij factâ, ſi debitor à ceſſionario ſit certioratus ceſsionis, vel (vt aliis placet) quomodolibet eius ſcientiam habeat, non liberatur ſoluendo cedenti: ergo nec eius erit, extorquendi pecuniam à debitore, qui renuit ſoluere opponendo ceſsionem alteri iam factam: implicare enim videtur, vt non liberer ſoluendo ei, qui ius habet agendi, & exigendi in iudicio.

Nunc † breuitèr expedienda venit
33 difficultas illa, an ſententia lata contra cedentem noceat ceſsionario? Et omiſsis aliis diſtinctionibus de quibus Puteus, & Afflictis quos refert Amendola *ad Franch. deciſion.* 55. *numer.* 20. *&* 21. Surdus *deciſ.* 256. *nu.* 17. verſ. *non etiam*, Gratian. *cap.* 287. *à num.* 9. Monter à Cueua *deciſ.* 25. *à nu.* 49. Hypol. Montan. infrà referendus *nu.* 43. Galleratus *dict. cap.* 4. *num.* 91. dicendũ eſt quòd vbi ſententia poſt ceſsionẽ profertur contra cedentem (nam ſi ante ceſſionem proferatur, ex omnium mente ceſſionario obſtabit) conſiderandum erit, an cedẽs agere potuerit; nàm ſi ei agendi ius ſit, ſententia cum eo non colludente lata obſtabit ceſſionario; aliud erit ſi cedens ius agendi non habeat, & debitor conſcius ceſſionis fuiſſet.

Poſtquàm † diximus an cedens poſt 34
ceſſionem ad commodum ceſsionarij factam agere poſsit, conſequens eſt videre, an ei ſponte rectè ſoluatur, ita vt per eam ſolutionem debitor à ceſsionario liberetur. In quo ſupponendi ſunt tres caſus: Primus, quandò debitor ignorans ceſſionem ſoluit cedenti. Et tunc apud omnes conſtat, ſolutionem vtilem eſſe, & præſtare liberationem, ex multis Carleual. *dict. diſputation.* 26. *num.* 4. Paulus Gallerat. *dict. cap.* 4. quæ ſententia veriſsima eſt; et ab ea nõ diſcederem, nec diſcedas, quamuis D. Salgado *d.* 1. *part. cap.* 27. *num.* 62. contrariam probet.

Secundus caſus eſt, quandò apud cedentem nulla remanet actio, aut ſaltim inutilis, & inefficax. Nam quomodolibet debitor ſcientiam habeat ceſsionis non poterit ſoluere cedenti, vt poſt Bertazolum, Alexand. Trentacinq. Anton. Fabrum, & alios probat D. Franc. Merlin. *ſupr. cap.* 31. *numer.* 24. Paul. Gallerat. *à numer.* 83. qui loquuntur etiam vbi ceſsio ad commodum cedentis facta fuiſſet. Quoties namque directæ actiones remanent inefficaces, & eliſæ, ſolutio earum virtute facta non proficit ei, qui qualitercũque ſcit vtiles ad alium pertinere. Cuius rei elegans fulcimentum erit doctrina Antonij Fabri *libr.* 4. *coniectur. cap.* 11. qui aſſerit, quòd ſi teſtator à debitore ſuo fideicommiſsũ relin-

relinquat, quamuis olim non posset fideicommissarius experiri aduersus debitorem, quàm cessis sibi iuribus ab herede, quem ad cedendum compellere poterat; tamen Constitutione D. Pij fuit inductum, vt vtilis absque cessione aduersus debitorem actio competeret fideicommissario, *l. si pecunia 77. D. de legat. 1. l. cum quis decedens, §. pater, D. de legatis 3.* Osuald. *ad Donell. lib. 8. commen. cap. 7. lit. H.* quæ vtilis ex fideicommisso actio, adeò efficax transit in legatarium, vt directa quæ penes heredem manet, inutilis, & elisa sit, qui si agere intendat aduersus debitorem, doli exceptione repellitur *dict. leg. si pecunia.* Ex quo contra Accursium defendit Anton. Faber (cui libens assentior) in potestate debitoris non esse, an fideicommissario an heredi soluat, imò si sciens à se relictum fideicommissum soluat heredi, non liberabitur, facit *l. Publia 26. D. depositi*, in qua Iuris Consultus Paulus respondet, fideicommissario potiùs quàm heredi deponentis depositum restituendum esse. Quoties enim legis potestate actio vtilis alij competit quàm creditori; alia solutio nullatenùs proficit debitori, quàm quæ ei fit, qui vtilem actionem habet, si quolibet modo scientiam habuit in alterum legis ministerio vtilem actionem fuisse translatam; ac proindè inefficacem, & inutilem fuisse effectam directam, quæ creditori competit, vt dixi *sup. tit. 4. in Miscellaneâ num. 12.*

Illud hìc obitèr (quia ad tractatum nostrum pertinet) aduerto, quòd etsi fideicommisso à debitore relicto, inefficax maneat apud heredem directa actio: in fideicommissarij tamen arbitrio, & electione est, an vtili actione agat aduersus debitorem, iuxta Constitutionem Diui Pij; an verò aduersus heredem experiatur, vt actiones suas ei præstet, si ex hac cessione expeditior fiat via fideicommissi consequendi: posset enim accidere, vt actio cessa ex contractu vtilior sit, quã actio ex testamento, vt in specie *l. si seruus 108. §. qui Margarita, D. de leg. 1.* ita post Cuiac. sentit Osuald. *d. c. 7.* à quibus non longè est alia interpretatio ad eum *§.* Pauli de Castro, quam nouitèr probauit D. Ioseph Retes *opuscular. lib. 4. ad notas I. C. Claudij in l. cum quis, §. nuptura, D. de legat. 3*, cui addes vltra prædictam Anton. Fabri coniecturam (cuius meminerat Osualdus) eundem Anton. Fabrum *lib. 19. coniecturarum cap. 18.* vbi agit de fideicommisso à debitore relicto, & sui immemor contraria docet, alitèrque interpretatur *dict. l. si pecunia. D. de leg. 1.*

Tertius casus est, quandò apud cedentem manet actio directa non inefficax, neque elisa: tunc enim dubium est, quæ notitia cessionis sit necessaria, vt cedenti solui non possit. In qua dubitatione sentit Antonius Faber *dict. lib. 12. cap. 3.* quem sequitur Merlin. *suprà*, & Schifordeg. *dict. tract. 23, quæstion. 13.* debitorem cessum etiam si aliundè habuerit notitiam cessionis, soluere posse cedenti; dummodo certior de cessione factus non sit, aut per vnum ex tribus modis relatis *in dict. leg. 3.* aut saltim per ipsum cessionarium. Illam igitur differentiam quò ad soluendi facultatem constituit Anton. Faber inter cessionem quæ ad commodum cedentis fit, & eam quæ facta proponitur in commodum cessionarij: quòd in illâ præcisè requiratur scientia cessionis habita ex dictis tribus modis; ita vt alio modo habita notitia tametsi ab ipso cessionario prouenirent, non impediat quin vtilitèr cedenti soluatur; at verò in hac, sufficiat quòd cessionarius, ad cuius commodum cessa fuit actio, conscium faciat debitorem de cessione, licèt non per vnum ex tribus modis quos recenset Imperator Gordianus *in dict. l. 3.*

Sed † quamuis hæc Ant. Fab. & Schifordeg. opinio plausibilis videatur, 35

tamen longè verius existimo, factâ cessione ad commodũ cessionarij, ei nullatenùs nocere solutionem factam cedenti, si debitor quomodocũque certam habuisset scientiam cessionis: quã sententiam indubitatam dicit Gaito *dict. cap. 2. à num. 439.* Negusan. Trentacinq. Donell. & Oluald. Carleual. Felician. & omnes alij quos retulimus sup. *num.* .... Cencius *de censib. quæst. 67. num. 6.* vers. *aut sumus, & quæst. 109. num. 35.* ex Surdo *cons. 22. à n. 43 & cons. 82. à num. 33.* Pacificus *de Saluian. interdict. insp. 3. cap. 2. num. 915.* Hypolit. Montanei *infrà referendus n. 31.* Intrigliol. *cons. 26. à numer. 41. ad 52.* Nec pro contraria facit text. *in d. l. nomen 4. C. quæ res pignori*, quia non loquitur de cessione facta ad commodum cessionarij, sed de ea quæ fit ad commodum cedentis, vt sup. admonuimus contra ipsum Fabrum, & Schifordeg.

36 Iam † pro nostræ quæstionis cõplemento videndum est, qualitèr post cessionem ad commodum cessionarij factam, liceat cedenti transigere, pacisci, confiteri, aut liberare debitorem in præiudicium cessionarij? Quem articulum vt resoluant interpretes, in varias distrahuntur sententias. Nos verò distinguendum fore putamus, inter pactum, vel actum gratuitum; et actum vel pactum non gratuitum. Nàm pactum gratuitum, qualis est confessio, & liberatio, nullo modo nocebit cessionario, siue debitor scientiam habeat cessionis, siue eius ignarus sit: quia etsi debitor nòn consequatur liberationẽ tamen non remanet in damno. Sin autem pactum nõ gratuitũ esset, sed tale, quod si non noceret cessionario, debitor cessus damnum pateretur, subdistinguendum erit, an debitor sciat, vel ignoret cessionem: vt si cessionem ignoret, pactum illud illi proficiat: sin verò eius scientiam qualitèr cumque habeat, nõ poterit eo pacto se iuuare aduersus cessionarium, tex. elegans, & expressus *in l. fin. D. de transaction.* in qua transactio inter cedentem, & debitorem (quæ pactionem non gratuitã continet) officit cessionario ad cuius cõmodum cessio fuerat facta, si debitor ignorauit cessionem; non verò si eius vndequaque certam scientiam habuit. Quam distinctionem inter pactũ gratuitum, & non gratuitum, probarũt Anton. Fabr. & Schifordeg. *sup.* Paul. Galleratus *dict. cap. 4. num. 88. & 94.* Cencius *dict. quæst. 67. num. 6.* latè Acosta *de priuil. cred. dict. reg. 3. ampl. 4. à num. 31.* nullo ex his relato Arias de Mesa *lib. 1. var. cap. 19. n. 17. & 19.*

Nec enim in iure nouum est, vt debitor, qui soluit ei, cui creditor suus soluere iussit, liberetur, cùm tamẽ liberationem non consequatur, licèt pactũ inierit de non petendo. Aptissimum huius rei exemplum colliges ex *l. si cũ te, § idem eodem loco, D. de pactis*, vbi si Mæuium debitorem meũ iussero soluere Titio, cuius falsò me debitorem esse existimabam, non liberatur Mæuius, etsi Titius ei pactum fecerit de non petendo; licèt liberaretur, si vere ei soluissem. Discriminis rationem inter veram solutionem, & pactum de non petendo elegantèr assignat Anton. Faber *in rationali ad dict. §. idem eodem loco*: nàm vbi debitor soluit ei, cui creditor suus soluere iussit; perinde est, ac si creditori suo soluisset: cùm nihil referat, an debitor creditòri suo soluat, an alij ex creditoris voluntate, *l. verò procuratori 12. §. sed etsi quis, D. de solutionib. l. quamuis 40. §. vlt. cum duob. sequentib. D. ad S. C. Trebellian.* aliàs enim si solutio ei non proficeret, in damno moraretur: quod non accideret, vbi pactum tantùm interuenit de non petendo: quia eo casu conuentio pro non factâ habetur, & saluæ manent actiones: ita vt nec Mæuius aduersus me aliquâ exceptione se tueri possit; similitèrque inter Titium, & Mæuium primæuæ actiones supersunt, prosequitur Anton. Faber omnino videndus. 37

Idem † etiam sentit Franc. Nig. Cyriacus 38

riacus *cont. forens. lib. 1. cont. 108. à nu. 2. & lib. 3. cont. 427.* quibus in locis probat, debitorem delegatum, qui soluit ei, cui delegatus fuit, liberari, nec molestari amplius posse per delegantem; quamuis appareret, eum debitorem non fuisse eius, in cuius fauorem delegatio fuit facta. Aliam tamen rem esse asserit, si delegatus debitor non soluerit, sed compensauerit; vel pactũ factum ei sit de non petendo: nam eo casu actionem conceditdeleganti cõtra debitorem delegatum, *dict. l. si cum te, §. idem eodem loco.*

39 Quæ Cyriaci assertio, quãuis vera sit, & superiùs dictis conueniat, ab eo tamen dissentio, & dissenties, quatenùs tradit, debitorem delegatum, qui soluit ei, cui delegatus fuit, si conueniatur à delegante satisfacere si paratus sit actiones suas cedere contra creditorem, cui soluit. Hæc enim doctrina vera non est, nàm debitor, qui iussu creditoris sui soluit, nullam aduersus eum, cui soluit, habet actionem; licèt is creditoris sui delegantis: verus creditor non esset. Cõdictio enim indebiti, quæ aduersus illum datur, non debitori delegato, sed creditori, qui delegauit, competit: quia hæc condictio non ei conceditur, qui soluit; sed ei, cuius nomine pecunia soluta fuit, *l. indebitam 47. l. cum indebitum 57. in princ. & §. 1. D. de condict. indeb.* Anton. Faber *in rationali ad §. idem eodẽ loco*, ibi: *Potest enim ea res acquirere tibi condictionem indebiti aduersus Titiũ, ac si tu ei soluisses: at non impedire, nè debitor tuus, qui ex mandato tuo soluit, liberetur. Condictio enim eius est, non qui soluit, sed cuius nomine solutũ fuit*, & rursus ibi: *Nam etsi debitor tuus Titio soluisset bonâ fide, liberatus quidem fuisset à te, ipso iure; sed tu condictionem indebiti aduersus Titium haberes, cui indebitum solutum reperiretur.*

40 Ex eãdem etiam distinctione dirimendam esse existimo controuersiã illam, an confessio cedentis post cessionem noceat cessionario? De qua videndi Tiraquell. *de retract. lignag. §. 3. glos. 2. num. 14.* Gratian. *cap. 287. à nu. 9.* Capell. Tholos *decis. 119.* Mascardus *conc. 374.* Maranta *in l. si actor, D. de procuratoribus num. 59.* Cephal. *cons. 21.* Surdus *de alimentis tit. 8. priuileg. 55. num. 16. & cons. 22. & decis. 256. à num. 8. & 17.* Cyriacus *libr. 1. cont. 27. num. 14. & 15.* Marta *in cõp. decis. 3. tom.* verb. *cessio, c. 332*, ex alijs Visconte *conc. iur.* verb. *confessio cedẽtis*, Carpan. *ad statut. Mediol. 1. tom. cap. 90. num. 9. & cap. 448. num. 32.* Mutta *decis. 14. num. 10.* Suelues *cons. 28. à num. 30.* Noguerol *alleg. 22. nu. 12. & 10.* Acosta, Galleratus, Anton. Faber, & Gaito *sup. & cap. 3. num. 12.* (qui loquitur in confessione de recepto facta àcessionario) Carocius *de excussione p. 1. quæst. 13. decimæ quæst. princip. num. 84.* Ioan. Bapt. Thoro *1. tom. comp. decis.* verb. *confessio cedentis*, Hypolit. Montan. statim referendus *n. 32.* Hermosill. *in l. 9. tit. 1. part. 5. glos. 5. num. 40. & 53.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 2. tit. de confessis à num. 78.* latè Farinac. *de test. lib. quæst. 60. à num. 352.* Hieron. de Leon *decisio. 19. lib. 1. & lib. 2. decis. 211. nu. 16.* Amendola ad Franch. *decis. 55. num. 15.* qui referunt Cacheranum, & alios, D. Salgado *in labyrinth. credit. 3. part. c. 13. num. 23. & dict. 1. par. cap. 27. nu. 63.* vbi asserit, quòd in casibus in quibus debitor liberatur soluendo cedenti, debet constare de solutione per realẽ numerationem, adeò vt confessio de recepto facta per cedentẽ non noceat cessionario. Quæ opinio apud me si indistinctè accipiatur difficillima est, quia vt supra diximus, quandò cessio ad cõmodum cedentis facta est, quælibet confessio, & pactum gratuitum cedentis nocet cessionario, nisi dolo malo, & in eius fraudem factum fuisse constaret.

Hæc tamen quæ de confessione cedentis tradunt DD. intelligerem ego in confessione voluntaria, & gratuita, quæ non obest cessionario ad 41

cuius

cuius commodum cessio facta fuit: aliud tamen diceretur, si confessio necessaria, & iudicialis esset, veluti si debitor desideraret, cedentem positionibus respondere: (quod petere potest vt sup. suo loco diximus:) eo enim casu cõfessio noceret cessionario, maximè si verosimilis, & iurata esset, quæ sententia quicquid dicat Surd. *cõs.* 82. *lib.* 2. *numer.* 23. *&* 24. verissima est, quam post Cephalum agnoscit Menoch. *de arbitrariis lib.* 2. *casu* 473. *num.* 11. Carocius *num.* 85. Farinac. *dict. quæst.* 60. *num.* 354. Quemadmodum
42 † testimonium cedentis nocet cessionario; ideòque contra eum admittitur in testem Menoch. *dict. num.* 11. Farinacius *num.* 350. licèt pro eo, & in eius fauorem non admittatur ad testificandum, si ad suum commodum facta sit cessio. Quandò verò ad cessionarij commodum cessio fit, tametsi non repellatur à testimonio dicendo, idoneus tamen testis non esset: et quæ fides ei præstanda sit, ex iudicis arbitrio pẽdet, latè Farinac. *dict. quæst.* 60. *à nu.* 335. *ad* 352. Menoch. *sup.* videndi Tiraquell. *de retract. lignag. in præfat. nu.* 25. *&* 26. Peralta *in l. qui duos de leg.* 2. Mascard. *concl.* 1363. Horar. Carpan. *ad stat. Mediol.* 1. *tom. cap.* 90. *à num.* 10. Bertazol. *clauſ.* 29 *gloſ.* 11. *n.* 8. Capell. Tholos. *deciſ.* 94. Hypolit. Montaner *in addit. ad Olibanum de actionib. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 33. Hunnius *in Encycloped. iuris* 2. *part. tit.* 19. *cap.* 9. *num.* 41. *&* 42. Dornsperg. *syntagm. iuris lib.* 1. *cap.* 18. *lit. C.* Alexan. Trentacinq. *lib.* 2. *var. titul. de teſtibus reſol.* 3. *à num.* 4. qui dãt alios. Etiam †
43 cessionarius possit probare intentionem suam cum testibus consanguineis cedentis? Iacob de Arena, quem refert Montaner *dict. cap.* 4. *num.* 42. Paul. Galletat. *dict. cap.* 4. *num.* .... Farinac. *de teſtib. quæſt.* 54. *regul.* 3. *num.* 206.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta duo aliud ceſsionis contra debitorem, aliud liberationis; ſi vna die confecta appareant, quod nã ex his præceſſiſſe præſumatur?* & num. 26.

2 *Ex duobus ceſsionariis, qui vna die habuerunt ceſsionem à debitore quis potior ſit?*

3 *Ex duobus inſtrumentis eâdem die confectis præfertur anterius, licèt prioritas vnius horæ, vel momenti ſit.*

4 *Prioritas duorum inſtrumentorum, vel reſcriptorum vnius diei, teſtibus probari poteſt.*

5 *Ex duobus inſtrumentis, vel ceſsionibus vnius diei, ſi aliter de prioritate non conſtet, præfertur quod horam habet, ſi contrarium non probetur, & aſsignatur ratio,* numer. 6.

6 *Probatio certi, & determinati temporis potior eſt incertæ, & dubiæ probationi.*

7 *Conſanguinitatis probatio in certo gradu præfertur probationi conſanguinitatis in genere.*

8 *Cõſanguinitas an debeat probari cum diſtinctione graduum, vel ſufficiat probatio conſanguinitatis in genere.*

9 *Ex duobus reſcriptis vna die expeditis, præfertur quod horam habet.*

10 *Ex duobus vna die prouiſis, alio ab Ordinario, altero à Summo Pontifice, præfertur prouiſus à Pontifice, niſi prouiſio Ordinarij horam haberet.*

11 *Ex duobus teſtamentis vnius diei, præfertur quod habet horam confectionis eius.*

12 *Prælatio quæ datur inſtrumento, vel ceſsioni quæ horam habet, procedit ſiue is in cuius inſtrumento*

hora

hora appoſita eſt, actor eſſet, vel reus.

13 *Inſtrumentum quod certam horam habet, præfertur alteri eiuſdē diei, tametſi in dotis fauorem eſſet.*

14 *Inſtrumentum in quo mentio fit horæ, abſque alia probatione anterius præſumitur; Contra* Capyciū Galeotam.

15 *Inſtrumenta vnius diei ſi appareāt, quorum vnum ad eſſentiam alterius præambulum eſſe debet, hoc præſumitur anterius, licèt aliud horam haberet.*

Sententia ſi prolata ſit eadem die, qua inhibitio expedita eſt, ſententia præceſiſſe præſumitur inhibitionem, ibid.

Facultas ad alienandum, & alienatio ſi eiuſdem diei ſint, quid præceſiſſe cenſeatur.

16 *Ceſsio iurium, & reuocatio eius, ſi vna die factæ ſint, reuocatio poſterior præſumitur.*

17 *Ex qualitate perſonarum inducitur prioritas inſtrumenti, ideòque inſtrumentum dotis, Fiſci, ſalarij, ſtudij, piæ cauſæ anterius alio inſtrumento eiuſdem diei præſumitur.*

18 *Inſtrumenta duo, vel ceſsiones, vna in fauorem priuati, alia in fauorem Fiſci, quæ ex his anterior præſumatur*, & num. 19.

20 *Ex duobus qui inſtrumenta vnius diei habent quis præferatur, ſi vllo modo de prioritate non appareat, vbi quòd præfertur, qui poſsidet.*

22 *Ex duobus creditoribus tēpore, & priuilegio æqualibus potior eſt qui poſsidet, ſi verò vterque agat, pro rata concurrant*, & num. 25.

22 *Cōtractus ſi fiat ſubconditione ſi dominus, vel Prælatus aſſentiat, an ante aſſenſum quilibet poſsit pœnitere*, & num. 23.

23 *Aſſenſus domini ſi eadem die expeditus fuit, qua vnus ex contrahentibus pœnituit, & reuocauit contractum, an præſumatur aſſenſum præceſiſſe, vel reuocationē?* & n. 24

27 *Ceſsio & liberatio eiuſdem de bonis ſi eiuſdem diei ſint, liberatio potior eſt*, limita vt num. 28.

29 *Ex duabus ceſsionibus, vel inſtrumentis vnius diei ſide prioritate nō conſtet, præfertur ceſsio quæ in publica ſcriptura facta eſt ei quæ in priuata ſcriptura eſt confecta.*

Ceſsio vel inſtrumentum factum in papyro ſigillata, præfertur ceſsioni, vel inſtrumento in papyro communi, ibid.

30 *Inſtrumenta ceſsionum iurium, aut locationum in qua papyro ſint conficienda.*

Inſtrumenta confecta in alia papyro, quàm quæ ei correſpondent nulla ſunt.

31 *Lex vbi irritat inſtrumentum, non videtur irritare cōtractum de quo in inſtrumento.*

QVÆSTIO III.

Ceſsio iurium aduerſus debitorem, & confeſsio, aut liberatio in eius fauorem, ſi eadem die confectæ appareant per creditorem, quænam ex eis præceſiſſe præſumatur? Vbi etiam quis potior ſit ex duobus ceſsionariis, quibus vna die, vna eademque actio ab eodem creditore fuit ceſſa.

HANC quæſtionem quaſi digito ſignauit nobis Bald. *conſ. 274. num. 2. lib. 2.* & poſt eum doctiſsimus Tiraquell. *de iure primogen. quæſt. 17. opin. 11. num. 11.* qui in individuò quærunt: ſi duo reperiantur inſtru- 1

instrumenta vna die confecta, vnum scilicet cessionis cõtra debitorem, alterum liberationis, quod nàm prius factum præsumatur? Quæ dubitatio licèt primam, & præcipuam quæstionis nostræ partem contineat; tamẽ vt maiori claritate, & breuitate procedamus, disquiremus priùs aliud, & secundum
2 dubium, scilicèt quis potior sit † ex duobus cessionariis, qui vna die ab eodem creditore eiusdem nominis cessionem habuerunt?

3 Et † quandò duo instrumenta cessionis, vel quæ alia instrumenta eâdem die cõfecta apparent, si ex eis de prioritate constet, licèt prioritas in vnâ horâ, vel momento consistat, certum est, scripturã quæ prior apparet, præferendam esse: quia vbi de prælatione, est quæstio, consideratur etiam prioritas momentanea, *l. qui duos, D. de rebus dubiis*, per quem text. id probat Socinus *ibi num. 7. & in l. 1. num. 3. D. soluto matrimonio*, Bald. & Felin. *in cap. capitulum de rescriptis*, ex aliis idem probat Hunnius *in Encycloped. iur. 3. part. tit. 15. cap. 5. à num. 5.* Anton. Gomez infra referendus *num. 148.* Fœnucius *de momento temporis cap. 17. num. 6.* vbi quòd non solùm ratione vnius horæ dicitur vnum prius altero, iuxta *glos. fin. in l. si ex pluribus, §. fin. D. soluto matrimonio*, sed etiam ratione momenti, & puncti, ex Barbosâ, & Peregrin. Acosta *de priuileg. credit. in præfat. ad reg. 3. num. 2.* qui in id aliqua iura expendit, cui præter Fœnucium loco relato addes eundem, *dict. tractat. de momento tempor. cap. 32. nu. 12.* nouitèr nullo ex iis relato Merlin. *de pignorib. lib. 4. quæst. 4. à num. 1.*

Si tamen † ex instrumentorum te-
4 nore non appareat, quod prius, vel posterius sit; prioritas, & posteritas testibus probari poterit, *glos. in cap. duobus de rescriptis in 6. & in cap. si à sede de præbendis lib. 6.* quibus docemur, plurium rescriptorum prioritatem testibus probari posse, licèt aliàs rescriptũ requirat scripturam, sequitur ex Decio, Alexan. & Felino, Fœnucius *dict. tract. cap. 18. num. 2.* Menoch. *de arbitrariis lib. 2. cent. 1. casu 48. num. 4.*

Cæterùm † si ex ipsa instrumento-
5 rum, seu cessionum serie, vel alia probatione de hac prioritate non constet, ille cessionarius potior erit in cuius instrumento hora confectionis eius scripta est: quia vbi duo, aut plura instrumenta eadem die confecta in iudicio producuntur, id prius factũ præsumitur; quod certam diei horam continet, nisi contrarium probetur Menoch. *dict. cap. 48. num. 24.* Carrascus *ad leg. Reg. cap. 11. ad leg. 41. tit. 4. libr. 3. Recop. 3. part. à numer. 181.* Fœnucius *dict. cap. 18. à num. 3.* Gaito *de credito cap. 4. quæst. 11. à num. 1864.* qui refert Manticam, & alios, Acosta *in dict. præfat. num. 8.* qui refert Placã, & Barbosam, Parexa *de instrumentor. edition. 2. tom. tit. 7. resol. 5. num. 44.* qui dat alios, Merlin *sup. num. 33.* D. Salgado *in labyrint. 2. part. cap. 4. num. 166.*

Cuius † resolutionis ea ratio red-
6 ditur, quòd habens instrumentum cum expressione certæ horæ, habet intentionem fundatam, quòd fuerit confectum hora certa illius diei; quarè qui prætendit instrumentum suum anteriori hora confectum fuisse, id probare tenetur: semper namque probatio certi, & determinati temporis prævalere debet probationi temporis incerti: et probatio certa non debet offuscari per incertam, & dubiam probationem. Ex quo † videmus, con-
7 sanguineum, qui certum consanguinitatis gradum probauit, præferri ei, qui in genere tantùm probauit consanguinitatem; vt ex Tiraquell. & Plaza dixit Menoch. *dict. casu 48. numer. 18.* Et † quandò sufficiat probatio
8 consanguinitatis in genere, vel requiratur specifica cum distinctione graduum? latè post Marescotum, Surdum, Molin. Mier. Garc. & alios D. Castillo *6. tom. cont. cap. 122. à num. 1.*

Quam † doctrinam multiplici-
9 tèr ampliat Menoch. sup. & testatur pro-

procedere etiam in duobus reſcriptis vna die conceſsis, ex quibus præfertur quod horam habet: adeò † vt licèt ſi in eâdem die duo prouiſi appareant de beneficio, alter a Summo Pontifice, alter vero ab Ordinario, præferendus ſit prouiſus à Summo Pontifice, *dict. cap. ſi à ſede de præbendis lib.* 6. tamen id fallit, ſi collatio Ordinarij certam horam haberet, quia prouiſus ab eo præferêdus eſſet, vt ex Barbosâ, Riccio, & aliis communem dicit Pareja *dict. reſolution.* 5. *num.* 45. *&* 70. Quandò autem duo reſcripta vna die ab vna eâdemque perſona, vel à diuerſis expediuntur, quorum alterum horam vltimam diei habet, quod nam ex his præferatur? latè Menoch. *ſup.* Acoſta *dict. præfat. à num.* 4.

11 Similitèr † ex duobus teſtamentis vna die confectis, præualet quod horam habet, Fœnucius *dict. cap.* 18. *num.* 3. *circa finem*, quamuis ſi horam non haberêt, vel alitèr de eôtum prioritate non conſtaret, neutrum ſubſiſteret, Michael Graſs. Iul. Clarus & alij quos ſequitur Vander Hooch. *ſingul.* 32. verſi. *octauo*, vbi latè per tot. quòd incertitudo inficit, & perimit diſpoſitionem. Et quandò duo teſtamenta eiuſdem teſtatoris vna die ordinata producũtur, & inſtituti ineis petũt miſſionẽ in poſſeſsionẽ, cui concedenda ſit, & obtinere etiam debeat in iudicio proprietatis? latè Anton. Gomez *in l.* 45. *Tauri à nu.* 147. Zeuallos *commun. tom.* 1. *quæſt.* 248. *num.* 33. *&* 34. Argel. *de legit. contradict. quæſt.* 2. *art.* 1. *& in addit. num.* 45. qui refert Gregoriũ Lopez, & Forcatulum, quibus adde Fœnucium *ſup. num.* 19. *&* 20. qui refert Menoch. & alios, Parejam *ſupr. num.* 48. *& à num.* 51. Cancerium 1. *part. var. cap.* 4. *num.* 25. qui ſe remittit ad Iaſonem, Mieres 3. *part. in initio num.* 32. vbi quòd præfertur heres, qui poſsidet.

12 Ampliatur † etiam ſuperior doctrina, quòd præualet inſtrumentum, aut ceſsio quæ certam horam habet, alteri ceſsioni eadem die confectæ. Non ſolùm quandò vterque ceſsionarius ageret, ſed etiam quãdò alter in poſſeſsione iam eſſet: quia actor habens in ſuo documento certam horam, præfertur poſſeſſori conuento, Fœnucius *dict. c.* 18. *num.* 5. qui aduerſus Decium veriorem dicit. Ampliat ex Barboſa, Merlinus *num.* 35. etiamſi creditor priuilegiatus poſsideret.

Et † in quocumque actu inſtrumentum quod horam habet, præferri etiam aduerſus dotem, in cuius fauorem vna die ſine expreſsione horæ confectum fuit dotale inſtrumentum, ex Barboſa & aliis probat Dominic. Gaito *de credito dict. cap.* 4. *à num.* 1871. *&* 1886. D. Salgado *dict. cap.* 4. *num.* 167. 13

Hæc † cùm indubitata, & recepta ſint, audiendus non eſt Capycius Galeota *lib.* 2. *contro.* 66. *à num.* 48. contendens inſtrumentum in quo ſcripta eſt hora, non præſumi anterius alio eadem die confecto, niſi alitèr conſtet de prioritate. Nam loquitur contra cõmunem ſententiam, de cuius veritate propter auctoritatem Galeotæ, non dubitaret Pareja *ſup. num.* 47. ſi vidiſſet eundem Capycium Galeotam cõtrarium ſcribentem, *lib.* 1. *cont.* 49. *numer.* 3. ibi: *Actus enim in quo hora fuit adiecta omnino præſumitur ante aeſtus ex horæ adiectione.* Quarè ipſe non ſolùm à communi, & vera ſententia, ſed à ſe ipſo deuiat dùm *dict. cont.* 66. *numer.* 48. contrarium expreſsis verbis tenet. 14

Supradictam † doctrinam, quam tot rationibus veram eſſe oſtendimus, ſolemnitèr limitat Fœnucius *ſup. num.* 11. quandò eiuſdem diei duo reperiũtur inſtrumenta quorum alterùm præambulum eſſe oportet ad eſſentiam ſubſtantialem actus: nàm hoc præceſsiſſe præſumitur, licèt in inſtrumento, quod de natura, & eſſentia actus ſubſequi debet, poſita eſſet hora. Actus enim dũo ſi eadem die facti appareant, ſemper præſumitur actum illum præceſsiſſe, qui præcedere debet, vt ſit valiſ. 15

dus,

dus. Quare si vna die appareat iudicē protulisse sententiam, & fuisse inhibitum, præsumitur sententiam ante inhibitionem fuisse prolatam, Oliuer. Beltramin. *ad Alexan. Ludouis. decision.* 282. *num.* 11. latè Sesse *de inhibitione cap.* 22. *per tot.* Marius Giurba *decision.* 36. *nu.* 16. Camill. Borrell. *in sum. decis.* 2. *tom. tit.* 35. *à num.* 106. Conducit oprimè quod ex Mieres tradit D. Salgado *sup. part.* 2. *cap.* 23. *nu.* 25. quòd si vna die apparcat expedita facultas ad alienandum, & eâdem die alienatio facta, præsumitur facultatem præcessisse.

16 Cui † limitationi non sine aliqua reluctatione acquiesco: eam tamen absque hæsitatione probarem, in duobus instrumentis, quorum vnum non ex ordine intellect°, qui est casus superioris limitationis, sed exordine naturæ præcedere deberet: veluti si in vno instrumento esset priuatio, in alio verò habitus, quia semper præsumeretur habitum præcessisse. Quapropter si vna die confecta fuissent duo instrumenta, alterum cessionis iurium; et alterum reuocationis, absque dubio reuocatio præsumeretur posterior, vt ferè in simili casu ostendit Fœnucius *numer.* 13. vbi quòd actus per quem alter reuocatur, posterior præsumitur ei de cuius reuocatione agebatur, sequitur post Paul. Staiban. Pareja *supra numer.* 65. & 66.

17 Planè † si de prioritate vnius ex instrumentis non appareat, vel ex eorum tenore, aut ex hora, aut testibus: qualitas personarum in quarum fauorem confecta sunt efficit vt vnum altero anterius præsumatur. Nam si vnâ die instrumentum dotale, & aliud in fauorem priuati, vel Fisci sit receptū, dotis fauor efficit, vt dotale anterius præsumatur; ex Barbosa, Menoch. Gutierrez, Couarr. Manticâ, & aliis probat latè Pareja *sup. num.* 48. Alfaro *de offic. Fisc. glos.* 34. *num.* 128. & *glos.* 16. *priuileg.* 25. Amaya stat im referendus *num.* 40. Gaito *de credito cap.* 4. *à numer.* 1883. Acosta *de priuileg. credit. regul.* 2. *ampliat.* 6. *nu.* 133. Gaspar Thesaur. *lib.* 3. *quæst.* 106. *num.* 2. D. Larrea 2. *tom. decision.* 85. *nu.* 2. vbi idem priuilegium concedit instrumento salarij, vel debiti ex causa studij: vt si eâdem die promittatur salarium iudici, & doctori, aliudque debitum sit contractum, instrumentum salarij præcessisse præsumatur: cuius præsumptæ anterioritatis priuilegium ad instrumētum fauore piæ causæ, Ecclesiæ, & libertatis confectum extēdit Tiraquell. *de priuileg. piæ caus. priuileg.* 126. Pareja *numer.* 48. pro quo facit doctrina eorum quos sup. retulimus, qui probāt, ex duobus testamentis vnius diei præferendum esse, quod ad piascausas ordinatum est. Quod dotis, & piæ causæ priuilegium, vt eius instrumentum anterius præsumatur extendit Fœnucius *numer.* 18. vt locum habeat etiam contra possessorem, Pareja *numer.* 49. Alfaro *dict. glos.* 16. *priuileg.* 24. *num.* 106. & veriorem, magisque cōmunē dicit Merlinus *dict. quæstion.* 4. *à numer.* 39.

Cæterum † si duo instrumenta, vel 18
cessiones, vna in fauorem priuati, alia in Fisci commodum, vna die factæ apparerent, ingens est dubitatio, quænam earum anterior præsumenda sit? Et omissis ambagibus, & variis sentētiis quas refert D. Amaya *in l.* 1. *C. de iure Fisci à num.* 39. *lib.* 10. distinguēdum est, an Fiscus, & priuatus concurrant, & vnusquisque prætendat prælationem in bonis communis debitoris; an verò eorum vnus iam in possessione sit, aduersus quem alter agit. Primo casu ex Iasone, Negusantio, & Couarr. resoluit Rodriguez *de concurs.* 1. *part.* 1. *art.* 2. *numer.* 15. Fiscum agentem ex causa onerosa præferendum esse priuato agenti ex causa lucratiua. Similitèr etiam priuatum ex causa onerosa ius habentem, potiorem esse Fisco agenti ex causa lucratiua, quasi eo casu Fisci, & priuati æquale ius sit: et tunc existimo intelligendos es-

se

se Ioann. Garciam *de nobilitat. glos. 26. num. 9.* D. Amayam sup. & alios, qui generalitèr docent, Fiscum, & priuatum quòad instrumentorum prioritatem iure communi vti. Quandò autem Fiscus, & priuatus ex eadem causa, siue onerosa, vel lucratiua aduersus cõmunem debitorem agunt, quod instrumentum anterius præsumatur, non aperit Rodriguez vbi proximè. Attamen Acosta *dict. præfation. à numer. 29.* Fiscum, & priuatum concurrentes ex causa lucratiua, vel onerosa, pro rata admittendos esse profitetur: idemque probare videtur D. Amaya supr. Quam opinionem securam esse non existimo, imò veriùs crederem, Fisco & priuato agentibus ex causa onerosa, vel lucratiua, ex instrumentis vna die receptis, Fisci instrumentum debere prævalere, iuxta Couarr. *libr. 1. variar. cap. 16. numer. 2.* qui etsi in Fisco, & priuato agentibus ex causa onerosa loquatur; idem si agant ex causa lucratiua resoluendum erit: iuxta quæ accipienda fore dicerem, quæ indistinctè tradit Alfaro *de offic. Fiscal. glosa 16. priuilegio 25. & priuileg. 35. & glos. 34. num. 128.* quòd instrumentum Fisci priuati instrumẽto anterius præsumitur.

19 Secundò† verò casu, quo vnus eorum virtute sui instrumenti in possessione est, & alter aduersus eum agit, quamuis non facilis sit resolutio, pro qua varios casus distinguit Acosta *dict. præfation. ad regul. 3. à numer. 17.* tamen rem breuitèr comprehendes si dixeris, quòd vbi Fiscus in possessione est, priuatus aduersus eum agens, etiam si instrumentum suum ex causa onerosa habeat originem, tenetur probare prioritatem sui instrumenti. Idem si Fiscus agat contra priuatum, qui in possessione est, resoluendum erit, vt teneatur similitèr ostendere instrumentum cuius virtute agit præcessisse. Vno tantùm casu excepto, scilicèt si priuatus ex causa lucratiua possideat; Fiscus verò ex causa onerosa agat; nam Fisci instrumentum priùs receptum fuisse præsumetur, & reus non alitèr absoluetur, quàm si ostenderit, instrumentum suum Fisci iuribus anterius fuisse, textus ita intelligendus *in l. 1. C. de iure Fisci*, Barbosa, Rodericus, Gutierrez, Gaito, & alij quos sequitur Acosta *sup.* Couarr. *dict. numer. 2.* ita intelligendus Alfaro *dict. glos. 16. priuileg. 24. num. 106.* qui sine distinctione asserit, possessorem conuentum à Fisco hypothecariâ actione, teneri probare suam præcessisse obligationem, aliàs condemnandum fore.

Quotiens† verò, nec verè, nec præsumptiuè, aut alicuius priuilegij ratione de prioritate instrumentorum apparet; prout in casibus quos enumerauimus, & in aliis quos disputant interpretes à nobis relati. Si inter duas priuatas personas contentio, & concursus sit, duo casus cõsiderandi erunt. Primus, si eorum alter in possessione sit. Secundus, quandò eorum neuter possidet: Priori casu, sine dubio est possessoris meliorem conditionem esse: non quia eius instrumentum præsumatur anterius, sed quia commodum possessionis habet, & actore non probante instrumenti sui prioritatem, debet absolui, cùm in pari causa melior sit conditio possidentis, *l. inpari, D. de regul. iuris, l. qui accusare cum vulgat. C. de edendo.* pro qua doctrina est text. satis expressus *in dict. cap. si à sede 31.* vbi ex duobus prouisis de beneficio eâdem die, potior est conditio possidẽtis, consentiunt omnes DD. quos retulimus Pareja *à num. 60.* Anton. Gomez *in dict. l. 45. num. 149.* Carrascus *num. 183. versic. cum hac.* Quoties† enim concurrunt duo creditores tempore, & priuilegio æquales præfertur qui possidet, *l. si debitor, D. de pignoribus*, Neguſantius *de pignorib. part. 5. membr. 2. sub num. 31.* Franch. *decision. 260.* Zenallos *commun. quæst. 248. numer. 49.* Marius Muta *decis. 26. num. 26.* Anton. Amato *resolut. 31. nu. 7.* Gaito 20 21

de

de credito cap.4.num.1834. Acosta *dicto tract.de priuileg.credit.reg.3.ampl.4.num.37.* qui loquuntur in duobus cessionariis.

Ex iis † resoluendum esse existimo 22
casum illum cuius meminit Ioan.Baptist.Thoro *1.part.comp.dec.ij.verb.assensus an præsumatur*, qui dubitat, si quis vendat sub conditione, si dominus, vel superior consentiat, & approbet venditionem; et vna die expeditus appareat assensus, vel approbatio superioris; et eâdem die vnus ex contrahentibus pœnituerit, & reuocauerit contractum, an assensus præsumatur præcedere reuocationem, vel è contrà reuocatio ante assensum superioris facta intelligatur? Nam si assensus præcesserit reuocationem, venditio valida manebit, cui nullatenùs officiet posterior reuocatio: sin verò ante assensum quis reuocasset contractum, assensum postea expeditum nullius effectus esse sentit Ioan.Bapt.Thoro, ex eo quòd contractus gestus dummodo superior, vel dominus consentiant, non habet firmitatem donec approbetur, ex Afflict.& aliis Capycius Galeota *lib.2.cons.66.num.26.& 27.* et nullum ius tribuit contrahentibus Riccius *in prax.alienat.rerum Ecclesiæ decisio.85.& 36.* Et in huiusmodi contractibus locum esse pœnitentiæ, antequàm superior præstet assensum; et sufficere reuocationem fieri coram honestis personis latè comprobat Galeota *dicta cons.66.à num.15.* Schrader *de feudis part.8.cap.4.num.10.*

Et † in superiori casu resoluit Tho- 23
ro, præsumendum esse, assensum præcessisse reuocationē, nisi venditor doceret de hora, & anterioritate. Quę resolutio nimis difficilis est; nàm quòd supponit, cum qui alienauit saluo assensu superioris, posse ante expeditũ assensũ pœnitere (quod vltra relatos à Thoro probat Galeota, & alij quos retulim°) non transit sine difficultate: nàm alij certiùs esse dicunt, & veriùs credo, nullatenus esse locum pœnitentiæ, vt ex multis probat Gratianus *cap.514.à n.1.* latè Rosental. *de feudis.cap.9.concl.3.numer.5.* quem sequitur Giurba *de succes.feud,§.1.glos.15.num.65.* Carleual. *de iudiciis lib.1.tit.3.disput.23.num.23.* Intrigliolus *decis.21.* Molina *lib.4.de Hispan.primog.cap.3. nu.48.* vbi Addentes, qui referunt P. Sanchez & alios, videndus D.Salgado *in labyrint.credit.1.part.cap.33.à nu.20.& part.2.cap.21.à nu.40.* qui ex laudatis neminē refert præter Carleualium.

Ex † suppositione tamen, quòd ante assensum posset quis à contractu discedere, prout in alienatione rerum Ecclesiæ factâ saluo assensu, veriorem dicit Gratianus *dict.cap.514.à num.7.* verfic. *verum,& cap.803. à num.44.* si dubitari accideret, an assensus, vel reuocacio præcessisset? Pro anterioritate reuocationis præsumendum esse veriùs dicit Galeota *dict.cons.66. à nu.49.* qui pro vna, & altera sententia alios allegat. Ego verò neutram probarem, imò (sub eadem suppositione loquendo) dicerem, deficiente vera, aut præsumpta probatione prioritatis assensus, vel reuocationis, eiqui agit aduersus possessorem, incumbere vt ostẽdat quid nàm præcesserit, reuocatio scilicet, vel assensus. 24

Posteriori † autem casu quãdò neu- 25
ter ex cessionariis, vel eis in quorum fauorem vna die confecta fuerunt instrumenta possidet, sed ambo agunt, & concurrunt aduersus debitorem: æqualitèr pro partibus dimidiis admittendi sunt, Carrascus *dict.numer.183.* Acosta *sup.num.2.& 92. in fine*, per text. *in l.si fundus 16.§.si duo, D.de pignorib.* Gaspar Thesaur. *quæst.106. numer.5. lib.3.* faciunt iura *in leg.cum hic status, §.si ambo, D.de donation. inter vir.& vxor.* cum aliis adductis ab Anton.Gomez *in dict.l.45. Tauri, numer.147. in fin.*

His † ita expositis quæ ad vnum, & 26
principalem nostræ quæstionis casum pertinẽt: ad aliũ casũ deueniamus scilicèt quandò vna die apparet confectum

ctum instrumentum cessionis, & liberationis debitoris cessi, quod nã præcessisse præsumatur? Cuius rei cognitio vtilis admodùm est, his præsertim casibus, in quibus superiori quæstione diximus, cedentem post cessionem non posse liberare debitorem, aut confiteri, aliudvè facere in damnum cessionarij: tunc namque si cessio præcesserit, subsecuta confessio, aut liberatio nullum sortietur effectum; è contra verò inutilis erit cessio post liberationem, vel confessionem, alium vè actum in fauorem debitoris factum.

27 Hunc † igitur casum in indiuiduo resoluit Bald. *dict. cons.* 274. *numer.* 2. Tiraquell. *de iure primog. quæst.* 17. *opin.* 11. *num.* 11. qui asserunt, debitoris cessi potiorem esse causam: nàm cùm cessionarius aduersus eum agere debeat, & debitor reus sit, & possessor: actor, hoc est cessionarius, tenetur ostẽdere anterioritatẽ suæ cessionis: quia vt suprà diximus, si duo instrumenta vnã die facta sint, potiora sunt in possessoris: quod variis exemplis exornat & firmat Tiraquell. *dict. opinion.* 11. *per totam.*

28 Quam † doctrinam verissimam esse agnosco, quandò nulla prioritatis probatio vera aut præsumpta adfuisset, & debitor cessus, aut cessionarius nullo priuilegio potirentur, sed priuatæ essent personæ, cã ratione, aut iure destitutæ, quod efficit, vt instrumentũ vna die confectum, alio eãdem die recepto anterius præsumatur: nàm tunc debitoris cessi melior, quàm cessionarij conditio erit, ex reg. text. *in dict. c. si à sede, dict. l. si debitor, D. de pignorib.* Baldus, & Tiraquell. vbi proximè.

Dubitationis † tamen est, an si cessio in publica scriptura fieret, & liberatio debitoris in scriptura priuata; si vna die confectæ essent, quænam anterior foret præsumenda? Idemque dubium versaretur iuxta nostrum ius Regium, si cessio & liberatio in priuata scriptura fierent, attamen vna in papyro cõmuni, alia in papyro sigillatâ (apud nos papel sellado) conficeretur: cùm per *l.* 48. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recop.* obligationes, & contractus cõfecti in papyro sigillata præferantur aliis creditis, & obligationibus scriptis in papyro communi (de qua Pragmatica, & creditorum prælatione, videas Parejam *de editione instrum. tom.* 1. *resol.* 3. §. 5. *a num.* 65. Scobar *de iurisd. Pontific. & Reg. cap.* 33. *à num.* 34. Thom. Delbene *de immunit. Eccles.* 1. *part. c.* 1. *dub.* 4. *sect.* 3. 4. 5. *&* 6.) Et videtur resoluendum, instrumentum cessionis, aut liberationis, vel ex duabus cessionibus, aliisvè instrumentis, eadem die confectis, illud anterius iudicandum, quod publicũ est: et ex priuatis, quod in papyro sigillata scriptum inuenitur. Pro quo facit Fœnucius *dict. capit.* 18. *num.* 15. qui asserit, quòd vbi in iudicio producuntur duo instrumenta eadem die facta, quorum vnum est publicum, alterum est priuatum, publicum præualet, & præsumitur prius factum, ea ducit optimè D. Ioseph Vela *decision.* 38. *numer.* 17. *tom.* 2. Mercurial. Merlin. *dict. tractat. de pignoribus lib.* 3. *quæstion.* 9. *numer.* 20. (vbi per totam latè de concursu dotis, & Fisci agentium ex instrumento vnius diei) Hæc tamen si casus acciderit maturo iudicio cogitabis.

Instrumenta † tamen publica cessionum iurium, aut locationum, in qua papyro sint conscribenda, nè iuxta nostrum ius Regium nullitati subiaceant, & tabelliones pœnam non incurrant, declarat *l.* 35. *titul.* 25. *lib.* 4. *Recopilation.* Circa quod notanda est dispositio *l.* 34. *dict. titul.* 25. *lib.* 4. ex qua videtur, instrumenta publica alitèr quã in papyro sigillata, quæ illis correspondet confecta, non solùm nulla, & irrita esse, sed etiam nullos, & nullius effectus esse contractus in similibus instrumentis celebratos, iuxta illa verba: *Y desde aora las irritamos, y anulamos para que en ningun tiempo hagan fee, ni puedan presentarse, ni admitirse en juyzio, ni fuera del, dar ningun titu-*

30

lo, ni derecho á las partes, antes por el mismo hecho pierdan el que pudieran tener, con el interes, cantidades, y sumas sobre que se huuieren otorgado. Cùm † regularitèr quoties lex ex aliqua causa irritat instrumentum, non videatur irritasse contractum in eo celebratum; ideòque si pars cuius interest, facti veritatem; & obligationis substantiam probet, perindè erit, ac si instrumentũ ostenderetur ritè confectum, Pareja *de editione instrument.* 1. *tom. titul.* 1. 31

resolut. 3. §. 1. *à num.* 35. *&* §. 2. *num.* 76. versic. *recepta, & numer.* 77. *cum sequentibus*, qui multos refert, quibus adde Petrum Surdum *cons.* 144. *num.* 3. Fontanellã *de pactis nuptialib. clausul.* 1. *a numer.* 5. *& clausul.* 6. *glos.* 3. *part.* 7. *à numer.* 75. Intrigliolum *cons.* 25. *à numer.* 5. *ad* 17. Noguerol *allegation.* 27. *num.* 28. & de iure nostro Regio probatur apertè ex *l.* 1. *titul.* 25. *lib.* 4. *Recop.*

Imposuimus finem tractatui *de Cessione iurium, & actionum.* Cedat ad laudem DOMINI DEI NOSTRI IESV CHRISTI eiusque Sacratissimæ Matris, semper Virginis MARIÆ, absque labe Originalis peccati Conceptæ.

INDEX

IHS

INDEX OMNIVM RERVM, ET VERBORVM, QVÆ IN HOC TRACTV DE CESSIONE IVRIVM, ET ACTIONVM CONTINENTVR.

A

Absens.

ABSENTI ex contractu inter alios adsuum cõmodum facto, an vtilis quæratur actio sine cessione. t.4.q.9.à n.28.

Absenti an acquiratur actio ex stipulatione notarij, ibid. à nu.29.

Absentiæ in casu substitutus, an debeat exercere officium in casu mortis, t.3.q.4.n.13.

Accusator.

Accusandi ius an sit cessibile in Miscellan. t.3.n.1. & t.5.q.6.n.36.

Accusatio à qua quis destitit sub aliquo pacto, an possit instaurari saltim de vtriusque partis consensu, t.8.q.1.n.22.

Acta.

Acta litis facta per procuratorem reuocatũ de reuocatione non admonitum, an valeãt ad vtilitatem domini, t.1.q.1.n.29.

Acta litis facta per falsum procuratorem domino non præiudicant, t.5.q.8.n.3. vbi quid si iudex mandatum sufficiens declarauit.

Actio. Actor. Agens.

Actiones, & iura dimittit creditoribus debitor, qui cessit bonis, tit.1.quæst.1.n.7.

Agere non potest in iudicio debitor, qui cessit bonis, tit.1.q.1.n.9.

Agere potest is, qui actiones suas cessit, tit.1. q.1.num.10.

Actiones potest exercere in iudicio, qui cessit bonis si pœniteat, tit.1.q.1.n.13.

Actiones directæ manent inefficaces penes eum qui cessit bonis, tit.1.q.1.n.11.

Actio vtilis, quæ sit, & quæ directa, tit.1. q.1.nu.49.

Actiones directæ manent penes cedentem, etiam post cessionem: aliud in delegatione procedit, t.1.q.2.num.53.

Agere potest, & exigere is, qui exhibet schedulam vulgo libranza, conceptam in fauorem portatoris, t.1.q.3.n.36.

Agi non potest virtute cautionis, & chyrographi priuati, si de causa eius non constet, t.1.q.4.nu.20.

Actiones, & iura, an inter bona mobilia, vel immobilia computentur, t.2. quæst. 1.à n.15.

Actiones & iura an constituant tertiam bonorum speciem, t.2.q.1.n.20.

Actiones & iura an comprehendatur in legato, donatione, vel maioratu bonorum mobilium, & immobilium, ibid. num. 22.

Actiones & iura, an possit distribuere executor nominatus ad distribuenda bona mobilia, & immobilia, ibid. num.23.

Actiones & iura, an confiscentur confiscatis bonis mobilibus, & immobilibus, ibid.n.24.

Actiones & iura per quot dies in causa executionis præconiçentur, ibid.n.30.

Actionem alternatiuam ad rem mobilem, aut immobilem cedere non potest minor, sine decreto, si electio ad eum spectet, ibid. num.41.

Agere quando possit filius super bonis aduentitiis, sine patris consensu, t.2. quæst. 6.à nu.34.

Agere an possit pater super aduentitiis filij, & quando eius consensus requiratur, ibid.

Actio omnis regulariter cedi potest, t.3.q. 1.num.1.

Actio in rem, & reivindicatio, rectè ceditur, ibid.num.2.

Actio directa cedi non potest, ibidem numer.5.

Actio vtilis ex cessione competens an rursus cedi possit, ibid.à n.26.

Actio competens pro constituendo vsufructu, an rectè cedatur, ibid.n.13.

Agere non potest creditor conditionalis, vel in diem, antequàm dies veniat, vel conditio existat, t.4.q.2.n.3.

Agere potest creditor in diem, vel conditionalis ex iusta causa, vt debitor aduenientè die, vel existente conditione ad soluendum condemnetur, ibid.n.31.

Agere non potest creditor censualis pro sorte principali, quia eius respectu creditor non est, ibid.

Agere potest creditor in diem, vel conditionalis si iusta causa sit, vt debitor caueat se aduenientè die, vel existente conditione soluturum, ibid.n.32.

Agere non potest dominus prædij locati pro pensione aduersus eum, qui à primo conductore subconduxit, nisi in subsidium, t.4.q.4.n.4.

Agere non potest mulier pro repetenda dote actione personali contra mariti debitores, ibid.n.3.

Actiones hereditariæ ipso iure legis potestate inter coheredes pro portionibus hereditariis diuiduntur, t.4.quæst.6.num.1.& 23.

Agens aduersus vnum ex pluribus heredibus, an possit compelli, vt alios coheredes citari faciat, ibid.n.2.

Agere vel defendere quandò possit in solidum vnus ex pluribus heredibus, si paratus sit cauere alios id ratum habituros, ibidem n.35.

Actio ex empto de euictione personalis est quæ de vna in aliam personam, sine cessione non transfertur, t.4.quæstion.7.numer.4.

Actio qualitèr, & quandò nobis acquiratur sine cessione, ex contractu procuratoris, institoris, vel administratoris, ibid.num.9.

Actio vtilis sine cessione competit Ecclesiæ, militi, & minori, ex contractu procuratoris, vel tutoris, t.4.quæstion.9.numer.27.

Actio an nobis competat sine cessione ex contractu, & obligatione inter alios ad nostrum commodum inita, ibidem à numer.28.

Actio personalis regulariter non transit, sine cessione, in miscell.t.4.n.1.

Actiones pœnales an cedi, vel trãsmitti possint, t.5.q.6.n.36.

Actio de dolo non alij datur, quàm ei, qui dolum passus fuit; nec in alium, quàm in eum qui dolum adhibuit, t.5.quæst.11.n.25.

Actio quandoque nobis competit, vt alium ad nostrum commodum agere compellamus, t.5.q.14.n.1.

Actionem si quis habeat contra me, vt agam ad suum commodum contra Titium, an liberer cedendo actionem contra eum, ibid.n.2.

Actio vbi competit mihi vt alius ad meum commodum agat, an possim ego circuitus vitandi causa agere sine cessione, ibid.num.13.

Actio vtilis, & directa, quæ dicatur, & earum finis, & differentia, t.6.quæst.1.à n.1.

Actio vtilis an sine cessione competat, ibid.n.10.

Actio vtilis aliquandò vtilior est, quàm directa, & è contrà, ibid. numer. 13. & 16.

Actionem directam, seu eius exercitium nõ habet cessionarius mortuo cedente, sine herede, ibid.n.14.

Actionem directam, vel vtilem cessionariũ intendere ex quibus cognoscatur, ibid.numer.17.

Actio vtilis quæ legis potestate transfertur eiusdem potestatis est, ac directa, ibidem num.20.

Actio vtilis, & directa, an cumulari possint, & an agens ex vna obtineat si probet ex altera, ibid.n.21.

Actiones aliæ actiuæ, aliæ passiuæ sunt, t.3.q.9.n.1.

Actiones passiuæ an cedi possint, t.3.quæstion.9.

Actiones passiuæ nostræ non sunt, sed creditoris nostri, & in eius bonis esse dicuntur, ibid.n.8.

Actio à quo tempore litigiosa esse incipiat, t.3.q.11.n.5.

Actio negotiorum gestorum eo demùm casu competit, cùm non proprium, sed alienum quis negotium gerit, t.4.q.1.n.9.& t.5.q.7.n.20.

Actionem personalem contra debitorem habere non potest, nisi qui cum eo contraxit, t.4.q.4.n.27.

Actio vtilis acquiritur emptori nominis ad exigendum debitorem, ibid.n.29.

Actione personali cessa, an & cessa videatur hypothecaria, & è contrà. t.6. quæst. 6.à n.4.

Actione cessa contra debitorem, an cessa intelligatur contra fideiussorem, ibidem à nu.2.

Actione cessa contra vnum ex correis debẽdi, an videatur cessa contra alios, ibidem à n.2.

Actio hypothecaria, vel fideiussoria, an possit cedi sine personali, ibid.n.11.

Agens vt talis ante omnia ostendere tenetur se talem esse, t.6.q.9.n.9.

Actio vel nomen debitoris minori pretio rectè cedi, & distrahi potest, & quandò secùs, t.6.q.10.

Actio & ius exequendi vsque ad quod tempus per litis contestationem in via ordinaria; & per executionem rei in executiuis perpetuetur, t.6.q.11.u.19.

Actio vtilis vbi legis potestate in alium trãsfertur, directa remanet elisa, & inefficax penes creditorem, & ei solui non potest, si debitor sciat vtilem ad alium pertinere, t. 8.q.2.n.34.

Agens pro assiduo nihil sibi vltrà deberi fatetur, in Misc ell.t.6.à n.32.

Actor si petat plusquàm sibi debetur, vel quod iam exegerat, an possit debitor etiam cum iuramento totum debitum negare, ibid.n.28.

Agere vt possit cessionarius in iudicio anstatim producere debeat instrumentum cessionis, & nominis cessi, t.7.quæstion.1.à num.1.

Actio vtilis vbi legis ministerio in alium transfertur, directa actio remanet creditori elisa, & inefficax, t.8. quæstion.2. n.34.

Actionem cedens, quam non habebat, vel quam alij anteà cesserat, quandò de stellionatu teneatur, tit.7.quæstion.2.à numer.16.

Actio talis reputatur, qualis est res ad quã competit, t.7.q.5.n.12.

Actio directa vbi inutilis manet penes creditorem, non potest agere, nec ei rectè soluitur, t.8.q.2.n.34.

Agere an possit cedens cum debitore, & ab eo exigere, in præiudicium cessionarij, t.8. q.2.à n.12.

Actio negotiorum gestorum personalis est, t. 5.q.7.n.19.

Actiones ex delicto descendentes an cedi possint, t.3.in Miscell.n.2.

Actio vtilis eiusdem potestatis est, ac directa, t.5.q.7.n.24.

Actus.

Actus qui geritur, & eius valor nonnunquàm ex futuro euentu pendet, t.2.quæst. 1.nu.45.

Actu vno prohibito, prohibitum censetur omne id per quod deuenitur ad illũ, ibid. n.49.

Actus contra legis dispositionem, licet nullus sit, valet in odium facientis, t.2.quæst. 5.n.16.

Actus etiam nullus declarat voluntatem, ibid.n.21.

Actus nullus an reuocet fideicommissum, ibid.n.22.

Addictio.

Addictionis sententia quandò possit exequi aduersus eos, qui pendente executione rem emerunt à debitore, t.3.q.11.n.7.

Additio.

Adire censetur hereditatem, qui eam alij cedit, t.2.quæst.3.num.38. intellige vt nu. seqq.

Aditio hereditatis non inducitur ex eo quòd mulier nupta disponat de hereditate, cùm eam adire non possit sine licentia viri, ibid. num.39.

Administrator.

Administrator, qui debitorem magnâ paupertate oppressum non cõpullit ad soluendum, excusatur, tit.5.quæstion.12. numer.23.

Administrator, quam diligentiam præstare teneatur in exigēdis nominibus, ibidem n.22.
Administrationem bonorum consanguinei absentis, an consanguineus cedere possit, t.3, q.2.n.17.
Administrator bonorum concursus reliquatus ex administratione, an carceretur si sit nobilis, t.5.q.8.n.9.

Adulterium.

Adultera vxor amittit dotem, t.3.quæst.7. nu.30.
Adulterij exceptionem an possit opponere heres mariti aduersus mulierem, vel eius heredes agentes ad dotem, ibidem numer.29.
Adulterij exceptio ad effectum lucrandæ dotis an cedi possit, ibid.n.34.
Adulterium committit mulier etiam in matrimonio nullo, tit.2. quæstion.5. numer.7.

Aduocatus.

Aduocatus, vel procurator non puniuntur ex pacto de quota litis nullo, t.2.quæst.5. num.3.
Aduocatus, vel procurator partis quæ aduersarium condemnauit in expensis, an possint agere contra victum, vt eis soluat salarium, sine cessione, titul.4.in Miscell. nu.36.
Aduocatis debetur honor, & in dignitate esse dicuntur etiam post depositum aduocationis officium, tit.3. quæstion.3. numer.26.
Aduocato, vel procuratori cedi non potest actio litigiosa, t.3.q.11.n.29.
Aduocati, vel procuratores paciscentes de quota litis, quomodo puniantur, & alia circa hoc pactum, ibid.
Aduocatus, vel procurator rectè contrahit cum clientulo extra pactum de quota litis, ibid.n.39.
Aduocati clarissimi dicantur, & eius laudes, t.5.q.11.à n.3.
Aduocati ad Senatoriam dignitatem sunt eligendi, ibid.à n.5.
Aduocati, vel procuratores, an iurare de calumnia cogi possint, in Miscell. titul.6. nu.13.

AEstimatio.

AEstimatio rerum dotalium facit emptionem, t.5.q.12.n.3.
AEstimati nominis periculum mariti est, & quando eius retrocessione liberetur, ibid.à nu.2.
AEstimatam rem in dotem datā potest mulier à tertio possessore vindicare, si maritus soluendo non sit, liberatur tamen possessor si offerat eius æstimationem, ibid.à n.10.

AEtas.

AEtatis ius, & prærogatiua cedi non potest, t.3.q.3.n.7.

Agricola.

Agricola qui pro alio fideiussit, an amittat priuilegium, si taceat se agricolam esse, t.1. quæst.1.n.44.

Alienans. Alienatio.

Alienātur bona fideicōmissi pro satisfaciendis creditoribus defuncti, t.1.q.1.n.38.
Alienatio voluntaria, vel necessaria, quæ dicatur, t.1 q.3.n.36. & seqq.
Alienatio, & venditio iudicialis pro solutē dis debitis, an necessaria sit, tit.1.quæst.3. nu.39.
Alienare prohibitus sub aliqua pœna, eam non incurrit si traditio non sit secuta, t.1. q.6.n.44.
Alienari non possunt sine decreto bona minoris mobilia, quæ seruando seruari possunt, t.2.q.1.n.1.
Alienatio bonorum minoris quas solemnitates requirat, t.2.q.1.n.3.
Alienatio rerum Ecclesiæ, quas subhastationes requirat, & perquot dies, t.1.quæstion.2 n.6.
Alienatio bonorum Ecclesiæ sine solemnitatibus nulla est; nec restitutio in integrum est necessaria, t.2.q.1.n.7.
Alienatio sine solemnitatibus bonorum minoris, vel Ecclesiæ, non transfert dominiū, & ea non obstante eis competit rei vindicatio, ibid.n.8.
Alienatio rerum minoris, vel Ecclesiæ si nulla sit, an pretium quod acceperunt restituere teneantur, ibid.n.9.
Alienationis bonorum Ecclesiæ prohibitio à quo tēpore incæperit, ibid.n.10.
Alienatio census minoris, vel Ecclesiæ eandem solemnitatem requirit, quæ necessaria

ria est ad alienationem bonorum immobilium, ibid. n. 32.

Alienare qui non potest bona immobilia, nec distrahere poterit ius, quod habet ad ea, ibid. n. 36.

Alienatio necessaria comprehenditur sub prohibitione alienationis, t. 2. quæstion. 2. nu. 6.

Alienatio necessaria non requirit solemnitates necessarias in alienatione, ibid.

Alienari potest prædium minoris sine decreto, si testator illud distrahi iussisset, ibidem nu. 8.

Alienare non potest debitor in fraudem creditorum, t. 2. q. 3. n. 2.

Alienata in eorum fraudem possunt creditores revocare, non verò ea quæ debitor omisit acquirere, ibid. n. 6.

Alienare dicitur, qui cedit actionem, t. 2. q. 4. n. 12.

Alienatio actionis mutandi iudicij causa, vt fiat, quæ requirantur, t. 2. q. 4. per tot. & à nu. 33.

Alienatio si sit nulla, an incurrat quis pœnam impositam alienantibus, t. 2. q. 5. & à nu. 28.

Alienare non potest filius bona in quibus patri competit vsusfructus, nec ei præiudicare contrahendo, aut delinquendo, t. 2. q. 6. à n. 18.

Alienare quando possit pater actiones, & bona aduentitia filij, & ex quibus alienatio, aut transactio sustineatur, ibidem à nu. 21.

Alienationem quam pater fecit de aduentitiis filij, in ipse pater revocare possit, ibidem nu. 33.

Alienationem factam per patrem de aduentitiis filij, vsque ad quod tempus filius possit revocare, ibid. n. 33.

Alienare potest dominus emphyteusis bona emphyteutica irrequisito emphyteuta, & ei ius retractus non competit. t. 3. quæst. 2. num. 18.

Alienare non potest emphyteuta vtile dominium irrequisito domino, ibid. n. 19.

Alienari an possint vasalli eis inuitis, tit. 3. q. 6. nu. 33.

Alienata in clericum lite pendente an possint præiudicem laicum auocari, t. 3. q. 11. num. 8.

Alienatio necessaria excludit vitium litigij, n. 20.

Alienata in fraudem per debitorem, an revocet cessionarius absque speciali cessione, ibid.

Alienationes quas facere solent maioratuum possessores alicuius cessus pro tempore vitæ suæ, quando ex modicitate pretij possint impugnari, t. 6. quæstion. 10. à numer. 15.

Alienata per debitorem in fraudem creditorum personalium, quando Prætor revocet, t. 6. q. 6. nu. 25.

Alienatio, & facultas superioris ad alienandum, si eiusdem diei sint, præsumitur facultatem præcessisse, tit. 8. quæstion. 3. num. 15.

Alienatio, vel contractus si fiat sub conditione si dominus, vel superior assenserit, an ante assensum petitū possit quælibet pars pœnitere, ibid. n. 22.

Alienatio, & assensus superioris ad alienandum si eiusdem diei sint, quidnā præcessisse præsumatur, ibid.

Alienata nulliter, & sine solemnitatibus per tutorem, aut curatorem, potest minor rei vindicare; nec pretium restituit, nisi in eius vtilitatem sit versum, t. 5. quæstio. 11. à num. 31.

Alimenta.

Alimentorum onus an insolidum omnes heredes afficiat, t. 4. q. 6. à n. 12.

Alimenta, an teneatur præstare creditor, vel eius cessionarius debitori carcerato, t. 6. q. 4. à nu. 23.

Alimentorum legatum an patiatur diminutionem, si ad omnia legata hereditas nō sufficiat, t. 4. q. 5. n. 11.

Alimenta promissa an debeant præstari in domo promittentis, vel extra eam, t. 1. q. 6 n. 68.

Alimenta si socer genero præstare promittat in domo sua, an possit cogi extra eam alere generum, si inter eos ortæ sint inimicitiæ, ibid. n. 69.

Alimentorum ius quando cedi possit, t. 3. q. 8. nu. 29.

Alimenta quando admittant transactionē, ibid.

Alimentorum petẽdi ius, quod habet patronus, Ecclesiæ cedi non potest, ibid. n. 28.

Alternatiua.

In alternatiuis rerum electio est debitoris; creditoris verò in alternatiuis remediorũ, t. 3. q. 7. n. 15.

In alternatiuis debitoris est electio, & quãdò secùs, t. 2. q. 1. n. 40.

Alternatiuam obligationem ad rem mobilẽ vel immobilem cedere non potest minor sine decreto, si electio eius sit, ibid. n. 41.

Anniuersarium.

Anniuersarij bonis, & fructibus diminutis an minui debeat onus missarum, tit. 4. q. 5. n. 28.

Anniuersarij bonis, & fructibus auctis, an augeri etiam debeant missæ, & alia opera pia, ibid. n. 33.

Appellatio.

Appellare iustè potest condemnatus ad præstationem facti, si antequàm compellatur, dilatio ei ad faciendum non præfletur, t. 5. q. 8. à n. 2.

Approbatio.

Approbare possunt parentes filijte stamentũ, licèt alij filij lædantur, t. 2. q. 3. nu. 30.

Assensus.

Assensu domini, vel superioris accedente, & sub ea conditione si fiat contractus, vel alienatio, an ante petitum assensum possit quælibet pars discedere à contractu, t. 8. quæst. 3. n. 22.

Assensus domini ad alienandum, & alienatio, si eiusdem dici sint, quid nã ex his præcessisse præsumatur, ibid. n. 22.

B.

Beneficium.

Beneficio Ecclesiastico cedens, vel renuncians an eo ipso eius amittat possessionem, tit. 1. q. 2. n. 25.

Beneficia amittit Clericus in minoribus, per contractum matrimonij etiam nulli, t. 2. q. 5. n. 9.

Beneficia amittit Clericus in sacris, si matrimonium de facto contrahit, ibid. n. 10.

Beneficij Ecclesiastici renunciatio sinon fiat in manibus superioris est nulla, & renuncians potest pœnitere, ibid. n. 12.

Beneficium nè quis nisi in quantũ facere possit conueniatur, quibus competat, & de eius effectibus, t. 6. q. 11. n. 46.

Bigamus.

Bigamia an committatur si bis quis contrahat matrimonium, sed inualidè, t. 2. q. 5. num. 12.

Bona.

Bonis mobilibus, & immobilibus legatis, vel donatis an iura, & actiones comprehendantur, t. 2. q. 1. n. 22.

Bonis mobilibus, & immobilibus confiscatis, an confiscentur iura, & actiones, ibid. n. 24.

Bonis maiorum carere semper triste visũ fuit t. 3. q. 2. n. 3.

Bona capta per creditorem in causam iudicati, & in executione, quandocumque restitui iubentur cum fructibus, soluto debito cum interesse, ibid. n. 46.

Bona futura an veniant, & comprehendantur in legato generali, vel in maioratu de omnibus bonis tit. 3. quæst. 10. nu. 23.

Bona futura an includantur in confiscatione, ibid. n. 23.

Bona illata per conductorem in prædium vrbanum, tacitè obligata manent pro pensione, t. 4. q. 4. nu. 2.

Bona ex quibus quis aliquid soluere grauatus est, si augeantur, an debeat augeri onus t. 4. q. 5. n. 33.

Bona debitorum vbi ad instantiam creditorũ & pro eorum satisfactione venduntur, emptor à debitoribus causam habere censetur, ibid.

C.

Capella. Capellania.

Capellam, & sepulturam an licitè vendat Ecclesia? t. 3. q. 8. n. 24.

Capellam, vel Ecclesiam fundans, & consignans

ſignans dotationem in aliquibus effectibus, an teneatur eis poſt eâ diminutis, t.7. q.3.n.23.

Capellaniæ bonis, & fructibus diminutis, an debeat etiam minui onus miſſarum, t. 4.q.5.nu.28.

Capellaniæ fructus, & reditus ſi augeantur, an etiam augeri debeant Miſſæ, & diuina officia, ibid.n.33.

Carcer.

Carceris cuſtos condemnatus pro fuga carcerati ſi ſoluat, an poſſit petere iurium ceſſionem, t.5.q.6.nu.16.

Carceris cuſtos, quandò teneatur de fuga carcerati, ibid.

Carceris cuſtos, qui conuenitur ad damna propter fugam carcerati, an poſſit opponere omnes exceptiones, quas poſſet reus, qui aufugit, ibid.

Carcerari poteſt condemnatus ad exhibendũ aliquod inſtrumentum, etiam ſi eſſet clericus, vel nobilis, titul.5.quæſtion.8.num. 10.

Carcerandus an ſit adminiſtrator, tutor, curator, vel executor teſtamenti, ſi non ſoluant id in quo reliquati ſunt, etiamſi eſſent nobiles, ibid.n.9.

Carcerari facere debitorem, an poſsit ceſſionarius, quemadmodum cedens poſſet, t.6.q. 4 à n.17.

Carceratum debitorem, quandò teneatur alere creditor, vel eius ceſſionarius, ibid.à numer.23.

Carcerare ſi propter aliquam qualitatem non poſſet creditor debitorem, an nec id licere debeat eius ceſſionario, ibidem num. 25.

Carcerari an poſſit nobilis ad inſtantiam fideiuſſoris eius de iudicato ſoluendo in cauſa criminali, qui ceſſa iura habet ab actore, ibid.n.20.

Carcerari non poſſunt pater, vel mater, aut alij aſcendentes ad inſtantiam filiorum, vel deſcendentium, t.6.q.11.n.38.

Carcerari non poteſt ſocer ad inſtantiam generi, ibid.

Carcerari an poſſit frater ad inſtantiam fratris, ibid.n.41.

Carcerari non poſſunt, qui non tenentur, niſi in quantum facere poſſunt, ibidem numer.42.

Carcerare poteſt ceſſionarius mulieris maritum debitorem, ex debito recameræ, ibid. num.43.

Carceratorum contractus in carcere geſti in fauorem eius, qui carcerare fecit, vel in fauorem tertij, quandò ſubſiſtant, tit.8.q.1. num.7.

Carceratus ſi ceſſionem iurium faciat in carceribus, an ſit nulla, ibid.n.8.

Carceribus non poteſt detineri reus, propter expenſas litis factas in cauſa criminali, t. 5.q.5.n.35.

Caſus.

Caſus mortis, & renunciationis æquiparantur, t.3.q.4.nu.10.

Cauſa.

Cauſa ex quâ inſtrumentum traditur inſticienda eſt, ſi dubitetur de effectu traditionis, t.1.q.3.n.22.

Cauſa & titulus pro vno accipi ſolent, aliquandò tamen differant, tit.1.quæſt.4.à num.1.

Cauſæ varia, & multiplex eſt acceptio, ibid. n.3.

Cauſa & titulus requiritur ad validitatem ceſſionis, ibid.n.8.

Cauſa ſuperueniens an confirmet ceſſionem, ſine cauſa factam, ibid.n.9.

Cauſa ſi non interuenit non valet ceſſio, etiam iurata, ibid.n.18.

Cauſam ſi non contineat inſtrumentum debiti, an mercatur executionem, ibidem numer.22.

Cauſam an requirat ſtipulatio, ibid.n.21.

Cauſa ceſſionis an debeat exprimi in principio inſtrumenti eius, ibid n.25.

Cauſa ſi non exprimatur in ceſſione, an videatur facta ex cauſa donationis, & quid ſi merita præceſſerint, ibid à n.32.

Cauſa falſa vitiat omnem diſpoſitionem, contractum, legatũ, inſtitutionem, reſcriptũ, gratiam, decretum, libellum, ſententiam, confeſsionem, excommunicationem, donationem hypothecam, t.8.q.1.n.5.

Cauſa falſa vitiat ceſsionem, ibid.n.6.

Cauſâ non ſecutâ propter quam ceſſio, fit reuocari poteſt, & cedens ad primæua iura redire, t.8.q.1.n.20.

Cautio.

Cautio mutiana si præstetur per legatarium potest statim petere legatum relictum sub conditione quæ in non faciendo consistit, t.5.q.14.n.6.

Ex cautione, & chyrographo priuato agi non potest, si de causa eius non constet, t.1. quæst.4.n.20.

Census.

Censum ab alio impositũ potest quis suscipere, & personaliter ad illius solutionem se obligare, t.1.q.1.n.57.

Census impositi cum facultate Regia super bonis maioratus ad augendos alios, validi sunt, licèt census antiqui aliquam nullitatem paterentur, t.1.q.1.n.58.

Census debitor, qui ex pacto non potest redimere, nisi post duos menses à die monitionis, an possit statim redimere, solutis vsuris illius medij temporis, t.1.quæst.6. à num.59.

Census an rectè constituatur super iuribus, & actionibus, t.2.q.1.n.17.

Census redimibilis an possit super alio censu redimibili constitui, ibid.n.18.

Censum an possit filius imponere super bonis aduentitiis in quibus pater habet vsumfructum, t.2.q.6.n.17.& 30.

Censum an possit imponere pater super aduentitiis filij, ibid.n.30.

Census dominus non potest agere pro sorte principali, quia eius respectu creditor non est, t.4.q.2.n.30.

Censum quilibet ex heredibus potest in totum redimere, etiam inuito creditore, t.4. q.6.n.29.

Censum an possit redimere quilibet heredum pro rata, & portione sua, inuito creditore, ibid.n.30.

Census si ad plures creditores pertineat, an eorum quilibet cogi possit partem suam redimere, ibid.

Census partem qui vult redimere, potest cogere alios correos vt partes suas redimant, ibid.n.31.

Censum si redimat extraneus pro debitore, an possit eum cogere, vt soluat sortem principalem, t.5.q.1.n.5.

Census & iura Regalia vulgo, juros, *inter quæ bona numerentur, t.2.quæstion.1.numer.25.*

Census capti in executione, præconizantur à nouem in nouem dies, ibid.n.26.

Census minoris, vel Ecclesiæ alienatio eandem requirit solemnitatem, quæ necessaria est in alienatione bonorum immobilium, ibid.n.32.

Censum redimere quandocumque licet debitori: nec valet pactio, quæ liberam redimendi facultatem restringit, t.3.quæst. 2.n.42.

Censum redimendi ius, vt non liceat alij cedere, an pacto effici possit, ibidem numer. 44.

Censum redimens virtute cessionis iuris redimendi, an succedat in ius census, ibidem num.45.

Census imponi potest super fideicommisso puro, t.3.q.10.n.6.

Census vel nomen debitoris pro parte, vel in partes cedi potest debitore etiam inuito, t. 3.quæst.12.

Census vel nomen debitoris diuersis personis pro parte legari potest. ibid.n.3.

Census vel nomen debitoris inter plures heredes pro portionibus hereditariis diuiditur ibid.n.4.

Census dominus, qui ex eo maioratum instituit, an possit disponere, vt non aliter redemptio fiat, quàm si pecunia cum iudicis decreto deponatur ibid.n.12.

Census dominus vbi disponere potest, vt census non aliter redimi possit, quàm si pecunia certo modo deponatur, an id debeat fieri notum debitori, vel sufficiat eius scientia, ibid.n.13.

Censum si redimere intendat debitor, coram quo iudice debeat facere depositum, ibid. n.16.

Censum vt redimere teneatur debitor, nullo pacto consequi potest creditor, ibidem.

Census si fundetur super alio cẽsu redimibili, an validum sit pactum, vt illo redempto, & hunc debitor redimere teneatur, ibid. num.17.

Census, vel creditum cum salario vbi accidit, quòd in plures creditores diuidatur, expediuntur Regiæ prouisiones in Regio Senatu, vt non possit nisi vnicum tantùm salarium

rium exigi, ibid, n. 40.
Censualis creditor potest agere ad sortem principalem, formato concursu ad bona debitoris, tit. 4. q. 2. n. 36.
Census emphyteutici emptori, an pertineat ius petendæ, & declarandæ caducitatis incursæ ante venditionem. tit. 4. quæst. 3. num. 24.
Censu vendito an pensiones decursæ, & nondum exactæ, venditæ, & cessæ censeantur tit. 4. q. 7. num. 27.
Census potest redimi à quocumque eius singulari successore. tit. 5. q. 10. n. 4.
Census redemptio facta ei in quem pater censum ad filium suum spectantem cesserat non liberat debitorem, ibid. a nu. 2. & 10.
Census redemptio minori facta, non valet si pecunia in eius vtilitatem versa non sit, ibid. nu. 12.
Censu cesso an reditus decursi etiam cessi videantur, tit. 6. q. 6. n. 13.
Censu legato an anteacti temporis vsuræ debeantur legatario, ibid.
Census redemptio an proprietario, vel vsufructuario sit facienda, ibid. n. 19.
Censu redempto cuius vsusfructus ad alium pertinebat, si alter census ex illa pecunia ad maiorem, vel minorem summam constituatur augmentum, vel damnum adquem spectet, ibid. n. 22.
Census consignatiuus legitimo pretio constitutus, an minori pretio cedi, & vendi possit, tit. 6. q. 10.
Census legitimo pretio constitutus, consuetudo efficere potest, vt minori pretio rectè distrahatur? ibid. n. 11.
Census vitalitius per durationem deterioratus minori pretio rectè emitur, ibid. n. 14.
Census vitalitius non aliter, quàm in pecunia numerata constitui potest, ibid. n. 21.
Census consignatiuus perpetuus redimibilis, vel ad vitam, si minori quàm legali pretio creetur, an in totum sit nullus, vel veniat reducendus, ibid. n. 29.
Census vbi illegitimo pretio venditur, an pensiones vltra legitimum pretium acceptæ sint restituendæ, ibid. n. 34.
Census iam constitutus vbi illegitimo pretio venditur, an reditus, & pensiones vltra legitimum pretium acceptæ debeant quotannis cedere in extinctionem sortis principalis, ibid. n. 35.
Census consignatiui perpetui, reseruatiui, emphyteutici. libellarij, & superficiarij an minori pretio rectè cedantur, ibid. n. 47.
Census constitutus in area, vel argentea moneta si pro area cedatur, an sufficiat redemptionem fieri in area moneta, ibid. n. 49.
Census venditor tenetur certiorare emptorem de oneribus, & hypothecis bonorum super quibus censum imponit, tit. 7. q. 2. n. 7.
Census in Hispania nostra pernicioſissimi sunt ibid. n. 8.
Censui perpetuo si res specialitèr obligata vendatur, venditio est nulla, secùs si obligatio generalis tantùm esset, ibid. n. 12.
Censui perpetuo redimibili si bona obligata vendantur, venditio nulla non est; cogitur tamen venditor rem liberare, aut idoneè de indemnitate emptori cauere, ibid. n. 13.
Censum cedens cum promissione vtriusque euictionis, an teneatur si census reditus ex post facto ad minorem quantitatem fuerint reducti, tit. 7. q. 3. n. 31.
Census reseruatiui, & emphyteutici an propter magnam bonorum diminutionem sint reducendi ad minorem redituum quantitem, ibid.
Census iam constituti venditor non tenetur de euictione, quamuis aliquæ hypothecæ eius sint euictæ, ibid. n. 36.
Census iam constitutus si cedatur, an gauella debeatur, tit. 7. q. 5. à n. 9.
Census ex nouâ fundatione gauella debetur, & quo in loco sit soluenda, ibid. n. 10.

Cesſio bonorum.

Cedens bonis iura, & actiones suas dimittit creditoribus, tit. 1. q. 1. n. 7.
Cesſio bonorum nihil habet commune cum cesſione iurium, & actionum, ibid. n. 8.
Cedens bonis non potest post cesſionem agere in iudicio, ibid. n. 9.
Cedens bonis actiones directas retinet eliſas, & inefficaces, ibid. n. 11.
Cedens bonis si pœniteat, an possit in iudicio comparere, ibid. n. 13.
Cesſionis bonorum exceptio litis ingreſſum impedit, ibid. n. 12.
Cedens bonis reintegra pœnitere potest, & actiones suas rectè exercet, ibid. n. 15.
Cedens bonis potest reuocare cesſionem ante accep-

acceptationem creditorum, ibid. n. 16.
Cedens bonis, & cedẽs actiones in quo æquiparentur, ibid. n. 20.
Cessionem bonorum si quis ignoret, an sententia lata cum eo qui cesserat bonis consistat ibid. n. 14. & 21.
Cessionem bonorum facere non potest is qui se debitorem esse negauit, tit. 5. q. 3. n. 25.

Cedens, cessio, cessionarius.

Vt facilius inuenias quæ ad hæc verba spectant, suis distinctis titulis collocantur.

Cessionis acceptio. Diffinitio, & diuisio. Et de essentialibus eius.

Cessionis iurium, & actionũ tractatus, vtilis subtilis, & difficilis est, in exord. tit. 1.
Cessionis variæ acceptiones apud bonarum literarum auctores, tit. 1. q. 1. n. 2.
Cessio in iure multipliciter accipitur, tit. 1. q. 1. nu. 3.
Cedere idem significat, quòd dimittere, tit. 1. q. 1. n. 4.
Cessio bonorum nihil habet commune cũ tractatu de cessione iurium, & actionum, tit. 1. q. 1. n. 8.
Cedens bonis, & cedens actiones, in quibus æquiparentur, tit. 1. q. 1. n. 20.
Cedere idem est, quòd dimittere, tit. 1. q. 1. num. 49.
Cessionis multæ acceptiones, remissiuè, tit. 1. q. 1. n. 85.
Cedere idem significat, quòd transferre, tit. 1. q. 1. nu. 86.
Cedere pro abdicare sumitur, tit. 1. q. 1. n. 87.
Cessionis iurium diffinitiones variæ. tit. 1. q. 1. num. 88.
Cessionis vera diffinitio, tit. 1. q. 1. n. 86.
Cedere, mandare, præstare, exibere, transferre actionem, idem in iure solent significare, tit. 1. q. 2. n. 1. & seqq.
Cedere, concedere, vendere, renunciare, refutare pro vno accipiuntur, tit. 1. q. 2. nu. 2. & seqq.
Cedere, & assignare idem significare solẽt, tit. 1. q. 2. n. 8.
Cedere, & delegare idem significare solent, tit. 1. q. 2. n. 12.
Cessio & delegatio differunt, tit. 7. q 3. n. 27.
Cessionis finis, & renunciationis diuersus est tit. 1. q. 2. n. 21.
Cessio requirit voluntatem cessionarij; renunciatio verò ex facto solius renunciantis perficitur, tit. 1. q. 2. n. 22.
Cessio inuito cessionario fieri non potest, tit. 1. q. 2. n. 23.
Cessio trahi solet ad renunciationem, & è cõtrà, tit. 1. q. 2. n. 26.
Cessio inuito debitore, & ignorante fit, tit. 1. q. 2. n. 51. Vbi aliud in delegatione.
Cessio duplex est alia legis, alia hominis, tit. 1. q. 3. à nu. 1.
Cessio alia principalis; alia accessoria, tit. 1. q. 3. n. 3. & seqq.
Cessio alia expressa, alia tacita, tit. 1. q. 3. n. 3. & seqq.
Cessio quæ fit per creditorem fideiussori, vel correo, an principalis, vel accessoria sit, tit. 1. q. 3. n. 7.
In cessione necessaria non requiritur iuramẽtum, tit. 1. q. 3. n. 41. & in ea cessat fraudis suspicio, n. 42.
Causa & titulus requiritur ad validitatem cessionis, tit. 1. q. 4. n. 8.
Cessio sine titulo facta an confirmetur ex titulo, & causa superuenienti, t. 1. q. 4. n. 8.
Cessio sine titulo facta an confirmetur ex titulo, & causa superuenienti, t. 1. q. 4. n. 9.
Cessio si fiat titulo donationis, donatio erit, si titulo venditionis, sine pretio accepto, venditio erit. t. 1. q. 4. à n. 9.
Cessio iurium an requirat scripturam, tit. 1 q. 5. & testibus probari posse defenditur.
Cessionis instrumentum sine protocolo eius, an validum sit, t. 1. q. 5. n. 33.
Promissio de cedendo, an cessio sit, t. 1. q. 6.
Iuramentum non requiritur in promissione de cedendo, licèt in cessione esset necessariũ, ibid. n. 42.
Cessio iurium ex causa necessaria non requirit solemnitates legis, aut Statuti, t. 2. q. 2. n. 9.
Cessio hereditatis alij facta, quandò inducat eius aditionem, t. 2. q. 3. à n. 28.
Alienare dicitur, qui cedit actiones, t. 2. q. 4. num. 12.
Cessio an debeat contrahi per stipulationem, t. 6. q. 6. num. 5.
Cessio an sit stricti iuris, vel ad suas consequẽtias extendatur. t. 6. q. 6.
Cessio inuito, & ignorante debitore fit, delegatio verò non aliter, quàm si ipse consentiat.

nat.t.6.quæst.11,n.35.
Cessio aliquando solutionis causa fit, aliquando verò in solutum, & de discrimine, tit. 7.q.3.
Gauella an debeatur ex cessione iurium, & quo in loco sit soluenda, t.7.q.5.
Laudemium an debeatur ex cessione iuriũ, t.5.q.5.nu.26.
Cessio aliquando in cedentis, aliquando in cessionarij commodum fit, t.8.q.2. à n.4.

Quis cedere possit; & cui cessio fieri valeat.

Minor an possit actiones suas cedere, tit.2. quæst.1.
Minoris actio ad rem mobilem si cedatur, de decretum, & solemnitates necessariæ nõ sunt, secùs si actio esset ad rem immobilẽ, ibid.n.31.
Ecclesia non potest cedere actionem ad rem immobilem sine decreto, ibid.n.34.
Minor non potest cedere sine solemnitatibus beneficium restitutionis in integrum ad vindicandam rem immobilem, ibidem num.35.
Minor non potest sine decreto cedere ius, quod habet ad retrahendam rem immobilem, ibid.n.37.
Minor non potest actionem cedere ad rem mobilem pretiosam quæ seruando seruari potest, ibid.
Actio alternatiua ad rem mobilem, aut immobilem per minorem sine decreto cedi non potest si electio eius sit, ibidem numer.41.
Actionem alternatiuam ad rem mobilem, aut immobilem si cedat minor, & tutor sine decreto an ex euentu pendeat validitas cessionis, ibid.à n.43.
Cedere possunt actiones ij quibus expressè prohibitum non est, in exordio, t.2.
Cedere possunt actiones ij quibus licet celebrare contractus ex quibus cessio fit, ibid.
Decoctus cedere non potest, ibid.
Minor an retrocedere possit sine solemnitatibus in ipso acquisitionis actu, t.2.quæstion.2.
Debitor non potest cedere nomen debitoris sui in fraudem creditorum, tit.2.quæst.2.num.4.
Debitor in præiudicium creditorum an possit cedere hereditatem sibi delatam, & quid si cessio fiat in substitutum, coheredem, vel venientem abintestato, t.2.q.3.à nu.38.
Filius familiàs an possit cedere iura, & actiones suas, t.2.q.6.à n.16.
Cessio facta à filio familias alicuius iuris in quo pater habebat vsumfructum conualidatur ex ratificatione patris, ibidem numer.2.
Pater legitimus administrator filij an possit cedere actiones suas aduentitias, ibidem à num.22.
Procurator absque speciali mandato cedere non potest actionem, ibid.n.25.
Qui donauit omnia bona sua, an possit ius tetractus sibi competens alij cedere, t.3.q.2.n.40.
Patronus pauper cedere non potest ius, quod habet petendi alimenta ab Ecclesia, t.3.q.8.nu.28.
Patronus an possit cedere ius, quod habet præsentandi ad capellaniam, maximè vacaturam, ibid.n.27.
Procurator simpliciter ad exigendum cõstitutus an possit soluenti cedere actiones, t.5.q.3.n.19.
Socius, & consors delicti si soluat, non potest contra alios obtinere iurium cessionem; secùs in quasi maleficiis, t.5.q.6.à n.4.
Iudex an possit pœnam, quæ sibi applicatur à lege, cedere in fauorem ipsius rei, vel alterius, ibid.n.35.
Actiones omnibus cedi possunt, quibus expressè prohibitum non est, in exord.tit.2.
Actiones omnibus cedi possunt, qui capere valent ex causis ex quibus cessio fit, ibid.
Absenti quandò fieri possit cessio, ibid. & t.4.q.9.n.30.
Minori cessio facta consistit, & quandò secùs, t.2.q.2.n.12. & 16.
Potentiori actio cedi non potest, t.2.q.4.
Potentiori cedens actiones, quas pœnas incurrat, ibid.
Senatores an dicantur potentiores, & eis actio cedi non possit, ibid.n.23.
Pœnæ cedentium in potentiores locum non habent, si cessio sine dolo fiat, ibidem numer.24.
Potentiori ex causa necessaria, vel si consanguineus sit, vel in testamento rectè cedi-

tur actio, ibid. à nu. 25.
Minor, vel Ecclesia si cedant potentiori, an restitutione indigeant, vt euitent pœnas, ibid. à n. 30.
Potentiori cedens vbi in pœnam amissionis incidit, actio Fisco applicatur, ibid. numer. 31.
Cedens alienandi iudicij animo ad quid teneatur, ibid. n. 38.
Heredes eius, qui cessit potentiori, an eâdem pœnâ afficiantur, ibid. n. 41.
Ecclesia, & Clerici an potentiores dicantur vt eis actio cedi non possit, ibid. à n. 44.
Scholaribus quãdò cessio fieri possit, vel nõ, vt eius virtute debitores cessos ad suum forum trahere possint, ibid. à n. 52.
Scholari si pater, & extraneus cedant, an possit vti aduersus debitorem fori priuilegio, ibid. n. 59.
Fiscus à priuato cessionem accipere non potest, ibid. n. 62.
Officialibus, & ministris Sancti Officij Inquisitionis an cessio facta sit nulla, ibid. num. 60.
Potentiori sicut pensio cedi non potest, an idẽ procedat in fructibus pensionis, ibid. n. 61
Tutori non potest cedi actio contra pupillũ, t. 2. q. 6. à n. 1.
Prælatus Ecclesiæ nõ potest accipere cessionem contra Eccl siam suam. ibid. n. 12.
Tutor vel curator actionem contra minorem acquirere possunt ex testamẽto. ibid. n. 14.
Aduocato vel procuratori, non potest cedi actio litigiosa, t. 3. q. 11. n. 29.

Quæ actiones cedi possint, vel non.

Ius adeundi hereditatem cedi non potest, t. 2. q. 3. n. 9.
Ius vsusfructus extraneo cedi non potest, & an ex cessione vsusfructus amittatur, t. 2. quæst. 5. à n. 2.
Ius patronatus Ecclesiæ cedi non potest sine licentia Episcopi, t. 2. q 5. n. 3.
Actio omnis regulariter cedi potest, t. 3. q. 1. num. 1.
Actio in rem, & rei vindicatio rectè ceditur, ibid. n. 2.
Retractus conuentionalis cessibilis, & trãsmissibilis est, t. 3. q. 2. n. 37. & 41.
Ius redimendi censum alij cedi potest, ibid. num. 43.
Ius redimendi censum, vt non possit debitor alij cedere, an pacto efficiposs it, ibid. n. 44
Ius retractus vbi cedi potest, cessionarius poterit rursus illud ius alij cedere, ibid. n. 51.
Spes succedendi in maioratu cedi potest sequenti successori; remotiori verò, aut extraneo non rectè ceditur, t. 3. q. 3. n. 9.
Ius & spes succedendi in maioratu, etiam in extraneum pro vita cedentis rectè ceditur, ibid. n. 11.
Maioratus cedi potest in sequentem successorem, ibid. n. 15.
Maioratus cui annexa est dignitas Comitatus, vel Ducatus cedi potest in sequentẽ successorem, ibid. n. 17.
Regnum in sequentem successorem cedi potest, ibid. n. 21.
Cedens Marchionatũ, vel Ducatũ, an post cessionem appellari debeat Marchio, vel Dux, ibid. à n. 23.
Conductionis ius cedi potest, t. 3. quæst. 5. numer. 13.
Emphyteusis ius potest pro vita emphyteutæ cedi, ibid. n. 23.
Operæ artificiales mihi debitæ alij cedi possunt, t. 3. q. 6. n. 10.
Retractus ius, quod aliàs cedi non potest, ratione inopiæ, & necessitatis rectè in aliũ transfertur, ibid. n. 21.
Ius petendi dotem soluto matrimonio rectè ceditur, & alienatur, t. 3. q. 7. n. 22.
Ius excipiendi de adulterio vxoris ad effectum lucrandæ dotis, an possit cedere maritus, ibid. n. 34.
Iura quæ ad heredes extraneos transeũt cessibilia sunt, t. 3. q. 8. n. 4.
Ius eligendi cedi, & trãsmitti potest, ibi. n. 5
Fideicommissum singulare cessibile, & trãsmissibile est, ibid. n. 7.
Fideicommissum vniuersale vtilitèr ceditur, si ex persona cedentis restitutio petatur, ibid. n. 10.
Actio ad repetendam dotem constante matrimonio, quãdò vtilitèr cedatur, t. 3. q. 7.
Fideicommissum, vel hereditas antequàm adeatur cedi potest, t. 3. q. 8. n. 17.
Substitutionis ius nondum delatum cedi potest, ibid. n. 18.
Substitutionis, vel fideicommissi spes an rectè cedatur ante diem, vel conditionem, ibid. n. 18.

Sepul-

Sepulchrorum iura an cedi posſint, ibid.à num.20.
Ius præſentandi ad Capellaniam maximè vacaturam, an cedi poſsit, ibid.n.27.
Obligatio naturalis cedi poteſt, ibid. n.23.
Ius petẽdi iuſtam remunerationem ſeruitiorum, an rectè cedatur, ibid.n.35.
Officium iudicis nobile cedi poteſt, ibidem numer.41.
Beneficium reſtitutionis in integrum ceſſibile eſt, ibid.n.42.
Extraordinariæ perſecutiones, & remedia rectè ceduntur, ibid.n.45.
Ius nobis delatum cedi poteſt, t.3.quæſt.10. num.6.
Fideicommiſſum purum rectè ceditur, & venditur, ibid.
Ius futurum ex cauſa de præſenti, veluti debitum in diem ceſſibile eſt, ibid.n.7.
Ius competens ex contractu conditionali cedi poteſt, & quandò ſecùs, ibid.n.8.
Ius futurum ex cauſa de futuro an cedi, aut renunciari poſsit, ibid.à n.12.
Inſtantia litis cedi poteſt, & an ſpecialis eius ceſsio ſit neceſſaria, t.3.q.11.à n.18.
Actio litigioſa indubitata cedi poteſt, ibid. num.22.
Actio iudicati ex ſententia cedi poteſt, ibid. num.23.
Cenſus vel nomen debitoris an eo inuito pro parte cedi poſsit, t.3.q.12.
Remedium l.2.C.de relcind.vẽdit. ceſſibile eſt, t.4.q.3.n.1.
In delictis, vel quaſi an ſit locus ceſſioni actionum, t.5.q.6.
Iura perſonalia cedi non poſſunt, t.3.q.1.n.3
Directa actio cedi non poteſt, ibid.n.5.
Vtilis actio ceſſionario competens, an rurſus cedi poſsit, ibid.à n.6.
Maioratus cedi nõ poteſt in extraneum, ibidem n.12.
Penſio Eccleſiaſtica cedi non poteſt, ibid.
Decimæ laico cedi non poſſunt, earum tamen commoditas rectè ei ceditur, ibid.
Actio competens pro cõſtituendo vſufructu, an cedi poſsit extraneo, ibid.n.13.
Vſus cedi non poteſt: et quid de vſu alicuius ſyluæ, ibid.n.16.
Habitationis ius quandò cedi poſsit, vel non ibid.n.17.
Comitatus, Marchionatus, vel Ducatus, an ſit ceſſibilis, ibid.à n.21.
Facultas eligendi, & nominãdi an cedi poſsit, ibid.n.25.
Optionis legatum an cedi poſsit, ibid.nu.41.
Officium executoris teſtamenti alij cedi non poteſt, ibid.n.43.
Facultas eligendi ad maioratum, vel capellaniam, an alij cedi, vel committi poſsit, ibid. à nu.42.
Iurandi facultas an cedi poſsit, ibid.n.46.
Ius declarandæ caducitatis an rectè cedatur ibid.
Retractus ſanguinis cedi non poteſt, titul.3. q.2.nu.1.
Retractus ſanguinis an cedi poſsit in conſanguineum remotiorem, proximiori omiſſo, ibid.n.15.
Adminiſtratio bonorum abſentis conſanguinei, an alij cedi poſsit, ibid.n.17.
Retractus ius competens domino directi dominij cedi non poteſt, ibid.à n.20.
Retractus fructuum venditorum competens domino fundi locati, vel directi dominij cedi non valet, ibid.n.22.
Ius expellendi conductorem pro vſu proprio locatori competens cedi non poteſt, ibid. num.24.
Retractus cõpetens ratione cõmunionis ceſſibilis non eſt, ibid.n.27.
Retractus ius cõpetens ratione communionis tranſit cum portione cuius ratione retractus competit, ibid.n.29.
Prælationis ius quod habet coheres, vel ſocius quãdò res hereditaria, vel cõmunis diſtrahitur, alij cedi non poteſt, ibid.à nu.33.34.
Retractus cõpetẽs ratione alicuius qualitatis ceſsibilis non eſt, ibid.n.36.
Retractus conuentionalis ceſſibilis, & tranſmiſsibilis eſt, ibid.à n.37.
Primogenituræ ius, quòd à lege, vel conſuetudine defertur, ceſſibile non eſt, t.3.quæſtion.3.n.6.
Ætatis ius, & prærogatiua cedi non poteſt, ibid.n.7.
Primogenituræ effectus, ſiue hereditatis paternæ expectatio cedi nõ poteſt, ibid.n.8.
Spes ſuccedendi in maioratu cedi nõ poteſt, ni ſi proximiori conſanguineo, ibid.n.9.
Maioratus iam acquiſitus extraneo cedi nõ poteſt, ibid.n.15.
Societatis ius cedi non poteſt, & quandò

dò secùs, t. 3. q. 5. à n. 1.
Cessibilia, aut delegabilia non sunt, quæ industriam personæ requirunt, ibid. n. 2.
Cessibilia non sunt quæ ad heredes non trãsmittuntur, ibid. n. 10.
Actiones passiuæ cedi non possunt, ibid. numer. 12.
Operæ obsequiales, quæ nobis debentur, alij cedi non possunt, t. 3. q. 6. n. 10.
Vasallagij ius domino competens in vasallos cèdi non potest, ibid. à 23. & 32.
Ius quærellandi dispositionem patris vigore legis hac edictali, C. de secund. nupt. cedi non potest extraneo, t. 3. q 8. n. 2.
Alimentorum ius cedi non potest, ibid. numer. 29.
Ius litigiosum cedi non potest, t. 3. quæst. 11. à n. 1.
Actio iniuriarum, & accusandi ius an sit cessibile, in Miscell. t. 3. n. 1.
Condictio furtiua, actio furti, & aliæ actiones ex delicto descendentes, an rectè cedãtur, ibid. n. 2. & t. 5 q. 6. n. 36.
Ius vindictæ cedi non potest, ibid. n. 3.
Cathedræ & eius oppositioni quis cedere nõ potest, ibid. n. 4.
Superficiem an possit cedere superficiarius, ibidem n. 5.
Bulla Cruciatæ semèl applicata an alij cedi possit, ibid. n. 6.
Bonorum possessio contra tabulas an cedi valeat, ibid. n. 10.
Legatum annum an cedi possit, ibid. n. 13.
Ius petendi legitimam, & eius supplementum, & ius detrahendi Trebellianicam, an rectè cedatur, ibid. n. 15.
Ius reuocandi donationem propter ingratitudinem, an cedi valeat, ibid. n. 16.
Pactum, vt creditoris iuramento stetur circa damna, & interesse, cedi non potest, ibid. n. 17.
De aliis iuribus quæ cedi possunt, vel non, remissiuè, ibid. n. 18.

In quibus casibus transferatur, vel non actio sine cessione.

Conductor principalis si admittat alium in socium, an ita admissus possit agere, vel cõuiri sine alia cessione, t. 3. q. 5. à n. 17.
Vsufructuarius an sine alia cessione proprietarij agere, vel exigere possit, t. 3. q. 9. n. 18
Correus debendi soluens creditori, in eius iura sine cessione non succedit, t. 4. quæst. 1. num. 5.
Fideiussor soluens creditori in eius iura sine cessione non succedit, ibid. n. 6.
Tertius pignoris possessor soluens creditori, in eius iura nõ succedit sine cessione, ibid. n. 7
Creditor posterior hypothecarius si soluat sine cessione anteriori creditori, in eius iura succedit, ibid. n. 15.
Chirographarius creditor soluens anteriori creditori, in eius iura sine cessione non subintrat, ibid. n. 15.
Extraneus ex cuius pecunia creditor dimissus est, an in eius iura succedat, ibid. à n. 16
Ius retentionis, & defensionis sine cessione transfertur, ibid. n. 25.
Maioratus possessor, qui suis pecuniis redemit censum, an in ius creditoris succedat contra maioratum, ibid. n. 26. & 30.
Emens pignus à debitore, vt ex pretio dimitteret creditorem, & in eius ius succederet aliâ cessione non indiget, t. 4. q. 2. nu. 1. vb. de alius casibus.
Creditor, cuius debitor rem minori pretio distraxit, an possit agere sine cessione aduersus emptorem remedio, l. 2. C. de rescind. vend. t. 4. q. 3. à n. 1.
Debitor cuius creditor pignus viliori pretio distraxit, an vt agere possit aduersus emptorem, cessione creditoris indigeat, ibi. n. 9.
Creditor quãdò absque debitoris cessione possit eius iura, & actiones pro suo interesse deducere, & pro eo soluere, variis casibus agitur, t. 4. q. 3. per tot.
Ius excipiendi sine cessione transfertur, ibid. n. 24.
Creditor personalis, vel hypothecarius an possit agere, & cõuenire debitorẽ debitoris sui absque vlla eius cessione, latè agitur, t. 4. q. 4
Ex vẽditione nominis, vel si in solutũ detur vtilis actio ad exigẽdũ trãsfertur, ibi. n. 29
Ex nominis pignore an vtilis creditori cõpetat actio ad exigẽdũ sine cessione, ibi. à n. 32
Fiscus creditor ex cõtractu, vel delicto an possit conuenire debitorem debitoris sine cessione, ibid. n. 45.
Legatarij an heredis cessione indigeant, vt agat aduersus collegatarios, qui integra legata perceperunt, t. 5. q. 5.
Heredum vnus an possit sine aliorũ cessione in

in solidum agere aduersus debitores hereditarios, t.4.q.6.à n.23.

Iura competentia ratione alicuius rei, an trãseant sine cessione cum ipsa re, t.4. quæst. 7.à nu.1.

Conductor secundus non potest expellere primum sine cessione domini, ibid.n.2.

Emptor secundus à quo res fuit euicta nõ potest agere de euictione cõtra auctorem auctoris sui, sine cessione, ibid. n.3.

Ius retinendi, & excipiendi transit cùm re vendita, ibid.n.28.

Remedium recuperandæ possessionis an trãseat sine cessione, vendita re à qua quis fuit spoliatus, ibid n.35.

Mulier an possit soluto matrimonio agere pro medietate lucrorum sine cessione heredum mariti, t.4.q.8.à n.18.

Sociis non acquirantur debitorum nomina, nisi eorum cessio interueniat, ibid.à n.22.

Socius an possit agere ex contractu alterius socij, ibid.à n.24.

Maritus dotem sibi, vel vxori promissam exigere potest, etiam executiuè sine vlla cessione, ibid.n.35.

Mulier an possit pro dote à marito nondum exacta soluto matrimonio agere sine cessione heredum mariti, ibid.

Vsuras dotis non solutæ, an possit vidua exigere à promissore dotis sine cessione heredũ mariti, ibid. n.41.

Vxor quæ tenetur stare locationi factæ per virum, an possit agere pro pensionibus contra conductorẽ sine cessione mariti, ibid.n.42.

Ex contractu procuratoris, vel institoris nobis an actio nobis competat sine cessione, t.4.q.9.

Creditor si vendat pignus ita vt liceat sibi pro eodem pretio redimere, an eo vti possit debitor sine cessione, ibid.n.9,

Creditor ad cuius fauorem debitor deposuit pecuniam, agit sine cessione contra depositarium, ibid.n.11.

Absenti an acquiratur actio sine cessione ex contractu inter alios ad suum commodum ibid.n.28.

Absenti ex stipulatione notarij, an actio acquiratur, ibid.à n.29.

Actio personalis regulariter sine cessione nõ transfertur, in Miscell.t.4. n.1.

Emptor nominis vtilem sine cessione habet, ibid.num.2.

Emptor fundi penes tertiũ existentis non potest rei vindicare sine cessione, ibid.n.3.

Vendita hereditate vtiles actiones competũt emptori sine cessione, ibid.n.4.

Nomine debitoris legato, vel in dotẽ dato, vtilis sine cessione transit actio, ibid. à n.7.

Restituta hereditate an omnes actiones, & iura transferantur in fideicommissarium sine cessione, ibid.à n.13.

Fideicommissarius non potest exequi sine cessione instrumentum factum ad fauorem heredis grauati, ibid.

Succedẽtes in alterius ius veluti Fiscus, prælatus, vxor an possint agere, vel conueniri ex contractu facto per eum in cuius locũ successerunt, ibid.n.17.

Vsufructuarius an possit sine cessione proprietarij nomina debitorum exigere, ibid. num.23.

Singularis successor, qui tenetur stare colono, an possit aduersus eũ agere pro pẽsionibus sine cessione, ibid.n.28.

Fiscus succedens in re locata agit aduersus cõductorem sine cessione, ibid.

Emptor si soluat gauellam pro venditore, an possit ab eo repetere sine cessione, ibidem num.37.

Soluens Fisco an in eius iura succedat sine cessione, t.5.q.4.n.30.

Tutor vnus in solidum soluens potest vtili actione aduersus alios agere, & quãdò secus, t.5.q.6.à n.13. & q.7.n.18.

Officialis vel dominus condemnati pro culpa substituti, vel famuli, si soluant, possunt aduersus eos agere sine cessione, t.5.quæst. 6.num.28.

Vniuersitas quandò tenetur ex damno dato in suo territorio, si soluat, repetit ab eo, qui damnum dedit absque vlla cessione, ibid. n.29.

Episcopus, qui soluit mulctam impositã suo vicario agit aduersus eum sine cessione, ibidem n.30.

Magistratus vnus, qui solidum soluit, habet aduersus collegas vtilem actionem sine cessione, t.5.q.7.nu.22.

Pactum de retrouendendo exercetur contra singularem successorem sine cessione, tit.5. q.10.n.5.

Emptor, qui pignus emit à creditore si sit euictum,

ctum, an possit aduersus debitorem agere sine cessione t.3.q.13.n.17.

Agere vbi possum aduersus aliũ, vt ad meũ commodum agat, an possim ego circuitus vitandi causa agere, t.5.q.14.n.18.

Inuentarium factum ab vna persona, quando alteri prosit sine cessione, t.6.quæst.3.à num.9.

Possessoria remedia, an transferantur in singularem successorem sine cessione, tit.6.q.5. num.29.

Cessionarius nominis an possit alienata in fraudem per debitorem cessum reuocare absque speciali cessione, t.6.q.6.à n.25.

Legatarius nominis cessionem à lege habere dicitur, t.7.q.1.n.4.

Quando quis cedere compellatur? & cedendo liberetur.

Promittens soluere cuicunque literas deferenti, si soluat falso nuntio, liberatur cedẽdo actionem, t.1.q.3.n.27.

Cedere quibus remedijs contra eum, quis compellatur? t.1.q.3.nu.36.

Retractus ius ex conuentione competens si legetur, an heres teneatur præstare pretiũ ad retrahendum, vel satisfaciat cedendo actionem, t.3.q.2.n.38.

Creditor non potest cogi, vt cedat iura sua debitori soluenti, t.4.q.1.u.4.

Fideiussor soluens creditori, potest eum compellere ad cedendum, ibid.n.6.

Creditor debitoris calamitosi potest eum cõpellere ad cedendum, t.4.q.4.n.5.

Heres vnus solidum soluens, aduersus alios coheredes cessionem actionum rectè desiderat, t.4.q.6.n.19.

Procurator, institor, vel negotiorum gestor, si acquirant actionem, eam dominis cedere cogantur, t.4.q.9.n.4.

Cedere inuitus nemo compellitur, & quando secùs, t.5 q.1.n.2.

Cedere quis cogitur, vbi cessio sibi non nocet, & alijs prodest, t.5.q.1.n.5.

Extraneus soluens pro alio an possit cogere creditorem ad cedendum, ibid.à n.3.

Emens rem cum onere soluendi, & redimẽdi censum, an possit cogere creditorem, vt ei cedat ius census. ibid.à n.6.

Debitor soluens creditori aliquando potest eum compellere ad cedendum, ibid.n.11.

Correus debendi soluens creditori ad cedendum iustè compellit, ibid.à n.17.

Fideiussor soluens pro debitore compellit creditorem ad cedendum, tàm contra debitorem, quàm aduersus confideiussores, ibid. n.20.

Tertius hypothecæ possessor si soluat, an possit creditorem compellere ad cedendum licèt iniustus possessor esset, ibid. à n.21.

Creditor posterior soluens anteriori, an compellat ad cedendum, etiam si chirographarius creditor sit, ibid.à n.25.

Correus vel confideiussor agentes virtute cessionis aduersus correum, vel confideiussorem, rectè compelluntur ad cedendum actiones, & an contra se, ibid.n.29.

Cessionem iurium vbi quis facere compellitur, non aliter satisfacit, quàm si exhibeat instrumentum nominis cessi, ibid.n.32.

Correo & fideiussori soluentibus cogitur reditor cedere actiones, etiam contra se, t.5. q.2.à nu.6.

Creditori posteriori, vel tertio possessori, an creditor contra se cedere compellatur, ibidem.

Cessio iurium quâ actione peti possit, t.5.q.4. nu.44.

Tutor vnus soluens pupillo ex causa tutelæ potest eum compellere, vt cedat actiones suas aduersus contutores, t.5.q.7.

Condemnatus ad cedendum iura, & actiones, qualitèr sit compellendus, t.5.q.8.

Pupillus vbi ex contractu, & dolo tutoris tenetur, an liberetur cedendo actiones cõtra eum, t.5.q.11.à n.11.

Maritus qui nomina debitorum in dotem accepit, si exacta non sint, an ea soluto matrimonio retrocedendo liberetur, t.5.quæstion.12.

Creditor qui iure suo distraxit pignus, si de euictione cõueniatur tenetur cedere actiones contra debitorem, & earum cessione liberatur, t.5.q.13.à n.14.

Actionem si quis habeat contra me, vt agam ad suum commodum contra Titium, an liberer cedendo actiones contra eum, t.5.q. 14.à nu.1.

Depositarius qui sponte sua rem apud se depositam, apud alium deposuit, non liberatur cedendo actiones contra eum, ibidem nu.5.

No-

Nomine debitoris legato, satisfacit heres cedendo actiones suas legatario, ibid. n.7.

Debitor principalis qui soluit non certioratus de solutione iam facta per fideiussorē, si conueniatur actione mandati liberatur, si cedat ei actiones contra creditorem, t.5. quæst.14.à num.10.

Quæ iura transferantur in cessionarium, & de potestate eius in iudicio.

Cedens actiones potest post cessionem agere, t. 1.q.1.n.10.

Cessionarius dicitur procurator in rem propriam, t.1.q.2.n.37.

Cessionarius cum clausula cessionis iurium, non solùm habet vtiles actiones, sed etiam exercitium directarum, ibid.n.44.

Cedens post cessionem directas actiones retinet, delegans verò non item, ibid.n.53.

Cessio inducitur per traditionem instrumenti, t.1.q.3.n.17.& 22.

Cessio nuda non transfert actionem in cessionarium, t.1.q.4.n.16.

Cessionarius virtute cessionis dicitur habere mandatum ad exigendum, t.1.q.5.n.1.

Cessionarius vt agat aduersus debitorem cessum necessario tenetur exhibere instrumentum cessionaris, ibid.n.9.

Cessionarius exigens à debitore cesso, quandò compelli possit, vt præstet ei fideiussorem indemnitatis, ibid.n.28.

Ecclesia cessionaria debitorem cessum coram suo iudice conuenire debet, nisi aliud statutum sit, t.2.q.4.n.50.

Scholaris pro iuribus sibi cessis quandò possit ad suum iudicem trahere debitorem, ibidem à nu.52.

Cessionarius habens priuilegium fori, quandò pro iuribus cessis suo priuilegio vtatur, ibid.n.56.

Scholaris cui pater, & extraneus vnā actionem cesserunt, an possit coram iudice suo conuenire debitorem, ibid.n.59.

Actio cessa, si non transfertur in cessionariū remanet penes cedentem, t.2.quæst.5. nu. 34.& 39.

Ex cessione nulla an transferatur quasi possessio in incorporalibus, ibid.n.38.

Cessionarius iuris redimendi censum, an si cēsum redimat succedat in ius census viui, t.3.quæst.2.nu.45.

Cessionatius, qui virtute cessionis sibi factæ, vt possit redimere rem venditam in publica subhastatione, si rem redimat, an possit conueniri per alios debitoris creditores, t. 3.q.2.n.46.

Cesso maioratu in proximiorem consanguineum, per eius mortem succedunt eius filij, etiam superstite cedente, tit.3.quæst.4. num.6.

Societatis ius vbi de consensu alterius socij in alium transfertur, an societas finiatur per mortem socij cedentis, vel cessionarij, t.3. q.5.n.21.

Vsufructu vel societate cessa, quandò mors cedentis, vel cessionarij spectetur, ibid.n.27.

Cessionarius creditoris anterioris præfertur doti, etiam in bonis postea quæsitis, t.3.q. 7.nu.4.

Cessionarius mulieris agens ad dotem contra maritum, vel eius heredes, an exceptione adulterij repellatur, ibid.n.29.

In cessionorium fideicommissi, vel hereditatis, vtilitas tantùm actionis tranfertur, t. 3.q.8.n.16.

Fiscus si cedat iura, vel bona confiscata, an cessionarius perinde, ac ipse possit à creditoribus conueniri, t.3.q.9.n.28.& 30.

Fisci cessionarius tenetur alere filios delinquentis, sicut Fiscus teneretur, ibid.n.29.

Cessionarius Fisci in præstatione alimentorū non debet habere rationē quantitatis, quā ipse pro cessione Fisco intulit, ibid.

In cessione iurium simpliciter, vel verbis generalibus facta, an iura de futuro, vel debita in diem comprehendantur, t.3. quæstion.10.n.16.

Sententia lata contra cedentem ius litigiosū, an sine nouo processu possit exequi contra cessionarium, t.3.q.11.n.6.

Instantia litis an transeat in cessionarium, quandò fuit cessa actio super quâ lis iam erat, ibid.n.13.& 18.

Cessa actione an transferatur in cessionarium rescriptum obtentum à cedente, ibidem nu.18.

Nullitatis exceptio, quam patiebatur census antiqui impositi super bonis maioratus, an obstet ei, qui eos virtute Regiæ facultatis redemit cum pacto subingressionis, t.4.q.1.n.29.

Iudicium cœptum ab vno ex heredibus, an conualidetur ex cessione cohereditum superuenienti, t.4.q.6.n.24.

Sententia lata aduersus vnum ex fideicommissariis, vel heredibus non nocet ei, si rursùs pro aliorum portionibus cessis sibi iuribus agat, ibid.n.33.

Cessio iuris luendi, & redimendi censum facta emptori rei census suppositæ, quos effectus operetur, t.5.q.1.n.10.

Actio quæ inutilis est penes cedentem, vtilis esse solet cessionario, t.5.q.4.n.10.

Actio vtilis an sine cessione competat, tit.6. quæst.1.

Actio vtilis an vtilior sit, quàm directa, & è contrà, & qualiter competant cessionario, ibid.

Actio vtilis, & directa, an cumulari possint, & an obtineat agens ex vna, & probans ex altera, ibid.

Cessionarius est eadem persona cum cedente, & in eius iura succedit, in exordio. tit.6.

Priuilegia realia, vel personalia cedentis, an transeant in eius cessionarium, t.6.q.2.cũ sequentib.

Priuilegium exigendi vsuras, vel interesse cõpetens cedenti, an in cessionarium transeat, ibid.

Ius lucrandi fructus pignoris competens marito, donec dos non soluitur, an in eius cessionarium transferatur, ibid.n.41.

Cessionarius vel emptor Ecclesiæ, an gauellam soluere teneatur, t.6.q.1.à n.1.

Cessionario Fisci, vel Ecclesiæ edenda sunt instrumenta quæ cedentibus edi deberẽt, t.6.q.3.n.7.

Ecclesia si cedat hereditatem, an transeat in cessionarium cum priuilegio, vt non teneatur vltra vires hereditarias non facto inuentario, ibid.à n.9.

Cessionarius personæ priuilegiatæ in non faciẽdo inuentarium, eodem iure vtitur, ibidem n.11.

Fori priuilegium competens cedenti, an trãseat in eius cessionarium, ibid.n.13.

Fisci priuilegia, & iura an transeant in eius cessionarium, t.6.q.3.à n.25.

Cessionarius potest agere executiuè, sicut cedens posset, t.6.q.4.à n.1.

Cessionarius an possit facere carcerari debitorem, quemadmodum cedens posset, ibidem à num.18.

Possessio cedentis an transferatur in eius cessionarium, & quid si cessio sit nulla, t.6. q.5.à nu.1.

Possessoria remedia cedi possunt, & an competant cessionario, ibid.à n.16.

Cessio an sit stricti iuris, vel ad suas consequẽtias extendatur, t.6.q.6 à n.1.

Cessa actione personali, an cessa videatur hypothecaria, & è contrario cessa contra debitorem, an transeat contra fideiussorem, ibid.

Cesso censu an reditus decursi nondum exacti cessi videantur, ibid.à n.13.

Cessionarius nominis, an possit absque speciali cessione reuocare alienata per debitorem cessum, ibid.à n.29.

Cessionarius nominis, an possit auocare solutionem factam posteriori creditori, vel reuocare cessionem, ibid.n.30.

Ex transactione, an nouus titulus acquiratur, & quid si fiat cum cessionario, t.6.quæst.7.

Cessio nominis an duobus fieri possit, t.6.q.8

Cessionarij duo eiusdem nominis, si concurrant quis potior sit, ibid.

Cessionarij duo eiusdem nominis pro dimidia, si concurrant quis præferatur, ibid.

Cessionarius primus quandò possit à secundo cessionario auocare pecuniam exactã, vel cessionem, ibid.n.29.

Ex duobus cessionariis cedentis creditoribus quis præferatur. ibid.à n.28.

Cessionarius an statim vt agit via ordinaria, vel executiua, teneatur producere instrumentum cessionis, t.6.q.9.

Cedens si in initio litis cessionem non exhibuit, quam re vera habebat, an iudicium sustineatur. ibid.n.26.

Cessio si pendente iudicio superueniat, an ex ea corroboretur iudicium, ibid.n.28.

Exceptio nullitatis cessionis, quandò impediat executionem, ibid.n.9.

Cessionario quandò obstet exceptio, quòd nõ iusto pretio nomen, vel censum emerit, t. 6.q.10.n.50.

Cessionario non potest debitor cessus opponere iniustitiam cessionis, ibid.n.59.

Cessionario quandò obstet exceptio quòd nõ constat de vera pretij numeratione, ibid. num.60.

Cessionarius vbi nihil amplius consequi potest quàm pretium, quod re verâ numerauit, residuum cuius lucro cedere debeat, ibid. à num. 66.

Cessio si fiat ob benemerita qualitèr de eis cõstare debeat, ibid. n. 65.

Exceptio descendens ab Anastasia Constitutione, an ante litem contestatam sit opponenda, ibid. n. 69.

Exceptiones omnes quæ obstant cedenti, an obstent eius cessionario, t. 6. q. 11.

Cessionarius tenetur obseruare omnia, quæ cedens, ibid. n. 10.

Cessionarius tenetur edere instrumenta, quæ cedens teneretur, ibid. n. 9.

Exceptio quæ non obstaret cedenti, an possit obstare eius cessionario, ibid. n 21.

Cessionario quando obstet exceptio personalis quæ obstaret cedenti, ibid. à n. 28.

Compromittere an compelli possit cessionarius, si cedens posset, ibid. n. 47.

Excommunicationis exceptio, quæ obstaret cedenti, an obstet cessionario, ibid. n. 48.

Doli exceptio, quæ obstaret cedenti, an rectè opponatur eius cessionario, t. 6. quæst. 11. num. 55.

Iuramentum calumniæ an interponere debeat cessionarius, in Miscell. t. 6. à n. 1.

Iuramẽtum in litem an rectè cessionario deferatur, ibid. à n. 5.

Positionibus an respondere debeat cessionarius, ibid.

Cedens post cessionem tenetur iurare de calũnia, vel positionibus respondere, si id debitor cessus desideret, ibid. n. 17.

Cessionarius vbi iurat in litem, an iuxta suã, vel cedentis affectionem iurare teneatur, ibid. n. 11.

Cessionarius non potest contrauenire pacto, & transactioni cedentis, & contraueniens quas pœnas incurrat, ibid. n. 20.

Cessionarius exigens debitum exactum in totum, vel pro parte à cedente, an stellionatũ committat, vel incidat in pœnas plus petẽtium, ibid. à n. 25.

Cedens ad quid obligetur cessionario, & è contrà.

Promittens cedere actionem, an teneatur deferre cessionem ad domum cessionarij, t. 1. quæst. 6. à num. 48.

Cessionem alibi quàm in designato loco cessionarius accipere compellitur, si ei soluatur interesse ratione loci, ibid. n. 56.

Cessionem iurium vbi quis facere debet, non aliter satisfacit, quàm si exhibeat cessionario instrumentum nominis cessi, t. 5. quæstion. 1. nu. 32.

Cessionarius si recipiat partem debiti, an statim liberetur cedens, t. 6. q. 11. n. 33.

Cedens tradere tenetur cessionario instrumẽtum nominis cessi, & an sufficiat ostendere notarium apud quem est, t. 7. q. 1.

Cessio nominis si fiat pro parte, quomodo tradendum sit instrumentum cessionario, ibi. à n. 15.

Cedens actionem, quam iam alij cesserat, vel quam non habebat, quando de stellionatu teneatur, t. 7. q. 2. à n. 16.

Cedens nomen, vel actionem, quando teneatur de euictione eius, vel satisfaciat præstando verum debitorem, t. 7. q. 3.

Cessionarius vt habeat regressum contra cedentem, an teneatur ei denunciare litem motam à debitore cesso, ibid. n. 12.

Cessionarius victus per debitorem cessum, an teneatur appellare, & prosequi appellationem, ibid. n. 12.

Cedens scientèr nomen debitoris inopis, an de euictione teneatur, ibid. n. 6.

Cessionarius si sciat debitorem cessum soluẽdo non esse, nullum habet regressum cõtra cedentem, ibid. n. 7.

Cessionarius vt habeat regressum contra cedẽtem debet prius excutere debitorem cessum, ibid. n. 37.

Cessionarius negligens in exactione nominis cessi, quando non habeat recursum cõtra cedentem, ibid. n. 39.

Cessionarius qua forma, & actione debeat agere contra cedentem, si debitor cessus soluendo non sit, ibid. n. 45.

Cedens nomen debitoris sui liberatur, si cessionarius eius fidem fuit secutus, vel dilationem ei trubuit ad soluendum, ibid. numer. 43.

Cedens actionem ex causa lucratiua, an teneatur de euictione, ibid. n. 46.

Cessionarius an possit recuperare à cedente expensas litis quas fecit pro exactione nominis cessi, t. 7. q. 4. à n. 1.

Cessionarius an teneatur cedentem defendere in causa reconuentionis, t.7.q.4.à n.11.

Cesio ex quibus causis nullitati, aut reuocationi subiaceat.

Cessio sine causa non valet, & an debeat constare de ea in principio cessionis, t.1.q.4.
Cessio iurium valet, licèt quis non cessurum iure iurando promisisset, t.1.q.6.n 70.
Cesio necessaria non requirit iuris, vel statuti solemnitates, t.2.q.2.n.9.
Cesio vsufructus extraneo facta, non valet, t.2.q.5.à nu.2.
Cedens nullitèr an incurrat pœnam impositã cedentibus, t.2.q.5.& à n.35.
Cesio actionis aduentitiæ facta per filiũ nulla est, conualidatur tamen ex consensu patris, t.2.q.6.n.21.
Cesio facta ipsi debitori inutilis, & sine effectu est, t.4.q.1.n.4.
Exceptio iniustitiæ cesionis, an ante litem contestatam sit opponenda, t.5.q.10.n.7.
Creditor anterior quandò possit reuocare cessionem factam per debitorem, t.6.quæst.6 à num.29.
Cesio eiusdem nominis si duobus fiat, an posterior sit inutilis, t.6.q.8.
Exceptio nullitatis cesionis, quandò impediat executionem, t.6.q.9.n.9.
Cessio census iam constituti, an nulla sit, si minori pretio fiat, t.6.q.10.
Cesiones iurium ad vitam, quandò ex modicitate pretij possint impugnari, ibid.
Cesio census consignatiui, perpetui, reseruatiui, emphyteutici, libellarij, superficiarij, an minori pretio facta valeat, ibid.n.47.
Cesio quandò impugnari possit ex eo, quòd non constet de vera pretij numeratione, ibid.n.60.
Cesio facta propter benemerita, an impugnari possit, si de eis non constet, ibid.n.65.
Cesio variis ex causis potest impugnari, vel argui de nullitate, t 8.q.1.n.1.
Cesio nulla erit quoties titulus, & contractus ex quo cesio fit est nullus, ibid.n.2.
Cesio iurium simulata nulla est, ibid.n.4.
Falsa causa vitiat cesionem, ibid. numer.5. & 6.
Cesio iurium si fiat ex causa donationis, si nõ insinuetur vsque ad quam quantitatem consistat, ibid.à n.16.
Cesio vbi est nulla, an possit ipse cedens nullam dicere cessionem, ibid.n.18.
Cesio impugnari, & rescindi potest ex his causis ex quibus potest titulus ex quo cessio fit, ibid.n.19.
Cesio facta propter aliquam causam, ea non secuta potest reuocari, & cedẽs ad primæua iura redire, ibid.n.20.
Cesio qualiter impugnari possit ratione æ. etus, ibid.n.8.
Lasionis enormis, vel enormissimæ ratione qualiter cesio rescindi possit, ibid.n.23.
Cessio quandò possit per cedentem adlibitum reuocari, ibid.n.25.
Cedens quandò possit post cessionem liberare debitorem cessum, transigere, vel cum eo alitèr pactum inire in præiudicium cessionarij, t.8.q.2.
Cedens quandò possit post cessionem agere, vel à debitore cesso exigere pecuniam, ibid.
Confessio cedentis post cesionem, an præiudicet cessionario, ibid.n.40.
Instrumenta cessionum iurium in qua papyro sint scribenda iuxta ius nostrum Regũ, vt nullitati non subiaceãt, t.8.q.3.n.30.
Cesio debitoris, & eius liberatio si vna die confecta appareant, quid præcessisse præsumatur, ibid.d.q.3.
Cessio iurium, & reuocatio cessionis si eiusdem diei sint, quid nam præcessisse præsumatur, ibid.n.16.

Circuitus.

Circuitus inutiles vitari expedit, tit.1.q.6. nu.32.

Citatio.

Citatus si legitimè non sit creditor ad concursum bonorum debitoris, hypothecæ ius nõ amittit in bonis distractis pro satisfaciendis creditoribus posterioribus, tit.4.q.2. num.28.

Clausula.

Clausulas maioratuum an Princeps tollere & alterare possit, t.3.q.4.n.37.
Clausula cesionis iurium, quid operetur in contractibus venditionum, t.1.quæst.3. num.10.
Clausulæ accessoriæ, & in executiuis quid operentur, ibid.nu.11.

Clericus.

Clericus condemnatus ad exhibitionem instrumenti, compellitur per carcerem, tit. 5. q. 8. n. 10.

Clericis, & Ecclesijs an actio rectè cedatur, t. 2. q. 4. à n. 44.

Clericus, & Ecclesia, an potentiores dicantur, quò ad edictum de alienatione iudicij, ibid.

Clericus in minoribus amittit beneficia per contractum matrimonij etiam nulli, t. 2. q. 5. n. 9.

Clericus in sacris amittit beneficia si matrimonium de facto contrahit, ibid. n. 10.

Colonus, *vide* conductor.

Compensatio.

Compensationis exceptio an obstet domino, qui cessis iuribus agit aduersus depositarium secundum, penes quem primus depositarius deposuit, t. 5 q. 14. n. 16.

Compensationis exceptio an obstet cessionario eius, qui deposuit pecuniam, t. 6. q. 2. num. 18.

Compensationis exceptio, quæ obstat cedenti, an obstet eius cessionario, tit. 6. quæst. 11. à n. 22.

Compensationis exceptio an obstet debito iurato, ibid. n. 23.

Compensationis exceptione omissâ qui soluit, repetit solutum, tanquàm indebitum, ibidem num. 31.

Compensare an possit cessionarius debitum, sibi cessum, ibid. n. 33.

Compensandi ius an amittat, qui soluere cæpit cessionario, ibid n. 28.

Compensare magis vtilius est reo, quàm reconuenire, t. 7. q 4. n. 30.

Compensatio an ipso iure fiat in præiudicium creditoris arterioris, quando hinc inde cõtrahitur debitum, t. 3. q. 9. n. 11.

Compromissum.

Compromittere an compelli possit cessionarius, si ad id compelli posset cedens, tit. 6. quæst. 11. n. 47.

Conclusio.

Conclusio libelli non narratio attenditur, t. 6. quæst. 1. nu. 18.

Conclusio facta in possessorio non alteratur, quamuis in libello mentio fiat de proprietate, ibid.

Concursus.

Concursum factum per debitorem potest ipse reuocare ante acceptationem creditorum, t. 1. q. 1. n. 16.

Concursu facto per debitorem, an possit ipse agere, & sententia cum eo lata consistat, ibid. à n. 9.

Concursus creditorum, vel cessio facta per debitorem, si ignoretur an validi sint contractus cum eo gesti, ibid n. 25.

Concursu facto si debitor alienet, vel vendat, stellionatum committit, ibid. n 39.

Concursum bonorum habenti rectè soluit eius debitor, si ignorauit concursum, ibid. num. 41.

Concursum creditorum si faciat minor, vendit or rei, quæ incõtinenti pignori fuit subiecta donec pretium solueretur, aliis creditoribus præfertur, t. 2. q. 2. n. 27.

Concursu legitimè facto ad bona debitoris, is qui pro eorũ satisfactione bona emit, securus est, nec per alios creditores etiam anteriores poterit molestari, t. 4 quæst. 2. num. 27.

Ad concursum bonorum debitoris, si creditor personaliter non fuit vocatus si certus erat, vel si incertus, per proclama, ius hypothecæ in bonis distractis non amittit, ibid. nu. 28.

Cõcursu formato ad bona debitoris, creditor censualis, vel in diem, vel ex causa non liquidâ comparere tenetur: et quid intendere debeat, ibid. à nu. 34.

Concursum creditorum ad bona sua qui formauit, omnes actiones suas transfert in creditores, nisi ex animo suo penderent, t. 4. q. 3. n. 30.

Condemnatus.

Condemnato ad alicuius facti præstationem debet terminus assignari intra quem faciat, antequàm ad compulsionẽ deueniat iudex, t. 5. q. 8. à n. 2.

Condemnatus ad facti præstationem rectè appellat à denegata commoda dilatione ad faciendum ibid. n. 3.

Condemnatus, vel obligatus illicò facere, quâ dila-

dilationem vti possit, ibid. n. 7.
Condemnatus ad factum, post dilationem ei assignatam, non per viã executiuã, sed per mandatum, quod dicitur de apremio, est compellendus, ibid. n. 8.
Condemnatus per sententiam ad factum, cõpellitur per carcerem, & captis pignoribus, ibid. n. 9.
Condemnatus ad exhibendum aliquod instrumentum, compellitur per carcerem, etiam si esset nobilis, vel Clericus, ibidem num. 10.
Condemnatus ad cõtrahendum matrimoniũ quomodo sit compellendus, ibid. n. 11.
Condemnatus ad factum, an soluendo interesse liberetur, ibid. n. 24.
Condemnatus ad recãtandam palinodiam quomodo sit compellendus, ibid. n. 23.
Condemnatus ad faciendam cessionẽ, quaforma compelli debeat, ibid. n. 14.

Conditio.

Conditio, & grauamen nè quis contrahat cum ignobili, aut descendẽte à Iudæis iustum, & honestum est, t. 2. q. 5. nu. 13.
Conditioni nè quis contrahat cum ignobili, vel impura, an contrauenire dicatur, qui nullitèr cum ignobili, vel impura contraxit matrimonium, ibid. n. 14.
Conditionibus maioratus si cõtrauenial pater, & priuationis pœnam incurrat, filius eius admittitur, etiam si conceptus esset durante litè super contrauentione, t. 3. quæst. 4. à num. 18.

Conductio, colonus.

Conductor secundus non potest expellere primum conductorem, nisi cessionem habuerit à domino, vel in eius locum sit subrogatus, t. 4. q. 7. n. 2.
Conductor vnus ex pluribus si cedat partem suam extraneo, an alij ius retractus competat, t. 3. q. 5. n. 13.
Conductionis ius cedi potest, ibid. n. 14.
Conductor alicuius iuris si admittat alium in socium, an admissus possit in solidum agere, vel conueniri, ibid. n. 17.
Conductor principalis, si admisit alium in socium, an admissus possit agere sine alia cessione, ibid. n. 18.
Conductor iurium regalium, qui cessit alteri conductionem, non liberatur donec cessionarius idoneè caueat, ibid. n. 19.
Conductoris expellendi ius proprium, an transeat in singularem successorem rei conductæ, t. 3. q. 8. n. 31.
Cõductor bona quæ infert in domũ, vel prædium vrbanum conductum, tacitè obligat pro pensione, t. 4. q. 4. n. 2.
Conductor, qui à primo conductore subconduxit, non potest conueniri à domino pro pensione, nisi in subsidium, ibid. n. 4.
Conductorem in quibus casibus expellere possit singularis rei successor, in Miscell. t. 4. num. 26.
Conductor vbi potest expelli per singularem successorem: et ipse poterit discedere à cõductione, ibid. n. 29.
Colonus vi dèiectus, an possit agere contra spoliatorem interdicto vndè vi sine domini cessione, ibid. n. 31.
Colono vi expulso etiam per dominum, an competant remedia possessoria, ibid. n. 31.
Colonus quando possit conueniri ad onerum & collectarum solutionem, ibid. n. 35.
Conductor Principis, vel Ecclesiæ, an sit immunis à gauellis pro fructibus rei conductæ, sicut esset Ecclesia, vel Princeps, t. 6. q. 3. num. 1.
Conductio facta gauellarum, vel aliorum redituum si pretio accepto cedatur, an debeatur gauella, t. 7. q. 5. à n. 9.

Confessio.

Confessio cedentis post factam cessionem, an præiudicet cessionario, t. 8. q. 2. nu. 40.
Confessionem falsa causa vitiat, t. 8. q. 1. nu. 5.
Confessio debiti incidẽter, & inter alias personas facta, an præiudicet confitenti, t. 4. q. 9. nu. 39.
Confessio debiti etiam si nulla sit probat debitum, t. 2. q. 5. num. 23.

Confirmatio.

Confirmatio multiplex priuilegiorum, & à multis Principibus facta maiorem eis præstat firmitatem, t. 6. q. 7. n. 6.

Confiscatio.

Confiscatio bonorum non comprehendit ius adeundi hereditatem, t. 2. q. 3. n. 10.
Confiscatis bonis, quæ bona comprehendantur,

tur, ibidem nu. 11.
Confiscatis bonis debitoris fiscus eius creditoribus respondere tenetur, vide verb. Fiscus.
Confiscatis bonis transit in fiscū ius, & spes contractus conditionalis competens delinquenti, t. 3. q. 10. n. 11.
Confiscatio bonorum an iura futura cōprehendat, t. 3. q. 10. n. 23.
Confiscatione iā factā si bona reo restitui iubeantur an possit agere aduersus eū, qui à Fisco bona emerat, t. 4. q. 2. n. 26.
Confiscatis bonis mobilibus, & immobilibus, an confiscata videantur iura, & actiones, t. 2. q. 1. n. 24.

Coniunctus.

Coniunctus, qui præstita cautione de rato agit pro coniuncto, si obtineat, non potest cogere debitorem vt ei soluat, sed tantum vt deponat ad fauorem coniuncti, tit. 4. q. 6. nu. 37.

Consanguinitas.

Consanguinitatis probatio in certo gradu, præfertur probationi consanguinitatis in genere, t. 8. q. 3. n. 7.
Consanguinitas an debeat probari cum distinctione graduum, vel sufficiat probatio consanguinitatis in genere, ibid. n. 8.

Consignatio.

Consignatione facta per debitorem creditori, vt ex aliquibus effectibus suum creditum exigat, quando liberatio contingat, tit. 7. q. 3. nu. 22.
Consignatione facta per fundatorem Ecclesiæ, vel Capellæ pro eius dotatione in aliquibus effectibus, si eos diminui accidat, an supplere teneatur, ibid. n. 23.

Constitutum.

Constituti clausula an irreuocabilē reddat mēliorationem tertij, & quinti factā ex iuribus incorporalibus, t. 4. q. 8. n. 27.
Constitutum, vel precarium an vim traditionis habeant ad incursum pœnæ, titul. 1. quæst. 6. à n. 47.

Consuetudo.

Consuetudo contrahendi, licitos efficit contractus, t. 3. q. 12. n. 29.
Consuetudo mutuandi ad rationem 7. aut 8. pro 100. an excusset mutuantes à pœna, ibid. à n. 25.

Contractus, contrahens.

Contractus gestus cum eo, qui cesserat bonis vel fecerat concursum, an subsistat, si cessio, aut concursus ignoretur, t. 1. quæst. 1. numer. 25.
Contractus gesti per eum, qui mutauerat statum, nulli sunt, ibid. n. 36.
Contrahens cum alio non debet esse ignarus conditionis eius, ibid. n. 43.
Contractus, qui requirunt scripturam, per epistolam fieri non possunt, t. 1. q. 5. n. 15.
Contractus requirere solent scripturam, vel pro substantia, vel ad probationem, ibid. num. 16.
Contractus naturalia, substātialia, & accidentalia, quæ dicantur, ibid. n. 18.
Contractus si requirat scripturam pro substātia, testibus probari non potest, ibidem num. 17.
Contractus non potest excedere ab eo in cuius executionem fit, t. 1. q. 6. n. 12.
Contractus si sit nullus, si tertionatus in eo cōmissus, & eius pœnæ non habent locum, t. 2. q. 5. n. 32.
Contractus, qui requirunt iuramentum, an diebus feriatis rectè celebrentur, tit. 2. q. 4. n. 54.
Contrahens cum alio, an teneatur curare, vt pecuniæ in eum finem conuertantur ad quem contractus permittitur, tit. 2. quæstione 8. n. 32.
Contractus valor an possit ex futuro euentu pendere, t. 2. q. 1. à n. 43.
Contractus licitus efficitur ex consuetudine ita contrahendi, t. 3. q. 12. n. 29.
Contractus conditionalis ius, & spes donari potest, & confiscatis bonis trāsit in Fiscum, t. 3. q. 10. n. 11.
Contractus ex conuentione partium legē accipiunt, t. 5. q. 2. n. 22.
Contrahens ratione officij, co finito conueniri non potest, nec de euictione tenetur, t. 5. q. 11. n. 10.
Contractus facti per excommunicatum validi sunt, t. 6. q. 11. n. 49.
Contractus iurati non transeūt in heredes cū pœnā periurij, in Miscell. t. 6. à n. 22.

Contractus iurati per prædecessores in Dignitate, Ciuitate, Collegio, aut Vniuersitate, qualiter obligent successores, ibidem numer. 23.

Contractum etiam iuratum vitiat simulatio t. 8. q. 7. n. 3.

Contractum vitiat falsa causa, ibidem numer. 5.

Contractus facti per carceratum in fauorem eius qui carcerauit, vel alterius tertij, an validi sint, ibi. n. 7.

Contractus si ex vna parte non impleatur, an possit altera pars ab eo discedere, vel agendum sit ad implementum, ibi. n. 23.

Contractus, & alienationes si fiant subconditione si superior præstet assensum, an quælibet pars interim pœnitere possit, & à contractu discedere, t. 8. q. 3. à n. 21.

Contractus in instrumento contentus, non irritatur, quamuis lex irritet instrumentũ, ibi. n. 31.

Contractus alij nominati, alij innominati sunt, t. 7. q. 2. n. 1.

Correus.

Correo soluenti an cedendæ sint actiones in solidum, vel pro rata, tit. 5. quæstion. 2. num. 5.

Correi in solidum obligati, an etiam pro litis expensis in solidum, vel pro virili portione condemnandi sint, tit. 5. quæst. 5. numer. 34.

Correus debendi an possit obiicere creditori exceptiones alteri correo competentes, t. 6. q. 2. n. 20.

Correi vnius debendi cessâ obligatione, an & contra alium correum debendi cessa intelligatur, t. 6. q. 6. n. 3.

Correus debendi soluens creditori potest eum compellere ad cedendum, & quando secùs, t. 5. q. 1. à n. 17.

Correus debendi soluens creditori in eius iura sine cessione non succedit, tit. 4. quæstion. 1. n. 5.

Correus soluens creditori censuali, an eũ cogere possit ad cedendum ius ipsius census, t. 5. q. 2. à n. 1.

Correus agens virtute cessionis aduersus vnũ ex pluribus correis tenetur cedere actiones, etiam contra se, ibi. n. 19.

Correi vnius liberatio, vel pactum cum eo initum, quando alteri correo prosit, ibid. n. 36. & 38.

Correus debendi ad quem insolidum vtilitas contractus peruenit, debitor principalis censetur, alter verò fideiussor: intellige inter ipsos, non verò respectu creditoris, t. 5. q. 3. nu. 2.

Correus, qui nihil commodi ex cõtractu percepit, si soluat creditori, potest ab eo iuriũ cessionem obtinere, & sine ea repetere ab alio correo quod soluit, ibid. n 4.

Correus debendi qui soluit an possit ex interuallo petere iurium cessionem à creditore, & vtilis ei sit, tit. 5. q. 4. à n. 1.

Correo, qui sine cessione soluit, an aliquo iuris remedio succurratur contra aliũ correum, pro parte quæ ad eum spectabat, ibid. à n. 36.

Correo soluenti an actiones cedi debeant contra alios correos insolidum, vel pro rata, t. 5. q. 5. à n. 6.

Correus, qui cessionem obtinuit à creditore, an aduersus alios experiatur insolidum, dempta sua rata, ibid. nu. 8.

Correi vel fideiussores pro rata sentire debent d imnum correi, vel confideiussoris, qui soluen lo non est, & quomodo exactio faciẽda sit, vt æqualis omnium sit iactura, ibi. num. 11.

Correus, qui nihil commodi percepit, potest desiderare, vt alter correus, qui percepit commodum, suis sumptibus conueniatur, ibi. n. 27.

Correus agens aduersus alios virtute cessionis quomodo recuperet expensas litis in quibus ipse creditori cedenti fuit condemnatus, ibid. n. 33.

Creditor Creditum.

Creditoribus præiudicat sententia lata cum debitore, nisi ipsi bona eius obligata haberent, tit. 1. q. 1. n. 32.

Creditoribus emphyteutæ præiudicat sententia lata cum emphyteutâ, ibidem numer. 33.

Creditori putatiuo soluens, an liberetur, ibi. nu. 46.

Creditor, qui ex instrumento duos reos debẽdi habebat, si vni eorum instrumentum tradas

tradat, an videatur omnes liberasse, vel ei aduersus alios actionē cessisse, t.1. quæstion.3. à num.28.

Creditor si reddat debitori instrumentum, eum liberasse censetur, ibid.n.29.

Creditor si reddat pignus debitori, non censetur eum liberasse, sed tantùm ius pignoris remisisse, ibid.n.30.

Creditor si reddat fideiussori instrumentum, eum liberasse videtur, & contra debitorem principalem actionem cessisse, ibid. num.34.

Creditor si ex causâ remunerationis reddat instrumentum vni ex pluribus obligatis, an videatur aduersus alios actionem cessisse, ibid.nu.33.

Creditor non potest cogi alibi recipere debitum, quàm in loco designato, tit.1. quæst. 6.num 50.

Creditor potest cogi in alio, quàm designato loco accipere solutionem, si ei soluatur interesse ratione loci, ibid.n.56.

Creditor iustè recusat accipere solutionem, si adsit rumor mutationis monetæ, ibid.numer.61.

Creditor, aut debitor pupilli eius tutor, vel curator esse non potest, t.2.q.6.n.8.

Creditor, aut debitor Reipublicæ an ad eius officia admittatur, ibid.à n.9.

Creditor censualis non potest agere pro sorte principali, quia eius respectu creditor nō est, t.4.q.2.n.3.

Creditor in diem, vel sub conditione ex iusta causa rectè agit, vt debitor caueat die. vel conditione existente soluturum, ibidem num.32.

Creditor in diem rectè agere potest, vt debitor adueniente die soluere condemnetur, ibid.n.31.

Creditor eius, qui rem vendidit minori pretio, an possit agere aduersus emptorem remedio, l.2.C. de rescind.vendit. tit.4.q. 3.à n.1.

Creditor secundus an possit agere aduersus eū qui à creditore anteriori rem communis debitoris minori pretio distraxit, t.4 quæstion.3.à nu.3.

Creditor an possit nè debitor incidat in commissum soluere pro eo canonem inuito creditore, & quid post incursam caducitatē, ibid.à n.17. & 22.

Creditor an possit pro suo interesse iura debitoris sui deducere in iudicium absque vlla cessione, & quid per viam exceptionis, ibid.à n.24.

Creditor sine cessione debitoris potest omnes exceptiones ei competentes opponere aduersus alium debitoris sui creditorē, ibidem n.25.

Creditores mulieris ad cuius bona concursus est creditorum, possunt opponere aduersus alios creditores exceptionem lasenis, vel indotationis mulieri cōpetentē, ibi.n.26.

Creditor personalis debitorem debitoris sui conuenire non potest, t.4.q.4.n.41.

Creditor personalis, vt debitoris sui debitorē possit conuenire sine cessione, quæ requirantur, ibid.n.7.

Creditor debitoris calamitosi potest debitoris debitorem sine cessione conuenire, vel eum compellere ad cedendum, ibidem numer.5.

Creditor & debitor si concurrant ad exactionem nominis obligati, quis præferatur ibid.n.35.

Creditor si vendat pignus sub pacto, vt liceat sibi procedem pretio redimere, debitor sine cessione eius eo pacto vti non poterit aduersus emptorem, tit.4.quæst.9. num.9.

Creditor ad cuius fauorem debitor deposuit pecuniam, vtilem actionem habet sine cessione aduersus depositarium, ibidem numer.13.

Creditor si distrahat pignus minori pretio, an debitor eius cessione indigeat, vt possit agere remedio, l.2.C. de rescind.vendit. ibid.n.22.

Creditor posteriōr soluens anteriori creditori, quandò eum compellere possit ad cedendum actiones suas: & quid si creditor chyrographarius esset, tit.5.quæstion.1.à num.25.

Creditor etiam chyrographarius pignori incumbens, quandò possit illud pro alio credito retinere, ibid.à n.28.

Creditor posterior an habeat ius offerendi aduersus anteriorem creditorem, cui bona creditoris fuerunt addicta, vel data in solutum, titul.5. quæstion.2. numer.13.

Creditoris quandò sit electio in alternatiuis,

uis, tit. 2. quæst. 1. num. 40.
Creditoris in fraudem debitor nihil moliri potest, tit. 2. quæst. 3. nu. 1.
Creditoris in fraudem debitor alienare non potest, ibid. num. 2.
Creditores possunt reuocare alienata in ecrtũ fraudem, non verò ea, quæ debitor omisit acquirere, ibid. n. 6.
Creditorum in præiudicium, an possit filius renunciare legitimam, vel hereditatem, ibid. n. 20.
Creditorum in præiudicium, an possit coniux renunciare lucris coniugalibus, ibid. num. 22.
Creditoris mei si ex alia causâ creditor esse incipiam, an in nomine quod ego ei debeo cuilibet eius creditori anteriori sim præferendus, t. 3. q. 9. n. 11.
Creditor inuitus non cogitur mutare debitorem, vel fideiussorem, etiam si alius æquè idoneus præstetur, ibid. n. 22.
Creditor potest aduersus quẽlibet ex heredibus agere pro rata, licèt ipsi vel iudex in iudicio familiæ erciscũdæ vni iniunxerit onus integri debiti, ibid. n. 24.
Creditorum iura debitorum pactionibus, & factis deteriora fieri non possunt, vide verbo, debitor.
Creditor in præiudicium debitoris domicilium mutare non potest, si in eius domicilio solutio facienda sit, tit. 3. quæst. 12. num. 11.
Creditor non potest conuenire debitorem pro parte debiti, & repellitur nisi ad totum agat, ibid. n. 20.
Creditor & debitor sui ipsius quis esse non potest, t. 4. q. 1. n. 3.
Creditor posterior hypothecarius si soluat creditori anteriori, in eius iura succedit sine cessione, ibid. n. 15.
Creditor anterior si à posteriori hypothecario pecuniam accipere recusset, satisfacit posterior creditor consignando, & deponẽdo, quo facto subingressio legalis locũ habet, ibid. n. 14.
Creditor chyrographarius si soluat sine cessione creditori anteriori, in ius eius, & pignora non succedit, ibid. nu. 15. vbi quid si possideret pignus.
Creditor certus si personalitèr ad concursum non fuit citatus, vel incertus per proclama, ius hypothecæ in bonis distractis non amittunt, tit. 4. quæst. 2. num. 28.
Creditor conditionalis, vel in diem, vel ex causa non liquida tenetur comparere, & agere in concursu bonorum debitoris, & quid intendere debeat, ibidem à numer. 34.
Creditor census si concursus formetur ad bona debitoris pro sorte principali census agere potest, ibid. n. 34.
Creditor conditionalis, vel in diem non antè agere potest, quàm si dies veniat, vel conditio existat, ibid. n. 30.
Creditor missus in possessionem bonorum iudicis auctoritate, locationi factæ per debitorem stare tenetur, tit. 4. quæstion. 3. nu. 10.
Creditor missus in rei locatæ possessionem, an possit locationem rescindere propter læsionem absque vlla cessione debitoris, ibidem.
Creditor an pro suo interesse possit facere insinuari donationem factam debitori suo, ibid. n. 12.
Creditor potest opponere aliis creditoribus debitoris sui omnes exceptiones quas ipse posset, ibid. n. 25.
Creditor posterior ex causa onerosa, an possit aduersus donatarium debitoris sui opponere, vt debitor non nisi in id quod facere possit condemnandus sit, ibidem numer. 27.
Creditor posterior ex causa onerosa, an præferatur anteriori creditori ex causa lucrativa, ibid.
Creditor, cui debitor cessit bonis, vel formauit cõcursum, an possit eius actiones exercere, ibid. n. 29.
Creditor an vti possit pacto de retrouendendo debitori suo competenti, ibidem numer. 32.
Creditor personalis debitoris calamitosi potest conuenire debitoris debitorem sine cessione, & eum compellere ad cedendum, t. 4. q. 4. num. 5.
Creditor vbi rectè agit aduersus debitorem debitoris sui, an repelli possit ex eo, quòd instrumentum debiti ei non traditur, & qualitèr ei consulatur, tit. 4. quæst. 4. num. 23.
Creditor hypothecarius, qui nomen debitoris sui

Sui habet obligatum, an possit agere, & exigere sine cessione, ibid. n.24.

Creditor non aliter potest conuenire debitorem debitoris, quã ipse debitor posset, ibidem n.15.

Creditor, qui possidet bona debitoris sui pro eius satisfactione distracta in publica subhastatione, cogitur ea reddere cum fructibus, soluto ei debito cum interesse, t.5.q.1. num.29.

Creditor posterior soluens anteriori censuali, an possit eum compellere, vt cedat ius cessus, t.5.q.2.n.1.

Creditor posterior soluens anteriori, an possit cogere ad cedendum etiam contra se, ibid. à num.6.

Creditori, qui liberauit vnum ex pluribus correis, vel confideiussoribus, quandò obstet exceptio cedendarum, ibid. à n.25.

Creditori quandò non obstet cedendarũ exceptio, t.5.q.3.n.1.

Creditor si liberet vnum ex correis ad quem in solidum, vtilitas contractus peruenit, an repellatur exceptione cedendarum, tit. 5.quæst.3.num.2.& 5.

Creditor agens reuocatoria aduersus eos in quos debitor bona alienauit in fraudem potest agere tàm contra primos, quàm cõtra posteriores emptores, tit.5.quæst.5. nu.29.

Creditor hypothecarius potest auocare pecuniam à quocumque creditore posterioris nec tenetur aduersus eorum posteriorem agere, ibid.n.31.

Creditor secundus, qui obtulit anteriori sortem cum vsuris, an possit virtute cessionis exigere à debitore vsuras vsurarũ, ibidem num.57.

Creditor quandò iure creditoris, & ex pacto pignora distraxit, ipse non debitor vendere censetur, titul.5. quæstion. 13. numer.2.

Creditor ad cuius satisfactionem pignora venduntur, an possit per se, vel per interpositam personam emere, ibidem à num. 6. & 8.

Creditor si distrahat pignus iure creditoris sub pacto de retrouendendo, an debitores co vti possint aduersus emptorẽ sine cessione, ibid n.9.

Creditor, qui pignora debitoris distraxit, vel iudex ad eius instantiam, an possit ex causa superuenienti emptori de eis facere controuersiam, ibid.n.11.

Creditor de euictione pignoris non tenetur, siue vendiderit iure creditoris, vel in publica subhastatione sit distractum, ibidem num.14.

Creditor, qui distraxit pignus iure creditoris, si euictum sit, tenetur cedere emptori iura, quæ habet contra debitorem, & an ei vtilis sine cessione competat, ibidem à num.16.

Creditor, qui ex venditione pignoris fuit satisfactus, qualiter retineat pignoraticiam actionem, vt eam cedere possit emptori pignoris à quo fuit euictum, ibidem num.20.

Creditor, qui iure suo, vel auctoritate iudicis pignus distraxit, an eo euicto possit in subsidium ad pretij restitutionem conueniri, ibid.n.24.

Creditor cui debentur centum, cum interesse, & damnis, si centum illa cedat, non poterit cessionarius damna vel interesse exigere, t.6.q.7.n.7.

Creditor, quandò possit reuocare alienata in eius fraudem, titul.6.quæstion.6. numer.25.

Creditor hypothecarius, an possit auocare pecuniam solutam posterioribus creditoribus, vel reuocare cessionem eis factam, ibid.n.29.& q.7.n.32.

Creditor, qui plures reos debendi habet in solidum obligatos, si eos simpliciter conueniat, & condemnet, non poterit aduersus eos in solidum actionem cedere, t. 6.q.8.n.9.

Creditor cogitur ad instantiam debitoris soluentis, vt faciat instrumentum liberationis, & reddat instrumentum debiti, t.7. q.1.n.3.

Creditor, qui accepit à debitore partem debiti offerente pro residuo, non excluditur, vt residuum petat, in Miscellan. tit.6.numer.34.

Creditor si habeat priuilegium exigendi vsuras à debitore, an si cedat actionem suam, transeat ius illud in cessionarium, tit.6.q. 2.à n.27.

Creditor, qui ex causa iudicati possidet bona debitoris, si cõdẽnetur ad eorũ restitutionẽ,

cum fructibus soluto ei debito cum interesse, si fructus quotannis interesse ascendat, an excessus debeat minuatim extinguere sortem principalem, t.6.q.10.n.36.

Creditor si petat in iudicio partem debiti pro residuo, vel centum tantùm, nihil sibi vltrà deberi præsumitur, non tamen excluditur probatio in contrarium, in Miscell. t.6.à n.32.

Creditor ex duplici causâ & iure; proprio scilicèt & cesso, si petat vel recipiat pro residuo, intelligitur de credito proprio, nõ de cesso, ibid.

Culpa.

Culpa lata, & dolus quandò in criminalibus æquiparentur, t.5.q.6.n.27.

Curator.

Curator non potest accipere cessionem cõtra minorem sæum, t.2.q.6.à n.1.

D.

Debitor debitum.

Debitor deponens pecuniam ad extinctionẽ census, potest liberè reuocare depositum ante acceptationem creditorum, t.1.quæstion.1.nu.17.

Debitor qui ex iudicis mandato depósuit pecuniam, non potest reuocare depósitum, ibid.n.18. & 19.

Debitor soluens creditori suo, qui fecerat cõcursum, liberatur si eius signarus sit, ibid. num.41.

Debitor soluens creditori putatiuo, an liberetur, ibid.n.46.

Debitor liberatus censetur, si creditor ei reddat instrumentum debiti, & quid si in instrumento plures sint obligati, & vni eorum instrumentum tradatur, t.1.quæstion.3.num.28.

Debitor, si creditor reddat pignus, non ex eo præsumitur liberatus, sed tantùm ius pignoris remissum, ibid.n.30.

Debitor non potest compelli, vt soluat probãti mandatum ad exigendum per testes, t.1.q.5.n.3.

Debitor si exponit se periculo soluendi bis, indemnitatis cautionem iustè desiderat, ibid.n.29.

Debitor quandò teneatur debitum deferre ad domum creditoris sui, t.1.q.6.à n.48.

Debitor non potest alibi soluere, si in certo loco designata est solutio, ibid.n.50.

Debitor qui certo loco soluere promisit, si alibi ad soluendum condemnetur, electio erit creditoris quo in loco solutionem accipere malit, ibid.n.51.

Debitor qui in certo loco soluere promisit, non incurrit pœnam, nisi creditor in eo loco sit, vel habeat personam quæ recipiat solutionem, ibid.n.52.

Debitor moram non incurrit si non sit persona cui solutio fieri possit, adeò vt nec protestari teneatur, nec deponere, etiam si creditor minor esset, ibid.à n.52.

Debitor potest cogere creditorem, vt alibi quàm indesignato loco accipiat solutionem, si paratus sit soluere interesse rationẽ loci, ibid.à n.56.

Debitor census, qui ex pacto non potest redimere, nisi post duos menses à die denunciationis, an possit statim redimere si paratus sit soluere vsuras medij illius temporis, ibid.n.59.

Debitor quandò possit soluere ante diem solutioni præfixum in fauorem creditoris, t.1.q.6.nu.60.

Debitor qui soluit aliquid ratione reuerentiæ, tenetur deferre debitum ad domum creditoris, ibid.n.64.

Debitorum nomina, an inter mobilia, vel immobilia reputentur, t.2.q.1.n.19.

Debitorum nomina quo in loco esse videantur, ibid.n.21.

Debitoris regularitèr est electio in alternatiuis, aliquãdo verò creditoris est, ibi.n.40

Debitor nihil potest facere in fraudem creditorum, t.2.q.3.n.1.

Debitor non potest alienare in fraudem creditorum, ibid.n.2.

Debitor non potest renunciare hereditatem, vel legatum iam agnitum, in fraudẽ creditorum, ibid.à n.3.

Debitor non potest cedere nomen debitoris sui in fraudem creditorum t.2.q3.n.4.

Debitor in quærendis potest præiudicare creditoribus, t.2.q.3.n.5.

Debitor an in foro interiori possit renunciare, vel repudiare ius sibi delatum, in damnum creditorum, ibid.n.35.

Debitor an posſit ius ſibi vel hereditatẽ delatam in alium transferre in præiudiciũ creditorum, ibid. à n. 36.

Debitum probatur ex confeſsione eius, etiã nulla, t. 2. q. 5. n. 23.

Debitor aut creditor pupilli eius tutor, aut curator eſſe non poteſt, t. 2. q. 6. n. 8.

Debitor Reipublicæ ad eius officia eligi non poteſt, ibid. n. 8.

Debitor cuius creditor pignus minori pretio diſtraxit, an vt agat aduerſus emptorem ceſsione creditoris indigeat, t. 4. quæſt. 3. à n. 7, & q. 9. n. 22.

Debitorem debitoris ſui creditor perſonalis conuenire non poteſt ſine ceſsione, & quãdo ſecùs, t. 4. q. 4. à n. 1.

Debitum an probetur ex confeſsione eius incidenter, & inter alias perſonas facta, t. 4. q. 9. nu. 39.

Debitor ſoluens ſuo creditori an in aliquo caſu poſsit eum compellere ad cedendum, t. 5. q. 1. n. 11.

Debitor ſoluens ſuo creditori, rectè deſiderat vt ei reddat inſtrumentum debiti, & eius faciat liberationem, t. 7. q. 1. n. 3.

Debitor qui negat ſe debitorem eſſe, ceſsionis bonorum beneficiũ amittit, t. 5. q. 3. n. 25.

Debitor exceptione perpetua tutus ſi ſoluat, repetit ſolutum tanquàm indebitum, tit. 5. q. 4. n. 46.

Debitores plures vna ſententia condemnati, pro rata condemnati cenſentur, nec vnius inopia alios onerat, t. 5. q. 6. n. 1.

Debitores obligati in ſolidum ex contractu, ſi ſimpliciter condemnentur, pro rata tãtùm fiet executio, ibid. n. 2.

Debitor iuſſus ſoluere ceſsionario, qui inualidam, aut nullam habebat ceſsionem, an teneatur appellare, t. 5. q. 10. n. 13.

Debitores cũ moderamine, & efficacia ſunt conueniendi, & exigendi, t. 5. q. 12. n. 23.

Debitorum bona duplici modo pro ſatisfaciendis creditoribus diſtrahi ſolent, tit. 5. q. 13. n. 1.

Debitorum bona vbi ad inſtantiam creditorum venduntur, emptor ab ipſo debitore cauſam habere cenſetur, ibid. n. 3.

Debitor cuius pignora iure creditoris creditor diſtraxit ſub pacto de retrouendendo, an eo vti poſsit abſque ceſsione, t. 5. quæſtion. 13. n. 9.

Debitoris in bonis non eſt ius adeundi hereditatem, t. 2. q. 3. n. 7.

Debitor poteſt renunciare ius nondum quæſitum in præiudicium creditorũ; & quid ſi creditum dotis eſſet, vel Fiſci, ibi aem à num. 15.

Debitor poteſt meliorationem, vel maioratũ delatum renunciare in ſequentem in gradu, in præiudicium creditorum, ibidem num. 18.

Debitor an poſsit præmaturè, & ante tempus reſtituere fideicommiſſam in præiudicium creditorum, vxoris, vel filiorum, ibid. n. 19.

Debitor an poſsit renunciare vſumfructum ſibi competentem in bonis filij, in damnũ creditorum, vel filiorum, ibid. n. 27.

Debitor poteſt bona capta in executione, à creditore recuperare cum fructibus, ſoluto debito cum intereſſe, t. 3. q. 2. n. 46.

Debitoris eſt electio in alternatiuis rerum; creditoris verò in alternatiuis remediorum, t. 3. q. 7. n. 15.

Debitorum nomina in inuentario defuncti ſunt ſcribenda, non tamen debita quæ ipſe debet, t. 3. q. 9. n. 9.

Debitor poteſt conſtituere procuratorem in rem propriam, ibid. n 3.

Debitum in diem, vel ex contractu conditionali, an comprehendatur in ceſsione iurium ſimpliciter, vel verbis generalibus facta, t. 3. q. 10. n. 16.

Debita quæ comprehendat liberatio generalis, t. 3. q. 10. n. 23.

Debitor ceſſus quandò iuſtè deſideret, vt cedens compareat ad agendum, tit. 3. quæſt. 11, n. 22.

Debitorum pactionibus creditorum iura immutari non poſſunt, t. 3. q. 12. n. 7.

Debitores ſi in ſolidum teneantur, non poſſunt renuente creditore debitum diuidere, ibid. n. 8.

Debitor ſi cenſum redimere velit, coram quo iudice debeat facere depoſitum, an coram ſuo, vel creditoris, t. 3. q. 12. n. 16.

Debitor cenſus non poteſt compelli ad eius redemptionẽ, nec pacto effici, vt ad illius redemptionem teneatur, ibid. n. 16.

Debitum vbi exigi poteſt, ibi facienda eſt ſolutio, ibid. n. 18.

Debitor non poteſt inuito creditore partem debiti

debiti præstare, ibid. n. 19.

Debitor non potest pro parte debiti conueniri, & repellere potest creditorem, nisi ad totum agat, ibid. n. 20. & 38.

Debitor, qui ex sua pecunia solit creditori, in eius iura non succedit, sed solutione omnis tollitur obligatio, t. 4. q. 1. n. 2.

Debitor, & creditor sui ipsius quis esse non potest, ibid. n. 3.

Debitor soluens creditori non potest eã compellere ad cedendum, ibid. n. 4.

Debitor qui cedit bonis, iura, & actiones creditoribus dimittit, t. 1. q. 1. n. 7.

Debitor qui cessit bonis non potest agere in iudicio, ibid. n. 9.

Debitor si deponat pecuniam ad fauorẽ creditoris, vtilis ei actio competit contra depositarium sine cessione, t. 4. q. 9 n. 13.

Debitor soluendo virtute cessionis falsæ nõ liberatur, t. 5. q. 9. n. 2.

Debitor soluendo famulo creditoris, vel alij cum falso mandato, vel signo, an liberetur, ibid. n. 14. & à n. 26.

Debitor soluens virtute literarum, quæ falsificatæ fuerant in numero pecuniæ, an liberetur, ibid. à n. 23.

Debitor soluens procuratori reuocato, si ignorauit reuocationem rectè soluit, ibid.

Debitor soluens virtute cessionis inualidæ, an liberetur à cedente, t. 5. q. 10. à n. 1.

Debitor an teneatur opponere cessionario iniustitiam cessionis, ibid. n. 7.

Debitor an satisfaciat si paratus sit soluere, vel redimere censum in ærea moneta pro qua cessus, aut venditus fuit, licèt constitutus fuisset in argentea, t. 6. q. 10. num. 49. & 58.

Debitor non potest opponere cessionario de iniustitia cessionis, imò integrum debitum soluere tenetur, quamuis pro minori cessus fuisset, ibid. nu. 59.

Debitor à quo plus petitur quàm debet, vel quod iam soluerat, an possit cum iuramẽto totum debitum negare, in Miscell. t. 6. nu. 28.

Debiti partem qui petit, vel accipit per residuo, an excludatur ab alterius partis petitione, ibid. à nu. 32.

Debitor si offerat creditori partem debiti pro residuo, non excluditur creditor, qui partem accepit, vt pro residuo agat, ibid.

Debitor si soluere recusset, quia se exponit periculo soluendo bis, qua præstita cautione ad soluendum compelli possit, t. 7. quæst. 1. num. 10.

Debitor non rectè soluit creditori suo, si sciat legis potestate viles actiones in alium esse translatas, t. 8. q. 2. n.

Debitor consignans creditori suo aliquos effectus ex quibus percipiat suum creditũ, quando ex illa consignatione liberetur, t. 7. q. 3. n. 22.

Debitorem cessum si idoneum fore cedẽs promittat, si statim aduersus eum agi poterit, si appareat moratoriam à Principe habere, ibid. n. 30.

Debitorem idoneum præstare promittens, an satisfaciat si tempore promissionis, & cessionis idoneus sit, licèt postea non soluẽdo fiat, ibid. n. 28.

Debitor quando rectè soluat cedenti post factam cessionem, t. 8. q. 2. à n. 12.

Debitor qui dedit in pignus nomen debitoris sui, potest ab eo exigere si nondum interuenit vsu, de quibus in l. 4. C. de nouationib. *ibid. n. 14.*

Debitor vt non possit soluere creditori suo, an sufficiat, quòd certioretur, nomẽ quod debet pignori datum fuisse, ibid. n. 15.

Debitor cessus non potest soluere cedẽti postquàm cessionarius fecit vnum de tribus contentis in l. 3. C. de nouationib. *à numer. 20.*

Debitor delegatus non potest amplius soluere creditori delegãti, ibid. n. 19.

Debitor delegatus liberatur soluendo ei cui delegatus fuit licèt is non esset creditor delegantis: aliud esset si non soluerit, sed compensauerit, aut pactum ei sit factum de non petendo, ibid. n. 38.

Debitor delegatus soluens delegatario, qui creditor non erat, nullam acquirit aduersus eum conditionem indebiti, sed delegãti competit, ibid. n. 39.

Debitori si quis mutuet pecuniam, vt dirimat creditorem, an si ei soluat, ex eisdem pecuniis dimissus censeatur, t. 4. quæst. 1. num. 18.

Debitor qui formauit concursum creditorũ omnes actiones suas transfert in creditores, nisi ex animo suo penderent, t. 4. q. 3. num. 30.

Debitoris iuribus, & actionibus quandò creditor vti possit sine cessione, t.4.quæst. 3.per tot.

Debitoris çalamitosi creditor potest conuenire debitorem debitoris sine cessione; vel eum compellere ad cedendum, tit.4.quæstion.4.n.1.

Debitorum nomina capi possunt in executione, in aliorum bonorum defectum, ibid. n.9.

Debitorem debitoris condemnati quandò exequi possit executor executorialiũ, ibid. num.11.

Debitor debitoris non alitèr potest conueniri per creditorem, quàm posset per creditorem suum, ibid.n.15.

Debitor debitoris vbi legitimè connenitur, non potest differre solutionem ex eo quòd instrumentum debiti sibi nõ reddatur, & qualitèr ei consulatur, ibid.n.23.

Debitorem debitoris an possit creditor conuenire, si nomen eius habeat obligatum, ibid.n 24.

Debitum in diem cedi potest, t.3.q.10.n.7.

Debitum ex contractu conditionali an cedi vel transmitti valeat, ibid.n.8.& 11.

Debitores qui ære alieno oppressi soluere non possunt, creditoribus traduntur, vt seruant, t.3.q.6.n.19.

Debitor, & creditor si concurrant ad exactionem nominis obligati, quis præferatur, t.4.q.4.n.35.

Debitor soluendo falso, vel putatiuo heredi, an liberetur, t.5 q.9.n.4.

Debitor soluẽs alij, quàm vero creditori, aut eius procuratori non liberatur, ibid.à n.2

Debitor, qui patitur se delegati omnem exceptionem sibi competentem remisisse censetur, t.6.q.11.à n.34.

Debitor cessus si præsens sit cessioni; vel soluere promittat cessionario, an aliqua exceptione se tueri possit ex his quæ obstarẽt cedenti ibid.n.34.

Debitores qui non nisi in quãtum facere possunt conueniuntur, carcerari non possunt, t.6.q.11.num.42.

Decimæ. Decima executionis.

Decimæ deferri debent ad horrea Ecclesiæ, t.1.q.6.n.65.

Decimæ laico cedi non possunt, earum tamẽ commoditas rectè ei creditur, & alienatur, t.3.q.1.n.12.

Decima executionis an debeatur ab executione, quæ petit fideiussor virtute cessionis, vulgo de la carta de lasto, t.5.quæstion.5.n.51.

Decimarum quæstio si iuris sit ad Ecclesiã pertinet, t.6.q.3.n.16.

Decimarum conductores etiam laicos quãdò possit Ecclesia ad suum forum trahere, ibid.n.19.

Decimarum quæstio si facti sit, iudex etiam sæcularis est competens, ibid.n.18.

Decimarum debitores an possit cessionarius Ecclesiæ ad forum Ecclesiasticum trahere, ibid.n.15.

Decimæ insolitas si petant Ecclesiastici possunt grauati ad Regium Tribunal recurrere, ibid.n.17.

Decimarum conductorem an possit cessionarius Ecclesiæ trahere ad forum Ecclesiasticum, in casibus in quibus Ecclesia potest, ibid.n.20.

Declaratio.

Declaratio voluntatis colligitur ex actu nullo, t.2.quæst.5.num.21.

Decoctus.

Decoctus cedere non potest iura, & actiones in exord.t.2.

Decretum.

Decretum iudicis an necessarium sit vt possit minor cum tutore delegare debitorem suum suo creditori.t.2.q.1.n.14.

Decretum requiritur ad alienationem bonorum mobilium minoris, quæ seruãdo seruari possunt, ibid.n.2.

Decretum iudicis necessarium est ad hoc, vt minor, & eius tutor possint restituere fundum, si in eorum electione esset fundũ, vel æstimationem eius restituere, ibid.nu.42.

Delagatio Delegatus.

Delegatus debitor non potest ampliùs soluere creditori deleganti, t.8.q.2.n.19.

Delegatus debitor, qui soluit ei cui delegatus fuit, liberatur licèt non esset creditor delegantis: aliud esset si non soluerit, sed cõpensauerit; vel pactum ei fieret de non petendo. ibi.n.28.

Delegatus debitor, qui soluit ei cui delegatus fuit

fuit, qui revera creditor non erat delegatis, nullam aduersus eum condictionē habet, sed deleganti competit, ibid. n. 39.
Delegatio, & cessio differunt, t. 7. q. 3. n. 27.
Delegatio non inducitur per acceptationem literarum factam ab eo, cui dirigantur, ibid. n. 26.
Delegatio inuito, & ignorante debitore fieri non potest; cessio verò contra inuito, & ignorante fit, t. 6. q. 11. num. 35. & tit. 1. q. 2. num. 51.
Delegare an possit minor tutore auctore debitorem suum suo creditori, t. 2. q. 1. n. 14.
Delegare pro cedere accipitur, t. 1. q. 2. n. 12.
Delegans post delegationem nullas retinet actiones contra debitorem, cedens verò directas retinet, ibid. num. 53.

Delictum.

Delicta alia sunt nominata, alia innominata, t. 7. q. 2. n. 2.
Delicta innominata sub crimine stellionatus comprehenduntur, ibid.
Delicti titulus vbi deficit, si quid dolo malo ad nissum fuit, stellionatus crimen committitur, ibid. n. 3.
Delictorum pœnæ an cessent, si delinquens pœnitcat, t. 7. q. 2. n. 27.

Denunciatio.

Denunciatio quæ fit debitori, vt non soluat creditori suo, vt vtilis sit, qua forma fieri debeat, t. 8. quæst. 2. nu. 22.

Depositum.

Depositum factum sub ea conditione si creditor iura sua cesserit deponenti, an legitimum sit, t. 5. q. 1. n. 21.
Depositarius pecuniæ solutus virtute falsæ cessionis, vel mandati an liberetur, t. 5. q. 9. num. 15.
Depositarius quâ formâ compellendus sit ad restitutionem depositi, t. 5. quæst. 8. n. 8.
Deposito facto per debitorem ad fauorē creditoris, vtilis actio competit creditori aduersus depositarium absque vlla cessione, t. 4. q. 9. n. 13.
Depositum ad redemptionem census an debeat fieri coram iudice debitoris, vel creditoris, t. 3. q. 12. n. 16.
Depositum potest reuocari antequàm accipiatur per creditorem, & quid si fiat de mandato iudicis, t. 1. q. 1. à n. 17.
Depositum vt illegitimum sit non solùm fieri debet de principali condemnatione, sed de litis expensis, t. 5. q. 5. n. 38.
Depositarius rem sibi depositam apud aliū deponere non potest, nec si deposuerit liberatur cedendo actiones aduersus eum, t. 5. q. 14. num. 5.
Depositarius secundus penes quem primus rem deposuit, an possit contra dominum qui cessis iuribus agit, opponere compensationem, ibid. num. 16.

Dies.

Dies si sit appositus fauore creditoris, nō potest solui ante diem, & quid si soluatur interesse dilationis, t. 1. q. 6. n. 60.

Dignitas.

Dignitatis proprium est, vt ad inferiores descendat, non vt quærat superiores, tit. 3. q. 3. n. 30.
Dignitas filij an ascendat ad patrem, ibi.

Dilatio.

Dilatio, & terminus concedendus est condemnato ad præstationem facti, & à denegatione licitè appellat, t. 5. q. 8. à n. 2.

Disposition.

Dispositio pœnalis loquens de actore, an in reo procedat, t. 2. q. 4. n. 29.

Diuisio.

Diuisionem commodam si res aliqua non patiatur, quomodo inter coheredes, vel socios adiudicanda sit, t. 3. q. 2. n. 32.

Dolus.

Doli actio non alij datur, quàm ei, qui dolū passus est, nec in alium quàm in eum, qui dolum admisit, t. 5. q. 11. n. 25.
Dolus tutoris quatenùs noceat pupillo, & an ex eo conuentus, liberetur cedendo actiones contra eum, ibi. à n. 19.
Doli exceptio, quæ repelleret cedētem, an repellat etiam cessionarium, t. 6. q. 11. n. 55.

Domicilium.

Domicilium non potest mutare creditor in præ-

præiudicium debitoris, qui in domicilio creditoris soluere tenetur, t.3.q.12.n.11.

Dominium.

Dominium non transfertur ex nuda traditione, t.1.q.4.n.15.

Dominium an transferat qui rem vendere promisit, si pretium accepit, & rem tradidit, t.1.q.6.nu.36.

Dominium rerũ minoris, vel Ecclesiæ quæ alienatæ fuerunt sine solemnitate nõ trãsferuntur in ementem, & eis rei vindicatio competit, t.2.q.1.nu.8.

Dominium rei legatæ recta via transit in legatarium à die mortis defuncti, & quid in legato quantitatis, t.4.q.5.n.4.& 6.

Dominium rei emptæ per procuratorem nostrum, an nobis acquiratur, t.4.q 9.n.26.

Dominus an teneatur de facto famuli sui; & si pro eo soluat an petere possit iuriam cessionem, vel vtilis ei sine cessione competat, t.5.q.9.n.26.

Dominus instrumenti non solùm ad exhibitionem eius rectè agit, sed rei vindicatione, t.7.q.1.n.6.

Dominis vasallorum, quæ seruitia præstent vasalli, t.2.q.6.n.24.

Dominum dùm alloquuntur vasalli, an stare debeant capite de operto, ibid.n.25.

Domino iurisdictionis alicuius villæ vasalli non præstant operas, sed tantùm honorem, & obsequium, ibi.n.26.

Dominium rei non probatur ex solutione pẽsionis debitæ ratione illius rei, t.3.quæst.9.n.12.

Dominium directum recognitum videtur ex solutione canonis, vide verb. emphyteusis.

Dominium vnius rei licèt non possit quis ex pluribus titulis, seu causis acquirere, poterit tamen ad cautelam pluribus titulis se iuuare, t.6.q.7.n.8.

Dominium rei transferre non intendit, qui eam dimittit ex causa transactionis; sed tantùm à lite discedere, ibi.n.14.

Donatio Donans.

Donationis causâ facta præsumitur cessio modicæ quantitatis pauperi per diuitem facta, t.1.q.4.n.30.

Donatio quandò præsumatur ex sanguinis coniunctione, ibi.n.18.

Donationis titulo facta an præsumatur cessio, quæ sine causa fit, ibi.n.33.

Donare promittens pro donante habetur, maximè fauore matrimonij, t.1.q.6.n.4.

Donare, vel dotare si quis simplicitèr promittat, an possit rursus in instrumento donationis aliquam conditionem, vel grauamẽ adiicere, ibi.n.11.& 14.

Donatio perfecta non recipit ex post facto modum, vel conditionem; item nec promissio de donando, ibi.n.15.

Donatio si fiat minori, vel Ecclesiæ possunt in ipso acquisitionis actu, sine aliqua solẽnitate retrodonare, vel pactum dominij resolutiuum adiicere, t.2.q.2.n.1.

Donatio inter coniuges putatiuos an consistat, t.4.q.8.n.15.

Donatarius cùm onere soluẽdi creditoribus an possit ab eis directè, & sine aliqua cessione conueniri, t.4.q.9.à n.28.& 36.

Donatarius partis, vel omnium bonorũ, heres, vel vniuersalis successor non est, tit.3.q.9.nu.5.

Donatarius partis, vel omnium bonorũ, an possit conueniri à creditoribus donantis, tit.3.q.9.n.6.16.& 26.

Donari potest ius, & spes contractus conditionalis, t.3.q.10.n.11.

Donationis reuocandæ ius propter ingratitudinem, an cedi possit, in Miscell. tit.3.nu.16.

Donari an possit fideicommissum conditionale, vel in diem, ibi.n.9.

Donans rem duobus diuersis temporibus stellionatum committit, t.7.q.2.n.18.

Donans quandò de euictione teneatur si res donata sit euicta, ibi.n.19.

Donationem falsa causa vitiat, t.8.q.1.n.5.

Donatio excedens 500. solidos non valet sine insinuatione, & vsque ad quàm quantitatem sustineatur, ibi.n.15.

Donatio, vel renunciatio gratuita an rescindi possit propter enormem læsionem, ibid. num.24.

Donationem factam debitori an possit eius creditor petere vt insinuetur, t.4.quæst.3.nu.12.

Donatio requirit insinuationem, & de aliis vide verb. insinuatio.

Donatio facta per Clericum laico, vel è contrà

trà coram quo iudice insinuanda sit, vide verb. insinuatio.

Donatarius cum clausula constituti est legitimus contradictor ad impediendam executionem in bonis donantis, t.6. q.5.n.8.

Donatarius bonorum post mortem donantis cum clausula constituti impedit heredi missionem in possessionem in bonis donatis, ibi.n.9.

Dos, Dotans.

Dotem si quis constituere promittat, idem est ac si cum effectu constitueretur, tit.1. quæst.6.n.5.

Dotare an possit cogi pater virginem, quam filius stuprauit, t.2.q.6.n.19.

Dotem in mobilibus consistentem, licèt non nisi post annum à die soluti matrimonij maritus restituere teneatur, tamè statim potest conueniri, vt caueat se post annu lapsum soluturum, t.4.q.2.n.33.

Dotis legatum an patiatur diminutionem si hereditas omnibus legatis soluendo non sit, t.4.q.5.n.9.

Dotis debitum, & legatum an omnes heredes in solidum afficiat, t.4.q.6.n.8.

Dotem non exactam à marito, an possit mulier soluto matrimonio exigere à promissore absque vlla cessione heredum mariti, t.4.q.8.à nu.35.

Dotem sibi, vel vxori promissam exigere potest maritus absque vlla vxoris cessione, ibid.

In dotem si detur nomen debitoris, potest maritus absque alia cessione agere contra debitorem, t.4.in Miscell.n.7.

Dotis restituendæ per maritum soluto matrimonio an rectè fideiussor interueniat, t.5.q.3.n.8.

Doti dari possunt marito debitorum nomina, t.5.q.12.n.1.

Doti si detur marito nomen debitoris, quod exactum non fuit, an soluto matrimonio eius retrocessione liberetur, tit.5.q.12.à num.2.

Dotalium rerum æstimatio facit emptionẽ, ibid.n.3.

Doti si dentur bona æstimata, mariti fiunt, & ea alienare poterit, ibid.n.4.

Dotem quæ consistit in immobilibus statim soluto matrimonio restituere debet maritus: quæ autem in mobilibus consistit intra annum, t.5.q.12.n.29.

Dotis restituendæ dilatio an competat marito patatizo, ibid.

Dos si ex pacto restituenda sit patri soluto matrimonio, non poterit in præiudicium creditorum consentire donationi causa mortis per filiam de dote factæ, tit.2.q.3.n.31.

Dotes saluas habere quibus mulieres nubere possint expediens est Reipublicæ, tit.3.q.7.num.1.

Dotis creditum an præferatur aliis anterioribus mariti creditoribus in bonis postea quæsitis, t.3.q.7.n.3.

Doti præfertur cessionarius creditoris anterioris, etiam in bonis postea quæsitis, ibid.n.4.

Dotem non potest repetere mulier constante matrimonio: nec ei rectè soluitur, & soluta repetitur, ibid.n.6.

Dotem repetere potest mulier constante matrimonio, si maritus vergat ad inopiam, & qualis esse inopia debeat, ibid.à n.9.

Dotem rectè repetit mulier soluto matrimonio pro alendis filijs prioris matrimonij, ibid.n.8.

Dotis restitutio quæ fit mulieri propter inopiam mariti, vera dotis restitutio non est; sed tantùm assecuratio, ibid.n.20.

Dotis fructus restitutæ propter inopiam viri, manent obnoxij oneribus matrimonij, & qui supersunt, ad maritum, & eius creditores spectant, ibid.n.21.

Dotis repetendæ ius propter vergentiam viri ad inopiam mulier alij cedere non potest, ibid.n.22.

Dotem repetere potest mulier cuius maritus furere cæpit, aut ad trirremes, vel ad perpetuam carcerem est condemnatus, ibid. num.24.

Dotis rtpetendæ ius soluto matrimonio cedi, & alienari potest, ibid.n.28.

Dotem amittit mulier propter adulterium, ibid.n.30.

Dotem nondum solutam exigere non potest maritus soluto matrimonio, licèt id priuilegium habeat, vt pro dotis restitutione insolidum non teneatur, t.4.q.8.n.43.

Dotem repetere non potest mulier actione personali à debitorib⁹ mariti, t.4.q.4.n.30

Dotis actio si cedatur an transeat cum suo priuilegio in cessionarium, t.6.q.2.

Dotis priuilegia, & prælatio, an transeat in heredes mulieris, vel earum creditores, ibid. n.24.

Dotans capellam, vel Ecclesiam, & consignans dotationem in aliquibus effectibus, an teneatur eis poste à diminutis, t.7.q.3. n.23.

E.

Ecclesia.

Ecclesiæ bona immobilia vt ritè alienentur, quæ solemnitates sint necessariæ, t.2.q.1. nu.3.

Ecclesiæ bona vt alienentur, quæ subhastationes sint necessariæ, & per quot dies, ibid.n.6.

Ecclesiarum bona si alienentur sine solemnitatibus, alienatio est nulla, nec restitutio in integrum est necessaria, ibid.n.7.

Ecclesia cuius bona alienata fuerunt sine solēnitatibus, ea vindicare potest, ibid.n.8.

Ecclesia an restituere teneatur pretiū quod accepit ex alienatione nulla, ibidem numer.9.

Ecclesiæ bona à quo tempore incæperint nō posse alienari, ibid.n.10.

Ecclesiæ census si alienetur, eadem solemnitas requiritur, quæ in alienatione immobilium est necessaria, ibid.n.32.

Ecclesia vel minor rectè transigunt super re immobili si apud eos maneat; secùs si dimittatur, ibid.n.46.

Ecclesia, vel minor an possint trāsigere sine solemnitatibus, super iure, fideicommisso, vel hereditate eis nondum acquisitâ, ibidem n.48.

Ecclesia, vel minor, quibus donatio fit, possūt in ipso acquisitionis actu sine vlla solemnitate retrodonare, vel pactum resolutiuum dominij adiicere, tit.2. quæstion.2. num.1.

Ecclesiæ an noceat factum prælati, qui modum, vel conditionem contractui adiectam non impleuit, ibid.n.2.

Ecclesia, vel minor sine solemnitate euentes possunt incontinenti pactum de retrouendendo, vel adictionis in diem apponere, ibid.n.3.

Ecclesia, & Clerici an potentiores dicantur: Et in cessione eis factâ an locum habeant pœnæ de quibus in l.1. & 2. C. nè liceat potentiorib. t.2.q.4.à n.44.

Ecclesia cessionaria debet conuenire debitorem cessum coram suo iudice, nisi aliud lege, vel statuto caueatur expressè, ibid.numer.50.

Ecclesiæ Prælatus contra Ecclesiam suam cessionem accipere non potest, tit.2.q.6. n.12.

Edere, vide exhibere.

Electio.

Electio in alternatiuis regularitèr debitoris est, aliquandò verò creditoris, tit.2. quæstion.1.n.40.

Electionem si habeat minor, & eius tutor, vt restituāt fundum, aut eius æstimationem, non possunt fundum restituere sine decreto, ibid.n.42.

Electio ad officia Reipublicæ de eo qui debitor est Reipublicæ, vel creditor, an valeat, t.2.q.6.à n.9.

Eligendi, aut nominandi facultas an rectè cedi possit, t.3.q.1.n.25.

Electio creditoris est in alternatiuis remediorum, debitoris verò in alternatiuis rerum, t.3.q.7.n.15.

Electio concessa à fundatore maioratus primo vocato, an personalis sit, vel realis, ita vt omnis successor possit eligere, t.3.quæst.1.n.45.

Electio creditoris est si vnum sit in obligatione; aliud ad securitatem, & cautelam, t.3.q.7.n.25.

Eligendi ius cedi, & transmitti potest, t.3. q.8.n.5.

Emphyteusis, emphyteuta.

Emphyteutæ creditoribus nocet sententia cum eo lata, t.1.q.1.n.33.

Emphyteuta, vel maioratus possessor non incurrunt pœnam priuationis ex alienatione, si traditio non sit secuta: & an sufficiat ficta traditio, t.1.q.6.à n.44.

Emphyteutæ nominatio etiam nulla reuocat priorem nominationem, tit.2.quæst.5.nu.25.

Emphyteusim si alienet emphyteuta irrequisito domino, non incurrit pœnam, si alienatio sit nulla, titul.2.quæstion.2.nūmer.28.

Emphyteusis dominus an possit cedere ius declarandæ caducitatis, t.3.q.1.n.46.

Emphyteusis dominus potest inuito, & ignorante emphyteuta alienare emphyteusim, & ei ius retrahendi non competit, t.3.q.2.n.18.

Emphyteuta vtile dominium irrequisito domino alienare non potest, ibid.n.19.

Emphyteusim pro descendentibus cōcessam, si pater renunciet, poterit filius reuocare, etiam si ad dominum reuersa iam fuisset, t.3.q.4.n.34.

Emphyteusim ad tres vitas cōcessam si tertia persona cedat in alium, emphyteusis finietur per mortē cedentis, t.3.q.5.n.23.

Emphyteuta vel feudatarius, qui se tales esse fatentur, non possunt præscribere pēsionem, vel seruitium quod soluitur in recognitionem dominij, t.3.q.6.n.30.

Emphyteuta negans se talem amittit emphyteusim, t.5.q.3.n.23.

Emphyteutæ creditor an possit pro eo soluere canonem inuito domino, nē debitor suus incidat in cōmissum, & quid post incursam caducitatem, t.4.q.3.à n.17. & 22.

Emphyteusis dominus ab alio quàm emphyteutâ canonem accipere non cogitur, t.4.q.3.n.18.

Emphyteusis dominium recognitum videtur ex solutione canonis, ibid.n.18.

Emphyteuta quando incidat in commissum ob non solutum canonem, ibid.n.20.

Emphyteuta si minor sit an restituatur aduersus solutionem canonis, nē incidat in commissum, ibid.

Emphyteutæ si vnus ex pluribus heredibus non soluat canonem, an faciat alios incurrere in pœnam, vide pœna.

Emphyteusis si pertineat ad vxorē, an ei præiudicet maritus soluendo, vel non soluēdo canonem, vide maritus.

Emphyteutæ nominatio variari non potest si nominans nominato iura sua cessit, t.6.q.8.n.5.

Emphyteuta quādo possit retinere bona emphyteutica ratione melioramentorum, & expensarum, t.4.q.7.à n.33.

Emptio, emens.

Emptor officij cum onere soluendi, & recognoscendi census super officio impositos, an liberetur dimittendo officium, tit.1.quæstion.1.à n.50.

Emptor officij, aut hypothecæ cū oner e soluendi creditoribus, si ab eis conuentus hypothecam dimiserit, poterit rursus à vēditore conueniri, & reincidet in pristinā obligationem, t.1.q.1.n.38.

Emens rem cum onere soluendi creditoribus emptoris, an possit ab eis directè conueniri, t.4.quæst.9.à num.28. & 36. vbi numer.38. quid si aliundè de debito non constet.

Emptor nominis vtilē actionē habet ad illius exactionem sine cessione, t.4.in Miscell.n.2.

Emptor fundi, qui penes tertium est, non potest sine cessione reiuindicare fundum, t.4.in Miscell.n.3.

Emptor hereditatis vtiles actiones habet sine cessione, ibid.n.4.

Emptor qui soluit gauellam pro venditore, an possit quod soluit exigere à venditore, sine cessione, ibid.n.37.

Emens rem cum onere redimendi censum, an possit cōpellere creditorē, vt eius census cedat, t.4.q.1.à n.6.

Emptor rei cum onere soluendi creditoribus venditoris, an possit ab eis directè conueniri, t.3.q.9.n.4. & 25.

Emptor hereditatis an possit conueniri per creditores hereditarios, tit.3.q.9.nu.20.

Emens pignus à debitore cū pacto, vt ex pretio creditor dimittatur, & in eius locum succedat, in locū dimissi creditoris subrogatur sine cessione, t.4.q.2.n.1.

Emptor pignoris acquirit ius pignoris in eū casum quo res ei auocari possit, ibidem n.2.

Emens pignus à debitore, vt ex pretio dimitteret creditorem, si de subingrediendo in eius locum actum non sit, an in eius locum quoad ius excipiendi, & retinendi succedat, ibid.n.2.

Emens pignus à creditore an in eius ius succedat, an autem pignoris dominiū acquirat, ibid.n.18.

Emptor qui à creditore pignus comparauit, an possit molestari per alios creditores anteriores, vel posteriores, ibid.n.19.

Emēs rē in publica subhastatione pro satisfaciendis creditoribus, an possit molestari per

per alios creditores anteriores, vel posteriores, ibid. nu. 20.

Emens rem ab herede cum beneficio inuentarij, vel ab executore testamenti pro satisfaciendis creditoribus, an ab aliis saltim anterioribus possit inquietari, ibid. nu. 25.

Emptor bonorum in publica subhastatione, si sententia sit reuocata per superiorem, an possit compelli ad restitutionem bonorũ, vel tantùm possit agere ad pretium cõtra creditores, ibid. n. 26.

Emens rem in concursu creditorum securus est, & molestari non potest etiam per creditores anteriores, ibid. n. 27.

Emens rem minori pretio an possit conueniri per creditorem venditoris, ven. ed. l. 2. C. de rescind. vend, t. 4 q. 3. à n. 1.

Emens rem à creditore minori pretio, an possit conueniri per debitorem, vel aliũ eius creditorem posteriorem, ibid. à n. 7.

Emptor secundus à quo fuit res euicta, non potest agere de euictione contra auctorem auctoris sui. sine eius cessione, tit. 4. quæst. 7. num. 3.

Emptor secundus, qui emit à primo, qui læsus fuerat vltra dimidiam, non potest agere remedio l. 2. C. de rescind. vend. contra primum venditorem, nisi is à quo emit iura sua cesserit, ibid. n. 7.

Emptori alicuius portionis hereditariæ, an pertineat portio alia hereditatis postea deficiens, vel potiùs ad venditorem, ibid. à nu. 14.

Emptori census emphyteutici an pertineat ius petendæ, & declarandæ caducitatis incursæ ante venditionem, ibid. n. 24.

Emptor bonorum, quæ distrahuntur pro satisfaciendis creditoribus, an à creditore, vel à debitore causam habere dicatur, t. 5. q. 13. à n. 1.

Emere an possit creditor per se, vel interpositam personam pignora debitoris, quæ distrahuntur ad eius satisfactionem, ibid. n. 6. & 8.

Emere an possit bona procurator, qui ea cũ mandato domini distrahit, ibidem numer. 7.

Emens pignus à creditore, vel in publica subhastatione an possit per creditorem ipsum molestari de dominio pignoris ex causa superuenienti, ibid. n. 11.

Emptor pignoris distracti pro satisfactione creditoris, an eo euicto possit agere in subsidium ad pretium, aduersus creditorem, ibid. à n. 24.

Emptor pignoris sicuictio immineat in limine contractus, an possit pretium retinere aduersus creditorem ad cuius instantiam fuit distractum, ibid.

Emptor nominis in publica subhastatione, an potior sit creditori, qui nomen habebat obligatum, vel cessam, t. 6. q. 8. à n. 13.

Emptori, aut cessionario nominis, vel census, quando obsit exceptio, quòd nõ iusto pretio nomen, vel censum emerit, tit. 6. q. 10. nu. 50.

Emptor hereditatis an statim actiones hereditarias comparasse censeatur, t. 7. quæst. 4. nu. 17.

Emens rem in publica subhastatione si cedat emptionem, vulgo el rémate, in fauorem creditoris, an gauella debeatur, t. 7. quæstion. 5. nu. 23.

Emptiones, & contractus facti pro persona nominanda, quem effectum habeant, t. 7. q. 5. nu. 22.

Emptori pignoris longè vtilior est pignoratitia creditoris actio, quàm vtilis ex empto actio, t. 5. quæst. 13. num. 23.

Episcopus.

Episcopis reuerentiam debitam subditi omninò præscribere non possunt, t. 3. quæst. 6. num. 28.

Episcopus qui soluit mulctam impositã suo Vicario, potest petere aduersus eum iuriũ cessionem, vel vtili absque cessione agere, t. 5. quæst. 6. n. 30.

Episcopus an cogi possit soluere mulctam impositam suo Vicario, quia inobediens fuit Regiis prouisionibus, ibidem numer. 31.

Episcopus an teneatur de culpa, vel imperitia Vicarij sui, ibid. n. 32.

Episcopus an præsumatur scire facta sui Vicarij, ibid.

Episcopus an necessariò teneatur habere Vicarium, ibid. n. 33.

Epistola.

Per epistolam an possit fieri cessio iurium, t. 1. q. 5. n. 14.

Per epistolam fieri non possunt contractus, qui requirunt scripturam, tit. 1. quæst. 5. n. 15.

Euictio.

Euictioni obstrictus non manet, qui contraxit ratione officij, t. 5. q. 11. n. 10.

Euicto pignore insolutum dato, an primæ actiones durent: et quid stante protestatione, t. 5. q. 13. n. 23.

Euicto pignore ad satisfactionem creditoris distracto, an in subsidiū possit creditor ad pretij restitutionem conuenire, ibid. n. 24.

Euictio si in limine contractus immineat, an possit emptor retinere pretium aduersus creditorem agentem, ibid. n. 24.

Euictionis actionem nō potest emptor exercere contra auctorem auctoris sui sine cessione, t. 4. q. 7. nu. 3.

Euictionis actio personalis est, quæ de vna in aliam personam sine cessione non trāsfertur, ibid. n. 4.

Euictione secuta, prælatio quæ cōpetit pro re, datur etiam pro litis expensis, t. 5. q. 5. num. 37.

Euictionis nomine non tenetur creditor, qui vendidit pignus iure suo, vel iudex ad eius instantiam in publica subhastatione, t. 5. q. 13. n. 14.

Euictis pignoribus venditis per creditorem iure creditoris, tenetur cedere emptori actionem, quam habet contra debitorem: et an vtilis ei sine cessione competat, t. 5. q. 13. à num. 16.

Euicta re tradita ex causa transactionis, an sit locus euictioni: et quid si res ipsa super qua lis erat tradita fuisset, tit. 6. quæst. 7. num. 10.

Euictioni quando maneat adstrictus cessionarius nominis, t. 7. q. 3. per tot.

Euictioni vt sit locus, an debeat cessionarius denunciare cedenti litem motam à debitore, ibid. n. 12.

Euictio nominis cessi duplex est, & quam præstet cedens, ibid. n. 17.

Euictionem non præstat venditor census iā constituti, quamuis aliquæ hypothecæ eius sint euictæ, ibid. n. 36.

Euictio non competit contra vēditorem hereditatis, etiam si singulæ eius res euincantur, t. 7. q. 5. n. 14.

Exceptio.

Exceptio cessionis bonorum litis ingressum impedit, t. 1. q. 1. n. 12.

Exceptio cedendarum quandò obstet creditori, qui vnū ex correis, vel fideiussoribus liberauit, t. 5. q. 2. à n. 25.

Exceptio cedendarum quandò competat fideiussori, ibid. à n. 25.

Exceptione cedendarū an possit se tueri tertius possessor aduersus creditorē, qui aliā hypothecam, vel fideiussorem liberauit, ibid. n. 38.

Exceptio cedēdarum an obstet creditori, qui passus fuit vnum ex correis, vel fideiussoribus præscriptione liberari, ibid. n. 47.

Exceptio cedendarum quibus in casibus nō obstet creditori, t. 5. q. 3. n. 1.

Exceptio cedendarum an obstet creditori, qui vnum ex correis liberauit, ad quem in solidum vtilitas contractus peruenit, ibid. n. 2.

Exceptio cedendarum an obstet mulieri agēti ad restitutionem dotis contra correum, fideiussorem, vel tertium possessorem, ibidem n. 8.

Exceptioni cedendarum renunciari potest: et an necessaria sit specialis renunciatio, ibid. à n. 12.

Exceptioni cedendarum an renunciare possit procurator ad fideiubendum simpliciter constitutus, ibid. n. 16.

Exceptionem cedendarum an opponere possit fideiussor, qui vt talis conuentus se fideiussisse negauit, ibid. à n. 20.

Exceptio cedendarum impedit executionem sententiæ, & postea recte opponitur, ibid. à n. 32.

Exceptio cedendarum nunquam videtur excluſa, ibid.

Exceptio diuisionis competens vni ex tutoribus, an peremptoria, vel dilatoria sit; & ex quibus excludatur, t. 5. q. 7. n. 10.

Exceptio cedendarum qualiter obstet pupillo agenti aduersus vnum ex tutoribus, si alios liberauit, ibid. à n. 14.

Exceptiones variæ vtilibus actionibus opponuntur, quæ directis non obstant. ibid. nu. 25.

Exceptione perpetuâ tutus si soluat, condicere potest pecuniam tanquàm indebitam ibid.n.26.

Exceptio iniustitiæ cessionis ante litem contestatam est opponenda,t.5.q.10.n.7.

Exceptio redemptionis, vel cancellationis census,an impediat executionem,si replicetur cancellationem,aut redemptionem à non domino factam fuisse,ibidem nu.15.

Exceptio redemptionis,vel solutionis si dubia sit,non impedit executionem, ibidem num.19.

Exceptio dubia siue in facto,siue in iure,executionem non impedit, & reseruanda est ad viam ordinariam.ibid.n.21.

Excipiendi,& retinendi ius competit ei,qui emit pignus à debitore,vt ex pretio dimitteret creditorem, licèt de subingressione actum non fuisset,t.4.q.2.n.3.

Excipiendi ius sine cessione transfertur,tit.4. q.3.nu.25.

Exceptionem in dotationis, vel lasionis potest opponere creditor mulieris aduersus eius creditores,ibid.n.26.

Exceptiones omnes quas debitor opponere poterat creditoribus suis,possunt ipsi ipsissimet opponere,ibid.n.25.

Exceptiones modificatiuæ possunt post sententiam,& in eius executione opponi, t. q.5.n.36.

Exceptiones reales,vel personales,quæ cõpetunt debitori,an competant etiam eius fideiussori,aut correo,t.6.quæst..2. numer.20.

Exceptio quòd non iusto pretio emerit,quãdò obstet cessionario, & emptori nomini,vel census,t.6.q.10.n.50.

Exceptio descendens ab Anastasia Constitutione an ante litem contestatam sit opponenda,ibid.n.69.

Exceptiones aliæ reales,aliæ personales sunt t.6.q.11.n.3.

Exceptio omnis,quæ obstat cedenti, an obstet,& obiici possit eius cessionario,ibid.. per tot.vbi de realibus, & personalibus exceptionibus.

Exceptio quòd obligatio descẽdit ex ludo, rectè obiicitur cessionario,ibid.

Exceptio realis competens debitori,ad fideiussorem transit,& quid de personalibus exceptionibus,ibid.n.22.

Exceptio excommunicationis inquacumque parte iudicij rectè opponitur,ibid.nu.54.

Exceptio excõmunicationis quæ obstaret cedenti,an obstet cessionario, ibid.n.48.

Exceptio doli,quæ obstaret cedenti,an obstet ei ius cessionario,ibid.n.55.

Exceptio cedendarum obstat creditori agenti aduersus fideiussorem,si non tradat ei instrumentum debiti,t.7,q.1.n.8.limita vt n.9.

Exceptioni simulationis an renunciari possit,maximè cum iuramento,t.8.quæst.1. num.4.

Exceptio simulationis an impediat viã executiuam,ibid.

Exceptione perpetuâ tutus si soluat, repetit solutum tanquàm indebitum, t.4.quæst. 4.n.46.

Exceptio nullitatis cessionis nõ impedit executionem,nisi clara sit,t.6.q.9.n.9.

Excommunicatio,excommunicatus.

Excommunicatione,& censuris quandò nõ possit vti iudex Ecclesiasticus contra laicos,in quos exercet iurisdictionem, tit.2. q.4.n.51.

Excommunicata si sit vxor an possit agere ad dotis restitutionem,t.2.q.4.nu.51.

Excommunicationis exceptio quæ obstaret cedẽti,an obstet eius cessionario,t.6.quæstion.11.n.48.

Excommunicatus si contrahat, an validi sint contractus per eum gesti,ibidem numer.49.

Excommunicatus potest emittere professionem,& contrahere matrimonium, ibid. nu.50.

Excommunicationis exceptio quandò sit opponenda,ibid.n.54.

Excommunicationem falsa causa vitiat,tit 8.quæst.1.n.5.

Excusio.

Excussio in bonis mariti an facienda sit, vt possit mulier propter vergentiam viri ad inopiam agere prodote aduersus tertios bonorum eius possessores,titul.39.7.numer.19.

Excussio necessaria non est vbi bona debitoris intrincata sunt; vel habet concursum creditorum,t.7.q.3.n.38.

Excussio debitoris cessi est necessaria, vt cedens habeat recursum contra cedentem, ibid.

Excussionis beneficium an amittat fideiussor, qui se fideiussisse negauit, t.5. quæst.3. n.29.

Executio, executor, executiua via.

Executiuæ viæ præscriptio an currere incipiat à die factæ schedulæ, vel chyrographi priuati, an verò à die recognitionis eius, t.1.q.1.n.66. & seqq.

Executionem an mereatur instrumentum sine causa, t.1.q.4.n.22.

Executionis in causa si census capiantur, præconizantur à nouem in nouèm dies, t.2.q.1.num.26.

Executionis in causa iura, & actiones per quot dies præconizentur, tit.2.quæst.1. nu.30.

Executio fieri potest in aliquo iure facultatiuo, quod habet debitor, veluti eligendi aliquod seruitium, vel nominandi ad emphyteusim, t.3.q.6.n.28.

Executor ad alicuius facti præstationem debet antequàm ad compulsionem procedat, dilationem concedere condemnato, intra quam faciat, t.5.q.8.à n.2.

Executionem an impediat exceptio redemptionis, vel cancellationis census, aut instrumenti, t.5.q.10.à n.15.

Executionem non meretur instrumentum cancellatum, t.5.q.10.n.17.

Executioni factæ in bonis viri si mulier pro dote se opponat, causa efficitur ordinaria. Et ex quibus similes oppositiones excluntur, t.3.q.7.à n.26.

Executio fieri potest in capellis, & sepulchris, t.3.q.8.nu.23.

Exequi an possit sententia lata contra cedentem, aduersus eum in quem cessum fuit ius litigiosum, sine nouo processu, tit.3.quæstion.11.n.6.

Exequi quandò possit sententia addictionis aduersus eos, qui pendente executione aliqua bona emerunt à debitore, tit.3.quæstion.11.n.7.

Executione non indiget sententia absolutoria, quia se ipsam exequitur, t.3.quæstio. 11.n.12.

In executione capi non possunt nomina debitorum, nisi in subsidium, t.4.q.4.n.9.

Executor executorialium ad quantitatem quandò possit exequi debitorem debitoris condemnati, t.4.q.4.n.11.

Executioni mandatur sententia lata contra debitorem aduersus depositarium, vel commodatarium bonorum eius, ibidem numer.18.

Exequi vbi potest sententia lata per iudicem laicum contra clericum, an compulsio debeat fieri per iudicem laicum, vel Ecclesiasticum, ibid.n.19.

Executio sententiæ latæ per iudicem ordinarium, an possit exequi contra debitorē debitoris condemnati exemptum à potestate ordinaria, ibid.n.22.

Executio rectè fieri potest in officiis Hispaniæ, t.5.q.8.n.17.

Executio non datur non nominato, nec contra non nominatum in instrumento, titul. 6.q.4.num.1.

Executionem instrumenti contra debitorem cessum, an possit petere cessionorius sicut posset cedens, ibid.à n.2.

Executionem petere potest legatarius nominis, sicut testator posset, ibid.n.11.

Executio non alitèr locum habet contra heredem, quàm si prius constet eum heredem esse, ibid.n.13.

Executio peti potest etiā à cessionario, quātis lis penderet super nullitate nominis cessi, ibid.n.14.

Executionem in bonis agricolæ priuilegiatis an faciat cessionarius Fisci, ibidem numer.16.

Executionem in bonis agricolæ priuilegiatis facere potest cessionarius dominifundi locati, vel eius qui mutuauit ad seminandū, ibid.n.15.

Executio semèl facta an sustineatur ex iure superuenienti de nouo, tit.6. quæst.9. nu.28.

Executio petita vigore vnius instrumenti an conualidetur ex alio, ibid.à n.30.

Executio si petatur cum protestatione recipiendi in computum quicquid solutum constiterit, liberat à condemnatione decimæ, & expensarū, in Miscell.t.6.n.30.

Exequendi ius vsque in quod tempus per oppositionem rei perpetuetur, t.6.quæst.11. n.19.

Executionem an impediat exceptio simulatio-

tionis, t.8.q.1.n.4.

Executor testamenti.

Executor ad distribuenda bona mobilia, & immobilia, an possit disponere de iur. bus, & actionibus, t.2.q.1.n.23.

Executor testamenti non potest cedere officium suum alteri, t.3.q.1.n.43.

Executor testamenti reliquatus, si non soluat, an carcerandus sit, licèt esset nobilis, t.5.q.8.nu.9.

Executor testamenti si vendat bona pro satisfaciendis creditoribus, an possit emptor molestari per alios anteriores, t.4.q.2.nu.25.

Exhibitio.

Exhibere, & cedere idem significare solent, t.1.q.2.n.1.

Exhibere aliquod instrumentum condemnatus, compellitur per carcerem, licèt sit nobilis, vel clericus, t.5.q.8.n.10.

Exhibere titulum officij, & illius facere renunciationem compellitur debitor, si ad instantiam creditorum eius subhastatũ, & venditum fuit, ibid.n.18.

Exhiberi debent instrumenta cessionario, quæ exhiberi deberent cedenti, t.6.quæstion.3.n.7.

Exhibere tenetur actor reo, & reus actori instrumenta, & ita practicatur, ibidem num.8.

Exhibere instrumenta mentionata in libello, quando teneatur actor antequàm reus cogi possit respondere, t.6.quæst.9.à n.17

Exhibere an teneatur cessionarius instrumẽtum cessionis statim ac cõparet, siue causa ordinaria sit, siue executiua, ibidem à num.7.

Exhibere an cogatur actor instrumentũ cessionis, de quo fecit mentionem in libello, ibid.n.17.

Exhibere an statim teneatur cessionarius instrumentum cessionis, & nominis cessi, t.7.q.1.à n.1.

Exhibere tenetur cessionarius ea instrumẽta, quæ cedens exhibere teneretur, t.6.q.11.n.9.

Expensæ litis.

Expensas litis quas correus, vel fideiussor soluit creditori, à quo obtinuit cessionem, qualitèr, & pro qua parte ab aliis correis, vel confideiussoribus recuperet, tit. 5.quæst.5.num.33.

Expensæ litis, in quibus quis fuit condemnatus, sequuntur naturam principalis condemnationis. ibid.n.36.

Expensæ litis an insolidũ, vel pro virili sint soluendæ per correos, vel fideiussores insolidum obligatos, ibid.n.34.

Pro expensis litis debitis ex causa criminali, non potest quis detineri in carceribus, ibid.n.35.

Expensæ litis an insolidum exigi possint à pluribus, qui condemnati fuerunt insolidum, ibid.n.39.

Expensas litis quas fecit, & in quibus condemnatus fuit fideiussor qualitèr à debitore principali recuperet, ibid à n.42.

Expensarum litis condemnatio facta contra tutorem malitiosè agentem, an exequenda sit contra minorem, t.5.quæstion.11.à num 27.

Expensas quas fecit maritus in exigendo nomina debitorũ in dotem ei data æstimata, an soluto matrimonio à muliere repetat, t.5.q.12.n.17.

Expensas factas in exactione nominis legati, vel alterius speciei, an heres soluere teneatur, t.5.q.14.n.7.

Expensas litis in quibus fuit condemnatus correus, vel fideiussor, an à correo, vel confideiussore possit recuperare virtute cessionis, t.5.q.5.n.52.

Expensarum litis condemnationem patitur qui temerè, & sine causa litigat; non qui legitimam causam habuit, in Miscell.t.6.n.31.

Expensas litis quas fecit cessionarius in exactione nominis cessi, an possit à cedẽte recuperare, t.7.q.3.à n.1.ad 10.

Expensas litis quas fecit emptor, qui passus fuit eutctionem, recuperat à venditore, simul cum damnis, cum eãdem prælatione quam habet pro pretio, t.7.q.4.n.6.

Expensarum litis appellatione, quæ veniãt, ibid.n.10.

F.

Factum.

Factum iudicis reputatur factum partis, t.5.q.13.n.3.

Facto suo quandò quis contrauenire possit,

sit, tit.8.quæst.1.num.18.
Facto quandò dicatur contraria protestatio, ibid.n.13.
Factum prælati, qui non implet modum, vel conditionē donationi adiectam, an noceat Ecclesiæ, t.2.q.2.n.2.

Facultas, Facultas Regia.

Facultate Regia prius obtentâ, si pater promittat in fauorem filij facere maioratū, si filius ante obtentam facultatem decedat, maioratus pro facto habetur, tit.5. quæst.6.n.10.
Facultas eligendi, aut nominandi an rectè cedatur, t.3.q.1.n.25.
Facultas eligendi, aut nominandi ad Capellaniam, an in alium transferri possit, ibidem à n.42.
Facultas eligēdi ad maioratum si primo vocato concessa sit, an electio personalis sit, vel realis, ita vt omnis successor possit eligere, ibid.n.45.
Facultatem Regiam si quis habeat ad instituendum maioratum, an possit ius illud alteri, vel executori testamenti committere, ibid.n.44.
Facultas iurandi an cedi possit. ibid.n.46.
Facultas ad alienandum, & alienatio si eiusdem diei sint, præsumitur facultatem præcessisse, t.8.q.5.nu.15.

Falcidia.

Falcidiam potest remittere heres in fraudem creditorum, t.2.q.3.n.26,
Falcidia an detrahatur ex legatis piis, t.4.q. 5.n.12.
Falcidia etiam hodiè de iure Regio in vsu est, ibid.n.25.
Falcidia vbi non detrahitur veluti ex legatis piis, an id aliorum legatariorum, vel heredis damno cedat, ibid.num.24.

Famulus.

Famulum meum an possim alij delegare, vt ei seruiat, t.3.q.6.à n.10.
Famuli culpam an præstet dominus: etsi pro eo soluat an possit petere iurium cessionē; aut vtilem habeat sine cessione, t.5.q.6.n. 28.

Falsitas.

Falsitatem si committat notarius in instrumento, vel iudicio nullo, an falsi pœnā incurrat, t.2.q.5.n.4.& 5.
Falsum testimonium dicens in iudicio nullo an vt testis falsus puniatur, ibid.n.5.
Falsam monetam non expendibilem cudens non incurrit pœnas fabricantium falsam monetam, ibid.n.31.
Falsum committit, qui se simulat procuratorem, & ad interesse tenetur, t.7.quæst. 2.num.24.
Falsa causa vitiat contractum, legatum, institutionem, rescriptum, gratiam, decretū, libellum, sententiam, confessionem, excommunicationem, donationem, hypothecam, t.8.q.1.n.5.

Fideicommissum fideicommissarius.

Fideicommisso bona subiecta rectè distrahūtur pro satisfaciendis creditoribus defuncti, t.1.q.1.n.38.
Fideicommissū an censeatur remissum ex tēporis diuturnitate, & sanguinis coniunctione, t.1.q.4.n.29.
Fideicommissum an possit quis præmaturè restituere in præiudicium creditorum, vxoris, vel filiorum, t.3.q.3.n.19.
Fideicommissarius ex contrauentione etiam nulla incurrit pœnam priuationis, si secuta sit realis traditio, t.2.q.5.n.15.
Fideicommissum an reuocetur ex actu nullo, ibid.à n.21.
Fideicommissarius quandò speciali cessione indigeat, vt actiones, & iura heredi competentia in eum transferantur, titul.4.in Miscell.à n.13.
Fideicommissarius non potest exequi sine cessione instrumentum factum per heredem grauatum, ibid.n.17.
Fideicommissum vniuersale, vel singulare an sit cessibile, vel transmissibile, t.3.quæst. 8.à nu.6.
Fideicommissario vniuersali vtiles actiones competunt restitutâ ei hereditate, t.3.q. 9.num.13.
Fideicommissum purum rectè creditur, & venditur, & super eo census imponitur, t.3.q.10.n.6.
Fideicommissum sub conditione, vel in diem an cedi possit: et quandò ex præsumpta testatoris voluntate transmittatur, tit.3. in Miscell.n.9.& 12.
Fideicommissario an acquirantur quæsita per heredem grauatum ex causâ transactionis,

factionis, t. 6. q. 7. n. 2.
Fideicommissū à debitore rectè relinquitur post Constitutionem Diui Pij, tit. 8. q. 2. n. 34.
Fideicommissum ad plures spectans an possit à quolibet eorum insolidum peti, tit. 4. q. 6. nu. 38.
Fideicommissario pertinet portio quæ post restitutam hereditatem defecit, siue heres sponte, vel coactus adiisset, t. 4. q. 7. n. 21.

Fideiussor, fideiusio.

Fideiussori si reddat creditor instrumentum, videtur eum liberasse, & contra debitorem principalem actionem cessisse, tit. 1. q. 3. n. 34.
Fideiussionem indemnitatis an compelli possit cessionarius vt præstet debitori cesso soluenti, t. 1. q. 5. n. 28.
Fideiussor si redimat censum, an possit compellere creditorem, vt cedat ei ius census, vel tantùm possit redimere, & extinguere, t. 5. q. 2. à n. 1.
Fideiussor non potest emere pignus debitoris principalis, ibid. n. 4.
Fideiussor quandò repellere possit creditorē opposita ei exceptione cedendarum, si vnū ex fideiussoribus liberauit, ibid. à n. 25.
Fideiussoris vnius liberatio, vel pactum cū eo initum, quandò aliis confideiussoribus prosit, ibid. n. 36. & 38.
Fideiussor an possit interuenire pro restitutione dotis, t 5 q. 3. n. 8.
Fideiussor, qui cessionem non habuit à creditore, an possit agere aduersus confideiussores pro ratâ, t. 5. q. 4. n. 37.
Fideiussori soluenti longè vtilius est cessionē à creditore obtinere, quàm sine ea aduersus debitorem, vel confideiussores agere, ibid. n. 41.
Fideiussor qui soluit si actione mandati agat non habebit prælationem creditoris; nec executiuè aget, nec poterit conuenire tertios bonorum possessores, ibid. à n. 41.
Fideiussor iudicij qui soluit, agit etiam executiuè contra debitorem, ibid. n. 43.
Fideiussor conuentus, & exactus per creditorem an possit in eodem iudicio debitorem conuenire, t. 5. q. 5. n. 1.
Fideiussor à Fisco exactus potest coram iudice Fisci conuenire debitorem, ibid. n. 4.
Fideiussori soluenti an creditor actiones suas cedere teneatur etiam contra confideiussores insolidum, vel pro rata, ibid. n. 6.
Fideiussor, qui cessionem obtinuit à creditore, agit aduersus confideiussores insolidum dempta sua rata, ibid. n. 8.
Fideiussor exactus insolidum ab alio confideiussore, potest cessis sibi iuribus rursus insolidum agere aduersus alios dēpta sua ratâ, ibid. n. 10.
Fideiussores, vel correi pro ratâ sentire debent damnum confideiussoris, vel correi, qui soluendo non est, & quomodò inter ipsos exactio sit facienda, vt æqualis sit omnium iactura, ibid. n. 11.
Fideiussores insolidum obligati, an etiā pro litis expensis insolidum condemnādi sint, vel pro virili, ibid. n. 34.
Fideiussor, qui soluit repetit pecuniam à debitore cum damnis, & expensis litis; & quâ actione, ibid. à n. 42.
Fideiussor potest efficacitèr obligari, licèt ex aliqua causa, vel priuilegio speciali principalis obligatio nō consistat, ibid. n. 46.
Fideiussor agens virtute cessionis, vel actione mandati, quibus exceptionibus repellatur, ibid. n. 48.
Fideiussor an possit aliquid recipere pro actu fideiubendi, ibid. n. 50. & 49.
Fideiussor si agat virtute cessionis cōtra principalem, an noua decima executionis debeatur, ibi. n. 51.
Fideiussor soluens debitum cum expensis, an si agat virtute cessionis, possit expensas quas soluit, pro rata recuperare ab aliis correis, vel confideiussoribus, ibid. n. 52.
Fideiussor soluēs sortē cū vsuris an agere possit ad vsuras vsurarum, tàm contra debitorem, quàm contra confideiussores, ibid. n. 58.
Fideiussori de repræsentando reum in cárceribus debet dari dilatio, & terminus ad perquirendum reum, saltim de æquitate, t. 5. q. 8. n. 20.
Fideiussor qui soluit, & de solutione à se facta non certiorauit debitorem, qui posteà soluit, mandati actionem non habet, t. 5. q. 14. n. 10.
Fideiussor si soluat, itēque & debitor principalis, cui eorum indebiti cōdictio competat contra creditorem, ibid. n. 10.

Fide-

Fideiussores, vel correi an possint se iuuare, & defendere omnibus exceptionibus quibus debitor principalis posset, t.6. quæst. 2. num.20.

Fideiussor qui soluit partem debiti pro residuo, si actione mandati, vel iuribus sibi cessis agat contra debitorem, an possit ab eo integrum debitum exigere, in Miscell. t. 6. nu.37.

Fideiussori minoris quādo competat, & iuuetur beneficio restitutionis minori competenti, t.3.q.8.n.44.

Fideiussorem mutare creditor non cogitur, etiam si alius æquè idoneus subrogetur, t. 3.q.9.nu 22.

Fideiussor soluens creditori, in eius iura non succedit sine cessione, t.4.q.1.n.6.

Fideiussor si soluat creditori compellere eum poterit ad cedendum, tàm contra debitorem, quàm aduersus confideiussores, ibid. n.20.

Fideiussori soluenti an creditor cedere cogatur actiones etiam contra se, t.5.quæst.2. n.7.

Fideiussor qui soluit si cessis sibi iuribus agat aduersus vnum ex confideiussoribus, tenetur ei cedere actiones etiam contra se, ibidem n.19.

Fideiussor negans se fideiussisse an amittat beneficium cedendarum, t.5.q.3.à n.20.

Fideiussor negans se fideiussisse an amittat beneficium ordinis, & diuisionis, ibid.à numer.28.

Fideiussori qui soluit an vtilitèr cedi possint actiones ex interuallo post solutionem, tā contra debitorem, quàm contra fideiussores, t.5.q.4.a n.13.

Fideiussor qui soluit, licèt cessionem non habeat potest agere aduersus debitorem actione mandati, vel negotiorum gestorum ibid.n.23.

Fideiussor de iudicato soluendo in causa criminali si soluat pro reo, & cessionem obtineat, an possit virtute cessionis carcerari facere reū, etsi esset nobilis, t.6.quæstion.4.nu.20.

Fideiussoria obligatio an cessare videatur, cessante actione principali. t.6.q.6 à n.2.

Fideiussoria, vel hypothecaria actio, an cedi possit sine personali, ibid.n.11.

Fideiussor cui creditor cessit actiones, si concurrat cum ipso cedente, quis præferatur in ea actione, t.6.q.8.n.25.

Fideiussori agenti virtute cessionis, non obstat exceptio, quod non constat de verâ pretij numeratione, ibid.n.6.

Fideiussor agens virtute cessionis, an possit exigere integrum debitum cessum, licèt ipse partem tantùm numerasset, ibid. numer.51.

Fideiussor an possit opponere omnes exceptiones quibus se defendere posset debitor principalis, t.6 q.11.n.22.

Fideiussor potest repellere creditorem exceptione cedēdarum, nisi tradat ei instrumētum debiti, t.7.q.1.n.8.limita vt n.9.

Fides.

Fides dari debet historijs, & chronicis: et de auctoritate, & fide literarū in lapidibus muris, & columnis, t.3.q.3.n.22.

Filius.

Filius an possit legitimam, vel hereditatem patris repudiare in præiudicium creditorum, t.2.q.3.n.20.

Filio an debeat imputari in legitimam vsufructus aduentitiorum ei per patrem remissus, ibid.n.28.

Filio an possit pater concedere liberam facultatem ad testandum.

Filius susceptus ex matrimonio putatiuo legitimus est, propter bonam fidem vnius parentis, & succedit in maioratu, t.2.q. 5.n.18. vide verb. matrimonium.

Filius familias an possit cedere actiones suas t.2.q.6.à n.16.

Filius familias non potest alienare bona in quibus pater habet vsumfructum: intelligē vt nec alienare possit quoad proprietatem, ibid.

Filius familias an possit super aduentitiis in quibus pater habet vsumfructum imponere censum, ibid.n.17.& 36.

Filius familias nec delinquendo potest præiudicare patri in aduentitiis, etiā quoad proprietatem, ibid.n.18.

Filius si stupravit virginem, an pater cogi possit vt eam dotet, t.2.q.6.n.19.

Filius familias nec testando de tertio bonorum aduentitiorum potest præiudicare patri, ibid.n.20.

Filius familias quandò legitimã personam habeat, vt comparere possit in iudicio super aduentitiis, ibid. n. 34.

Filius primogenitus aliis fratribus dignior est, t. 3. q. 3. n. 4.

Filiorum Dignitas an ascendat ad patres, ibid. n. 30.

Filius conceptus durante litè cum eius patre super contrauentione conditionũ maioratus, an excludat consanguineũ, qui prætendit successionẽ, t. 3. quæst. 4. à n. 18.

Filius conceptus in fauorabilibus pro nato habetur, ibid. n. 25.

Filius postea natus potest reuocare renunciationẽ emphyteusis concessæ pro descẽdentibus à patre factam, etiam si ad dominum reuersa iam fuisset, ibid. n. 34.

Filio qui in rẽ patris laborauit an debeatur salarium, t. 3. q. 6. n. 6.

Filij illegitimi legitimantur per matrimoniũ subsequens putatiuũ, licèt alij contrà, t. 4. q. 8. n. 14.

Filio agere in iudicio volenti si pater renuat præstare consensum, quid faciendum sit, t. 5. q. 8. n. 20.

Filius non dicitur habere patrem, si eum habeat inutilem, t. 3. q. 7. n. 25.

Filius in tertio, vel quinto melioratus qualitèr teneatur ad æris alieni solutionem, t. 4. q. 6. n. 7.

Fiscus.

Fisci in præiudicium an debitor possit renũciare ius nondum quæsitum, t. 2. q. 3. à n. 15. vbi etiam quid in præiudicium dotis,

Fisco pertinet actio, quæ ceditur potentiori ratione officij, t. 2. q. 4. n. 31.

Fisco pertinet pœna, quam lex simplicitèr imponit, t. 2. q. 4. n. 31.

Fiscus præfertur in bonis postea quæsitis alijs creditoribus anterioribus, t. 3. q. 7. n. 3. vbi an idem procedat in dote.

Fiscus succedens in alterius ius, an possit ex suo contractu agere, vel conueniri, t. 4. in Miscell. n. 17.

Fiscus succedens in re locata agit aduersus conductorem pro pensionibus sine cessione, ibid. n. 28.

Fisco soluens in eius ius sine cessione non succedit, t. 5. q. 4. n. 30.

Fiscus an possit cedere actiones suas etiam ex interuallo, ibid. n. 34.

Fiscus succedens ex confiscatione bonorum, creditoribus respondere tenetur, t. 3. quæstion. 9. n. 7.

Fiscus succedens ex confiscatione tenetur alere filios delinquentis, ibid. à n. 27.

Fiscus succedens ex confiscatione, an teneatur facere inuentarium, ibid. n. 32. & 35.

Fiscus creditor ex contractu, vel delicto, an possit conuenire debitorem debitoris, sine cessione, t. 4. q. 4. n. 45.

Fisco soluens an in eius iura succedat sine cessione, t. 4. q. 1. n. 31.

Fiscus an sua priuilegia personalia transferat in cessionarium, t. 6. q. 3. n. 25.

Fisci cessionarius an possit debitorem cessum coram iudice fisci conuenire, ibid. n. 29.

Fisci cessionarius an possit exigere vsuras quas posset exigere Fiscus, ibid. n. 28.

Fisci cessionarius an vtatur prælatione Fisci, ibid. n. 26.

Fiscus succedens ex confiscatione, heres annomalus reputatur: et iura actiua, & passiua in eum transeunt, t. 6. q. 11. n. 45.

Fœmina.

Fœmina semèl admissa propter defectũ masculorum, non excluditur eorum propter existentiam si ex post facto nascantur, t. 3. q. 4. n. 19.

Forum.

Fori eiusdem quandò dicatur debitor, & creditor, t. 1. q. 6. n. 63.

Fori sui priuilegio an vtatur cessionarius pro iuribus sibi cessis, t. 2. q. 4. n. 56.

Fori priuilegium competens cedenti, an trãseat in eius cessionarium, t. 6. q. 3. n. 13.

Fori priuilegium concessum miserabilibus personis, an transeat in eorũ cessionarios, ibid. n. 22.

Fori priuilegium qui habet, an eo vtatur pro iuribus sibi cessis, ibid. n. 24.

Fori priuilegium, quod habet Fiscus an trãseat in eius cessionarium, ibid. n. 29.

Frater.

Frater ad instantiam fratris non potest carcerari, tit. 6. q. 11. n. 41.

Fraus.

Fraudari quis non debet sub fide publica, t. 4. q. 2. n. 24.

Fraus quælibet in pretio, quod habet à lege punctum

punctum indiuisibile captiosa, & iniusta est, t.6.q.10.n.3.
Fraudis suspicio cessat in cessione necessaria, t.1.q.4.n.42.

Fructus.

Fructus fundi pendentes an pertineant ad tertium possessorem hypothecariâ actione conuentum, qui fundum dimittere paratus est, t.1.q.1.n.59.
Fructus percepti restituendi sunt si lasio enormissima in contractu interueniat, t.2.q.1.n.58.
Fructus si vendat usufructuarius, an proprietario ius retrahendi competat, t.3.quæst.1.n.15.
Fructus maioratus quem pater renunciauit in fauorem filij, an debeant ei imputari in legitimam, t.3.q.3.n.16.
Fructus pignoris lucratur maritus interim quòd dos ei promissa non soluitur: et an hoc priuilegium in eius cessionariũ transeat, t.6.q.2.n.41.
Fructus, & reditus decurrente cessionem an veniant in cessione, & subrogatione in omne ius cedentis, t.6.q.6.n.18.
Fructuum acquisitionis iustus titulus est qualisqualis occasio possidendi, etiam si causetur virtute tituli inualidi, t.6.quæstion.10.n.34.
Fructus dotis restitutæ mulieri propter inopiam mariti manẽt obnoxij oneribus matrimonij: et qui supersunt ad maritum, & eius creditores spectant, t.3.quæst.7.nu.21.

Furor.

Furere si incipiat maritus, poterit mulier dotem repetere, t.3.quæst.7.n.24.

Furtum.

Furti actio, cõdictio furtiua, & aliæ actiones ex delicto, an rectè cedantur, tit.3.in Miscell.n.2.

G.

Gabella.

Gabella debetur ex cessione iurium, non vero ex renunciatione, t.1.q.2.n.20.
Gabella non debetur ex promissione de vendendo: et si res postea vendatur, gauella pertinet ad gauellarium, qui est tempore venditionis, non ad eum qui erat promissionis tempore, t.1.q.6.n.36.
Gabellam si soluat emptor pro venditore, an possit eam repetere à venditore sine cessione, in Miscell.t.4.n.37.
Gabellarum dominus si vendat, aut locet ius quod habet exigendi gabellam, an eã soluere teneatur ex suis venditionibus, t.5.q.2.n.24.
Gabellæ immunis an sit, qui cõduxit à Principe, vel Ecclesia, sicut esset Princeps, vel Ecclesia, t.6.q.3.n.1.
Gabellæ exemptio si sit concessa prædiis in singulares eorum successores non transibit, ibid.n.2.
Gabellam an soluere debeat ex venditione tertiarum, qui eas habet à Principe, ibidem n.4.
Gabellam an soluere debeat emptor, vel cessionarius Ecclesiæ quamuis Ecclesia à gabellæ solutione esset immunis, ibidem nu.5.
Gabella an debeatur ex transactione, siue res tradatur, siue dimittatur penes possessorem, t.6.q.7.n.21.
Gabella an debeatur ex cessione nominis, vel actionis quæ pretio facta fuit facta, t.7.q.5.
Gabella non debetur ex cessione iurium, quæ accessoriè ad aliam contractum fit, ibid.n.3.
Gabella non debetur ex cessione iurium, quæ eo titulo fit, ex quo gabella non soluitur, ibid.n.5.
Gabella non debetur ex cessione titulo venditionis factâ, si cessa sint iura ad pecuniã ibid.n.6.
Gabella non debetur ex moneta in aliã monetam redactâ, ibid.n.7.
Gabella non debetur ex cessione iurium, quã facit creditor fideiussori, vulgò de la carta de lasto, ibid.n.8.
Gabella debetur ex fundatione census, & quo in loco sit soluenda, ibid.n.10.
Gabella an debeatur ex cessione census iam constituti, ibid.à n.9.
Gabella non debetur ex cessione ad rem, ex cuius venditione non deberetur, ibidem num.11.
Gabella debetur ex cessione, & venditione hereditatis, ibid.n.13.
Gabella an soluenda sit per venditorem hereditа-

hereditatis ex rebus hereditarijs immunibus à gabellâ, ibidem, & num. sequentib.

Gabella debetur ex cessione iuris retrahendi, ibid. n. 17.

Gabella quotuplex debeatur, quandò is, qui vendidit cũ pacto de retrouẽdẽdo, ius retrahendi alteri vendit, ibid. n. 18.

Gabella non debetur ex cessione iuris ad rẽ, quam facit procurator in fauorem domini, ibid. n. 20.

Gabella non debetur ex cessione rei, quam facit is, qui eam emerat pro persona nominanda, ibid. n. 22.

Gabella an debeatur, quandò emptor rei in publica subhastatione cedit emptionem in fauorem creditoris, ibid. nu. 23.

Gabella an debeatur ex cessione conductionis gabellarum, vel aliorum redituum, ibid. n. 20.

Gabella quo in loco sit soluenda ex cessione actionis ad rem mobilem, vel immobilem, ibid. n. 25.

Gratia.

Gratiam vitiat falsa causa, tit. 8. quæstion. 1. num. 5.

Grauamen.

Grauamen nè quis contrahat matrimonium cum ignobili, aut impura, iustum, & honestum est, titul. 2. quæstion. 5. numero 13.

Grauamini nè quis contrahat matrimonium cum impura sub pœnâ priuationis, contrauenire an dicatur, qui cum ea contraxit matrimonium, sed inualidum, ibid. n. 14.

Grauatus de restituendo post mortem incertæ ex certis personis, non potest ante mortem restituere, titul. 3. quæstion. 4. num. 35.

Grauare non dicitur alium, qui vtitur iure suo, t. 3. q. 12. n. 37.

H.

Habitatio.

Habitationis ius an cedi, vel locari possit, titul. 3. quæst. 1. à num. 17.

Heres, hereditas.

Heredis putatiui transactio, remissio, aut solutio ei facta, an vero heredi noceat, t. 1. q. 1. n. 47.

Hereditatis adeundæ ius in bonis nostris nõ est, t. 2. q. 3. n. 7.

Hereditatis adeundæ ius in donatione omnium bonorum nõn comprehenditur, ibidem n. 8.

Hereditatis adeundæ ius cedi non potest, ibid. n. 9.

Hereditatis adeundæ ius non comprehenditur in confiscatione bonorum, ibidem numer. 10.

Hereditatis adeundæ ius competens debitori, ad eius creditores non transit, ibidem num. 12.

Hereditatis adeundæ ius non comprehenditur in tacita bonorum hypotheca, ibidem num. 13.

Hereditatem paternam, vel legitimam an possit filius renunciare in præiudicium creditorum, t. 2. q. 3. n. 20.

Heres potest remittere falcidiam in fraudem creditorum, ibi n. 26.

Hereditatem delatam an possit debitor in prætudicium creditorum in alium transferre, ibid. à n. 36.

Hereditatem cedens, eam prius adiisse censetur, ibid. à n. 38.

Hereditas adita non censetur ex eo, quòd mulier nupta de hereditate sibi relicta disponat, quia eam sine licentia viri adire nõ potest, ibid. n. 39.

In heredes non transit societas, & quandò secùs, vide societas.

Hereditatis aditio inducitur ex cessione eius t. 3. q. 8. n. 17.

Hereditas per contractum dari non potest, t. 3. q. 9. n. 5.

Hereditatis emptor an possit conueniri per creditores hereditarios, ibid. n. 20.

Heredum quemlibet potest creditor pro ratâ conuenire, licèt ipsi, vel iudex in iudicio familiæ erciscundæ onus soluendi vni heredum iniunxerit, ibid. nu. 24.

Heredes qui annomali dicuntur inuentarium facere non tenentur, ibidem numer. 35.

Heres cum beneficio inuentarij si rem

vendat pro satisfaciendis creditoribus, an possit molestari per alios anteriores, t.4. q.2.num.25.

Hereditatis emptor an statim cõparasse intelligatur actiones hereditarias, titul.7. quæst.4. n.17.

Heres soluens posteriori creditori, vt nõ possit molestari per alios anteriores, debet soluere vt heres, & expecuniis hereditariis non ex propriis, t.4.q.2.

Heredum vnus si non soluat canonem, an faciat alios incurrere in pœnam, t.4. quæst. 3.num.20.

Heredis, an legatarij damno cedat periculum, vel diminutio rei legatæ, t.4. quæst. 5.num.5.

Hereditariæ actiones ipso iure legis potestate inter coheredes pro hereditariis portionibus diuiduntur, tit.4. quæstion.1. numer.1.

Heredes pro rata portionum conueniri debent, licèt defunctus in solidum teneretur, ibid.n.2.

Heredes vsurarij an in solidũ, vel pro rata ad vsurarum solutionem teneantur, ibidem num.3.

Heredum vni si testator onus æris alieni in solidum imponat, vel ipsi inter se conueniant, vt vnus soluat, an creditor aduersus illum agere debeat, ibid.n.4.

Heredes an pro rata sint conueniendi, licèt is cui successerunt, se, & heredes in solidũ obligasset, ibid.n.5.

Heredum vnus, vel plures licèt soluendo non fiant, eorum inopia alios non onerat, ibidem n.6.

Heredes an inæqualiter teneantur ad æris alieni solutionem, si inæqualia prelegata acceperint. ibid. n.5.

Heredes quando conueniantur in solidũ pro legatis, ibid.n.9.

Heredes an pro debito, & legato dotis in solidum conueniantur, ibid.n.8.

Heredes an in solidum teneantur ad debitum alimentorum, ibid.n.12.

Heredes in solidum tenentur, si debitum defuncti indiuiduum sit, ibid.n.16.

Heredum vnus pignus, vel hypothecam possidens, in solidum conuenitur, & quid si hypotheca tacita esset, vel generalis, ibid. n.17.

Heres, qui solidum soluit, repetere potest ab . . alijs partes, quæ ad eos spectabant, & qua actione, ibid.n.18.

Heres vnus solidum soluens aduersus alios iurium cessionem à creditore sibi fieri rectè desiderat, ibid.n.19.

Heredes plures si diuersi fori sint, an creditor eos coram vno iudice, vel vnumquemque coram suo debeat conuenire, ibidem à numer.10.

Heres potest conueniri in foro, vbi defunctus se submisit, ibid.

Heredum vnus si conueniatur an possit desiderare, vt actor alios coheredes citari faciat, ibid.n.22.

Heredum vnus in solidum agit si id quod petitur indiuiduum sit, veluti pro constituẽda seruitute, ibid.n.26.

Heredum vnus non agit in solidum aduersus debitores hereditarios sine aliorum coheredum cessione, ibid.n.24.

Heredum vnus domini directi dominij, vel eius qui sub pacto de retrouendendo distraxit, totam rem retrahere potest absq; aliorum coheredum cessione, ibidem numer.28.

Heredum quilibet potest censum in totum redimere, etiam inuito creditore, ibidem numer.29.

Heredum quilibet an possit censum pro rata, & portione sua redimere, etiam inuito creditore, ibid.n.30.

Heres qui vult redimere partem census, quæ ad eum spectat, potest cogere alios coheredes, vt partes suas redimant, ibidem numer.31.

Heres vbi admittitur ad agendum in solidum, tenetur cauere de restituendo suas portiones aliis coheredibus, ibidem numer.32.

Heredi in causis indiuiduis in solidum agenti non potest opponi alios ei coheredes esse, ibid.n.42.

Heres vnus quando in solidum agere possit, vel defendere, si cauere paratus sit alios coheredes id ratum habituros, ibidem numer.35.

Heres vnus qui præstita cautione de rato in solidum agit, non potest exigere partes aliorum, sed deponi debent, vt coheredibus soluantur, ibid.n.36.

Heres vnus si suam partem, & portionem vendat; & postea portio aliqua deficiat, an pertineat ad emptorem, tit. 4. quæst. 7. à n. 14.

Heres post vēditionē hereditatis heres adhuc manet, quia nō hereditatem, sed bona hereditaria distraxisse intelligitur, ibidem n. 17.

Hereditate vendita nihil amplius venditum censetur, quàm quod eo tempore hereditatis fuit, ibid.

Hereditate vendita vtiles actiones transeūt in emptorem sine cessione, tit. 4. in Miscell. n. 4.

Hereditate restitutâ an iura, & actiones transferantur in fideicommissarium absque vlla cessione, ibid. à n. 13.

Hereditatis possessor an possit pendente lite super hereditate, debitores hereditarios conuenire, t. 5. q. 9. n. 6.

Heres putatiuus si soluat legata, vel debita defuncti, potest pro eo quod soluit retinere bona hereditatis, ibid.

Heredi putatiuo, aut falsò soluens an liberetur, ibid. à n. 4.

Heres an teneatur præstare legatario expensas factas in exactione nominis, vel speciei legatæ, t. 5. q. 14. n. 7.

Heres grauatus de restituendo si quid acquirat ex causa transactionis, an ei, vel fideicommissario acquiratur, tit. 6. quæst. 7. n. 2.

Heres vnus ex pluribus si insolidum agat, an sufficiat quòd pendente iudicio aliorum coheredum superueniat cessio, tit. 6. quæstion. 9. n. 32.

Heres vnus si insolidum agat, & post primam sententiam superueniat ei cessio coheredum, an possit à sententia confirmatoria prioris, pro parte coheredum supplicare, ibid. n. 35.

Heredibus an iuramentum in litem deferri possit, in Miscell. t. 6. n. 7.

Heres eius qui iurauit contractum ratione iuramenti ad forum Ecclesiæ trahi non potest, ibid. à n. 22.

Heres tenetur tradere legatario instrumentum nominis: et sine eo agere non potest, t. 7. q. 1. n. 4.

Heres tenetur suis sumptibus litem agere, quæ orta fuit ante traditionem rei legatæ, tit. 7. quæst. 4. n. 3.

Hereditate vendita non tenetur venditor de euictione, etiam si singulæ res euincantur, t. 7. q. 5. n. 14.

Hereditate vendita, potiùs vniuersitas distracta censetur, quàm singulæ eius res ibid.

Hereditate vendita an debeatur gabella, etiam ex rebus hereditatis immunibus à gabellâ, ibid. n. 13.

Heredis institutionem falsa causa vitiat, tit. 8. q. 1. n. 5.

Honor.

Honor, & reuerētia debetur, etiam post depositam dignitatem, propter vestigia eius, & memoriam, tit. 3. quæstion. 3. numer. 24.

Honor debetur aduocatis, & in dignitate esse dicuntur, etiam post depositum aduocationis officium, ibid. n. 26.

Honor debetur iudicibus post depositum officium, maximè dum in syndicatu sunt, & de pœnis eorum qui eos offendunt, vide Magistratus.

Hora.

Horam si habeat instrumentum præfertur alteri instrumento eiusdem diei, quod horam non habet, vide verb. instrumentum.

Hypotheca.

Hypothecam falsa causa vitiat, tit. 8. quæst. 1. n. 5.

Hypothecaria actione conuentus an possit rem retinere donec eius fructus pendentes percipiat, t. 1. q. 1. n. 59.

Hypothecaria actione conuentus, qui elegit rem dimittere, & dimisit, an possit pœnitere, & soluendo recuperare rem. ibid. n. 60.

Hypothecæ tertius possessor an in foro conscientiæ teneatur solucre creditori hypothecario, ibid. n 61.

Hypothecam si possessor dimiserit creditori hypothecario, potest rursùs à venditore conueniri, & reincidet in pristinam obligationem, ibid. n 63.

Hypotheca tacita bonorum non comprehendit ius adeundi hereditatem, tit. 2. quæst. 3. n. 13.

Hypothecaria actio præscribitur per tertiā

possessorem aduersus creditorem per decẽ annos inter præsentes, & viginti inter absentes, quamuis adesset pactum de non alienando, t.5.q.1.n.134.

Hypothecaria actio an cessa censeatur, cessâ personali actione, t.6.q.6.à n.4.

Hypothecaria, vel fideiussoria actio an cedi possit sine personali obligatione, ibidem num.11.

Hypotheca anterioris creditoris non resoluitur etiam si ad instantiam posterioris sit distracta, t.6.q.8.n.16.

Hypotheca specialis plus afficit rem, quàm generalis, t.7.q.2.n.11.

Hypothecas liberas, & nullis oneribus obnoxias præstare promittens, satisfacit præstando bona aliis obligata, si sufficientia sint ad omnium onerum solutionem, ibid.n.15.

I.

Ignorantia.

Ignorans cessionem bonorum, vel concursum creditorum, an rectè contrahat cum eo, qui cessarat bonis, vel formauerat concursum, t.1.q.1.n.25. & 34.

Ignorans cessionem bonorum, vel cõcursum si litigat cum eo qui cesserat bonis, vel formauerat concursum, an iudicium, & sententia subsistat, ibid. à nu.14. & 21.

Ignorantia quandò excusset, si quis soluat alij quàm vero creditori, ibid.n.27.

Ignorans reuocationem procuratoris rectè ei soluit, ibid.n.26.

Ignorans reuocationem procuratoris rectè cum eo agit, & sententia, & iudicium consistit, ibid.nu.28.

Ignorantiæ iustam causam habet, qui in alterius ius succedit, in Miscell.t.6.n.27.

Immunitas.

Immunitatis priuilegium pro se, & successoribus concessum an ad singulares successores, & emptores bonorum extendatur, t.6.q.3.n.6.

Imputatio.

Imputari an debeat filio in legitimam vsusfructus ei à patre remissus, tit.2.quæst.3. n.28.

Imputari an debeant filio in legitimam fructus percepti ex maioratu, quem pater in eius fauorem renunciauit, ibid.n.16.

Inhibitio.

Inhibitio superioris, & sententia inferioris, si eiusdem dies sint, præsumitur inhibitionem fuisse posteriorem, t.8.q.3.n.15.

Iniuria.

Iniuria si sit remissa sub conditione, vel pacto, si non impleatur, an possit accusatio instaurari saltim de vtriusque partis consu, t.8.q.1.n.22.

Iniuriarum actio, & accusandi ius an rectè cedatur, in Miscell.t.3.n.1. & t.5.q.6. n.36.

Insinuatio.

Insinuationem requirit donatio excedens 500. solidos: et vsque in quam quantitatẽ sustineatur, t.8.q.1.n.15.

Insinuationem requirit cessio iurium facta titulo donationis, ibid.à n.16.

Insinuata si non sit cessio facta ex causa donationis, poterit agere cessionarius ad 500 solidos, simulque ad expensas in exactione, ibid.n.17.

Insinuari donationẽ debitori factam an petere possit eius creditor, t.4.q.3.n.12.

Insinuatio quid sit, eius forma, & in quibus donationibus sit necessaria, ibidem nu.13. & 16.

Insinuatio donationis coram quo iudice fieri debeat, si Clericus donet laico, & è contrà ibid.n.14.

Insinuationi an renũciari possit saltim cũ iuramento, & specialis renunciatio sit necessaria, ibid n.15.

Insinuari donationem an petere debeat donans, vel donatarius, ibid.n.16.

Instantia.

Instantia litis an transeat in cessionarium actionis litigiosæ, tit.3.quæst.11.à n.13. & 18.

Instãtia litis cedi potest, & an specialis cessio sit necessaria, ibid.n.18.

Instantia litis quando transeat in singularẽ successorem, ibid.

Instrumentum.

Instrumenti traditio importare solet cessionem iurium, t.1.q.3.n.17.& 22.

Instrumenti traditio quandò importet mãdatum ad agendum, ibidem num.19.& 22.

Instrumentum in quo plures sunt obligati si creditor vni eorũ tradat, an videatur omnes liberasse, vel aduersus alios actionem cessisse, ibid n.28.

Instrumentum si reddat creditor debitori, ipsum liberasse censetur, ibid.n.29.

Instrumentum sine causa, an de iure Regio exequatur, t.1.q.4.n.22.

Instrumentum cessionis debet ostendere cessionarius, vt agat aduersus debitorem cessum, t.1.q.5.n.9.

Instrumentum deperditum testibus probari potest, ibid.n.21.

Instrumentum confectum sine protocollo, an validum sit, & exequi possit, ibidem numer.33.

Instrumentum cessionis, simulque, & nominis cessi, an statim producere debeat cessionarius agens in iudicio, tit.7.quæst.1. à n.1.

Instrumentum nominis legati tradere tenetur heres legatario, & sine eo agere non potest, ibid.n.4.

Instrumentũ, & ius debiti, quod in eo continetur sunt connexa visu, & intellectu, ibid.n.5.

Instrumentum si sit proprium ratione dominij, non solùm datur domino actio ad exhibendum, sed rei vindicatio, ibid.

Instrumentũ nominis cessi tenetur cedẽdere cessionario, ibid.n.7.

Instrumenta cõmunia pluribus sociis, vel heredibus, apud quem esse debeant, ibid. n.17.

Instrumenta duo aliud cessionis contra debitorem, aliud liberationis eius. si vna die confecta appareant, quod ex eis præcessisse præsumatur, t.8.q.3.à n.1.

Instrumenta duo si vnà die conficiãtur, præfertur anterius, licèt prioritas vnius horæ, vel momenti esset, ibid.n.3.

Instrumenta duo, vel rescripta si vna die expediantur, prioritas testibus probari potest, ibid.n.4.

Instrumenta duo si eadem die confecta sint, præfertur quod horam habet, ibid.num. 5. amplia si ea is quem eo se fundat actor esset, vel reus, ibid.n.12. & etiam contra dotem, ibid.n.13.

Instrumenta duo eiusdem diei si vnum ad essentiam alterius præambulum esse debet, hoc anterius præsumitur, licèt aliud horam haberet, ibid.n.15.

Instrumenta in fauorem dotis, Fisci, salarij, studij, piæ causæ, anteriora præsumuntur aliis eadem die confectis, ibid.n.17.

Instrumẽta duo eiusdem diei, vnum in fauorem priuati, aliud in Fisci fauorem, quod nam anterius præsumatur, ibidem a numer.18.

Instrumenta vnius diei si duo in sui fauorem habeant, si verè vel præsumptiuè de eorũ anterioritate nõ constet, præfertur is qui possidet, ibid.n.20.

Instrumenta duo eiusdẽ diei si concurrant, an præferatur illud, quod in papyro sigillata est confectum, ibid.n.29.

Instrumenta cessionum iurũ, vel locationũ in qua papyro sint conscribenda iuxta nostrum ius Regium, ibid.n.30.

Instrumenta confecta in alia papyro sigillata, quàm quæ ei correspondet nulla sunt, ibid.n.30.

Instrumentũ vbi lex irritat, non videtur irritare contractũ de quo in instrumento, ibid.n.31.

Instrumentum cancellatũ executionem non meretur, tit.5.quæst.10.n.17.

Interesse.

Interesse ad rationem 7. aut 8. pro 100. an licitum efficere possit consuetudo ita mutuandi, tit.3.q.12.à n.25.

Interruptio præscriptionis, vide præscriptio.

Inuentarium.

Inuentariũ debet continere nomina debitorũ defuncti, non verò debita, quæ ipse debet, t.3.q.9.n.9.

Inuentariũ an Fiscus facere teneatur, t.3.q. 9.n.32.

Inuentariũ facere non tenentur heredes, qui annomali dicuntur, ibid.n.35.

Inuentarium hereditatis licèt non faciat Ecclesia, vel pia causa, non tenetur vltra vires hereditarias, t.6.q.3.n.10.

Inuentarium hereditatis factum ab vna persona, an alij prosit, ibid.n.12.

Inuentarium confectum à cessionario hereditatis an prosit heredi, ibid.

Inuentarij à confectione sisit immunis cedēs, eodem iure vtetur eius cessionarius, ibid. n.11.

Iudex.

Iudex Ecclesiasticus quando censuris vti nō possit aduersus laicos in quos exercet iurisdictionem, t.5.q.4.n.51.

Iudicibus debetur honor etiam post finitum officium, maximè dum sunt in syndicatu, & de pœnis eorum qui eos offendunt, tit. 3.q.3.n.27.

Iudex officium suum non petenti impartiri non potest, t.6.q.9.n.2.

Iudex ex officio potest repellere à iudicio eum qui legitimam personam non habet, ibid. nu.3.

Iudex an teneatur personam non legitimam à iudicio repellere, vt si aliter fecerit, teneatur in syndicatu, ibid n.4.

Iudex in causis executiuis tenetur repellere eum qui legitima persona non est: in ordinarijs vero causis id arbitrio eius relinquitur, ibid.n.5.

Iudex qui malè iudicauit, condemnatus vt restituat pecuniam, an possit cessionē iurium desiderare contra eum in cuius fauorem pronunciauit, t.5.q.6.n.8.

Iudex an possit pœnam sibi applicatam à lege cedere in fauorem ipsius rei, vel alterius ibid.n 35.

Iudex executor ad alicuius facti præstationem, debet antequàm condemnatum cōpellat, dilationem commodam assignare: et à denegatione licitè appellatur, t.5.q. 8. à n.2.

Iudex sæcularis an possit compellere eū, qui fidem dedit de contrahendo matrimonio; vel id priuatiuè spectet ad Ecclesiasticū, ibid.n.12.

Iudex sæcularis an possit compellere coniugem, vt cum coniuge cohabitet, vel quòd puella desponsata restituatur viro, ibid. nu.12.

Iudicis factum censetur factum partis, tit. 5.quæst.13.n.3.

Iudicium.

Iudicium à principio malè institutum, an corroboretur ex iure superuenienti, tit.6. quæst.9.

In iudicio an comparere possit, qui cessit bonis si pœniteat, t.1.q.1.n.13.

Iudicium agitatum cum eo, qui cesserat bonis, vel fecerat concursum creditorum, an subsistat, si litigans ignorauit cessionem, vel concursum, ibi n.21. & à n.14.

Iudicium, & lis prosecuta cum procuratore reuocato subsistit, si litigans ignorauit reuocationem, ibid.n.28.

Iudicium, & lis cum procuratore reuocato de reuocatione non admonito, an subsistat ad vtilitatem domini, qui reuocauerat mandatum, ibid.n.29.

Iudicorum exitus oppositio alio aduersario potentiori durior efficitur, t.2.q.4.

Iudicij alienandi causâ quando alienatio facta præsumatur: & quæ concurrere debeant, ibid.per tot. & à n.33.

Iudicij mutandi causa, quando alienatio facta præsumatur, ibid.à n.43.

Iuramentum.

Iuramentum non requiritur in cessione necessaria, t.1.q.3.n.42.

Iuramento non confirmatur cessio sine causâ, neque promissio decedendo, t.1.quæst.4. n.18.

Iuramento, quod dicitur suppletiuū, an cessio probetur, t.1.q.5.n.1.

Iuramentum non requiritur in promissione de cedendo, licèt in ipsa cessione necessariū [illegible]et, t.1.q 6.n.42.

Iuramento interposito si quis iuret se nō cessurum, valet tamen cessio postea facta, ibidem n.70.

Iurata an debeat esse licentia, quam pater filio concedit, vt liberè testetur, t.2.q.3.numer.32.

Iuramentum an die feriata possit interponi, t.2.q.4.n.54.

Iurandi facultas an cedi possit, t.3.quæst.1. n.46.

Iuramentum, quod præstant vasalli dominis suis, an genibus flexis præstari debeat, t.3. q.6.n.25.

Iuramentum in litem an rectè deferatur cessio-

sionario, in Miscell. t. 6. n. 1. & à n. 5.
Iuramentam calumniæ an cessionarius præstare debeat, ibid. & n. 12. & 24.
Iuramentum in litem quod sit, & eius inducendi ratio, & diuisio, ibid. n. 2. & 3.
Iuramentum in litem non alij defertur, quã ei qui benè instructus est de rei valore, ibidem n. 4.
Iuramentum in litem an deferri possit procuratori, aut negotiorum gestori, ibidem nu. 6.
Iuramentum an deferri possit heredibus, & vniuersalibus successoribus, ibid. num. 7. & 10.
Iurandi in litem facultas transit in successorem Ecclesiasticam, ibid. n. 8.
Iuramentum in litem affectionis, vbi cessionario defertur, an iuxta suam, vel cedentis affectionem iurare debeat, ibid. n. 11.
Iuramentum calumniæ quæ contineat, ibidem n. 12.
Iurare de calumnia an cogi possint aduocati, & procuratores, ibid. n. 13.
Iurare de calumnia, vel positionibus respondere cogi potest creditor etiam postquàm actionem in alium transtulit, ibid. n. 17.
Iuramentum calumniæ in animam cedentis præstat cessionarius, ibid. n. 16.
Iuramenti ratione à defuncto interpositi heres eius ad forum Ecclesiæ trahi non potest, ibid. n. 22.
Iuramentum defuncti non transit in heredẽ sub pœna periurij, ibid.
Iuramentum præstitum per prædecessores in Ciuitate, Vniuersitate, vel Collegio, qualitèr obliget successores, ibid. n. 23.
Iuramentum in litem affectionis, quod propter aduersarij dolum defertur, an ob culpam latam deferatur, t. 5. q. 6. n. 27.

Ius.

Ius quando faciant titulorum rubricæ, t. 1. q. 1. n. 5.
Iura & actiones dimittit creditoribus, qui bona sua cedit, ibid. n. 7.
Iura & actiones an inter mobilia, vel immobilia computentur, t. 2. q. 1. à n. 15.
Iura & actiones an tertiam bonorum speciẽ constituant, ibid. n. 20.
Iura & actiones an comprehendãtur in legato, donatione, maioratu bonorum mobilium, & immobilium, ibid. n. 22.
Iura, & actiones an distribuere possit executor nominatus ad distribuenda bona mobilia, & immobilia, ibid. n. 23.
Ius superueniens in iudicio quãdò corroboret iudicium, t. 6. q. 9.
Iura & actiones an comprehendantur in confiscatione bonorum mobilium, & immobilium, t. 2. q. 1. n. 24.
Iura regalia, vulgo juros, *& census inter quæ bona numerentur, ibid. n. 25.*
Iura & actiones si capiantur in executionis causâ, per quot dies præconizẽtur, ibidem n. 30.
Ius adeundi hereditatem in bonis debitoris non est, t. 2. q. 3. n. 7.
Ius adeundi hereditatem in donatione omnium bonorum non comprehenditur, ibidem n. 8.
Ius adeundi hereditatem cedi non potest, ibidem n. 9.
Ius adeundi hereditatem non comprehenditur in confiscatione bonorum, ibid. n. 10.
Ius adeundi hereditatem, quod habet debitor, non transit ad eius creditores, ibid. numer. 12.
Ius adeundi hereditatem non comprehenditur in tacita bonorum hypotheca, ibidem nu. 13.
Iura personalia cedi non possunt, t. 3. quæst. 1. n. 3. & 4.
Ius expellendi conductorem pro vsu proprio, an transeat in singularem, vel vniuersalẽ successorẽm, t. 3. q. 2. n. 25.
Ius primogenitura, vide Primogenitura.
Ius succedendi in maioratu sequenti successori cedi potest, remotiori autem, aut extraneo, non rectè ceditur, t. 3. q. 3. n. 9.
Ius eligendi cedi, & transmitti potest, t. 3. q. 8. nu. 5.
Iura sepulchrorum ad heredes transmittuntur, ibid. n. 20.
Iura sepulchrorum an cedi possint, ibid.
Iura sepulchrorum an ad heredes extraneos, fideicommissarios, vel maioratuum successores transeant, ibid. n. 21.
Ius nostrum duplex est, præsens, aut futurũ, t. 3. q. 10. n. 1.
Ius futurum triplex est, ibid.
Ius delatum quod dicatur, ibid. n. 3.
Ius futurum ex causa de præsenti, quod sit, ibidem

ibidem num.4.
Ius futurũ ex causa de futuro, quod sit, ibid. n.5.
Ius nobis delatũ cedi non potest, ibid n.6.
Ius futurũ ex causa de præsenti veluti debitũ in diem rectè ceditur, ibid.n.7.
Ius competens ex cõtractu cõditionali, quãdo cedi possit, ibid.n.8.
Ius futurũ ex causa de futuro an cedi, vel renunciari valeat, ibid.n.12.
Iura futura an comprehendantur in cessione iuriũ simpliciter, vel verbis generalibus facta, t.3.q.10.n.16.
Iura futura, & quæ nondum competebant an cõprehendantur in renunciatione verbis generalibus concepta, ibid.n.22.
Ius vindictæ cedi non potest, in Miscell.t. 3.n.3.
Ius petendi legitimam, & eius supplementum an rectè cedatur, ibid.n.15.
Ius revocandi donationem propter ingratitudinem an cedi possit, ibid.n.16.
Ius declarandæ caducitatis an rectè cedatur, ibid.
Ius petendæ, & declarandæ caducitatis, an transeat in heredes, t.4.q.3.n.30.
Ius aquæ ducendæ ex fonte meo si vni cedã, an rursùs alij cedere possim, in Miscell. t.1.n.8.
Ius excipiendi, & retinendi competit ei, qui emit pignus à debitore, vt ex pretio dimitteret creditorem, etsi de subingressione actum non sit.
Ius pignoris, an pignus venditum sit multũ refert, & ex quibus cognoscatur, t.4.q.2. n.16.
Ius excipiendi siue cessione transfertur, t.4. q.3.n.25.
Iura realia competentia ratione rei, vel fundi, transeunt in eius emptorem sine cessione: aliud est in actionibus personalibus, t. 4.q.7.n.1.
Ius pro constituenda seruitute non transit in emptorem, nisi cedatur, ibid.à n.8. & 11.
Ius accrescendi, & portio hereditatis deficiens an ad heredem qui vendidit, vel ad emptorem hereditatis spectet, ibid.à numer.14.
Ius declarãdæ caducitatis incursæ ante vẽditionem an pertineat ad emptorem cẽsus emphyteutici, ibid.n.24.
Ius declarandæ caducitatis cum ipso censu cedi, & vendi potest, ibid.n.26.
Ius retinendi, & excipiendi transit cum re vendita absque cessione, ibid.n.28.
Iure Regio deficiente, ad ius Canonicum recurritur, & deficiente iure Canonico ad Regium, vel Ciuile, t.4.q.9.n.32.
Ius offerẽdi an habeat creditor posterior aduersus anteriorem, cui bona communis debitoris in solutum à iudice sunt data, vel in publica subhastatione addicta, t.5.q. 2.n.13.

Ius patronatus.

Ius patronatus Ecclesiæ cedi non potest sine licentia Episcopi, t.2.q.5.n.3.
Ius patronatus Ecclesiæ si cedat patronus sine licentia Episcopi illud amittit, ibid.
Ius patronatus Ecclesiasticum de per se vendi non potest, transit tamen cum Vniuersitate bonorum, t.3.q.8.n.26.

L.

Læsio.

Læsio enormissima si interueniat fructus percepti à die initi contractus restituendi sunt, t.2.q.1.n.52.
Læsionis remedium ex l.2. C. de rescind. vend. *personale est, & inter contrahentes tantùm competit, t.4.q.3.n.4.*
Læsio vltra dimidiam si accidat in venditione, an possit creditor venditoris agere remedio l.2.C.de rescind. vend. *ibidem à num.1.*
Læsionis remedium ex l.2. C. de rescind. vendit. *cessibile est, ibid.*
Læsio vltra dimidiam locum habet in vẽditione facta in publica subhastatione, t.4. q.2.n.6.
Læsio vltra dimidiam locum habet in contractu locationis, t.4.q.3.n.10.
Læsionis vltra dimidiam remedio ex l.2.C. de rescind.vend. *agere non potest emptor aduersus eum, qui rẽ vendiderat ei à quo ipse emit, nisi iura cessa habeat, tit.4.q.7. n.7.*
Læsus si sit maritus in bonis superlucratis, an ei competat restitutio in integrum ex persona mulieris minoris, tit.4.quæstion.8. n.17.
Læsio vltra dimidiam si accidat in venditio-

ne pignoris facta per creditorem, an vt debitor remedio l.2. C. de rescind. vend. *agat, creditoris cessione indigeat, t.4.q.9. n.22.*

Læsio etiam intra dimidiam attenditur in æstimatione rerũ, quas maritus accepit in dotem, t.5.q.12.n.8.

Læsio non habet locum in contractibus, qui damno, & lucro sunt expositi, t.6.q.10. n.16.

Læsio qualis requiratur, & quando interueniat in venditionibus iurium ad vitã, vel census vitalitij, ibid. à n.15.

Læsionis enormis, vel enormissimæ ratione quomodo rescindatur cessio iurium, & actionum, t.8.q.1.à n.23.

Læsio vltra dimidiam an habeat locum in donatione, vel renũciatione gratuita, ibidem n.24.

Laudemium.

Laudemium an debeatur ex promissione de vendendo, t.1.q.6.n.4.

Laudemium an debeatur ex cessione iurium t.7.q.5.n.26.

Lectum quotidianum.

Lecto quotidiano potest maritus renunciare in præiudicium creditorum, t.2.q.3.numer.25.

Legatum legatarius.

Legatum an ademptum, vel translatum dicatur ex ademptione, vel trãslatione nulla, t.2.q.5.n.24.

Legata testamento relicta aliquando augmentum, aliquando diminutionẽ patiũtur, t.4.q.5.n.1.

Legata speciei si hereditas soluendo nõ sit, an diminutionem patiantur, ibid.n.4.

Legati speciei dominium recta via in legatarium transit à tempore mortis defuncti: et quid in legato quantitatis, ibid.n. 4. & 6.

Legati periculum, vel diminutio an heredis, vel legatarij damno cedat, ibid.n.5.

Legata pia an patiantur diminutionem, maxime si quis habeat ascendentes, vel descendentes, ibid.à nu.8.

Legatum dotis an patiatur diminutionem si hereditas omnibus legatis non sufficiat, ibid.n.9.

Legatum alimentorum an diminuendum sit pro rata, sicut alia legata quando hereditas soluendo non est, ibid.n.11.

Ex legatis piis an detrahatur falcidia, ibid. n.12.

Legata gratiosa, & funeris impẽsa ex quinto bonorum deducenda sunt si testator descendentes reliquit, ibid n.15.

Legare non potest parens vltra quintum bonorum, & filius vltra tertium, etiam pro exoneratione conscientiæ, ibid. n.6.

Legatum libertatis non offendit filiorum legitimam, ibid.n.17.

Legatum pro exoneratione conscientiæ, & pro malè ablatis multa specialia habet, & an patiatur diminutionem si hereditas omnibus legatis non sufficiat, ibid.numer.26.

Legata pia vbi diminuuntur, an debeat pro rata diminui onus eis iniunctum, ibidem nu.27.

Legatarij an indigeant cessione heredis, vel sine ea agere possint aduersus collegatarios, qui integra legata perceperant, ibidem & n.37.

Legata quando in solidum vnusquisque heredum soluere teneatur, t.4.q.6.n.9.

Legatum creditori relictum eius, quod ipsi debetur, inutile est; consistit tamen si ab vno ex heredibus solui testator iusserit, ibidem n.11.

Legatarius si partem legati vendat, & postea collegatarij pars deficiat, an portio deficiens ad eum, vel ad emptorem pertineat, t.4.q.7.n.23.

Legatarius nominis potest agere sine cessione contra debitorem, t.4.in Miscell.n.8.

Legatarius nominis suis expensis debet agere ad exactionem nominis legati, t.7.q.4. n.2.

Legatum vitiat falsa causa, t.8.quæstion.1 nu.5.

Legata relicta sub conditione, quæ in non faciendo consistunt, statim peti possunt. præstita cautione Mutiana, t.5.q.14.n.6.

Legato nomine debitoris satisfacit heres si cedat actionem legatario contra debitorẽ, ibid.n.7.

Legatario an sint reficiendæ per heredẽ expensæ factæ in exactione nominis, vel speciei legatæ, ibid.

Legato nomine, vel censu an anteacti temporis

poris vsuræ debentur legatario, t.6. quæstion.6.n.13.
Legatario tenetur heres tradere instrumentum nominis legati, & sine eo agere non potest, t.7.q.1.n.3.
Legatarius nominis cessionem habere dicitur à lege, ibid.
Legatum optionis an cedi possit, t.3. quæst. 1.n.41.
Legatum annuum an rectè cedatur, in Miscell.t.3.n.13.

Legitima.

Legitimã an possit filius repudiare in præiudicium creditorum, t.2.q.3.n.20.
In legitimam filij an imputari debeat vsufructus aduentitiorum ei per patrem remissus, ibid.n.28.
In legitimam filij an imputari debeant fructus percepti ex maioratu, quem pater in eius fauorem renunciauit, tit.3. quæst.3. n.16.
Legitimæ, & eius supplementi petendi ius an cedi possit, in Miscell.t.3.n.5.
Legitima ascendentium, & descendentium quæ sit de iure nostro Regio, t.4. quæst.5. n.15.
Legitimam filiorum non offendit libertatis legatum, ibid.n.17.

Legitimatio.

Legitimatio personarum ante omnia requiritur in omni iudicio ordinario, executiuo, & criminali, t.6.q.9.n.1.

LEX.

SERIES IVRIVM QVAE IN hoc tractatu explicantur.

Ex Digesto Veteri.

L.sed si pupillus, §. de quo, & §. proscribere, D. de Institor. act. tit.1.q.1.n.25.
L.si seruus, D. de contrab. empt. tit.1. quæst. 1.n.25.
L.item si vnus, D. de recept arbitr. tit.1.q. 1.n.30.
L.si superatus, D. de pignorib. tit.1. quæst. 1.n.31.
L.si sciens 26. de contrab. empt. tit.1. quæst. 1.n.37.
L. & si liberi 4. cum seqq. D. de contrahend. empt. t.1.q.1.n.40.
L. seruum quoque, §. si quis in rem cum l. sequenti, D. de procurator. t.1.q.3.n.40.
L. erit ergo 10. D. de fundo dotali, t.2. quæstion.1.n.44.
L. cum dos filiæ, D. de pactis conuentis, t.2. q.2.n.18.
L.1. & per tot. D. de alienat. iudic. mut. caus. fact. t.2.q.4.
L. non solum, § si quis autem, D. de alienat. iudic. t.2.q.4.n.8.
L. si vsusfructus 69. D. de iure dotium, t.2. q.5.n.2.
L. arboribus 12. §. vsufructuarius, D. de vsufructu, t.3.q.1.n.8. & 9.
L. cui vsusfructus 73. D. de vsufruct. t.3.q. 1. à n.9.
L. necessario 8. §. fin. D. de peric. & comm. rei vendit.
L. si vsusfructus 66. D. de iure dotium, t.3. q.5.n.38.
L. fin. D. qui potiores in pignor. habeantur. t. 3.q.7.n.5.
L. si mulier, §. ex esse, D. de iure dotium, t.3. q.8.n.12. & 13.
L. sed etsi, §. consuluit, D. de petit. hered. tit. 3.q.8.n.27.
L. si actor 29. D. de procuratorib. t.3. quæst. 9.n.3. & 23.
L. planè 3. in fine, D. famil. erciscund. t.3.q.9.n. 3. & 23.
L. si sterilis 31. D. de action. empti, t.3. quæstion.10.n.14.
L.1. D. quibus modis pign. vel hypot. t.4.q. 2.n.6.
L. Aristo, D. quæ res pignor, oblig. t.4.q.2. n.7.
L. Paulus, D. quibus mod. pign. vel hypoth. soluitur, t.4.q.2.n.10.
L. & si debitor, D. de pignorat. actione, t.4. q.2.n.11.
L. si conuenerit 18. D. de pignorat. action. t. 4.q.4. à n.35.
L. in vendendo, D. de contrab. empt. t.4.q.7. n.10.
L. si cum venderet, D. de pignor. act. t.4.q.9. à n.7. & tit.5.q.13.n.10.
L. si creditor 7. in princip. D. de distract. pignor. t.4.q.9. à n.7. & t.5.q.13.n.10.
L.1. §. si te rogauero, D. depositi, tit.4.q.9. n.13.
L. si is apud quem, D. depositi, t.4. quæst.9. nu.13.
L. eleganter, §. si vendiderit, D. de pignorat. actione,

actione, t.4.q.9.à n.14.

L.creditor 42.D.de pignor.act.tit.4.quæst. 9.à n.14.

L.si pignori 29.D.famil.erciſc.tit.4. quæſtion.9.n.21.

L.heres à debitore 21.in princ.l.ſi poſt conſtitutam 22.D.de conſt.pecun. tit.4. in Miſcell.n.18.

L.cum poſt 69.§.mulier,D.de iure dotium, t.6.q.2.à n.51.

L.ſi mulier 77.D.de iure dotium,t.6.q.2.à nu.51.

L.Paulus,§.1.D.quibus mod.pig.vel hyp. ſolu.t.5.q.1.n.22.

L.mulier 20.D.qui potior.in pignore,tit.5. q.1.n. 22.

L.ſi mandatu 59.§.1.D.mandati,tit.5.q.2. n.4.

L.Papinianus,D.mandati,t.5.q.4.n.11.

L.perceptione 4.D.de bis qui deiecerunt,t. 5.q.6.n.7.

L.ſi culpa 67.D.de rei vindicat. t.5.quæſt. 6.n.18.

L.is qui dolo 69.D.de rei vindicat.ibid.

L.Lucius,§.1.D.de negotiis geſtis, t.5.q.7. num.8.

L.cum alicui,D.eod.tit. ibid.

L.ſi ego 9.§.ſi res alicui,D.de iure dotium,t. 5.q.8.num.19.

L.4.§.ſi impuberis.D.de euictionib. tit.5. q.11.n.13.

L.3.§.ſi ſeruus,D.de tribut.action.titul.5. q.11.n.20.

L.ſi extraneus,D.de iure dotium, t.5.q.12. n.24.

L.ſi plus 74.§.ſi iuſſa,D de euictionib.t.5. q.13.n.5.

L.etſi, D.de diſtract.pignor.tit.5.quæſtion. 13.n.13.

L.creditor 13.D.de diſtract.pignor.tit.5.q. 13.n.19.

L.cum ea 68.D.de euictionib.t.5.quæſt.13. n.25.

L.quod ſi in diem,§.vlt.D.de petit.hered.t. 5.q.14.n.3.

L.is apud quem,D.depoſiti,t.5.q.14.n.3.

L.cum fundus,§.ſeruum tuum,D.de condiction.indeb.t.5.q.14.n.14.

L.ſi & me,& Titium, D.ſi certum petatur,t.5.q.14.n.15.

L.ſi mandauero,D.mandati,t.6.q.9.n.43.

L.ſi mandauero 22.§.interdum,D.mandati,t.7.q.2.n.20.

L.ſi quis in rem ſuam 34.D.de procuratoribus,t.7.quæſt.4. num.12.

L.pater filio 70.D.de procurat.tit.7.quæſt. 4.n.13.

L.ſeruum,§.fin.cum leg.ſeq.D.de procuratorib.t.7.q.4.n.24.

L.ſi cum te,§.idem eodem loco,D.de pænis, t.8.q.2.n.37.

L.fin.D.de tranſactionib.t.8.q.2.

Ex Infortiato.

L.Iulianus,D.de curat.furioſ.t.1.q.1.numer.34.

L.pater filium 38.verſ.idem quæſiit,D.de legat.3.t.1.q.1.n.38.

L.ſi minoris 25.D.de admin.tutor. tit.1.q. 2.n.32.

L.1.§.non tãtum 18.D.de tutel.& ration. t.1.q.2.n.32.

L.Mæuia,D.ſolut.matrim. t.1.quæſt.3. num.22.

L.ſi is qui duos,D.de liberat.tit.1.quæſt.3. num.31.

L.Campanus 47.D.de operis libertor.tit.1. quæſt.4.num.37.

L.ſi pecunia,§.ſi ius,D.de reb.eor.tit.2.q.1. num.39.

L.poteſt pupillus 18.D.de auctor.tut.tit.2. quæſt.1.num.39.

L.1.§.vlt.cum leg.ſeq.D.de rebus eorum,t. 2.q.2.num.19.

L.non fit 12.D.de rebus eorum,tit.2.quæſt. 6.num.2.

L.pater filiæ,D.de ſeruit.legat.

L.ſi ſic legatum 75.§.ſi quis ita,D.de leg.1 tit.3.q.1.à n.26.

L.illud,aut illud,D.de optione legata, t.3. q.1.à n.31.

L.libertus 41.D.de operis libertor. t.3.q.6. num.4.

L.ſeruus 10.§.1. D. de operis libert. tit.3. q.6.n.14.

L.pro herede,§.ſi quid tamen,D.de acquir. hered.t.3.q.6.n.17.

L.ſi conſtante,D.ſolut.matrim.tit.3.quæſt. 7.per tot.

L.quia perinde,§.1.D.ad S.C.Trebell. t.3. q.8.num.22.

L.quod deparitèr,D.de rebus dubiis, tit.3. quæſt.

*quæst.*10.*num.*10.
L.pœnales,§.*si Titio,D.ad leg.Falcid. t.*4.*q.*5.*num.*27.
L.Plautius 43.§.*penult.D.de cond.& demonst.t.*4.*q.*5.*n.*27.
L.cum pater 79.§.*cum existimaret, D. de legat.*2.*t.*4 *q.*5.*n.*27.
L.facta 63.§.*si Titius,D.ad S.C. Trebell.t.*4.*q.*5.*n.*27.
L.liberto 31.*D.de annuis legat. t.*4.*quæst.*5.*num.*29.
L.maritum 25.§.1.*D.ad leg.Falcid.tit.*4.*q.*5.*num.*29.
L.cum pater 77.§ *si pars,*verſ.ſi tamen,*D. de legat.*2.*t.*4.*q.*5.*n.*29.
*L.cum certus,D,de tritic.vino,& oleo leg. t.*4.*q.*5.*n.*31.
L.Lucius 11.*D.de annuis leg.t.*4.*q.*5.*n.*31.
L.ſi mihi 97.*D.de leg.*1.*t.*4.*q.*5.*à n.*30.
L cum ab vno 53.*D.de leg.*3.*t.*4.*q.*6.*n.*10.
L.ſeruo legato,§.*ſi teſtator,D.de leg.*1. *t.*4.*q.*6.*n.*10.
*L.*3.§.*fin.D.de alim.leg.t.*4.*q.*6.*n.*12.
L.ſi totam 82.*D.de acquir. hered. t.*4.*q.*7.*n.*15.*&* 18.
*L.Papinianus,D.ad S.C.Trebell.tit.*4.*q.*7.*n.*15.*&* 19.
*L.ſi heres pecuniam,D.ad S.C.Trebell.t.*4.*in Miſcell.n.*16.*&* 18.
*L.Imperator*70.*D.de leg.*1.*t.*4.*in Miſcellan.n.*21.
L.legatarius 8.*D.de leg.*3.*t.*4.*in Miſcellan.n.*21.
L.ſi pupillus 45.*D.de adminiſt.tutor.tit.*5.*q.*2.*n.*47.
L.ſi minoris 25.*D.de adminiſt.tutor. t.*5.*q.*4.*n.*6.*&* 6.
*L.ſi res obligata,D.de legat.*1.*t.*5.*q.*4.*n.*11.
*L.dominus ſticho,D.de pecul.legato, t.*5.*q.*4.*num.*11.
*L.*1.§.*etſi forte,D.de tutelæ,& rationibus diſtrah.t.*5 *q.*7.*à n.*20.
*L.fin.D.de adminiſt.tutor.t.*5.*quæſtion.*11 *num.*19.
*L.Polla,D.de his quæ vt ab indig.t.*5.*q.*11. *num.*24.
L.Titio fundus 73.*D.de condit.& demõſt. t.*5.*q.*14.*n.*6.
L.ex pluribus 42,*D.de adminiſt.tutor.t.*6. *q.*2.*per totam,& n.*23.
*L.fundi Trebatiani,D.de vſufruct. legato, tit.*6.*q.*6.*num.*24.
L.ſi pecunia 77.*D.de legat.*1. *t.*8.*quæſt.*2. *num.*34.
L.ſi ſeruus 108.§. *qui margaritæ, D.de legat.*1.*tit.*8.*q.*2.*n.*34.
L.cum quis decedens,§.*pater,D.leg.*3.*t.*8. *q.*2.*n.*34.
L.ſi maritus 36.*D.ſolut.matrimon. t.*6.*q.* 11.*n.*44.

Ex Digeſto Nouo.

*L.ſi ab eo,D.de vſucap.t.*1.*q.*1.*n.*25.
L.de curatore 2.§.1.*D.de curat.bon. dand. tit.*1.*q.*1.*n.*30.
L.iudicatæ 29.§.*ſi debitor,D.de except.rei iud.tit.*1.*q.*1.*n.*31.
L.ſi mater,§.*fin.D.de except. rei iudicat.t.* 1.*q.*1.*n.*31.
*L.is cui bonis,D.de verbor.oblig. tit.*1.*q.*1. *n.*34.
*L. qui cum alio, D.de reg.iur.t.*1.*quæſt.*1. *num.*44.
L.is cum quo 7.*&* §.1.*D. de aqua pluuia arcend.t.*1.*q.*1.*n.*49.
*L.doli exceptio,D.de nouationib.tit.*1.*quæſtion.*1.*n.*57.
*L.ſi ſeruus,D.de diuerſ.& temp.præſcript. t.*1.*q.*1.*n.*71.*cum ſeqq.*
*L.ſi ſeruus hereditarius, D.de ſtipul. ſeruorum,t.*1.*q.*1.*n.*77.*cum ſeqq.*
*L.Modeſtinus,D.de ſolutionib. t.*1.*quæſt.* 2.*n.*27.
L.ſi fideiuſſor 41.§.1.*D.de fideiuſſorib. tit.* 1.*q.*2.*n.*32.
L.in fraudem 45.*D.de iure Fiſci, t.*2.*quæſtion.*3.*n.*17.
*L.cum quidam,D.de iure Fiſci,t.*2.*q.*3.*numer.*17.
*L.ſi vſusfructus,D.de nouationibus, tit.*3. *q.*1.*n.*13.
L.ſi habitatio 10.*D.de vſu,& habitatione, t.*3.*q.*1.*n.*17.
L.ſi ita ſtipulatus fuerim 76.*D. de verbor. oblig.t.*3.*q.*1.*à n.*26.
*L.fin.D.de verb.oblig.t.*3.*q.*1.*à n.*26.
L.ſi vſusfructus 4.*D.de nouat.& deleg.tit.* 3.*q.*5.*n.*25.
*L.ſi quis mihi,D.de iure Fiſci,tit.*3.*quæſt.* 7.*n.*5.
*L.*3.*D.de fideicom.libert.*3.*q.*9.*n.*14.
*L.*4.§.*penult.D.de fideicom.libert.titul.*3. *q.*9.*num.*14.

L. à Titio, D. de furtis, tit. 4. quæst. 5. nu. 4. & 6.

L. res ex mandato, D. acquir. rer. dom. t. 4. q. 9. n. 26.

L. si procurator, D. de acquir. rer. dom. tit. 4. q. 9. n. 26.

L. si stipulatus 15. §. 1. D. de fideiussorib. t. 5. q. 2. à n. 27. & 33.

L. Stichum, §. penult. D. solutionib. t. 5. q 2. n. 28.

L. cum quis 38 §. si quis proco, D. de fideiuss. orib. t. 5. q. 2. n. 47.

L. Modestinus 76. D. de solutionib. tit. 5. q. 4. per tot.

L. Stichum, §. si mandato, D. de solutionib. t. 5. q. 4. n. 11.

L. cùm possessor, D. de censibus, t. 5. q. 4. nu. 11. & 34.

L. in fraudem, §. qui post alio, D. de iure Fisci, t 5. q. 4. n 33.

L. cum alter, D. de fideiussorib. tit. 5. q. 4. numer. 32.

L. in depositi, D. de re iudicat. tit. 5. quæst. 6. n. 20.

L. 1. §. hoc edicto, D. nè vis fiat ei, tit. 5. quæstion. 11. n. 24.

L. à Diuo Pio, § si pignora, D. de re iud. tit. 5. q. 13. n. 5.

L. 2. D. de cessione bonorum, t. 6. q. 2. nu. 25.

L. si ventri, §. eorum, D. de priuileg. credit. t. 6. q. 2. n. 25.

L. nemo plus iuris, D. de reg. iur. t. 6. quæst. 11. n. 56.

L. qui in alterius 42. D. de reg. iur. in Miscell. t. 6. n. 20.

L. pupilli 96. §. soror, D. de solutionib. tit. 7. quæst. 3. n. 20.

Ex Codice.

L. fin. C. de pactis conuentis, t. 1. quæst. 3. numer. 23.

L. maritus, C. de procuratorib. tit. 1. quæst. 3 n. 23.

L. si ad resoluendam, C. de prædijs minor. t. 2. q. 1. n. 39. & t. 2. q. 2. n. 15.

L. 2. C. si aduersus donationem, t. 2. quæst. 2. n. 15.

L. 1. & 2. C. nè liceat potentioribus, t. 2. q. 4. ferè per tot.

L. 1. & tot. tit. C. de litigios. tit. 2. quæst. 4. n. 32.

L. fin. §. ubi autem, C. de bonis, quæ liber. tit. 2. q. 6. à n. 38.

L. cum antiquitas, C. de vsufructu, tit. 3. q. 1. n. 17.

L. censemus, C. de litigiosis, tit. 3. quæst. 11. nu. 4.

L. fin. C. de litigiosis, titul. 3. quæstion. 11. numer. 10.

L. 3. C. de his qui in prior. cred. locum succedunt, t. 4. q. 2. n. 5.

L. 3. C. quando Fiscus, vel priuat. t. 4. quæst. 4. n. 20.

L. nomen 4. C. quæ res pignori, tit. 4. quæst. 4. num. 40.

L. heredem, C. deher. d. actionib. tit. 4. quæst. 4. n. 42.

L. 2. C. de consortibus ciusd. litis, tit. 4. q. 6. n. 35.

L. penult. C. ad exhibendum, tit. 4 quæst. 9. n. 13.

L. Vnic. C. etiam ob chirograph. pecun. t. 5. q. 1. n. 28.

L. 1. C. de dolo, t. 5. q. 2. n. 4.

L. iubemus, C. ad S. C. Velleian. t. 5. q. 3. numer. 11.

L. cum eorum, C. de sentent. & interloq. tit. 5. q. 5. nu. 3.

L. 1. & 2. C. si plures vna sententia fuerint condemnati. t. 5. q. 6. à n. 1.

L. nisi opinatores, C. de exactoribus tribut. t. 5. q. 6. n. 8.

L. mancipia, C. de seruis fugitiu. t. 5. q. 6. numer. 8.

L. cum non solum, §. necessitate, C. de bonis quæ liberis, titul. 5. quæst. 8. numero 20.

L. 1. & per tot. C. de distract. pignor. titul. 5. q. 13. n. 4.

L. 1. & 2. C. creditor. cui fict. pign. t. 5. quæst. 13. n. 4.

L. 1. C. de oblig & actionib. tit. 6. quæst. 1. n. 14.

L. per diuersas, C. mandati, t. 6. q. 10. per tot. & num. 51.

L. ab Anastasio, C. mandati, tit. 6. q. 10. per tot. & n. 51.

L. si quis maior, C. de transactionib. in Miscell. t. 6. à n. 20.

L. 3. C. de donationibus, tit. 8. quæstion. 2. per tot.

Ex Institutionibus.

§ fin. Inst. de vsufructu, tit. 2. quæst. 5. numer. 3.
§. sed si cui, Inst. de vsu, & habit. tit. 3. quæst. 1. n. 17.
§. optionis, Inst. de legatis, t. 3. q. 1. n. 41.
Princ. Instit. de adquisit. per adrogat. vers. ecce, t. 3. q. 6. n. 16.

Ex Authenticis.

Authen. minoris debitor, C. qui dare tutores, t. 2. q. 6. n. 3.
Auth. vt hi qui obligas as se habere, §. quod quis, coll. 6. nouell. 72.
Authen. vt exactione dotis in princ. t. 6. q. 2. n. 24.

Ex fragmentis Vlpiani.

Vlpian. in fragment. tit. 19. vers. si antequã adeatur.

Ex Partitarum iure.

L. 16. tit. 7. p. 3. tit. 2. q. 4. n. 21.
L. 29. tit. 11. p. 4. tit. 3. quæstion. 7. à numer. 14.
L. 1. 5. & 7. tit. 27. part. 2. quæstion. 8. numer. 39.
L. 14. & 17. tit. 7. part. 3. tit. 3. quæst. 11. n. 20.
L. 10. tit. 5. p. 3. t. 4. q. 6. n. 35.
L. 11. tit. 12. part. 5. tit. 5. quæst. 4. num. 22. & 26.
L. 15. tit. 11. p. 4. t. 5. q. 12. n. 24.

Libellus.

Libellum falsa causa vitiat, t. 8. quæst. 1. numer. 5.
Libelli conclusio non narratio attenditur, t. 6. q. 1. n. 18.

Liberatio.

Liberatio inducitur, si creditor reddat instrumentum debitori, titul. 1. quæstion. 3. num. 29.
Liberatio, ancessio præsumatur, si creditor instrumentum in quo plures habet obligatos vni ex eis tradat, ibid. n. 28.
Liberatus censetur fideiussor cui creditor reddit instrumentum, & cessas habet ex eo actiones contra principalem debitorẽ, ibid. n. 34.
Liberare si quis promittat debitorem, promissio habetur pro liberatione, tit. 1. q. 6. n. 3.
Liberatio generalis ad quæ debita extendatur, t. 3. q. 10. n. 23.
Liberatio, vel pactum vnius correi, vel fideiussoris, an correis, vel confideiussoribus prosit, tit. 5. quæst. 2. num. 36. & 38. & 5. q. 7. n. 13.
Liberationis scripturam facere tenetur creditor debitori soluenti, & tradere instrumentum debiti, titul. 7. quæstion. 1. num. 3.
Liberare debitorem cessum, aut cum eo transigere, vel paciscì an possit cedens in præiudicium cessionarij, titul. 8. quæst. 2. à nu. 24.

Libertas.

Libertatis legatum filiorum legitimam non offendit, t. 4. q. 5. n. 15.

Licentia.

Licentiam ad testandum potest pater vni ex filijs concedere, licèt ex eo desinat acquirere, t. 2. q. 3. n. 29.
Licentia quam parens filio concedere potest ad testandum, an iurata esse debeat, ibid. n. 32.
Licentiam si nollit præstare maritus vxori ad contrahendum, iudex præstare poterit, t. 5. q. 8. n. 21.

Linea.

Linea in quam intrauit successio maioratus & omnes eius descendentes deficere debent, vt ad aliam lineam transitus fiat, t. 3. q. 4. n. 15.

Literæ.

Literæ vulgo librançας, *tribus modis falsificari solent, t. 5. q. 9. n. 1.*
Literas cambij scribens nõ liberatur per acceptationem eius cui soluendæ dirigũtur, t. 7. q. 3. n. 25.
Literarum acceptatio longè distat à delegatione, ibid. n. 26.
Literas cambij scribẽs quandò liberetur: etsi is cui directæ sunt, soluendo non existat, ibid. à n. 37.

Literas cambij accipiens, vt eis non solutis regressum habeat contra scribentem, quid facere teneatur, ibid.

Lis, Litigiosum.

Litis ingressum impedit exceptio cessionis bonorum, t.1.q.1.n.12.

Lites suo marte decurrere expedit, t.2.q.4. n.1.

Litis exitus opposito alio aduersario duriori difficilior efficitur, t.2.q.4.n.2.

Litis verbum actionem sæpè significat, ibid. n.9.

Lis per sententiam an finita dicatur, tit.3.q. 11.n.25.

Litigiosæ rei alienatio prohibita est, tit.3.q. 11.n.1.& 2.

Litigiosa actio seu ius cedi non potest, ibid.à num.1.

Litigiosa actio à quo tempore esse incipiat, ibid.n.5.

Litigiosa res si alienetur in Clericum, poterit ab eo per iudicem laicum auocari, ibidem n.8.

Litigiosi vitium etiam in actionibus, & iuribus incorporalibus locum habet, ibid. n.9.

Litigiosam actionem si cedat actor, nõ incurrit pœnas de quibus in l.fi.C.de litigios. *aliud procedit in reo, ibid.à n.10.*

Litigiosa actione legata hæres litem prosequi tenetur, ibid.n.20.

Litigiosa actio aduocato, vel procuratori non rectè ceditur, ibid.n.29.

Locatio, locator.

Locator non potest cedere ius, quod habet expellendi conductorem pro vsu proprio, t.3. q.2.n.24.

Locari an possit, aut cedi habitationis ius, t. 3.q.1.à n.17.

Locator quando possit expellere conductorẽ pro vsu proprio, titul.3. quæstion.2.numer.23.

Locator an transferat in vniuersalem, vel singularẽ successorem ius quod habet expellendi conductorem pro vsu proprio, ibidem nu.25.

Locare an quilibet possit operas suas officiales, vel artificiales, & an in perpetuum, t.3.q.6.n.9.

Locatio rescindi potest propter læsionem vltra dimidiam, t.4.q.3.n.10.

Locationi factæ per debitorem tenetur stare creditor, qui missus fuit in possessionẽ rei locatæ, iudicis auctoritate, ibid.

Locationem factam per debitorem an possit creditor missus in rei locatæ possessionem rescindere remedio, l.2.C.de rescind.vẽdit. absque aliqua debitoris cessione, ibidem.

Locatum prædium, vel domus si vendatur, an venditæ, & cessæ videantur pensiones decursæ nondum exactæ, tit.4.quæst.7. nu.27.

Locationi factæ per prædecessorem in quibus casibus stare teneatur singularis successor in Miscellanea, titul.4. numer. 26.

Locationis contractus si ab vna parte non impleatur, an possit altera pars ab eo discedere, vel agere debeat ad implementum, t.8.q.1.n.21.

Lucra coniugalia.

Lucris coniugalibus an possit coniux renunciare in præiudicium creditorum, t.2.q. 3.n.22.

Lucris coniugalibus an possit vxor renũciare in præiudicium legitimæ descendẽtiũ, vel ascendentium, ibid. n.23.

Lucris coniugalibus an possit coniux renũciare constante matrimonio in alterius cõiugis fauorem, t.2.q.3.n.24.

Lucrorum coniugalium medietatẽ an amittat vidua propter stuprum, t.3.quæst.7. n.33.

Lucra constante matrimonio quæsita, vt inter virum, & vxorem communicentur in variis Prouinciis est receptum, t.4.quæstion.8.nu.1.

Lucris coniugalibus vt sit locus, sponsalia de præsenti sufficiunt, ibidem numero 3.

Lucra coniugalia vt communicẽtur, an saltim requiratur sponsæ in domum sponsi traductio, ibid.n.5.& 6.

Lucra communicantur inter virũ, & vxorem, etiam in matrimonio putatiuo,

non tamen ei, qui conscius fuit impedimẽti, ibid. n. 8.

Lucrorum medietatem an possit vxor soluto matrimonio exigere, vel pro eis agere sine cessione heredum mariti, t. 4. q. 8. à n. 18.

Lucrorum medietatis dominium, & possessionem an confestim acquirat vxor, ibid.

Ludus.

Ludi exceptio quæ obstaret cedenti an obstet eius cessionario, vide verbo, exceptio.

M.

Magistratus.

Magistratibus debetur honor etiam post finitum officium, maximè dum in syndicatu sunt, & de pœnis eorum, qui eos offendunt, t. 3. q. 3. n. 27.

Magistratus vnus ex pluribus, qui solidum soluit, habet aduersus collegas vtilẽ actionem absque cessione, t. 5. q. 7. n. 22.

Maioratus.

Maioratus possessor si impetret facultatem ad imponendos census super maioratu ad extinctionem aliorum, validi sunt census constituti, licèt antiqui aliquam nullitatem paterentur, t. 1. q. 1. n. 58.

Maioratus bona rectè distrahuntur pro satisfaciendis creditoribus defuncti, ibid. n. 38.

Maioratu facto de bonis mobilibus, & immobilibus, an iura, & actiones veniant, t. 2. q. 1. n. 22.

Maioratus possessor rectè transigit, si res super qua transigitur penes maioratũ maneat, secùs si dimittatur, ibid. n. 47.

Maioratus possessor incurrit pœnam priuationis ex alienatione, & contrauentione nulla, si secuta sit realis traditio, tit. 2. q. 5 n. 15.

Maioratus cedi non potest in extraneum; vtilitas tamen, & commoditas eius pro tempore vitæ possessoris rectè in aliũ trãsfertur, t. 3. q. 1. n. 12.

Maioratus institutor si primo vocato concedat facultatem eligendi successorem post eius mortẽ, an electio personalis, vel realis censeatur, ibid. n. 45.

Maioratum ad instituendum si quis habeat facultatem, an ius illud committere possit executori testamenti, aut commissario, ibid. n. 44.

Maioratum, vel melioration em sibi delatã potest debitor renunciare in sequentem in gradu, in præiudicium creditorum, t. 2. q. 3. n. 18.

Maioratus, & primogenituræ cessio in quibus differant, t. 3. q. 2. n. 1.

Maioratus successor ius, & spem succedendi in maioratu proximiori consanguineo rectè cedit, remotiori vero, aut extraneo non item, t. 3. q. 3. n. 9.

Maioratus successor pro vita sua cedere potest extraneo ius, & spem successionis, ibidem n. 11.

Maioratus possessor non dicitur illum habere ab vltimo possessore, sed à fundatore, ibid. n. 13. amplia quamuis vltimus possessor virtute facultatis sibi datæ eã nominasset, n. 15.

Maioratum si renunciet pater in filium, an fructus ab eo percepti in vita patris debeant ei in legitimam imputari, ibid. numer. 16.

Maioratus cui annexa est Dignitas, Ducatus, vel Marchionatus cedi potest sequẽti successori, ibid. n. 17.

Maioratus in successione, proximitas debet attendi tempore mortis vltimi possessoris, ita vt quæ postea superuenit in cõsideratione non sit, t. 3. q. 4. n. 1.

Maioratu cesso, vel renunciato, an proximitas ad succedendum debeat attendi iuxta tempus cessionis, an verò iuxta tẽpus mortis cedentis, ibid. n. 3 & 38.

Maioratum refutans, vel cedens pro mortuo habetur, ibid.

Maioratus vera vacatio inducatur per renunciationem eius, ibid. n. 5.

Maioratus factâ cessione in proximiorem, eo mortuo succedant eius filij, etiam superstite cedente, ibid. n. 6.

Maioratus successio non potest esse in pendenti, sed actu veloci legis quærit successorem, ibid. n. 14. & 42.

Maioratus successio non potest facere transitum de vna linea in aliã, vsque quò omnes de prima linea defecerint, ibidem numer. 15.

Maioratu si priuandus veniat pater ex eo,

eo, quòd contrauenit eius conditionibus, filius eius etiam natus, vel conceptus durante litè super contrauentione an succedat, ibid. à n. 18.

Ad maioratũ si masculi vocati sint, si propter eorum defectum fœmina succedat, non excluditur etiam si masculus postea nascatur, ibid. n. 19.

Maioratus si sit rigurosæ agnationis, an venter mittendus sit in possessionem contradicente agnato, qui allegat accidere posse, vt ex ventre fœmina nascatur, ibid. n. 26.

Maioratus posßessor si ingrediatur Monasterium incapax successionis, an statim secuta professione deferatur successio proximiori consanguineo; vel attendatur proximitas, & qualitas tempore mortis, ibid. n. 27. & 44.

In maioratu non succedet Monasterium ex personâ professi, si habeat annexam dignitatem, vel grauamen nominis, & armorum, ibid. n. 28.

Maioratus renunciatio facta in sequentem successorem, propter superuenientiam liberorũ reuocatur, ibid. n. 29.

Maioratus possessor tacitè rogatus censetur vt post mortẽ suam restituat maioratum, ibid. n. 35.

Ad maioratũ, & fideicõmissum idem ius habent nascituri, quàm iam nati, ibid. n. 36.

Maioratus vocationibus, & conditionibus non potest Princeps derogare, etiã in præiudicium eorum, qui nati non sunt, ibid. n. 37.

Maioratũ renuncians in sequentẽ successorem, an possit succedere decedente eo sine liberis, ibid. n. 48.

Maioratus possessor transigens super re maioratus, siue rem dimittat, vel illi tradatur, nouum titulum non acquirit, sed commodum maioratus est, tit. 6. quæstion. 7. n. 2.

Maioratus possessor si vendat, vel cedat aliquod ius, vel censum pro tempore vitæ, iusti pretij æstimatio qualiter fieri debeat vt excludatur læsio, t. 6. q. 10. à n. 15.

Maioratu de omnibus bonis instituto, an cõprehendantur bona futura, t. 3. q. 10. n. 23

Maioratus possessor, qui ex suis pecuniis redemit censum impositũ super maioratu, an succedat in ius creditoris sine cessione, t. 4. q. 1. n. 26.

Maioratus possessor an sine facultate Regia posßit mutuas pecunias accipere ad redẽtionẽ cẽsus cũ pacto subingressionis, ibid.

Maioratũ cũ facultate Regia si pater in fauorem filij facere promittat, & filius ante obtentã facultatẽ decedat, maioratus pro facto non habetur, t. 1. q. 6. n. 10.

Maioratus possessor, vel emphyteuta nũ incurrunt pœnã priuationis propter alienationẽ, si traditio nõ sit secuta: et quid si ficta traditio veluti per constitutũ interueniat, t. 1. q. 6. à n. 44.

Maioratus possessor putatiuus, si cũ Regiâ facultate alienet bona maioratus, an id vero successori maioratus noceat, t. 5. q. 9. n. 8.

Mandatum.

Mandatũ datum à debitore, vt alij soluat, an reuocari possit, titul. 8. quæstion. 1. à n. 15.

Mandatũ in rem propriã an possit reuocari, ibid. n. 28.

Mandatum ad agendum an inducatur ex instrumenti traditione, tit. 1. q. 3. à n. 19.

Mandatũ actionũ non transfert vtilem actionẽ, sed tantùm exercitiũ directarum, t. 1. q. 2. n. 42.

Mandatum actionum qui habet, dicitur procurator in rem propriam, ibidem numer. 36.

Mandare, & cedere in quibus differant, ibid. à n. 1.

Mandatũ ad exigendũ dicitur habere cessionarius, t. 1. q. 5. n. 1.

Mandatũ ad exigendũ requirit scripturã, ibid. n. 2.

Mandatũ ad exigendum quamuis quis per testes probasset, non potest cõpellere debitorẽ ad soluendum, ibid. n. 3.

Mãdatũ ad negotia testibus probatur, ibid. n. 4.

Mandatũ ad contrahendũ matrimonium testibus probari potest, ibid.

Mãdatũ ad lites scripturã desiderat, ibid. n. 5.

Mandatum ad lites nõ probatur quamuis notarius det fidẽ de mandato, etiam à se confecto, ibid. à n. 5.

Mandati substitutio ad lites, an testibus probetur, ibid. n. 8.

Mandatum post tempus mortis mandantis conceptum, eius morte non finitur, tit. 6. q. 1. n. 14.

Mandatum ad alienandum bona Ecclesiarum eandem requirit solemnitatem ac alienatio ipsa, t. 2. q. 1. n. 5.

Manutentio.

Manuteneri an debeant coniuges in possessione cohabitandi pendente lite super nullitate matrimonij, t. 4. q. 8. n. 13.

Maritus.

Maritus, qui mobilia in dotē data non nisi post annum à die soluti matrimonij restituere tenetur, potest statim conueniri, vt caueat se aduenientedie soluturum, t. 4. q. 2. n. 33.

Maritus soluendo, vel non soluendo canonem, an vxori præiudicet, tit. 4. quæst. 3. num. 21.

Maritus an possit in præiudicium vxoris fideicommissum ante tempus restituere t. 2. q. 3. n. 19.

Maritus potest renunciare lectum quotidianum in creditorum præiudicium, ibidem n. 25.

Maritus vxoris Ducissæ, vel Marchionissæ, cognominatur Dux, vel Marchio, t. 3. q. 3. n. 29.

Maritus an corruscet nobilitate, vel dignitate vxoris, ibid.

Maritus mulieris quæ lactat Principem, nobilitatur licèt esset ignobilis, ibid. numer. 31.

Maritus vxoris Ducissæ, vel Marchionissæ etiam post eius mortem Dux, vel Marchio appellatur, ibid. n. 34.

Marito ad triremes, vel perpetuam carcerem damnato, vel si furere cæperit, mulier dotem repetere poterit, t. 3. q. 7. n. 24.

Maritum habere non dicitur quæ habet inutilem, ibid.

Maritus si læsus sit in bonis super lucratis, an ei ex persona mulieris minoris beneficium restitutionis competat, t. 4. quæst. 8. num. 17.

Maritus sine cessione vxoris agere potest, etiam executiuè pro dote, sibi vel vxori promissa, ibid. n. 35.

Maritus licèt pro dotis restitutione insolidum non conueniatur, id tamen non efficit vt possit soluto matrimonio dotem non solutam exigere, ibid. n. 43.

Maritus si nollit præstare licentiam vxori ad contrahendum, iudex præstabit, tit. 5. q. 8. n. 21.

Maritus non potest ad suū commodū authorizare vxorem, t. 5. q. 10. n. 10.

Maritus quando teneatur si nomina in dotem data non exegit, si soluendo non sint, t. 5. q. 12. n. 14.

Maritus an teneatur suis expensis exigere nomen in dotem datum æstimatum, vel inæstimatum, ibid. n. 27.

Maritus vbi libertatur retrocedendo nomina in dotem data, an statim quòd dissoluitur matrimonium retrocessio facienda sit, vel post annum, ibid. n. 28.

Maritus soluto matrimonio statim debet restituere immobilia quæ accepit in dotē: mobilia verò post annum, ibid. n. 29.

Maritus putatiuus an habeat anni dilationē ad restitutionē dotis, quæ consistit in immobilibus, ibid.

Maritus lucratur fructus pignoris, quod ei dos non soluitur: et an hoc priuilegiū trāseat in eius cessionarium, t. 6. q. 2. nu. 41.

Maritus vel eius heres an possit mulierē, vel eius cessionariū agentes ad dotem, repellere per exceptionē adulterij, t. 3. q. 7. n. 29.

Maritus lucratur dotē propter vxoris adulteriū, ibid. n. 30.

Mariti heredes an possint opponere mulieri, vel eius heredi agentibus ad dotē adulterij exceptionē, vel stupri, intra annū luctus commissi, ibid. n. 32.

Maritus an possit cedere ius excipiendi de adulterio vxoris ad effectū lucrandæ dotis, ibid. n. 34.

Mariti & vxoris appellatione sponsus, & sponsa in fauoralibus continentur, t. 4. q. 8. n. 4.

Maritus an carcerari possit per cessionariū mulieris ex causa onerosa propter debitū recamerę, t. 6. q. 11. n. 43.

Maritum non potest legatarius mulieris cōuenire vltrà quàm facere possit, ibid. numer. 46.

Maritus an soluto matrimonio repetat à muliere, vel eius heredibus expensas quas fecit in exactione nominis, t.7.q.4.n.4.

Matrimonium.

Matrimoniũ an inducatur ex illis verbis, nulli alij nubam nisi tibi, t.1.q.6.n.73.

Matrimoniũ nullũ etiam si contrahat mulier amittit filiorum tutelã, t.2.q.5.n.6.

Matrimoniũ si nulliter contractum sit, an mulier, quæ in eo adulterium commisit, censeatur adultera, ibid.n.7.

Matrimoniũ scienter contrahens cum consanguinea pœnã incurrit, etiam si matrimoniũ sit nullũ, ibid.n.8.

Matrimoniũ si contrahat Clericus in minoribus ordinibus constitutus beneficia amittit, quamuis matrimoniũ ex aliqua causa esset nullũ, ibid.n.9.

Matrimoniũ si de facto contrahat Clericus in sacris, beneficia amittit, ibid.n.10.

Matrimonij clandestini pœnæ an locũ habeant post Concilium Tridentinũ, quod prohibet huiusmodi matrimonia, t.2.quæst.5.n.11.

Matrimoniũ si quis bis contrahat sed inualidè, an bigamiæ pœnam incurrat, ibid.n.12.

Matrimoniũ si quis nullitèr contrahat cũ impura, vel ignobili, an incurrat pœnam priuationis impositã ei, qui cum ignobili, vel impura contraxerit matrimoniũ, ibid.n.14.

Ex matrimonio putatiuo susceptus filius legitimus est propter bonã fidem vnius parentis, & in maioratu succedit, ibid.n.18

Matrimoniũ etiã per verba de præsenti cõtractum ad aliquos effectus non sufficit, nisi copula, vel saltim osculum præcesserit, t.4.q.8.n.2.

Matrimoniũ putatiuũ quod dicatur, ibid.n.9.

Matrimoniũ putatiuum veri, & legitimi matrimonij priuilegia, & effectus habet, ibid.n.10.

Ex matrimonio putatiuo suscepti filij legitimi sunt, parẽtibus, & consanguineis succedunt, ad honores dignitates; feuda & maioratus admittuntur, ibid.

Ex matrimonio putatiuo susceptis filiis parentes succedunt, si bona fide contraxerũt, ibid.n.12.

Ex matrimonio putatiuo suscepti liberi, legitimi reputantur, quamuis concepti essent pendente lite super nullitate matrimonij, & post sententiam à qua appellatum extitit, ibid.n.13.

Matrimonij super nullitate si lis pendeat an coniuges separari debeant, vel manuteneri in possessione cohabitandi, ibid.

Matrimoniũ putatiuum subsequens legitimat filios anteà susceptos: alij contra tenent, ibid.n.14.

Matrimonium verum, & putatiuum in quibus conueniant, & differant, ibid.n.15.

Matrimoniũ contrahere qui promisit, an possit ad id compelli per iudicem secularem, vel id pertineat priuatiuè ad Ecclesiasticum, t.5.q.8.n.12.

Matrimonij contrahendi fidem qui præstitit, qua forma sit compellendus, ibid.n.11.

Melioramenta.

Melioramentorum, & expensarum ratione, quando liceat emphyteutæ bona emphyteutica retinere, t.4.q.7.à n.33.

Melioramentis non deductis si quis rem restituat, potest eam repetere per condictionem indebiti, t.5.q.4.num.46.

Melioratio.

Meliorationem, vel maioratum sibi delatũ potest debitor renunciare in sequentẽ successorem in præiudicium creditorum, t.2.q.3.n.18.

Melioratio tertij, & quinti facta ex iuribus incorporalibus, an per clausulam cõstituti irreuocabilis fiat, t.1.q.8.n.27.

Melioratus filius in tertio, vel quinto qualitèr ratione meliorationis teneatur ad æs alieni solutionem, t.4.q.6.n.7.

Meliorandi promissio non est propriè melioratio, sed inducit obligationem meliorandi, quæ potest vsque in mortem differri, ibid.n.21.

Meliorare filium si pater promittat, & filius non facta melioratione decedat, an eius hæres extraneus tertij partem prætendere possit ex melioratione, ibid.n.21.

Melioratio facta in vita patris, non iudicatur vltima voluntas, licèt implementum accipiat

accipiat tempore mortis, ibid.n.22.

Mendax.

Mendax quomodò puniatur propter mendacium, & qualiter beneficium ei competens amittat, t.5.q.3.à n.20.

Mercator.

Mercator si faciat schedulã in qua promittat soluere cuicumque, qui eam attulerit, is penes quem inuenitur, rectè ab eo exigit t.1.q.3.n.26.

Mercator cui literæ soluendæ dirigantur, à lettra vista, vsque in quod tempus iustè differre possit solutionem, tit.5.quæst.7. n.6.

Mercator scribens literas cambij non liberatur, licèt is cui dirigantur eas acceptasset, t.7.q.3.n.25.

Mercator qui literas cambij scripsit quando liberetur quamuis is cui scriptæ sunt soluendo non existat, ibid.à n.37.

Mercator ßscribat literas soluendas in mei fauorem, reuocationi aut pœnitentiæ locus non est, t.8.q.1.n.27.

Metus.

Metus ratione qualiter impugnari possit cessio, t.8.q.1.n.8.

Metus qualiter probetur ex protestatione, ibid.n.9.

Minor.

Minor si non habeat personam cui solui possit, cessant vsuræ pupillares, nisi debitor legitimus pupilli tutor esse deberet, tit.1. q.6.n.54.

Minoris bona mobilia, quæ seruando seruari possunt, non queunt alienari sine decreto, t.2.q.1.n.1.

Minorum bona vt ritè alienentur, quæ solemnitates sint necessariæ, ibid.n.2.

Minoris bona si alienentur sine solemnitatibus vindicari possunt, quia ex simili alienatione dominium non transfertur, ibid.n.8.

Minor an restituere teneatur pretium, quod accepit ex alienatione nulla, ibid.n.9.

Minor an possit cedere actiones suas sine decreto, ibid.

Minor nouare non potest, ibid.n.12.

Minor an possit delegare debitorem creditori suo sine decreto, cum auctoritate tutoris, ibid.n.14.

Minor si cedat actionem ad rem mobilem, nõ indiget solemnitatibus; secùs si actio ad rẽ immobilem esset, ibid.n.32.

Minor nõ potest cedere sine decreto ius quod habet ad retrahendam rem immobilem, ibid.n.37.

Minor nõ potest cedere sine decreto ius quod habet ad rem mobilem pretiosam quæ seruando seruari potest, ibid.n.38.

Minoris census si alienetur, eadem solemnitas requiritur, quæ in alienatione immobilium, ibid.n.32.

Minor nõ potest cedere obligationem alternatiuam ad rem mobilem, aut immobilẽ, si electio eius sit, ibid.n.41.

Minor & eius tutor si cedant sine decreto obligationem alternatiuam ad rem mobilem, an ex euentu pẽdeat validitas cessionis, ibid.n.43.

Minor, vel Ecclesia rectè trẽnsigunt super re immobili, si apud eos maneat; secùs si dimittatur, ibid.n.46.

Minor, vel Ecclesia an possint sine solemnitatibus transigere super iure, fideicommisso, vel hereditate eis nondum acquisita, ibid.n.48.

Minor restituitur in integrum aduersus trã sactionem iuratam, si læsio enormissima interuenit: et quid si enormis tantùm fuit ibid.à n.50.

Minor facilius restituitur propter affectionem ad res maiorum, ibid.n.54.

Minori, vel Ecclesiæ donatio fiat, poterunt in ipso acquisitionis actu sine vlla solemnitate retrodonare, vel pactum adiicere resolutiuum dominij, t.2.q.2.n.1.

Minor, vel Ecclesia sine solemnitatibus ementes possunt incontinenti pactum de retrouendendo, vel addictionis in diẽ apponere, ibid.n.3.

Minores tenentur obseruare pacta, & conditiones contractuum, maximè si patrimonium eorum non diminuant, ibidem n.13.

Minori datur restitutio in delictis, quæ iure ciuili tantùm prohibentur, tit.2.quæstion.4.n.30.

Minor, vel Ecclesia cedentes in potentiorẽ, an vt euitent pœnas, restitutio in integrũ necessa-

necessaria sit, ibid.
Minor an referatur inter potentiores, & decessione ei facta, ibid. n.47.
Minoribus vtilis actio quæritur sine cessione ex contractibus gestis per tutores, aut curatores, t.4.q.9.n.27.
Minor si emat prædium, vt quoad pretium soluatur, sit pignori obligatum, hypotheca consistit, t.2.q.2.n.14.
Minor distrahens res maiorum ex sola hac affectione restituitur, t.3.q.2.n.5.
Minor qui vindicat res à tutore, vel curatore nullitèr alienatas, pretium restituere non tenetur, nisi in eius vtilitatem sit versum, t.5.q.11.n.34.
Minor an restituatur aduersus non solatũ canonem, si incideret in commissum, t.4. q.3.n.20.

Missæ.

Missarum numerus an diminui debeat, diminutis bonis, & fructibus capellaniæ, vel anniuersarij, vide verb. capellania.

Missio in possessionem.

Missio in possessionem hereditatis ex edicto D. Adriani, an detur cessionario hereditatis, vel heredi heredis, tit.6.quæst.5.à n.16.

Monasterium.

Monasterium ex persona monachi non succedit in maioratu, qui habet annexam dignitatem, vel grauamen nominis, & armorum, t.3.q.4.n.28.
Monasterio acquiruntur bona omnia professi, & an quoad possessionem, t.3.q.9.numer.33.
Monasterium ex persona monachi tenetur ad debita eius, & executiuè conuenitur: et qualitèr libellus sit concipiendus, ibid. à n.34.
Monasterium tenetur ex bonis monachi alere eos quibus alimenta monachus præstare tenebatur, ibid.
Monasterium vltra vires bonorum monachi non tenetur, etiam si eorum non fecisset inuentarium, ibid. n.35.

Moneta.

Monetæ mutationis rumor si adsit, iustè creditor recusat accipere solutionem, t.1.q.6. n.61.
Monetam falsum non expendibilem cudens an incurrat pœnas fabricantium falsam monetam, t.2.q.5.n.31.
Monetæ argeteæ, vel aureæ debitor an possit soluere in ærea ei, qui in hac moneta nomen comparauerat, t.6.q.10.nu.49. & 58.

Mora.

Mora non incurritur, nec ad interesse quis tenetur, si non sit persona cui solui possit, t. 1.q.6.n.52.

Mors.

Mortis, & renunciationis casus æquiparatur, t.3.q.4.n.10.
Mortis in casu si officium cõcedatur, intelligitur cõcessum in casu renunciationis, vel remotionis, ibid. à n.11.

Mulier.

Mulier si tradat marito nomina, & instrumenta debitorum, quæ extra dotem sunt, videtur eum facere procuratorem, tit.1.q. 3.n.....
Mulier transiens ad secũdas nuptias amittit filiorum tutelam, etiam si matrimoniũ fuisset nullũ, t.2.q.5.n.6.
Mulier cõmittens adulteriũ in matrimonio nullo, an puniatur vt adultera, ibid n.7.
Mulier grauata sub certa pœnâ nè contrahat matrimoniũ cum ignobili, eam incurrit, si ignobili sine nuptiis copuletur, ibid. n.17.
Mulieris creditores, ad cuius bona cõcursus est creditorum, possunt aduersus alios, & sua credita opponere indotationis exceptionem, t.4.q.3.n.26.
Mulier non potest agere cõtra debitores heredum mariti actione personali pro repetenda dote, t.4.q.4.n.30.
Mulier simul se obligans cum marito, censetur fideiussisse, quia pecunia ad eum peruenisse præsumitur, t.5.q. 3.n.3.
Mulieri agenti ad restitutionem dotis contra correum, fideiussorem, vel tertiũ possessorem, an obstet exceptio cedendarum, t.5.q.3.n.8.
Mulieres etiam viduæ coruscant radiis, & nobilitate maritorum: et Ducissæ, & Comitissæ appellantur, si maritus erat Dux, vel Comes, t.3.q.9.n.29.

Mu-

Mulier nutrix Principis nobilitat maritũ etiam ignobilem, ibid. n. 31.
Mulieres dotes suas saluas habere quibus melius nubere possint, conueniens est Reipublicæ, t. 3. q. 7. n. 1.
Mulier potest agere ad dotis restitutionem propter vergentiam viri ad inopiam, vide verbo dos.
Mulier non dicitur habere maritum, si is inutilis sit, t. 3. q. 7. n. 25.
Mulieres si se opponãt executioni factæ in bonis maritorum, executiua via efficitur ordinaria: et ex quibus similes oppositiones excludantur, ibid. n. 26. & 27.
Mulier an possit dotem marito promissam, & ab eo non exactam petere à promissore, etiam executiuè, sine cessione heredum mariti, t. 4. q. 8. à n. 35.
Mulier cedere potest ius quod habet repetendi dotem soluto matrimonio, t. 3. q. 7. n. 28.
Mulier quinquagenaria inhabilis est ad concipiendum, t. 3. q. 10. n. 14.

Mutuum, mutuans.

Mutuum ad cambium, & sub vsuris accipere an possit tutor, prælatus, vel socius, & alij similes, t. 4. q 8. n. 30.
Mutuum ad rationem 7. aut 8. pro quolibet 100. an licitum efficeret, si sit consuetudo ita mutuandi, tit. 3. quæst. 12. à numer. 25.
Mutuans pecuniam debitori, vt ex ea dimittat creditorem, an si dimissus sit creditor, ex pecunia mutuat à soluto censeatur, t. 4. q. 1. n. 18.
Mutuans pecuniam ei, qui statim decessit, an præferatur aliis creditoribus, quasi videatur ex pecuniis mutuatis funeris impensam factam fuisse, ibid. n. 19.
Mutuans pecuniam sub annuo censu ad hoc vt ex ea debitor dimittat creditorem, cum pacto subingressionis, an succedat in eius locum, tàm quoad sortem, quàm quoad reditus ex censu decurrendos, ibid. nu. 32.

N.

Negans.

Negans id, quod est causa sui priuilegij, quandò illud amittat, t. 5. q. 3. à n. 20.
Negare an possit cum iuramento totum debitum is à quo plus quàm debet, vel quod iam soluerat petitur, in Miscell. t. 6. nu. 28.

Negligentia.

Negligentia mariti in exigendis nominibus debitorum in dotem datis, quandò eius damno cedat, t. 5. q. 12. à n. 14. & 22.
Negligentia tutoris in exigendis nominibus pupilli qualis esse debeat, vt tutori officiat, ibid. n. 22.
Negligentia cessionarij in exigendo debitorem cessum, quandò ei præiudicet vt non habeat regressum contra cedentem, t. 7. q. 3. à num. 39.

Negotiorum gestorum actio.

Negotiorum gestorum actio personalis est, & non datur ei, qui negotium suum gessit, tit. 5. q. 7. n. 19. & 20.

Nobilis, nobilitas.

Nobilis condemnatus ad exhibitionem alicuius instrumenti compellitur per carcerem, & captis pignoribus, tit. 5. quæst. 8. n. 10.
Nobilis reliquatus ex aliqua administratione, tutelâ, curâ, an carcerãdus sit, si nõ soluat, ibid. n. 9.
Nobilitatis priuilegium si quis obtineat, non ex eo fatetur se ignobilem esse, imò conseruat nobilitatem sanguinis quam habebat, tit. 6. q. 7. n. 7.
Nobilis an possit carcerari ad petitionem fideiussoris eius in causa criminali, qui soluit, & cessionem obtinuit ab accusatore, t. 6. q. 4. n. 20.
Nobilitatis executoria apud filium maiorẽ esse debet, t. 7. q. 1. n. 18.
Nobilitatis executoria si sit apud masculũ, & decedat relicta filia, an apud eã manere debeat, data alij descendenti masculo copia executoriæ, vel è contrà, ibid.
Nobilis efficitur maritus mulieris, quæ lactat Principem, licèt esset ignobilis, tit. 3. q. 3. n. 31.

Nomen debitoris.

Nomina debitorum an inter mobilia, vel immobilia computentur, tit. 2. quæst. 1. numer. 19.
Nomina debitorum quo in loco esse videantur,

tur, ibid. num. 21.

Nomina debitorum in inuentario defuncti sunt scribenda; non verò debita quæ ipse debet, t. 3. q. 9. n. 9.

Nominis quod ego debeo vsusfructus vtiliter mihi relinquitur, ibid. n. 10.

Nomen quod ego debeo potest mihi ex noua causa esse obligatum, ibid.

In nomine quod ego debeo creditori meo, si ego ex alia causa eius creditor esse incipiã, an præferendus sim alij creditori anteriori, ibid. n. 11.

Nomen debitoris, vel cẽsus pro parte cedi potest, & legari, vide verb. census.

Nomina debitorum non possunt capi in executione, nisi in aliorum bonorum subsidiũ t. 4. q. 4. n. 9.

Nomen debitoris mei si habeam obligatum, an possim ab eo exigere sine cessione, ibid. à n. 24.

Nomina debitorum pignori dari possunt, & sub generali obligatione bonorum veniũt, ibid. n. 25.

Nominis venditio, aut in solutum datio nihil aliud transfert quàm vtilem actionẽ ad exigendum debitorem, ibid. n. 29.

Nominis pignus multùm differt à pignore alterius rei corporalis, ibid. n. 37.

Nominis emptor vtilem actionem habet ad illius exactionem sine cessione, titul. 4. in Miscell. n. 2.

Nomine debitoris legato, donato, in dotẽ dato, vtilis actio sine cessione competit, ibid. à n. 7.

Nomina debitorum in dotem dari possunt, t. 5. q. 12. n. 1.

Nomen debitoris in dotem datum si maritus non exegerit, an soluto matrimonio satisfaciat retrocedendo nomen, ibid. à n. 2.

Nomen inæstimatum in dotẽ datum si maritus non exegit, quandò id eius damno cedat, ibid. à n. 12.

Nomen in dotẽ datum, quandò æstimatum vel inæstimatũ censeatur, ibid. n. 12.

Nomina debitorũ in dotem data an suis expensis teneatur exigere maritus, siue æstimata siue inæstimata fuerint, tit. 5. quæstion. 12. n. 27.

Nominum retrocessione quandò liberetur maritus, & an fieri debeat statim, quòd soluitur matrimonium, vel post annum, ibidem num. 29.

Nomine debitoris legato, satisfacit heres si cedat legatario actionem contra debitorẽ eius, t. 5. q. 14. n. 7.

Nomine debitoris legato, cuius expensis exactio sit facienda, legatarij, an heredis, ibidem.

Nomen vnum si pro dimidia duobus diuersis temporibus cedatur, quis potior sit, tit. 6. q. 8. n. 20.

Nomen & actio debitoris minori pretio cedi, & emi potest, & quandò secùs, tit. 6. q. 10.

Nominis vel census emptori, aut cessionario, quandò obstet exceptio, quòd nõ iusto pretio censum, vel nomen emerit, ibidem numer. 50.

Nomen vel census si minori pretio non rectè sit venditus, aut cessus, an residuum debeat pertinere ad cedentem, vel lucro debitoris cedat, ibid. à n. 66.

Nomine debitoris vendito aut cesso, an cedens non solùm teneatur præstare debitorem verum sed etiam locupletem, & soluendo, t. 7. q. 3. per tot.

Nomen debitoris idoneum esse promittẽs statim tenetur, si appareat debitorem moratoriam à Principe habere, ibid. n. 30.

Nomen debitoris idoneũ fore promittens an liberetur si tempore cessionis soluendo sit, licèt ex post facto non soluendo fiat, ibid. n. 28.

Nomen cessum si inter moras cessionarij derius fiat, eius cedet periculo ibid. à n. 40.

Nomine in solutũ dato euicto, an primæuæ actiones durent, ibid. n. 45.

Nominis emptor, cessionarius, aut legatarius an possit repetere expensas factas in exactione nominis, t. 7. q. 4. à n. 1. ad 10.

Nomine in pignus dato, an debitor rectè soluat creditori suo, t. 8. q. 2. à n. 14.

Nominatio.

Nominatio ad emphyteusim non potest variari, si nominans iura sua cessit nominato, t. 6. q. 8. n. 5.

Notarius.

Notarius cõmittens falsitatem in instrumẽto, vel iudicio nullo, an incurrat falsi pœnam, t. 2. q. 5. n. 4. & 5.

Nullitas.

Nullitas quam patitur census antiquus, an patiatur etiam nouus census impositus eâ facultate Regia ad prioris extinctionem, t.4.q.1.n.29.

Nullitatem patiuntur contractus gesti per eum, qui mutauerat statum, t.1.quæst.1. n.36.

Nullitatis replicatio an admittenda sit in via executiua, t.5.q.10.n.18.

O.

Obligatio.

Obligatus soluere eiusmque literas, vel signum deferenti, si falso nuncio soluat, liberatur cedendo actionem contra eum, t.1. q.3.n.27.

Obligatis bonis mobilibus, & immobilibus, an comprehendantur iura, & actiones, t. 2.q.1.nu.22.

In obligatione alternatiua regulariter electio debitoris est, aliquando verò creditoris, ibid.n.40.

Obligatio naturalis cedi potest, t.3.q.8.numer.23.

Obligationis naturalis effectus recensentur, ibid.n.24.

Obligatio ciuilis, aut naturalis non descendit ex benemeritis, & seruitiis, ibid.numer.36.

Obligatio conditionalis ex contractu transmittitur, non verò obligatio conditionalis ex testamento, t.3.q.10.n.9.

Obligatio generalis bonorum nomina debitorum comprehendit, tit.4. quæst.4. numer.25.

Obligatio principalis si sit nulla, quando fideiussoria possit consistere, tit.5.quæst.5. num.46.

Obligatus, vel condemnatus illicò facere, quâ dilatione vti possit, t.5.q.8.n.7.

Obligatio iurata defuncti in heredem eius sub pœna periurij non transit, in Miscell. t.6.à n.22.

Obligans vel alienans rem alij specialiter obligatam non expresso onere, si bellionatũ committit, t.7.q.2.n.6.

Obligans specialiter rem, quam antea generaliter obligauerat, vel obligans generaliter res, quas antea specialiter obligauerat, stellionatum non committit, ibid.n.9.

Officium, officialis.

Officij emptor cum onere recognoscendi, & soluendi census super officio impositos, an liberetur si conuentus à creditoribus dimittat officium, t.1.q.1.à n.50.

Officij renunciatio, quæ debet fieri in manibus superioris, si aliter fiat, renunciãs potest pœnitere, t.2.q.5.n.20.

Officia Reipublicæ habere non potest qui illius debitor est: et quid de eius creditore, t.2.q.6.n.9. & 10.

Officium concessum post mortem eius, qui illud exercet, censetur concessum in casu vacationis per renunciationẽ, vel remotionem, t.3.q.4.n.12.

Officialis qui substituitur in casu absentiæ, an debeat exercere officium in casu mortis, ibid.n.13.

Officium iudicis quotuplex sit, t.3.quæst.8. num.40.

Officium iudicis nobile cedi potest, ibid.nu. 41.

Officiali damnato pro mala administratione, an competat actio contra coofficiales, vel saltim diuisionis beneficium, t.5.q.6. nu.15.

Officialis an puniatur ex facto substituti, t. 5.q.6.n.28.

Officiali condemnato pro facto substituti, an contra eum cedi debeat actio, vel vtilis sine cessione competat, ibid.

Officia Hispaniæ vt patrimonialia bona reputantur: et in eis recte fit executio, t.5. q.8.n.17.

Officij renunciationem cogitur facere debitor, & eius titulum exhibere, quoties officium venditum fuit pro satisfactione creditorum, ibid.n.18.

Officij ratione contrahens, de euictione non tenetur, nec finito officio conuenini potest, t.5.q.11.n.10.

Operæ.

Operæ diuiduntur in officiales, & artificiales, t.3.q.6.n.2.

Operæ ab obsequio multùm distant, ibidem nu.4.

Operæ in patroni commodum cedunt; obsequia verò in exhibitione reuerentiæ consistunt,

sistunt, t.3.q.5.n.4.
Operæ officiales sine vlla arte sunt, & ad personam tantùm patroni referuntur, t. 3.q.6.n.7.
Operæ artificiales, seu fabriles, quæ dicantur, ibid.n.8.
Operas suas officiales, seu artificiales quilibet homo locare potest, & an in perpetuum, ibid.n.9.
Operas nobis debitas quãdo aliis cedere possimus, ibid.à n.10.

Onus.

Onus ratione rei excusatur per rei dimissionem: aliud erit si onus personale esset, t.1. q.1.n.52.

P.

Pactum.

Pactum reuersionis, vel aliam conditionem an possit adiicere in instrumento donationis, vel dotationis, qui simpliciter donare, vel dotare promisserat, t.1.q.6.n.11. et 14
Pactum, vel conditio si veniat tacitè ex legis dispositione potest adiici promissioni simpliciter anteà factæ, ibid.n.16.
Pactum de quota litis si sit nullum, non facit incurrere in pœnam eius, aduocatum, vel procuratorem paciscentes, t.2.q.5.n.33.
Pactũ resolutiuũ dominij sine aliqua solẽnitate possunt adiicere minor, vel Ecclesia, si interponatur in ipso actu acquisitionis, t. 2.q.2.n.1.
Pactũ de retrouẽdẽdo, vel additionis in diẽ possunt sine solẽnitate adiicere minor, vel Ecclesia in ipso actu acquisitionis, n.3.
Pactũ si incontinenti adiicitur, conuentio vnica censetur, & in totũ approbanda, vel reprobanda est, ibid.n.4.
Pactũ quodlibet, vel conditionẽ potest quis adiicere in traditione rei suæ, ibid.n.11.
Pacta, & cõditiones cõtractuũ minores obseruare tenentur, maximè si patrimoniũ eorum non diminuant, ibid.n.13.
Pactũ pignoris incõtinẽti, & in ipso acquisitionis actu per minorem interpositum, an consistat, t.2.q.2.per tot. & n.20.
Pactũ de retrouẽdẽdo cessibile, & trãsmissibile est, & quãdo secùs, t.2.q.2.à n.37. & 41.
Pactũ de quota litis inter clientulum, & aduocatum, vel alia promissio in casu vi-
storiæ non subsistit, t.3.q.11.à n.29.
Pactũ de quota litis an in conscientia sustineatur, ibid.n.38.
Pactũ de quota litis cum tertio initum, an valeat, ibid.n.40.
Pactũ transactio, vel liberatio vnius ex correis, vel cõfidciaßoribus, an alijs prosit, t. 5.q.2.n.36. & 38. & t.5.q.7.n.13.
Pactũ de non petendo quando personale censeatur, ita vt ad heredes non transeat, t.5. q.7.n.13.
Pactũ, vel transactio facta per heredẽ putatiuũ, an vero beredi præiudicet, t.5.q.9. à n.5.
Pacto de retrouẽdẽdo an vti possit sine cessione debitor, quãdo creditor sub eo pacto pignora iure creditoris distraxit, t.5.q.13.n.9
Pacto de retrouẽdẽdo debitori cõpetẽti an vti possit eius creditor sine cessione, t.4.q.3. n.32.
Pactũ de retrouendendo quilibet heredum exercet in solidum, t.4.q.6.n.28.

Palinodia.

Palinodiã si nollit recantare ad id condemnatus, quid faciẽdum sit, & quomodo sit compellendus, t.5.q.8.n.23.

Pater.

Pater qui simpliciter filiũ meliorare promisit, an possit in actu meliorationis cõditiones et grauamina l.27. Tauri, adiicere, t.1.q.6 n.17. & 23.
Pater si promisit meliorare filiũ, si filius in vita patris cũ filiis decedat, an possit meliorare vnum ex nepotibus, vel ad omnes æqualiter melioratio pertineat, ibid.n.18.
Pater si filiũ meliorare promittat, & filius in vita patris nondum facta melioratione decedat, an heres eius in tertio partem meliorationis prætẽdere possit, ibid.n.21.
Pater an cogi possit dotare virginem, quã filius stuprauit, t.2.q.6.n.19.
Pater legitimus administrator bonorũ filij an ei⁹ actiones aduẽtitias cedere possit, n.23
Pater an possit alienare, aut trẽsigere super bonis aduẽtitiis filij immobilibus, n.24.
Pater donare nõ potest bona aduentitia filij, ibid.à n.25.
Pater an possit alienare bona filij pro dotanda eius sorore, ibid.n.31.
Pater an habeat legitimã personãm vt possit agere, & cõueniri super aduẽtitiis filij, n.34.

Pater an posſit in præiudicium filij fideicõmissum præmaturè, & ante tempus restituere, t.2.q.3.n.19.

Pater an posſit renunciare, vel remittere vsumfructum legalem, quem habet in bonis filij, in aliorum filiorũ præiudicium, vel creditorum, ibid.n.27.

Pater si remittat filio vsumfructũ aduentitiorum, an debeat ei in legitimam imputari, ibid.n.28.

Pater potest concedere filio licentiam vt liberè testetur, etiam si ex eo desinat acquirere, ibid.n.29.

Pater, vel mater possunt approbare testamẽtum filij, licèt ex eo alij filij lædantur, t.2.q.3.n.20.

Pater an possit in præiudicium creditorũ cõsentire donationi causa mortis factæ per filiam de dote, quæ ex pacto ad eũ reuersura erat soluto matrimonio, t.2.q.3.n.31

Pater si contrauenerit conditionibus maioratus, filius eius admittitur ad successionẽ, etiamsi conceptus, vel natus esset durante litè super contrauentione, t.3.q.4.à n.18.

Pater si renunciet emphyteusim pro descentibus concessam, potest filius postea natus reuocare renunciationem, licèt ad dominum reuersa iam esset, ibid.n.34.

Patrem habere non dicitur, qui eum habet inutilem, t.3.q.7.n.25.

Pater non potest ad suum cõmodum auctorizare filium, t.5.q.10.n.10.

Pater & alij ascendentes nõ possunt ad instantiã filij, & aliorũ descendentiũ carcerari, t.6.q.11.n.38.

Pater si nollit consentire filio agere in iudicio volenti, quid faciendũ sit, t.5.q.8.nu.20.

Patronus.

Patronus pauper non potest cedere ius, quod habet petendi alimenta ab Ecclesia, t.3.q.8.n.28.

Patronus an possit cedere ius præsentandi ad capellaniã, maximè vacaturam, ibid.n.27.

Patronus cedens ius patronatus sine licẽtia Episcopi, illud amittit, t.2.q.5.n.3.

Pauper.

Pauperi si cessio fiat sine causâ, an videatur facta ex causa donationis, t.1.q.4.n.30.

Pensio, pensionarius.

Pensionarius, qui cesserat, vel consignauerat creditori fructus pẽsionis, an possit in præiudicium creditoris pensionẽ cassare, aut aliter liberare debitorẽ, t.8.q.2.n....

Pensio sicut cedi non potest potentiori, an idẽ procedat in fructibus eius, t.2.q.4.n.61.

Pensio Ecclesiastica cedi nõ potest, fructus tamẽ eius pro vita rectè trãsferuntur, tit.3.q.1.n.12.

Pẽsiones domus, vel fundi locati iã decursæ, & nondũ exactæ, an venditæ, & cessæ intelligantur, domo, vel fundo vendito, vide verbo locatio.

Pro pensione tacitè obligata manent bona illata per conductorẽ in domum, vel prædium vrbanum conductũ, t.4.q.4.n.2.

Pensiones, & reditus census decursi, & nõdum exacti, an cessi videantur vendito, vel cessocensu, vide verbo census.

Pignus, pignoratitia.

Pignus si reddat creditor debitori, non ex eo censebitur liberatus, sed tantùm ius pignoris remissum, t.1.q.3.n.30.

Pignus an quis vendat, vel ius quod habet in pignore, multũ refert: et quid in dubio venditum censeatur, t.4.q.2.n.16.

Pignus emẽs à creditore, an in eius iura succedat, vel pignoris dominiũ acquirat, n.18.

Pignus qui à creditore emit, an per alios creditores hypothecarios anteriores, vel posteriores possit molestari, n.19.

Pignus qui emit à creditore minori pretio, an possit conueniri per debitorem, vel alium eius creditorem, t.4.q.3.n.7.

Pignoris datio dominiũ eius nõ trãsfert, sed tãtũ eo distrahẽdi facultatẽ, t.4.q.4.n.28.

Pignus nominis, & alterius rei corporalis multùm differunt, ibid.n.37.

Pignore vẽdito an vẽdita, & cessa videatur pignoratitia actio competens creditori, t.4.q.7.n.27.

Pignus emens à debitore cũ pacto, vt ex pretio dimittat creditorẽ, & in eius ius succedat, subingreditur locum dimissi creditoris absque vlla cessione, t.4.q.2.n.1.

Pignoris ius acquirit eius emptor, in eũ casũ quo res ei auocari posit, ibid.n.2.

Pignus emens à debitore, vt ex pretio dimitteret creditorem, quandò in dimissi creditoris ius sine cessione succedat, ibid.n.3.

Pignus si distrahat creditor, ita vt liceat sibi pro eodẽ pretio redimere, nõ poterit debitor eo pacto vti sine creditoris cessione, t.4.q.6 n.9.

Pignus si minori pretio distrahat creditor, an vt debitor remedio, l.2.C. de resc. vēd. agat, cessione creditoris indigeat, ibid. n.22.

Pignus, vel hypothecā præscribit tertius possessor aduersº creditorē per 10. annos inter præsentes, & 20. inter absentes, licèt adfuisset pactū de nō alienādo, t.5.q.1.n.13.

Pignoris ius non extinguitur, etiam si aliquis rem pignori datam vsuceperit contra debitorem, ibid. n.12.

Pignora vbi iure creditoris, & ex pacto distrahit creditor, ipse, non debitor vendere intelligitur, t.5.q.13.n.2.

Pignora quæ vendūtur pro satisfaciēdis creditoribus an ipsi, vel per interpositā personā emere possint, t.5.q.13. à nu.6. & 8.

Pignora si quis emat à creditore, vel in publica subhastatione, an possit creditor ipse ex causa superuenienti facere emptori cōtrouersiā de dominio pignorum, ibid. n.11.

Pignoraticia actio creditoris longè vtilior est emptori pignoris, quàm vtilis ex empto actio, ibid. n.19.

Pignoraticia actio qualitèr maneat creditori, qui ex pignoris vēditione fuit satisfactus, vt eā emptori cedere possit, t.5.q.13. n.20.

Pignore vendito, aut insolutum dato, si euicta sit, an primæua actio duret: et quid stante protestatione, ibid. n.23.

Pignoris fructus lucratur maritus, interim quòd dos promissa ei nō soluitur: et an hoc priuilegium in eius cessionarium transferatur, t.6.q.2.n.41.

Pignus nominis an dicatur fieri in cōmodū debitoris, vel creditoris, t.8.q.2. num.15.

Pœna.

Pœnam vbi lex simplicitèr imponit, nec exprimit cui applicanda sit, ad Fiscum pertinet, t.2.q.4. n.31.

Pœnam falsi an incurrat notarius, qui commisit falsam in instrumento, vel iudicio nullo, t.2.q.5.n.4. & 5.

Pœnâ saltim extraordinariâ punitur testis, qui deposuit falsum in iudicio nullo, ibid.

Pœnæ clandestini matrimonij, an hodiè locū habeant post Concilium Tridētinū, per quod damnantur huiusmodi matrimonia, n.11

Pœnam priuationis an incurrat, qui nullitèr contraxit matrimonium cum ignobili, vel impura, ibid. n.14.

Pœna priuationis, vel quæ alia an incurratur ex alienatione nulla, ibid. n.28.

Pœna imposita fabricantibus falsam monetam, non incurritur si moneta nō sit expendibilis, ibid. n.31.

Pœnæ stellionatus locus non est, si cōtractus in quo committitur sit nullus, ibid. n.32.

Pœna quando incurratur ex cessione nulla, t.2.q.5. per tot. & à n.35.

Pœna commissi an incurratur ex eo, quòd vnus ex pluribus heredibus emphyteuticæ, non soluat canonem, t.4.q.3.n.20.

Pœnam quamquis incurreret si vendidisset, non incurritur propter promissionē de vēdendo, t.1.q.6.n.42.

Pœnam quam quis incurrit ex alienatione, non committetur si traditio non sit secuta: et quid si ficta traditio intercesserit, veluti per constitutum, ibid. à n.44.

Pœnam non incurrit debitor, nec moram, si non sit persona cui solutio fieri possit: adeò vt nec deponere, nec protestari teneatur, etiam si creditor minor esset, ibid. à n.53.

Pœnalis dispositio loquens de actore, an in reo procedat, t.2.q.4.n.29.

Pœna palinodiæ an hodiè in vsu sit: et vndè trahat originem, t.5.q.8.n.23.

Pœna l. si quis maior, C. de transact. *locum habet in fauorem heredis, successoris, vel cessionarij, in Miscell. t.6.n.24.*

Pœnam d.l. si quis maior, *an incurrat cessionarius, heres, vel successor eius, qui contraxit, ibid. à n.20.*

Pœnæ plus petentium quæ sint, & an eas cuitet, qui ante litem contestatam pœnituit, ibid. n.26.

Pœnas plus petentium an incurrat cessionarius, qui integrè agit ad debitū pro parte iam exactum à cedente, ibid. n.25.

Pœnitentia, pœnitere.

Pœnitentia an locum habeat in delictis, vt eorum pœnæ cessent, t.7.q.2.n.27.

Pœnitere potest qui cessit bonis, & actiones suas exercere, t.1.q.1.n.5.

Pœnitere an possit tertiº possessor, qui hypothecaria conuentus dimisit hypothecam, & soluendo eam recuperare, ibid. n.60.

Pœnitere potest qui renunciauit officium, vel beneficium extra manus superioris, t.2.q.5.n.20.

Pœnitere an possit, & à cōtractu discedere is

qui alienauit dūmodo dominus, vel Princeps concedat assensum, vel facultatem, vide assensus.

Positiones.

Positionibus an respondere debeat cessionarius, in Miscell. t. 6. n. 1.

Positionū non datur copia: et eis respondendum est sine præsentia aduocati, & procuratoris, quod fallit in rustico, ibid. n. 18

Positionibus etiam post lapsum 10. dierum executionis creditor, vel eius cessionarius respondere tenentur, ibid. n. 19.

Positionibus vt respondeat cedens rectè desiderat debitor cessus, ibid. n. 17.

Possessio, possessor, possessorium.

Possessor rei hypothecariæ actione conuētus si rem dimisit creditori, an possit pœnitere, & soluēdo hypothecā recuperare, t. 1. q. 1. n. 60.

Possessio an trāsferatur ex cōtractu nullo secuta traditione, t. 2. q. 6. n. 38. & t. 6. q. 5. à num. 13.

Possessio in incorporalibus an transferatur ex cessione nulla, t. 2. q. 5. n. 38.

Possessio an transferatur in incorporalibus ex traditione fictâ, ibid.

Possessio vera, & naturalis transfertur in successorem maioratus, per mortem vltimi possessoris, t. 3. q. 4. n. 7.

Possessio quæ in successorē maioratus transfertur per mortē vltimi possessoris, nō interrūpitur licèt alius de facto occupet possessionem, ibid.

Possessio vera, & naturalis transfertur in sequentem successorem per renunciationē, vel cessionem eius factam per vltimū possessorem, ibid. n. 8.

Possessor maioratus si renūciet maioratū, an cōpetant remedia possessoria: et intentari possit iudicium tenutæ, t. 3. q. 4. à n. 8.

Possessor maioratus tacitè rogatus censetur, vt post mortē suā restituat maioratū, n. 5.

Possessionē amittit, qui cōuētus rei vindicatione se possidere negauit: et propter mendacium possessio transfertur in aduersarium, t. 5. q. 3. n. 26.

Possessorij iudicij natura non alteratur, licèt in narratione libelli mentio fiat de proprietate, t. 6. q. 1. n. 18.

Possessor hereditatis pendente lite super hereditate an possit conuenire debitores hereditarios, t. 5. q. 9. n. 6.

Possessoria remedia competunt minori pro re à tutore, vel curatore nullitèr, & sine solemnitate alienata, t. 5. q. 11. n. 33.

Possessio defuncti in heredem eius sine apprehensione non transit, etiā si suus heres esset, t. 6. q. 5. n. 1.

Possessio rerum incorporalium per cessionem transfertur in cessionarium, ibid. n. 2.

Possessio, vel quasi rerum incorporalium cur magis in cessionarium, quàm in heredem transferatur, ibid. n. 3.

Possessionis incapax est hereditas, ibid.

Possessio rerū corporaliū per cessionē nō trāsit in cessionariū, & quādò secùs, ibid. n. 5.

Possessio acquisita virtute clausulæ constituti, an transeat in cessionariū instrumenti in quo interposita fuit, ibid. n. 6.

Possessio, vel quasi in incorporalibus an trāsferatur ex cessione nulla, ibid. n. 13.

Possessio nobis acquisita virtute constituti, aut precarij, an ad heredes nostros trāseat ibid. n. 7.

Possessoria remedia qualitèr cessionario competant, ibid. n. 16.

Possessio bonorum maioratus, quæ transfertur ex lege 45. Tauri, an in cessionarium maioratus transeat, ibid. n. 23.

Possessorium recuperandæ cedi potest, necnō & alia remedia possessoria, ibid. à n. 16.

Possessoria remedia competūt prouiso Apostolico, cui Camera Apostolica cessit possessionem beneficij antea captam nomine Cameræ, virtute Erebis, ibid.

Possessionem ingrediendi ius, & facultas an cedi possit, & transeat in cessionarium, ibid. n. 17.

Possidere si quis incipiat pendente iudicio, vel post sententiam, an condemnandus sit, vel contra eum executio sententiæ facienda, t. 6. q. 9. n. 14.

Potentior.

Potentior quis dicatur, tit. 2. quæstion. 4. à num. 1.

Potentiori cessio fieri non potest, ibid. à numer. 3.

Potentiori duplicitèr cessio fieri dicitur, ibidem n. 4.

Potentiori si cessio fiat alicuius iuris, super quo litem mouēdam esse speratur, an nulla sit, ibid.

Potentiori diuitiarum, aut priuilegij ratione, si actor cedat actionem, incidit in edictū de alienatione iudicij, *nō vero in pœnam*, l. 2. C. nè liceat potent. *ibid. n.* 7.

Potentiori actionem suam cedens, quas incurrat pœnas, t. 2. *q.* 4.

Potentior ratione officij, diuitiarū, aut priuilegij quis dicatur, ibid.

Potentiores an dicantur Senatores, ita vt eis cessio fieri non possit, ibid. n. 23.

Pontentiori sanguini coniuncto rectè cessio fit, ibid. n. 25.

Potentiori rectè fit cessio ex causa necessaria, ibid. n. 26.

Potentiori rectè fit cessio in vltima voluntate, ibid. n. 27.

Potentiori si cedat minor, vel Ecclesia, an restitutione indigeāt, vt euitēt pœnas, ibid. à n. 30.

Potentiores an dicātur Clerici, & Ecclesia, & an in eis procedat prohibitio cessionis, ibid. à n. 44.

Potentior an dicatur minor, ibid. n. 47.

Potentiores an dicantur officiales, & ministri Sancti Officij Inquisitionis, ibid. n. 60.

Potentiori si nullitèr cessio fiat, an pœna incurratur, t. 2. *q.* 5. *& à n.* 26.

Prælatio.

Debitor, qui nomen debitoris sui pignori dedit, si cōcurrat cū creditore ad exactionē, præferēdus erit creditor, t. 8. *q.* 2. *nu.* 16.

Extraneus, qui dedit pecuniā debitori sub annuo censu, vt ex ea dimitteret anteriorē creditorē cū pacto subingressionis, an in ius prælationis succedat, tā pro sorte, quā pro vsuris ex illo cēsu decurrēdis, t. 4. *q.* 1. *n.* 32.

Mutuans pecuniā ei, qui statim decessit, an præferatur alijs eius creditoribus, quasi videatur ex pecunia mutuata funeris impensam fuisse factam, ibid. n. 19.

In prælationē dimissi creditoris quādo succedat, qui ei soluit, vel pro illius dimissione mutauit pecunias debitori, vide subingressio.

Creditor posterior ex causa oncrosa, an præferatur creditori anteriori ex causa lucratiua, t. 4. *q.* 3. *n.* 27.

Creditor & debitor si cōcurrāt ad exactionē nominis obligati, quis præferatur, tit. 4. *q.* 4. *n.* 35.

Prælatio quæ datur emptori in casu euictionis pro sorte principali, eadem cōpetit pro litis expensis, t. 5. *q.* 5. *n.* 37.

Prælationis priuilegiū actioni de dote competēs, an trāseat in cessionarium. t. 6. *q.* 2.

Prælatione Fisco competenti an vtatur eius cessionarius, t. 6. *q.* 3. *n.* 26.

Cessionarij duo ab eodē cedēte si concurrant, quis eorū in exactione præferatur, t. 6. *q.* 8

Cedens & cessionarius si cōcurrant ad exactionem, quis potior sit, ibid. n. 9.

Creditor, qui nomen habebat obligatū, præfertur cessionario cui nomen fuit cessum, ibid. n. 12.

Creditor, qui nomē habebat obligatū, & cessum, an præferatur Curiæ emptori, qui emit nomē in publica subhastatione pro satisfaciēdis creditoribus, ibid. n. 13. *&* 17

Ex duobus cessionarijs quorū vnus fuit prior in cessione, alter in assensu, quis præferatur, ibid. n. 18.

Ex duobus cessionarijs quorum alteri purè, alteri sub conditione cessio fuit facta, quis potior sit, ibid. n. 19.

Fideiussor qui soluit, si virtute cessionis concurrat cum ipso creditore cedente, quis potior erit, ibid. n. 25.

Cessionarius redituum vnius anni, si concurrat cum cessionario reditnum alterius anni, & debitor integrè soluendo nō sit quis potior erit, ibid. n. 27.

Cessio nominis, vel cēsus si pro parte fiat duobus cedētis creditoribus, quis præferatur, n. 28.

Ex duobus cessionarijs eiusdem nominis ex causa emptionis, vel donationis, quis potior sit, ibid. n. 30.

Ex duobus instrumentis, vel cessionibus eiusdem diei, quid anterius præsumatur, & habeat prælationem, vide instrumētum.

Prælatus.

Prælatus Ecclesiæ non potest accipere cessionem contra Ecclesiam suam, t. 2. *q.* 6. *n.* 8.

Prælati factum, qui non implet modum donationi, vel contractui adiectū, an noceat Ecclesiæ, ibid. n. 2.

Præscriptio.

Præscriptio viæ executiuæ, an incipiat à tempore factæ schedulæ, vel chirographi priuati, an verò à die recognitionis eius, t. 1. *q.* 1. *n.* 66.

Præscribere an possit vasallus aduersus dominum aliquam, vel omnem obsequij speciem, t.3.q.6.n.28.

Præscribi non potest aduersus Episcopū omnimoda reuerentia ei debita, ibid.

Præscribere non potest emphyteuta, vel vasallus, qui se tales esse fatentur, seruitium vel pensionem, quæ soluitur in recognitionem dominij, ibid.n.30.

Præscriptione an acquiri possit ius se cooperiendi, & sedendi coram superiori, ibid. nu.31.

Præscriptione immemoriali non potest vasallus se eximere ab obedientia sui Principis, ibid.n.29.

Præscribitur pignus, vel hypotheca per tertium possessorem aduersus creditorē spatio 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes, etsi adesset pactum de non alienando, t.5.q.1.n.13.

Præscriptio trienij obstat aduocato, & procuratori agentibus pro salario, t.6.quæst. 11.n.16.

Præscriptio quæ obstaret cedenti, an obstet eius cessionario, ibid.n.15.

Præscriptio triennalis, vel quæuis alia quæ obstaret creditori, an obstet fideiussori, qui cessis iuribus agit contra debitorem principalem, ibid.n.16.

Præscriptio interrumpitur contra debitorē, & alios, per litis contestationem contra fideiussorem, ibid.n.18.

Præscriptionis exceptio concernit obligationem, aliquando tamen personam, ibid.n. 15.

Precarium.

Precarium, vel constitutum an habeant vim traditionis ad incursum pœnæ, tit.1.q.6. n.45.

Pretium.

Pretiū quod minor, vel Ecclesia accepērūt ex alienatione nulla an restituere teneātur, t.2.q.1.n.9.

Pretium est pars potissima, & substantialis contractus emptionis, & venditionis, t. 2.q.2.n.31.

Pretio accepto si fiat cessio, videtur facta titulo venditionis, t.1.q.4.n.39.

Pretium rei venditæ per minorem, vel tutorem eius siue solemnitate, an in eius vtilitatē versum præsumatur, t.5.q.11.n.35.

Pretium si habeat à lege punctum indiuisibile, quælibet fraus & deceptio iniusta est, t.6.q.10.n.3.

Pretio minori quam quo constitutus est census, an rectè cedi, vel distrahi possit, ibid. q.10.per tot.

Pretium iustum venditionum iurium ad vitam, quas facere solent maioratus possessores, quomodo æstimandum sit, ibid.à n. 15.

Pretium rerum triplex est, quorum quodlibet iustum, & naturale dicitur, ibid.numer.24.

Pretia rebus triplicitèr leges taxare solent, ibid.n.26.

Pretij vera numeratio an requiratur, vt cessionarius qui pecuniâ emit nomen, vel cēsum, agere possit contra debitorem, ibid. nu.60.

Pretij numeratio non requiritur in cessione vel venditione census iam constituti, sed sufficit confessio de recepto, ibid.n.63.

Primogenitura.

Primogenitura quid sit, t.3.q.3.n.2.

Primogenituræ diffinitio, ibid.n.2.& 3.

Primogenitus filius aliis fratribus dignior est, ibid.n.4.

Primogenituræ ius quod à lege, vel consuetudine defertur, cessibile non est, ibid.numer.6.

Primogenituræ effectus siue hereditatis paternæ expectatio cedi nō potest, ibid.n.8.

Princeps.

Princeps non potest derogare legibus, vocationibus, & conditionibus maioratuum, etiam in præiudicium eorum, qui nati nō sunt, t.3.q.4.n.37.

Princeps qualem habeat potestatem circa derogationem clausularum maioratuum ibid.

Priuilegium.

Priuilegia quæ dicantur personalia, vel realia, t.3.q.1.n.21.& t.6.q.2.

Priuilegium Fisco competēs, vt in bonis debitoris postea quæsitis aliis creditoribus præferatur, an extendatur ad dotem, t.3. q.7.n.3.

Priuilegia quæ competunt cedenti, an transeant in eius cessionariū, t.6.q.2.per tot.

Priuilegium dotibus cõceſſum vt nullas admittat retentiones, in ceſsionarium dotis transfertur, ibid.n.12.

Priuilegium doti conceſſum, quod eius inſtrumentum anterius præſumatur, tranſit in ceſsionarium dotis, ibid.n.14.

Priuilegium dotis vt pro ea repetenda bona fideicommiſſi alienari poſsint, an trãſeat in ceſsionarium, ibid.n.15.

Priuilegium eius, qui mutuauit ad rem emẽdam, an in ceſsionarium tranſeat, ibid.n.17.

Priuilegium immunitatis proſe, & ſucceſſoribus ad ſingulares ſucceſſores, & emptores bonorum an extendatur, tit.6.q.3.n.6.

Priuilegium fori competens cedenti, an in eius ceſsionarium tranſeat, ibid.n.13.

Priuilegia per plures Principes confirmata maiorem habent firmitatem, t.6.q.7.n.6.

Priuilegium nobilitatis ſi quis obtineat, nõ ex eo videtur fateri ſe eſſe ignobilem, imò conſeruat nobilitatem ſanguinis, quã habebat, ibid.

Probatio.

Probari poteſt per teſtes mandatum ad negotia: mandatum verò ad lites ſcripturã deſiderat, t.1.q.5.n.4. & 5.

Probari an poſsit ceſsio per iuramentũ, quod dicitur ſuppletiuum, ibid.n.11.

Probationis vnius ſi lex faciat mentionem, aliam non excludit, ibid.n.25.

Probatio certi, & determinati tẽporis, potior eſt incertæ, & dubiæ probationi, t.8.q.3.n.6.

Probatio conſanguinitatis in certo gradu, prefertur probationi conſanguinitatis in genere, ibid.n.7.

Probatio cõſanguinitatis, vt releuans ſit, an debeat probari cum diſtinctione gradaũ, vel ſufficiat probatio conſanguinitatis in genere, ibid.n.8.

Procurator.

Procuratori reuocato rectè ſoluitur, ſi ignoretur reuocatio, t.1.q.1.n.26.

Procurator conſtitutus ab eo, qui mutauit ſtatum, ipſo iure reuocatus cenſetur, ibid.n.36.

Procurator reuocatus de reuocatione nõ admonitus, ſi litem proſequatur, an iudiciũ conſiſtat ad vtilitatem domini, ibid.numer.29.

Procurator in rem propriam dicitur is, cui ceſſæ ſunt actiones, t.1.q.2.à nu.37.

Procurator in rem propriam dicitur ad quẽ ſpectat vtilitas actionis ceſſæ, ibid.n.38.

Procurator in rem propriam triplici modo conſtituitur, ibid.n.48.

Procurator qui ad gerendum actum habet ſufficiens mandatum, ſi dominum ratificaturum promittat, eius ratificatio neceſsaria non eſt, t.1.q.6.n.29.

Procurator vel aduocatus non punitur ex pacto de quota litis nullo, t.2.q.5.n.33.

Procuratorem in rem propriam poteſt debitor conſtituere, t.3.q.9.n.3.

Procurator in rem propriam ex parte debitoris, vel creditoris in quibus differant, ibid.n.23.

Procuratori, vel aduocato cedi non poteſt actio litigioſa, t.3.q.11.nu.19.

Procurator noſter ſi acquirat actionem, eam nobis cedere cogitur, idem in quolibet adminiſtratore procedit, t.4.q.9.n.4.

Procurator contrahens quãdo acquirat domino actionem ſine ceſsione, ibid.

Procurator noſter ſi rem emat, an eius rei dominium nobis acquiratur, ibid.n.26.

Procurator ad fideiubendum ſimpliciter cõſtitutus, an poſsit beneficio cedendarum renunciare, t.5.q.3.n.26.

Procurator poteſt apponere clauſulas cõſuetas: et iurare contractum, ſi id aſſuetũ ſit, t.5.q.3.n.17.

Procurator ad contrahendum, an poſsit conſtituti, & precarij clauſulã adiicere, ibid.n.16.

Procurator ad fideiubendum poteſt renunciare beneficio ordinis, & diuiſionis, ibid.n.17.

Procurator ad vendendum poteſt dominum de euictione obligare, ibid.n.18.

Procurator ad mutuum accipiendũ, an poſsit pecuniam ad cambium, & cum intereſſe accipere, ibid.n.19.

Procurator ad exigendum an poſsit ſine ſpeciali mandato cedere actiones, ibid.

Procurator falſus domino non præiudicat, t.5.q.9.n.3.

Procuratoris mandatum ſi iudex ſufficiens declarauit, an geſta per procuratorem domino

mino præiudicent, ibid.
Procurator ad vendendum, an possit bona sibi emere palàm, & bonâ fide, t.5.quæst. 13.n.7.
Procuratoris protestatio an proficiat domino, t.8.q.1.n.13.
Procuratori, vel negotiorum gestori an deferri possit iuramentum in litem, in Miscell.t.6.n.6.
Procurator io nomine cedens actionem, quãdò de stellionatu possit accusari, t.7.q.2. n.24.
Procuratorem se simulans pœnam falsi incurrit, & ad interesse tenetur, ibid.numer.24.
Procurator in rem propriam ex voluntate, quis dicatur, t.7.q.4.n.16.
Procurator si cedat domino ius ad rem, quã de eius mandato emerat, gabella non debetur, t.7.q.5.n.20.
Procurator agens nomine alieno an teneatur dominum defendere in causa reconuẽtionis: et quo modo compellendus sit, t.7.q. 4.nu.28.
Procurator in rem propriam an possit revocari. t.8.q.1.à num.25.

Professio.

Professionem emittere potest excommunicatus, t.6.quæst.11.n.50.

Prohibitio.

Prohibitio alienationis rerum Ecclesiæ à quo tempore incœperit, t.2.quæst.1.numer.10.
Prohibito vno actu omne id prohibitum censetur per quod peruenitur ad illum, ibid. n.49.
Prohibitio alienationis non extenditur ad alienationem necessariam, t.2.q.2.n.6.

Promissio, promittens.

Promittens, vel obligans soluere cuicumque literas, vel signum deferenti, si soluat falso nuncio, liberatur cedendo actionem, t. 1.q.3.n.27.
Promissio etiam inrata de cedẽdo, si nõ præcessit causa, non valet, t.1.q.4.n.18.
Promissio contrahendi testibus probari potest, licèt contractus requireret scripturã, t.1.q.5.n.31.
Promittens se obligaturum soluere creditoribus certo die, potest adueniente die cõueniri, ac si de præsenti se obligasset, t.1. q.6.n.2.
Promissio liberandi debitorem, pro liberatione habetur, ibid.n.3.
Promissio donandi donatio est, maximè fauore matrimonij, ibid.n.4.
Promissio de constituenda dote, idem operatur ac si constituta esset, ibid.n.5.
Promissio donandi prosequi nuptias pro donatione habetur, ibid.n.6.
Promissio de meliorãdo facta à patre vni ex filijs ex causa onerosa, si in vita non meliorauerit, melioratio pro facta habetur, ibid.n.7.
Promissio instituendi maioratum, vel de hereditando filiam, si non facta sit in vita patris, pro facta habetur, ibid.
Promissionem si faciat pater filio de instituẽdo maioratu in eius fauorem cum facultate Regia, si filius ante impetratam facultatem decedat, maioratus pro non facto habetur, ibid.n.10.
Promittens simpliciter donare, vel dotare, an possit in actu donationis conditionem vel grauamen adiicere, ibid.n.12.& 14.
Promissioni simplicitèr factæ potest apponi grauamen, vel pactum, quod venit tacitè ex legis dispositione. ibid.n.16.
Promissio meliorandi propriè melioratio nõ est, sed inducit obligationem meliorandi, quæ potest vsque in mortem differri, ibid. nu.20.
Promissio de meliorando in vita facta nõ indicatur vltima voluntas, licèt implemẽtum tempore mortis accipiat, ibid. numer.22.
Promissio de ratificando idem est ac ipsa ratificatio, si à promittente ipso sit facienda, ibid.n.28.
Promissio de renunciando pro renunciatione habetur, ibid.n.31.
Promissio faciendi, & factum diuersa sunt, quod multis exemplis demonstratur, ibidem n.23.
Promissio si fiat vni de vendendo, deindeque res vendatur alteri, secundus præfertur primo, quamuis traditio non interuenerit, ibid.n.34.
Promittens retrouendere an statim ad retrouendi-

trouenditionem cogi possit, ibid. n. 35.
Promittens vendere, si pretium accipiat, & rem tradat, an sine alia venditione transferat dominium, ibid. n. 36.
Promissio de cedendo, an cessio sit, t. 1. quæst. 6. per tot.
Promittens vendere rem, an ex ea promissione causetur gauella, & an debeatur gabellario, qui erat tempore promissionis, vel traditionis, ibid. n. 39.
Ex promissione de vendendo laudemium nõ debetur, ibid. n. 40.
Promissio de cedendo iuramentum nõ requirit, licèt in cessione necessarium esset, ibid. nu. 42.
Promittens vendere, non incurrit pœnam, quamuis eam incurreret si vendidisset, ibid. n. 43.
Promittens cum iuramento se non cessurum actiones, si postea cedat, cessio consistet, ibid. n. 72.
Promittens nulli alij nubere quàm certæ personæ, ad quid teneatur, ibid. n. 73.
Promissio iurata defuncti in heredem eius sub pœna periurij non transit, in Miscellan. t. 6. n. 22.
Promittens præstare hypothecas liberas, & nullis oneribus obnoxias, satisfacit præstando bona aliis obligata, si sufficientia, & idonea sint ad omnium onerum solutionem, t. 7. q. 2. n. 15.
Promittens debitorem idoneum præstare, ad quid teneatur, vide debitor.

Protestatio.

Protestatio an requirat scripturam, t. 8. q. 1. nu. 10.
Protestatio an duobus testibus rectè probetur, ibid. n. 11.
Protestatio an vna sufficiat, vel plures sint necessariæ, ibid. n. 12.
Protestationum materiam qui disputent, ibid. n. 13.
Protestatio præcedens quandò annullet actum subsequentem, ibid.
Protestatio quandò dicatur contraria facto, ibid.
Protestatio an fieri possit per procuratorem, ibid.
Protestatio clandestina quandò sufficiat, vel requiratur, vt parti intimetur, ibid. num. 13. & 14.

Protocolum.

Protocolum si non fiat instrumenti, an validum sit, t. 1. q. 5. n. 33.

Prouisus.

Prouisi duo in eâdem die de beneficio, alter à Summo Pontifice; alter ab ordinario, præfertur prouisus à Summo Pontifice, nisi prouisio ordinarij horam habeat, t. 8. q. 3. à n. 9.

Proximitas.

Proximitas ad succedendum in maioratu tẽpore mortis vltimi possessoris attenditur, adeò vt quæ postea superuenit non attendatur, t. 3. q. 4. n. 1. & 16.
Proximitas, vel qualitas ad succedendum in maiotatu, quem possessor renũciauit, aut cessit, an consideranda sit tempore cessionis; an verò tempore mortis cedentis, ibid. nu. 3. & 38.

Pupillus.

Pupilli debitor, aut creditor, eius tutor, vel curator esse non potest, t. 2. q. 6. n. 8.
Pupillus quatenùs teneatur, & conuentri possit ex facto, dolo, & contractu tutoris, t. 5. q. 11. à n. 11.

Q.

Qualitas.

Qualitas sanguinis cessibilis non est, t. 3. q. 2. n. 6.
Qualitas quæ superuenit post delatam successionem maioratus non attenditur, vt excludat alium, qui semèl fuit admissus, t. 3. q. 4. à n. 1. & 16.

Quarta.

Quartam de qua in authen. præterea, C. vnde vir. & vxor. *an lucretur sponsa in domum viri non traducta, tit. 4. quæst. 8. n. 6.*
Quarta falcidia ex pijs legatis non deducitur, & cuius damno id cedat, vide falcidia.
Quarta falcidia hodiè in vsu est, vide falcidia.

R.

Rata.

Vide verb. fideiussor, correus, tertius possessor.

Ratificatio.

Ratificatione aliâ opus non est, quandò quis ratificare promisſit quod fecit, t.1.quæſtion.6.nu.28.

Ratificatio dñmini neceßaria non eſt, quandò procurator, qui id ſolum cum mandatum habet, promiſsit dominum ratificaturum, ibid.n.29.

Recognitio.

Recognitio ſchedulæ priuatæ ſi facta ſit, an ab eo die incipiat currere præſcriptio viæ executiuæ; an verò à tempore factæ ſchedulæ, t.1.q.1.n.66.cum ſeqq.

Reconuentio.

Reconuentioni facta ex perſona cedentis an reſpondere teneatur ceſſionarius, t.7.q.4.nu.11.

Reconuentioni an teneatur reſpondere procurator ita vt aliàs agens audiri non debeat, ibid.n.28.

Reconuenire non ita vtilius eſt reo, quàm cõpenſare, ibid.n.30.

Redemptio.

Redemptio cenſus, vide cenſus.

Reditus.

Reditus percepti vltra legitimum pretiũ ex cenſu, vel iure annuo vendito, an quotannis cedere debeant in extinctionem ſortis principalis, t.6.quæſt.10.à num.34.

Reductio.

Reductioni cenſus ad legitimum pretium vbi eſt locus, an reditus vltra legitimũ pretium, & interoße accepti deb eãt quotannis cedere in extinctionem ſortis principalis, vide reditus.

Reductio cenſus reſeruatiui, vel emphyteutici an fieri debeat propter ſuperuenientem diminutionem bonorum, & hypothecarũ t.7.q.3.n.32.

Regnum.

Regnum cedi poteſt in ſequentem ſucceſſorẽ, t.3.q.3.n.21.

Renunciatio.

Renunciare, & cedere pro vno accipi ſolent, t.1.q.2.n.2. & in quibus differant, numer.13.

Renunciatio duplex eſt, alia translatiua, alia extinctiua, & vtriuſque exempla, ibidem à n.14.

Renunciatio propriè dicitur, quæ extinctiua iuris eſt, ibid.n.17.

Ex renunciatione iurium nõ debetur gabella ſecùs ex ceſſione, ibid.n.20.

Renunciationis, & ceſſionis finis diuerſus eſt, ibid.n.21.

Renunciatio requirit ſolum factum renunciantis; ceſsio verò ceſſionarij etiam factũ expoſcit, ibid.n.22.

Renuncians, vel cedens beneficio Eccleſiaſtico, an eius amittat poſſeſsionem, ibidem nu.25.

Renunciatio ex quibus præſumatur, ibidem nu.29.

Renunciandi promiſsio pro renũciatione habetur, t.1.q.6.n.31. & 32.

Renunciare non poteſt debitor in fraudẽ creditorum legatum, vel hereditatem iam agnitam, t.2.q.3.n.3.

Renunciatio iuris nondum quæſiti valida eſt in præiudicium creditorum: et quid ſi ſit Fiſcus, vel dos, ibid.à n.15.

Renunciare poteſt debitor meliorationẽ, vel maioratum ſibi delatum, in ſequentem in gradu, in præiudicium creditorum, ibid. n.18.

Renunciare an poſſit mulier lucra coniugalia in creditorum præiudicium, ibid.nu. 22. & quid in præiudicium legitimæ deſcendentium, vel aſcendentium, numer.23.

Renunciare poteſt maritus lecto quotidiano in præiudicium creditorum, ibid n.25.

Renunciare vel remittere an poſsit pater vſumfructum legalem, qui ſibi competit in aduentitiis filij, in præiudicium aliorum filiorum, vel creditorum, ibid.n.27.

Renunciare, vel repudiare an poſsit debitor in præiudicium creditorum, in foro conſcientiæ, ibid.n.35.

Renunciatio officij, vel beneficij Eccleſiaſtici ſi non fiat in manibus ſuperioris, renũcians poteſt pœnitere, t.2.q.5.n.20.

Per renunciationem maioratus vera eius vacatio inducitur, t.3.q.4.n.5.

Renunciationis, & mortis caſus æquiparatur, ibid.n.10.

Renunciatio maioratus facta in ſequentem ſucceſſorem, reuocatur ob ſuperuenientiã liberorum, ibid.n.29.

Renũciationẽ maioratus vel emphyteusis cõcessæ pro descendẽtibus potest filius postea natus reuocare, etiamsi ad dominũ reuersa iam esset, ibid. n. 34.

Renuncians maioratum in sequentem successorem, an de cedẽte eo sine liberis possit in maioratu renunciato succedere, ibid. n. 48.

Renunciari, vel cedi an possit ius futurum ex causa de futuro, t. 3. q. 10. n. 12.

Renunciatio verbis generalibus concepta, an comprehendat iura futura, ibid. n. 22.

Renunciare an possit donans insinuationi, maximè cum iuramento: et an generalis renunciatio sufficiat, vide insinuatio.

Renunciare an possit mulier iuri hypothecæ quod habet in bonis viri, t. 5. q. 3. n. 11.

Renunciari potest beneficio, & exceptioni cedendarum: et an specialis renunciatio sit necessaria, ibid. à n. 12.

Renunciare an possit beneficio cedendarum procurator simpliciter ad fideiubendum constitutus, n. 16.

Renunciare officium cogitur debitor, & eius titulũ exhibere, quoties venditũ fuit pro satisfaciendis eius creditoribus, t. 5. q. 8. n. 18.

Renunciari an possit maximè cum iuramẽto exceptioni simulationis, t. 8. q. 1. n. 4.

Renunciatio gratuita, vel donatio an rescindatur propter enormem læsionem, ibid. num. 24.

Repræsentatio.

Repræsentatio in retractu non admittitur, t. 3. q. 2. n. 8.

Rescriptum.

Rescriptum ad lites non transit cessa actione super quâ lis est, t. 3. q. 11. n. 28.

Rescriptũ ad lites personale est, & an transmittatur ad heredes, ibid.

Rescriptum vitiat falsa causa, t. 8. quæst. 1. n. 5.

Rescripta duo si vna die sint expedita, quod nam præcessisse præsumatur, t. 8. q. 3. n. 4. & 9.

Respublica.

Reipublicæ debitor ad eius officia eligi non potest, t. 2. q. 6. n. 9.

Reipublicæ creditor ad eius officia non admittitur, n. 10.

Reipublicæ expedit mulieres dotes saluas habere quibus melius nubere possint, t. 3. q. 7. n. 1.

Rempublicam ciuibus impleri summè expediens est, ibid. n. 2.

Restitutio.

Restituere grauatus post mortem incertæ ex certis personis, non potest in vita restituere, t. 3. q. 4. n. 35.

Restitutione in integrum non indiget Ecclesia, cuius bona alienata fuerunt sine solẽnitatibus, vt ea recuperet, t. 2. q. 1. n. 7.

Restitutio in integrum competit minori aduersus transactionem iuratam, si lasio enormissima intercenit: et quid si enormis tantùm fuit, à n. 50.

Restitutio in integrum an detur minori aduersus transactionem iuratam, propter læsionem enormem, maximè si bona alienata maiorum suorum essent, n. 54.

Restituere an quis possit præmaturè, & ante tempus fideicommissum, in præiudicium creditoris, vxoris, vel filiorum, t. 2. q. 3. n. 19.

Restitutio in integrum datur minoribus in delictis, quæ iure ciuili tantùm prohibẽtur, t. 2. q. 4. n. 30.

Restitutio in integrum datur minori, qui distraxit maiorum suorum bona, t. 3. q. 2. n. 5.

Restitutionis in integrum beneficium cedi potest, t. 3. q. 8. n. 42.

Restitutionis in integrum beneficium transit ad heredes minoris, ibid. n. 43.

Restitutio in integrum an detur minori aduersus non solutum canonem, ex quo inciderat in commissum, t. 4. q. 3. n. 20.

Restitutio in integrum an detur marito læso in bonis superlucratis, ex personâ mulieris minoris, t. 4. q. 8. n. 17.

Retentio.

Retinere an possit fundum, qui ratione illius hypothecaria actione conuenitur, vsque quò fructus pendentes percipiat, t. 1. q. 1. n. 59.

Retentionis beneficio qualiter se tueri possit tertius pignoris possessor, qui soluit creditori hypothecario, sine cessione, vide verbo tertius.

Retentionis ius sine cessione transfertur, tit. 4.

t.4.quæst.1.num.25.
Retentionis ius competit ei, qui emit pignus à debitore, sub eo pacto vt ex eius pretio dimitteret creditorem, licèt actum non fuisset de subingressione, t.4.q.2.n.3.
Retentio facilius conceditur, quàm actio, t. 4.q.7.n.29.
Retentio quandò cõpetat emphyteutæ propter melioramenta, & expensas factas in re emphyteutica, ibid.n.33.& 34.
Retinere quandò possit creditor pignus, vel hypothecam pro alio credito, t.5.q.1.à n. 28.
Retentionis ius transit cum re vendita sine cessione, t.4.q.7.n.28.

Retractus, retrahere.

Retractum rei immobilis, qui competit minori, cedere non potest sine decreto, t.2.q. 1.n.37.
Retractus ius an proprietario competat, si vsufructuarius fructus vendat, t.3.quæst. 1.n.15.
Retractus sanguinis cedi non potest, t.3.q.2. n.1.
Retractus sanguinis fuit admissus, nè bona immobilia extra familiam exirent, ibid. n.2.
Retractus bonorum odiosus est, & non extenditur ad personas, quibus retrahere nõ est permissum, ibid.n.7.
Retractus sanguinis an transmittatur in heredem, si lis super retracto contestata iam fuisset per defunctum, ibid.à n.9.
Retractus sanguinis an rectè cedatur in remotiorem consanguineum, in præiudicium proximioris, ibid. n.15.
Retractus ius non competit emphyteutæ, etiam si dominus bona emphyteutica alienasset, ibid.n.18.
Retractus ius competit domino emphyteusis, si res emphyteutica distrahatur, ibid. n.19.
Retractus ius competens domino directi dominij cedi non potest, ibid.à n.20.
Retractus competens domino directi dominij, vel fundi domino, quoties fructus vendit colonus, vel emphyteuta, alij cedi non potest, ibid.n.22.
Retractus competens rationi communionis cedi non potest, ibid.n.27.
Retractus ius competens domino census trãsit in emptorem, & cessionarium census, ibid.n.31.
Retractus ius ex pacto competens an cedere possit, qui omnia bona sua donauerat, ibidem n.40.
Retractus conuentionalis ius si legetur, an heres teneatur præstare pretium ad retrahendum; vel satisfaciat cedendo actionẽ, ibid.n.38.
Retractum petere non potest consanguineus, qui conceptus non erat tempore venditionis, t.3.q.4.n.17.
Retractus ius an competat vni ex conductoribus decimarum, vel aliorum redituum, si alter ius suum cedat extraneo, t.3.quæstion.5.n.13.
Retractus ius, quod alias cedi non potest, ratione inopiæ, & necessitatis rectè in aliũ transfertur, t.3.q.6.n.21.
Retractus ius an competat vasallis, qui alienantur, t.3.q.6.n.33.
Retrahere potest rem venditam quilibet ex pluribus heredibus domini directi dominij, t.4.q.6.n.28.
Retractus ius quod venditor habet, si alij vendat, aut cedat, angabella, & quotuplex debeatur, t.7.q.5.à n.17.

Reuocatio, reuocatoria.

Reuocare potest debitor cessionem bonorum & concursum à se factum, ante acceptationem creditorum, t.1.q.1.à n.13.
Reuocare depositum quandò possit is, qui deposuit, & quid in deposito iudicis auctoritate facto, ibid.à n.17.
Reuocatio procuratoris si ignoretur, rectè ei soluitur, ibid.n.26.
Reuocatio procuratoris si ignoretur, valet iudicium, & sententia lata cum eo, ibidem n.28.
Reuocatus ipso iure censetur procurator cõstitutus ab eo, qui mutauerat statum, ibidem n.36.
Reuocare possunt creditores alienata in eorũ fraudem, non verò ea quæ debitor omisit acquirere, t.2.q.3.n.6.
Reuocatio voluntatis, vel fideicommissi an colligatur ex actu nullo, t.2.quæstion.5.à n.21.
Reuocari quandò possit per cedentem cessio iurium

iuriam ab eo semèl facta, tit.8.quæst.1.à num.25.

Reuocare an possit quis mãdatum, per quod mãdauit debitori suo, vt alteri soluat, ibidem num.26.

Reuocari an possit procurator in rem suam, si nondùm interuenit vnum de contentis in l.3.C.de nouationib.n.28.

Reuocare non potest mercator literas, quas scripsit soluendas in alterius fauorem, ibidem nu.27.

Rubricæ.

Rubricæ titulorum quandò ius faciant, t.1. quæst.1.nu.5.

Reus.

Reus conuentus qui non possidebat, si pendente iudicio, vel post sententiam possidere incipiat, an condemnandus sit, & executio contra eum facienda, t.6. quæst.6.à num.44.

S.

Salarium.

Salarium an debeatur filio in potestate, naturali, vel emancipato, qui in rem patris laborauit, t.3.q.6.n.6.

Salarium an debeatur priuigno, ibid.

Salarium quomodò exigendum sit à debitore, quandò accidit vt census, vel creditum in plures personas diuidatur, tit.3.quæstion.12.n.40.

Salarium si non sufficiat pro omnibus Senatoribus tàm emeritis, quàm actu seruientibus, quis eorum præferatur, tit.3.quæstion.3.n.28.

Salaria aduocatorum, procuratorum triennio præscribuntur, t.6.q.11.n.16.

Salaria an possit iudex delegatus, vulgo pesquisidor, *à quolibet reorum insolidũ exigere, t.5.q.6.n.4.*

Salui anum.

Saluianum interdictum cedi potest, & transfertur simùl cum actione cessa, t.6. q.5.n.18.

Scholaris.

Scholares quandò pro iuribus sibi cessis possint trahere debitores cessos ad suum fortũ, t.2.q.4.à n.52.

Scholari si donent simul pater, & extraneus, & simùl cedant actionẽ, an in totũ cessio vitietur quò ad fori priuilegiũ, ibid.n.59.

Scholaris an possit expelli à domo conductâ, ad proprium vsum conductoris, t.3.quæstion.2.n.23.

Scientia.

Scientiam cessionis quomodocumque habere an sufficiat, vt debitor cessus nõ possit soluere cedenti, t.8.q.2.à n.17.

Scriptura.

Scripturam an requirat protestatio, tit.8.q. 1.n.10.

Scripturam requirit mandatum ad lites, t. 1.q.5.n.5. & quid in substitutione mandati, ibid.n.8.

Scriptura nõ requiritur, nisi in casibus à iure expressis, t.1.q.5.n.12.

Scripturã requirit mandatũ ad exigendum. ibid.num.2.

Scripturam si requirat contractus, per epistolam fieri non poterit, ibid.n.15.

Scriptura dupliciter solet requiri, vel pro substantiâ, vel ad probationem, ibid.n.16

Scriptura si requiratur pro substantia, non proficit probatio per testes, ibid.n.17.

Scripturam qui contractus requirant, ibidem n.30.

Scripturam si requirat contractus, necessaria non est in promissione de contrahendo, ibid.n.31. & q.6.n.41.

Scriptura vbi requiritur, an contractus sine eâ obliget in foro conscientiæ, ibid.n.32.

Sententia.

Sententia lata cum eo, qui cesserat bonis, an subsistat, si litigans ignorauit cessionem, t.1 q.1.n.14. & 21.

Sententia cum debitore lata, præiudicat creditoribus, nisi ipse iam bona obligata haberet, t.1.q.1.n.32.

Sententia lata cõtra emphyteutam, eius creditoribus præiudicat, ibid.n.33.

Sententia lata contra cedentem ius litigiosum, an possit sine nouo processu exequi cõtra cessionarium, tit.3.q.11.n.6.

Sententia addictionis an possit exequi aduersus eum, qui pendente executione rem emit à debitore, t.3.q.11.n.7.

Sententia absolutoria executione nõ indiget, quia se ipsam exequitur, t.3.q.11.n.12.

Sententia lata contra vnum ex pluribus reis credendi, aliis non præiudicat: licèt in vnius fauorem prolata aliis prosit, tit.3.q. 12.n.14. & 2.4.q.6.n.33.

Sententia lata per iudicem laicum vbi exequi potest contra clericum, an compulsio debeat fieri per Ecclesiasticum iudicem, vel sæcularem, t.4 q.4.n.19.

Sententia lata aduersus debitorem, exequi potest contra depositarium, vel commodatarium bonorum eius, ibid.

Sententia lata per iudicem ordinarium, an possit ab eo exequi contra debitorem condemnati, exemptum à potestate ordinaria ibid.n.22.

Sententia lata aduersus vnum ex pluribus heredibus, alijs non nocet; prodest tamen si in eius fauorem pronuncietur, t.4.q.6. n.33. & t.3.q.12.n.14.

Sententia lata aduersus vnum ex fideicommissarijs, non nocet ei, si rursus pro partibus aliorum cessis sibi iuribus agat, t.4.q. 6.num.33.

Sententia lata contra fideiussorem, an possit exequi etiam pro expensis litis contra debitorem principalem, tit.5.quæst.5.numer.45.

Sententia si plures reos, vel debitores simpliciter condemnet, pro rata condemnati censentur, t.5.q.6.à n.1.

Sententiã falsa causa vitiat, tit.8.quæst.1. num.10.

Sententia lata contra cedẽtem an obstet cessionario, t.8.q.2.n.33.

Sententia inferioris, & inhibitio superioris si eiusdem dici sint, præsumitur inhibitionem fuisse posteriorem, t.8.q.3.n.15.

Sepulchrum, sepultura.

Sepulchrorum iura an cedi possint, t.3.q.8. à nu.20.

Sepulchrorum iura an transeant in heredes, fideicommissarios, vel maioratuũ successores, ibid.n.22.

Sepulchrius, quod in heredem extraneum transit, cedi, & vendi potest, ibidem numer.23.

Seruitus.

Seruitus vt constituatur quilibet heredum insolidum agit, t.4.q.6.n.26.

Seruitutes tàm vrbanorum, quàm rusticorum prædiorum indiuiduæ sunt, quæ nec pro parte apti, constitui, aut amitti possunt, ibid.

Seruitus competens fundo an trãseat in emptorem sine cessione: et quid de iure pro constituenda seruitute, tit.4.quæst.7.à nu.8. & 12.

Simulatio.

Simulans se procuratorem pœnam falsi incurrit, & ad interesse tenetur, tit.7.q.2. num.24.

Simulatio vitiat contractum etiam inratũ, t.8.q.1.n.3.

Simulationis exceptioni an renunciari possit maximè cum iuramento, ibid.n.4.

Simulationis exceptio an impediat viã executiuam, ibid.

Simulatio ex quibus probetur, vel excludatur, ibid.

Simulatæ non præsumuntur cessiones accessoriæ, t.1.q.3.n.8.

Socer.

Socer an possit carcerari ad instantiam generi, t.6.q.11.n.40.

Socius, societas.

Socius, si res communis vendatur, præfertur pro eodem pretio alij extraneo licitanti, t.3.q.2.n.34.

Societatis ius cedi non potest, nec quouis titulo in alium transferri, t.3.q.5.n.1.

Societate in coeundâ industria personæ attẽditur, ibid.n.2.

Societas vt in alios transeat, an pacto effici possit, ibid.n.4.

Societas morte finitur, & ad heredes non transit, ibid.n.5.

Societas an transeat in heredes, si ab initio iuramento interposito actum fuit, vt ad eos transiret, ibid.n.6.

Societas an trãseat in heredes ex speciali defuncti voluntate, ibid.n.7.

Societas vestigalium an ad heredes protrahatur, ibid.n.8.

Societas cum herede ex quibus renouata cẽseatur, ibid. n.9.

Sociis & contra socios actiones tàm actiuæ quàm passiuæ dantur, ibid.n.11.

Socius vnus non potest alium in socium admittere, t.3.q.5.n.14.

Socius si admittat alium in socium, quò ad eum valebit admissio, nõ quò ad alios, nisi admissioni consentiãt, ibid.n.15. & 16.

Societatis ius vt socius in alium transferat, an sufficiat tacitus aliorum consensus, ibidem n.20.

Societatis ius vbi de consensu alterius socij in alium transfertur, & ceditur, an societas finiri debeat per mortem cedentis, vel cessionarij. ibid. n. 21.

Societas vniuersalis communicat omnia bona, quæ socij habent tempore societatis, nō verò nomina debitorum, nisi cessio, aut mandatum interueniat, t. 4. quæstion. 8. num. 22.

Socius si rem emat nomine societatis, vel proprio nomine, qualitèr res empta aliis socijs acquiratur, ibid. n. 23.

Socius an possit agere sine cessione ex contractu gesto per alium socium, ibidem a numer. 24.

Socij si faciant diuisionem nominum societatis inter se, an sola adiudicatio sufficiat vt agere possint, vel necessaria sit cessio, ibidē num, 28.

Societas si ad quæstum contrahatur, quomodò iura, & actiones inter socios communicentur, ibid. n. 29.

Socius an possit mutuas pecunias ad cambium, & sub vsuris accipere, ibidem numer. 30.

Socius vt ex contractu alterius socij teneatur, & conueniri possit, necesse non est, vt pecuniæ in vtilitatem societatis conuertantur, ibid. n. 32.

Socius vbi ex alterius socij cōtractu tenetur, an insolidum, vel pro ratâ tantùm societatis debeat conueniri, ibid. n. 34.

Socius, & consors delicti si soluat insolidū, non potest petere contra alios iurium cessionem: aliud procedit in quasi maleficiis, t. 5. q. 6. à n. 4.

Socius negans se socium, iura societatis amittit, t. 5. q. 3. n. 22.

Solemnitas.

Solemnitates quæ necessariæ sint ad alienationem bonorum immobiliuṁ minoris, t. 2. q. 1. n. 2.

Solemnitates quæ necessariæ sint in alienationibus bonorum immobilium Ecclesiarum, ibid. n. 3.

Solemnitatem eandem requirit mandatum ad alienandum, quàm alienatio ipsa, ibidem num. 5.

Solemnitates necessariæ si non interueniant in alienatione rerum Ecclesiæ, alienatio est nulla, nec restitutio in integrum est necessaria, ibid. n. 7.

Solemnitatibus necessarijs non interuenientibus, si res minorum, vel Ecclesiarum alienentur, dominium non transfertur, & eis rei vindicatio competit, ibid. num. 8.

Solemnitas eadem requiritur in alienatione census Ecclesiæ, vel minoris, quæ necessaria est in alienatione immobilium, ibid. nu. 32.

Solemnitatibus an indigeant minores, vel Ecclesiæ transigentes super hereditate, fideicommisso, vel iureis nondum acquisitis, ibid. n. 48.

Solemnitates requisitæ ad alienationem, nō requiruntur in alienatione necessaria, t. 2. q. 2. n. 7.

Solemnitates requisitæ in cessione per legem vel statutum, non requirantur in cessione necessaria, ibid. n. 9.

Solutio, soluens.

Soluens procuratori reuocato rectè soluit, si ignorat reuocationem, tit. 1. quæstion. 1. num. 26.

Soluens alteri, quàm legitimæ personæ, quādò excusetur propter ignorantiam, ibid. nu. 27.

Soluens ignorantèr ei, qui fecerat concursum creditorum, liberatur, ibid. n. 41.

Soluens ei cum quo contraxit liberatur, & si filius familiàs, Monachus, vel prædo esset, ibid. n. 45.

Soluens creditori putatiuo, an consequatur liberationem, ibid. n. 46.

Solutio facta heredi putatiuo, an noceat vero heredi, ibid. n. 47.

Soluere an teneatur tertius hypothecæ possessor creditori hypothecario in foro conscientiæ, ibid. n. 61.

Soluens falso nuncio, qui signum, vel literas portabat, an liberetur cedendo actionem contra eum, t. 1. q. 3. n. 27.

Soluere quis non compellitur ei, qui mandatum ad exigendum per testes probare intēdit. t. 1. q. 5. n. 3.

Soluendi bis periculo si debitor se exponat, potest desiderare, vt sibi præstetur cautio indemnitatis, ibid. n. 29.

Soluere quis non potest in alio loco, quàm in eo vbi solutio est destinata, titul. 1.

quæſt.6.num.48.& 50.
Soluere ſi quis promittat certo die, eo aduenientepoteſt cogi ad ſoluendum, ac ſi de præſenti ſe obligaſſet,t.1.q.6.n.2.
Solutio ſi ſit deſignata in certo loco, & creditor in alio loco conuenerit reum, & condemnauerit, electio creditoris eſt, vt malit accipere ſolutionem,ibidem numero 51.
Soluere qui promiſſit in certo loco, vt moram incurrat,tenetur creditor in eo loco idoneam perſonam habere,quæ recipiat ſolutionem, ibid.n.52.
Solutionem alibi cogitur creditor accipere, quàm in loco deſignato, ſi ſoluat ei debitor intereſſe ratione loci,ibid.n.56.
Soluere ante diem adiectum ſolutioni in fauorem creditoris an poſſit debitor ſi dilationis intereſſe offerat ſoluere,ibid.nu.60.
Solutionẽ rectè recuſat accipere creditor, ſi adſit rumor mutationis monetæ, ibidem nu.61.
Solutio quandò facienda ſit ad domũ creditoris,ibid.à n.48.
Soluere ſi quis teneatur aliquid ratione reuerentiæ,ſolutio eſt facienda ad domũ creditoris,ibid.
Solutio rectè fit adiecto ſolutionis cauſâ,t.3.q.6.nu.15.
Soluere tenetur debita, & ſalaria is cui ex lege,vel conſuetudine bona Eccleſiæ vacãtis pertinent,t.3.q.9.n.37.
Solutione vnicâ qui liberatur,ſi plures facere cõpellitur,grauari dicitur,tit.3.quæſt.12.n.10.
Solutio,& exactio partium magna incommoda adfert,ibid.
Solutio ſi facienda ſit in domicilio creditoris, non poterit illud mutare in præiudicium debitoris,ibid.n.11.
Solutio eo in loco facienda eſt,in quo debitũ peti poteſt,ibid.n.18.
Soluens Fiſco, an in eius iura ſuccedat ſine ceſſione,t.4 q.1.n.31.
Soluere canonẽ an poſſit creditor pro emphyteutâ debitore ſuo,nè incidat in cõmiſſũ, & quid poſt incurſam caducitatem, t.4. q.3.n.17.& 22.
Soluere pro debitore quilibet etiam extraneus poteſt,etiam inuito eo.& ignorante, ibid.n.17.
Soluens pro alio,eo inuito liberat eum, non tamẽ aget actione negotiorũ geſtorũ,ibid.
Soluens pro alio eius iuribus non præiudicat,ibid.n.19.
Solutionem ab alio,quàm à debitore accipere tenetur creditor,ſi id in damnum ſuum non cedat,ibid.n.20.
Solutionem an differre poſſit debitor,qui cõuenitur à creditore creditoris ſui, donec inſtrumentum obligationis ſibi non traditur,& qualitèr ei conſulatur, tit.4.q.4. nu.23.
Soluens pro debitore an poſſit creditorem cogere ad cedendum iura,& actiones ſuas, t.5.q.1.n.3.
Soluenti pro debitore ſi ex pacto cedenda ſit actio, an ceſſio contra cedentem fieri debeat,vel ſi ſimplicitèr ceſſa ſit actio,contra cedentem poſſit retorqueri, t.5.quæſt.2. nu.22.
Soluens debitum alienum an poſſit poſt ſolutionem petere iurium ceſſionem,t.5.quæſtion.4.n.29.
Soluens pro alio,poteſt ab eo quod ſoluit actione negotiorum geſtorum repetere, ibidem nu.40.
Soluens alitèr,vel pinguiùs quã debebat,poteſt condicere quod ſoluit,ibid.n.47.
Soluens creditori non oppoſita exceptione cedendarum,quandò poſſit condicere quod ſoluit,ibid.n.45.
Soluens pro alio ſortem cum vſuris, ſi ceſſionem obtinuit,an poſſit ab eo exigere vſuras vſurarum,t.5.q.5.à n.53.
Soluens ceſſionario virtute ceſſionis falſæ nõ liberatur,t.5.q.9.n.2.
Soluens alij,quàm creditori non liberatur, ibid.
Soluens falſo procuratori liberationem non conſequitur,ibid.
Soluens falſo,vel putatiuo heredi an liberetur,ibid.n.4.
Soluens famulo creditoris portanti falſum ſignum,vel mãdatum,an liberetur, ibid. nu.14.
Solutionem factam poſteriori creditori quãdò anterior poſſit auocare, tit.6.quæſt.6. num.29.
Solutionem factam poſteriori creditori, an poſſit auocare ceſſionarius nominis, ibid. num.30.

Solutio, vel redemptio an fieri possit in moneta in qua emptus fuit census; licèt constitutus fuisset in argentea, t.6. quæst.10. n.49. & 58.

Solueus cessionario quod revera non debebat cedenti, repetere potest, t.6. quæst.11. n.30.

Soluens per errorem omissa compensationis exceptione, repetere potest soluta, tanquàm indebitum, ibid. n.31.

Soluens partem debiti, an integrum debitum agnouisse censeatur, ibidem numero 32.

Solui non potest creditori habenti directam actionem, si vtilis actio in alium legis ministerio sit translata. titul.8. quæstion.2. num.34.

Soluens creditori eum rectè compellit, vt reddat instrumentum debiti, & eius faciat liberationem, t.7 q.1. n.3.

Solutio facta cedenti post cessionem, quandò liberet debitorem, titul.8. quæst.2. à numer.12.

Soluere an possit debitor creditori suo, si nomen quod ipse debet alij fuit pignoratum, ibid. à n.14.

Soluere vt non possit debitor cessus cedenti, an sufficiat quòd qualitercumque habuerit notitiam cessionis, ibid. à n.17.

Soluere non potest debitor delegatus creditori suo, qui eum delegauit, ibidem numer.19.

Soluere nõ potest debitor cessus creditori suo, postquàm cessionarius litem contestatus fuit, vel aliud interuenit, de quibus in l.3. C. de nouationib. ibid. à n.20.

Solutionis vim habet partita bancharia, t.7. q.3. nu.43.

Spes.

Spes succedendi in maioratu cedi potest sequenti successori, remotiori autem vel extraneo non item, t.3. q.3. n.9.

Spes substitutionis, vel fideicommissi, an ante diem, vel conditionem cedi possit, tit.3. quæst.6. n.18.

Spes competens ex contractu conditionali, donari, & cedi potest: et confiscatis bonis transit ad Fiscum, t.3. q.10. num.11.

Spes fallacissima res est, & an sit in commertio, & eâ priuari quis possit, ibidem num.12.

Spolia Episcoporum.

Spolia Episcoporum, & de eorum materiâ, t.3. q.9. n.39.

Spolia Episcoporum quibus pertinent, creditoribus, & famulis soluere tenentur, ibid.

Sponsus, sponsalia.

Sponsalia de præsenti sufficiunt, vt lucris coniugalibus, & eorum communicationi sit locus, t.4. q.8. n.3.

Sponsus, & sponsa de præsenti in fauorabilibus pro viro, & vxore reputantur, ibidem n.4.

Sponsa in domum viri non traducta, an lucretur quartam, de qua in authen. præterea, C. vndè vir. & vxor. ibidem num.6.

Spõsæ in domum viri traductio, & cohabitatio an necessaria sit, vt lucra coniugalia communicentur, ibid. n.5.

Stellionatus.

Stellionatum cõmittit qui vendit, vel alienat post formatum concursum creditorũ, t.1. quæst.1. n.39.

Stellionatus pœnæ locus non est, si contractus in quo committitur sit nullus, t.2. q.5. n.32. & t.7. quæst.2. n.22.

Stellionatum committit, qui debitum iam exactum iterùm in iudicio petit, in Miscell. t.6. n.26.

Stellionatus criminis an reus sit cessionarius qui agit ad debitum exactum per cedentem, ibid. n.25.

Stellionatus crimen vndè dicatur, & apud quas gentes sit frequens, t.7. quæstion.2. à nu.4.

Stellionatus nomen omnia delicta, quæ nomen certum non habent, comprehendit, ibid. à n.2.

Stellionatum committit, qui rem non suam, vel alij specialitèr obligatam alienat, vel obligat, non expresso onere, ibidem numer.6.

Stellionatum non committit qui res generaliter obligatas specialitèr obligat: vel qui specialitèr obligatas generaliter obligauit ibid. n.9.

Stellionatum non committit vendens rem generalitèr obligatam, & satisfacit si emptori caueat de indemnitate, ibidem num.10.

Stellionatus accusatio, & pœnæ cessant, si res duobus obligata sufficiens esset ad eorum satisfactionem, ibid. nu. 14.

Stellionatū an committat cedens actionem, quā non habebat, vel quam alij antea cesserat, ibid. à n. 16.

Stellionatum committit donans rem duobus diuersis temporibus, ibidem numero 18.

Stellionatus accusationi quo tempore præscribatur, ibid. n. 28.

Stellionatus pœnæ quandò cessent, & quomodo euitentur, ibid. n. 25.

Stellionatus pœnæ an euitentur ex pœnitentia, & quid in alijs delictis, ibid.

Stellionatus criminis damnatus an incurrat infamiam, ibid. n. 26.

Stipulatio.

Stipulationes, & contractus in id inuenti sunt, vt vnusquisque quod sua interest stipuletur, t. 4. q. 9. n. 1.

Stipulari alter alteri non potest, ibidem numer. 2.

Stipulari non potest mater pro filio, nec pater pro filio emancipato, ibid. n. 3.

Ex stipulatione tertij quandò nobis acquiratur actio: et quid in Ecclesia, dote, vel causa pia. ibid. à n. 28.

Stipulatio an requirat causam, tit. 1. quæst. 4. n. 21.

Stuprum.

Stupratam virginem à filio, an possit cogi pater dotare, t. 2. quæst. 6. nu. 19.

Successio.

Successio ex iure primogenituræ competens duplex est, t. 3. q 3. n. 5.

Successionis ius, seu spes succedendi in maioratu, sequenti successori rectè ceditur, remotiori verò, aut extraneo non item, t. 3. quæst. 3. n. 9.

Successio maioratus in pendenti esse non potest, sed actu veloci legis quærit successorem, t. 3. q. 4. n. 14.

Successio maioratus non potest transitum facere de vna linea ad aliam, quousque omnes de prima linea defecerint, ibidem num. 15.

Succedentes in alterius ius, veluti Fiscus, Prælatus, & vxor, quandò possint agere, vel conueniri ex contractu eius, in cuius locum successerunt, in Miscellan. titul. 4. nu. 17.

Subhastatio.

Subhastationes quæ necessariæ sint in alienatione bonorum immobilium Ecclesiæ, & per quot dies sint faciendæ, t. 2. quæstion. 1. nu. 6.

In subhastatione publica pro satisfaciendis creditoribus si res ematur, an possit emptor molestari per alios creditores, titul. 4. quæst. 2. num. 21.

Subhastata bona, & adiudicata creditori potest debitor recuperare cum fructibus, soluto debito cum interesse, tit. 5. quæst. 1. num. 29.

Submissio.

Submissionis pactum in heredem, & singularem successorem transit, titul. 4. q. 6. num. 20.

Submissionis pacto non solùm creditor principalis, sed eius cessionarius vtitur aduersus debitorem cessum, vel eius heredem, t. 6. q. 3. num. 13.

Subrogatio, subingressio.

Debitor soluens creditori in eius iura non subintrat, t. 4. q. 1. à n. 2.

Correus soluens creditori, in eius iura sine cessione non succedit ibid. n. 5.

Fideiussor soluens non subingreditur locum creditoris sine cessione, ibid. n. 6.

Tertius pignoris possessor soluens creditori, si cessionem non obtinuit, quod ius habeat, ibid. à n. 7.

Creditor hypothecarius si soluat anteriori creditori, in eius ius sine cessione subintrat ibid. n. 15.

Creditor chirographarius si soluat creditori anteriori, in eius locum sine cessione non succedit, ibid. n. 15.

Extraneus soluens ex suis pecuniis creditori, si cessionem non habuit, in eius ius non ingreditur, ibid. n. 16.

Mutuans pecuniam debitori, vt ex ea dimittat creditorem, quandò in eius iura succedat, ibid. à n. 19.

Tertius, vel chirographarius creditor si soluant creditori, in eius actionem priuilegiatam personalem succedunt, etiam sine cessione, ibid. n. 25.

Maioratus possessor, qui ex suis pecuniis rede-

redemit censum impositum cum facultate Regia super bonis maioratus, an succedat in ius creditoris, sine cessione, ibid. n.26.

Possessor maioratus an possit mutuas pecunias accipere ad redimendum censum, quem soluit maioratus, cum pacto subrogationis, & subingressionis, ibid.

Maioratus possessor si cum Regia facultate accipiat mutuas pecunias ad extinctionem censuum maioratus, ita vt mutuantes subroget in locum priorum censuum, an si nullitatem patiantur, eadem opponi possit mutuanti, & eius successoribus, ibid. n.29.

Soluens Fisco an in eius iura succedat sine cessione, ibid. n.31.

Extraneus, qui dedit pecuniam debitori sub annuo censu, vt dimitteret, creditorem cum pacto subingressionis, an in eius anterioritatem succedat, etiam pro reditibus ex censu decurrendis, ibidem numero 32.

Emens pignus à debitore, cum pacto vt ex pretio dimittat creditorem, & in eius ius succedat, subingreditur eius locum sine cessione, t.4.q.2.n.1.

Emens pignus, vt ex pretio dimittatur creditor, si de succedendo in eius locum actum non fuit, in eius ius, & prælationem non subintrat, nisi ad effectum excipiendi, & retinendi, tit.4.quæst.2.numer.3.

Emēs pignus à creditore an in eius ius succedat, an verò pignoris dominium acquirat, ibid.n.18.

Subrogatus in omne ius, an videatur subrogatus quò ad reditus, & fructus decursos ante subrogationem, titul.6.quæst.6. num.18.

Substitutio.

Substitutionis, vel fideicommissi ius, an rectè cedatur, tit.3.quæst.8.num.18.

Syndicatus.

Magistratus dum in syndicatu est qualitèr sit honorandus, & de pœnis eorum qui eum offendunt, tit.3.quæstion.3.numer.20.

T.

Tabellio.

Tabellio falsitatem committens in instrumēto, vel iudicio nullo, an pœnā falsi incurrat, t.2.q.5.n.4.& 5.

Tenuta.

Tenutæ iudicium an possit intentari in Regio Consilio, si possessor maioratus illum renunciauit vel cessit, t.3.q.4.& n.8.& 9.

Tertius.

Tertius hypothecæ possessor liberatur dimittendo hypothecam, t.1.quæst.1.num.51.

Tertij possessoris recognitio, & obligatio solùm operatur, vt possit conueniri pro eo tempore quo possidet, ibid.n.54.

Tertius possessor quis dicatur, ibidem numero 55.

Tertius possessor conuentus hypothecaria actione, tēpore quo fundus plenus erat fructibus, an possit fundum retinere, vsquequò fructus percipiat, ibid.n.59.

Tertius possessor, qui hypothecaria conuentus elegit dimittere, & dimisit hypothecam, an possit pœnitere, & soluendo eam recuperare, ibid.n.60.

Tertius hypothecæ possessor an in foro conscientiæ soluere teneatur creditori hypothecario, ibid.n.61.

Tertius possessor, qui conuentus à creditoribus dimisit hypothecam si rursus conueniatur à venditore, in pristinam obligationem reincidit, ibid.n.63.

Tertius pignoris, vel hypothecæ possessor præscribit aduersus creditorē spacio 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes, quamuis adesset pactum de non alienando, t.5.q.1.n.13.

Tertius pignoris, vel hypothecæ possessor, siue sponte, vel coactus soluat, an possit petere iurium cessionem: et quid si iniustus pignoris possessor sit, ibid.à n.21.

Tertio possessori soluenti an creditor actiones suas cedere teneatur, etiam contra se, tit. 5.quæst.2.n.8.

Tertius possessor vt cogere possit creditorem ad soluendum, an teneatur ei offerre creditum aliud, etiam posterius, ibid.n.14.

Tertius possessor qui soluit, si virtute cessionis aduersus alium compossessorem agat,

an contra se cedere cogatur, ibid. n. 20.
Tertio possessori hypothecaria actione conuẽto an competat exceptio cedendarum aduersus creditorem, qui aliam hypothecam, vel fideiussorem liberauit, ibidem num. 39.
Tertio hypothecæ possessori, an actiones rectè cedantur post solutionem, t. 5. quæst. 4 n. 25.
Tertius possessor, qui soluit non obtenta cessione, an possit agere aduersus principalem debitorem, vel compossessores, ibidem n. 39.
Tertius possessor qui soluit, si virtute cessionis agat aduersus compossessores, an in solidum, vel pro rata eos conuenire debeat, t. 5. q. 5. à n. 18.
Tertius possessor agens virtute cessionis contra alios compossessores an teneatur cedere contra se, t. 5. q. 5. n. 19.
Tertius soluens pro alio sortem cum vsuris, an possit si cessionem obtinuit, ab eo exigere vsuras vsurarum, ibid. à n. 53.
Tertius possessor, qui soluit, & cessionem habuit, an possit pro omni credito cesso agere, licèt ipse partem tantùm eius numerasset, t. 6. q. 10. n. 51.
Tertius possessor soluens creditori in eius iura non succedit sine cessione, t. 4. quæst. 1. n. 7.
Tertius possessor, qui sine cessione soluit anteriori creditori, an doli exceptione se tueri possit aduersus dominum pignoris, vel hypothecæ, & alios creditores posteriores, licèt in iustus possessor esset, t. 4. quæstion. 1. n. 8
Tertio pignoris creditori soluenti an ius tantum excipiendi, an verò agendi etiam ius competat, ibid.
Tertius pignoris possessor qui soluit, an possit beneficio retentionis se tueri etiam aduersus creditores anteriores, ibid. n. 12.

Testamentum, testator.

Testator si iusserit distrahi aliquod prædium, vendi poterit sine decreto, & solemnitatibus requisitis in alienatione immobilium minoris, tit. 2. q. 2. nu. 8.
Testandi licentiam potest pater vni ex filijs concedere, licèt ex eo desinat acquirere, t. 2. q. 3. n. 29.
Testamentum filij possunt pater, vel mater approbare quamuis ex eo alij filij lædantur, ibid. n. 30.
Testandi libera licentia, quam pater filio cõcedere potest, an iurata esse debeat, ibidem n. 32.
Testamenti executor an possit cedere officium suum alteri, tit. 3. quæstion. 1. numer. 43.
Testator si leget aliquam quantitatem ad opus pium perficiendum, si opere facto aliqua quantitas supersit, ad quem pertinere debeat, t. 4 q. 5. n. 35.
Testator si vni ex heredibus onus æris alieni iniungat, an creditor aduersus eum agere debeat, t. 4. q. 6. n. 4.
Testamenta duo eiusdem diei vnius testatoris si appareant, præfertur quod horã habet, t. 8. q. 3. n. 11.

Testis.

Testibus probatur instrumentum deperditũ, t. 1. q. 5. n. 21.
Testibus probari potest mandatum ad negotia, ibid. n. 4.
Testibus cessio probari potest, t. 1. quæst. 5. per tot.
Testis deponens falsum in iudicio nullo quomodo puniatur, t. 2. q. 5. n. 5.
Testis an possit esse cedens contra cessionariũ & eius testimonium qualitèr ei præiudicet, t. 8. q. 2. n. 42.
Testis an possit esse cedens pro cedente, ibidem.
Testes consanguinei cedentis an possint esse testes pro cessionario, ibid. n. 43.

Thesaurarius.

Thesaurarij Regij si soluant virtute singraphæ falsæ, vel alij quàm creditori, an liberentur, t. 5. q. 9. à n. 20.
Thesaurarij Regij an vti possint pecuniis, & earum dominium in eos transferatur, ibid. à n. 20.

Titulus.

Titulorum rubricæ quandò ius faciant, t. 1. q. 1. n. 5.
Titulus, & causa pro vno accipi solent, & in quibus differant, tit. 1. quæst. 4. à numer. 2.

Titulus in materia cessionis quid sit, ibid. n.6.

Titulus & causa superueniens an confirmet cessionem, quæ sine titulo, & causa fuit facta, ibid. n.9.

Titulus Ducis, Marchionis, vel Comitis, quas præheminentias habeat, & quis eorum sit maior, t.3.q.3.n.18.

Titulus Ducis, Marchionis, vel Comitis an possit concedi ei, qui solùm habet iurisdictionem, ibid. n.19.

Titulus Vicecomitis, quam dignitatem habeat, & de eius præheminentijs, ibid. n.20.

Titulus nouus an acquiratur ex causâ transactionis, siue res tradatur, vel dimittatur, t.6.q.7. per tot.

Titulum nouum obtinentes non ex eo fatentur antiquum cuius virtute possidebant nullam esse, ibid. n.5.

Titulos plures quis obtinere potest ad maiorem securitatem, & cautelam, ibidem n.6.

Titulus nouus an acquiratur ex transactione, quæ fit cum cessione iurium, ibid. per tot.

Titulus non requiritur in cessione necessaria, t.1.q.4.n.42.

Traditio.

Traditio si secuta non sit, non incurrit quis pœnam impositam ei, qui alienauit, tit.1. q.6.n.44.

Traditio ficta veluti per constitutum, aut precarium non sufficit ad incursum pœnæ, nisi interueniat actualis traditio, ibidem n.45.

Traditio incorporalibus, & cessio in incorporalibus à pari procedunt, t.1.quæst.4. n.13.

Transactio.

Transactio, vel remissio facta per heredem putatiuum, an vero heredi noceat, tit.1. quæst.1.num.47. & t.5.quæst.9.à numer.4.

Transactio facta per minorem, vel Ecclesiã sine solẽnitatibus subsistit, si res immobilis super qua trãsigitur, penes eos maneat, secùs si dimittatur, t.2.q.1.n.46.

Transactio super re maioratus consistit, si res super qua transigitur penes maioratum maneat, ibid. n.47.

Transactionem an facere possit minor, vel Ecclesia super fideicommisso, vel hereditate eis nondum acquisita, ibid. n.48.

Transactionem etiam iuratam si faciat minor, restituitur in integrum si læsio enormissima interueniat, & quid si læsio enormis tantùm fuit, ibid. à n.50.

Transactio etiam iurata per maiorem 25. annis nulla est, si læsio enormissima interueniat, ibid. n.51.

In transactione magis quàm in alijs cõtractibus maturum iudiciũ requiritur, ibidem n.55.

Transigere an possit pater super aduentitijs filij, t.2.q.6.n.29.

Transactio super alimentis quandò cõsistat, t.3.q.8.n.29.

Transactio an possit fieri post sententiam pẽdente executione eius, tit.3.quæstion.11. n.26.

Transactio si ex vna parte non impleatur, an possit altera pars ab ea discedere, vel agi debeat ad implementum, tit.8.quæst.1. n.21.

Transigere, paciscì, vel liberare debitorem an possit cedens in præiudicium cessionarij, t.8.q.2.à n.24.

Transactio facta cum vno ex pluribus reis debendi, an alijs prosit, tit.5.quæst10.7. n.13.

Transactio facta cum vno ex tutoribus an alijs prosit, ibid.

Transactio, vel liberatio facta cum herede putatiuo, an vero heredi noceat, t.5.quæstion.9.à nu.4. & tit.1.quæstion.1.numer.47.

Transactio, aut rem tradendo, aut dimittendo perficitur, t.6.q.7.n.1.

Transactio de rebus maioratus siue res possessori tradatur, siuè dimittatur, nouũ ei titulum non præstat, sed commodum maioratus est. ibid. n.2.

Transactio an nouum titulum præstet transigenti, vel ex priori rem habere censeatur, ibid. per tot.

Transactionis causâ acquisita per heredem grauatum de restituendo, an ipsi, vel fideicommissario acquirantur, ibidem numero 2.

Transactio subsequens an nouet titulũ priorem

rem, ibidem num.4.

Transactionis causâ si res tradita evicta sit, an evictioni sit locus; & quid si res ipsa tradatur super qua lis erat, ibidem numero 10.

Transactionis causâ rem super qua lis est dimittens, non intendit dominium transferre, sed tantùm à lite discedere, ibidem num.14.

Transactio quandò super lite, et quandò super re litigiosa fieri dicatur, ibidem numero 22.

Transactionis causâ sive res tradatur, sive dimittatur, an debeatur gabella, ibidem num.21.

Transactionis causa rem tradens, vel dimittens, an præstet possessori usucapiendi cõditionem, ibid.n.13. & 16.

Transactioni, & pacto cedentis non potest contravenire cessionarius, & an si contraveniat, incidat in pœnã, tit.6.in Miscell.à num.20.

Transmissio.

Transmitti an possit retractus sanguinis in heredem, in quo qualitas sanguinis deficit, saltim si lis per defunctum contestata fuisset, t.3.q.2.à n.9.

Transmissibile, & cessibile est pactum de retrouendendo, t.3.q.2.à n.37.

Transmissibile quicquid est, nõ seguitur quod sit cessibile, t.3.q.8.n.2.

Transmissibile est quicquid cedi potest, ibidem.

Transmitti, & cedi potest ius eligendi, ibidem nu.5.

Transmissibile est ad heredes fideicommissum vniuersale, & singulare, ibidem numer.6. & 7.

Transmissibilis est in heredes obligatio conditionalis ex cõtractu, non verò ex testamẽto, t.3.q.10.num.9.

Transmitti an possint actiones pœnales, & aliæ quæ ex delicto descendunt, tit.5.q.6.num.36.

Transmitti an possit fideicommissum cõditionale ex præsumpta defuncti voluntate, tit.3, in Miscell.n.12.

Transmitti an possit bonorum possessio contra tabulas, ibid.n.10.

Tutela, tutor.

Tutorem, cui solui possit, si non habeat pupillus, cessant vsuræ pupillares, nisi debitor esset qui legitimus tutor esse debebat, tit.1.q.6.num.54.

Tutor qui nõ potest cõuenire ad redditionem rationũ nisi in loco administrationis, an alibi respõdere teneatur, si soluatur ei interesse ratione loci, & actor suis sumptibus rationes deferre paratus sit, ibid.n.58.

Tutor in cuius electione est restituere fundum minoris, vel eius æstimationem, non potest sine decreto restituere fundum, t.2. quæst.1.n.42.

Tutor si cedat obligationem alternatiuam minoris, ad rem mobilem, aut immobilem an ex euentu pendeat validitas cessionis, ibid.nu.43.

Tutelam filiorum amittit mulier per cõtractum matrimonij etiam nulli, tit.2.quæstion.5.n.6.

Tutor non potest accipere cessionem contra pupillam, etiam post finitam tutelam, t.2.q.6.à num.1.

Tutor esse non potest, qui debitor, aut creditor est pupilli, ibid.n.8.

Tutor vocatus ad tutelam in casu mortis, vocatus censetur in casu renunciationis, vel remotionis tutoris, t.3.q.4.n.11.

Tutor an possit pecunias ad cambium, & sub vsuris accipere, & quid de prælato, socio, & alijs, t.4.q.8.n.30.

Tutor negans se tutorem esse, an amittat beneficium diuisionis, titul.5. quæstion.3. num.30.

Tutor vnus qui solidum soluit, quandò aduersus contutores cessionem possit desiderare, vel vtilis actio sine cessione competat, t.5.q.6.à n.13. & q.7.n.18.

Tutorem vnum habere, magis quã duos expedit ens est pupillo, t.5.q.7.n.1.

Tutores plures in solidum tenentur, nisi testator, vel iudex inter eos diuiserint tutelam, ibid.n.2.

Tutor vnus si contradicat aliorum administrationi, quid faciendum sit, ibid.n.3.

Tutores licèt inter se diuidant tutelam, adhuc pupillo in solidum tenentur, ibidem num.4.

Tutoribus, qui in solidum pupillo tenentur, lex quatuor indulget beneficia, ibidem num.5.

Tutori, qui non administrauit, an competat ordi-

ordinis beneficium, ibid.n.6.
Tutor vnus ex pluribus qui non administrauit, si soluendo non sit, an debeat prius ad contutores, quàm ad magistratum, qui eum nominauit, deueniri, ibid.n.8.
Tutor per beneficium diuisionis consequitur, vt alter qui administrauit tutelam, excutiatur, ibid.n.9.
Tutori in solidùm conuento cedenda sunt iura aduersus contutores, ibid.à n.11.
Tutor, aduersus quem pupillus in solidum agit, potest eum repellere exceptione cedendarum, si actiones suas aduersus contutores cedere non valeat, ibid.
Tutori soluenti vtilior est cessio actionum, quàm vtilis actio, ibid.n.19.& 26.
Tutelæ actio tacitam habet hypothecam cũ prælatione, ibid.n.19.
Tutor, qui ex proprio, vel communi dolo solidum soluit, cessionis beneficio indignus est ibid.n.28.
Tutor reliquatus si non soluit, an carcerandus sit, quamuis esset nobilis, tit.5.quæst.8.num.9.
Tutor, vel curator non possunt auctorizare minorem, ad eorum commodum, titul.5.q.20.nu.10.
Tutor, qui bona fide rem alienam quasi pupilli distraxit, de euictione non tenetur, sed vtilis in pupillum actio competit, t.5.q.11.n.9.
Tutor, qui sine solemnitatibus rem alienam quasi pupilli esset alienauit, an de euictione teneatur, ibid.n.31.
Tutoris factum quatenùs præstet pupillus, t.5.q.11.à n.9.
Tutoris dolus qualitèr noceat pupillo, & ex eo teneatur, ibid.
Tutor si oblitem malitiosè institutam in expensis litis condemnetur, an executio sententiæ fieri possit in bonis minoris, ibidem à num.27.
Tutor, vel curator si alienent bona minorum sine solemnitatibus, possunt sine aliqua excussione bona alienata vindicari per minores, ibid.a nu.31.
Tutelæ actio si cedatur, an cum suo priuilegio transeat in cessionarium, tit.6.quæst.2.num.2.

(***)

V.

Valor.

Valor contractus, vel actus an pẽdeat ex futuro euentu, t.2.q.1.n.43.
Valor actionis minuitur si exactio à pluribus sit facienda, t.3.q.12.num.15.

Variatio.

Variare non poterit qui nominauit ad emphyteusim, si nominato iura sua cessit, tit.6.quæst.8.n.5.

Vasallus.

Vasalli quæ seruitia, & obsequia dominis suis præstare teneãtur, tit.3.quæst.6.numer.24.
Vasalli dum alloquuntur dominum, an stare debeant capite deoperto, vulgo en pie, y descubiertos, *ibid.n.25.*
Vasalli an teneantur osculari manum domini: et quod iuramentum ei præstent: et an genibus glexis præstandum sit, ibidem num.25.
Vasalli quod obsequium in his Regnis præstent dominis suis, ibid.n.27.
Vasallus an præscriptione se tueri possit, vt aliquod obsequium tantùm; vel nullum præstet domino suo, ibid.n.31.
Vasallus etiam præscriptione immemoriali nõ potest se eximere ab obediẽtia sui Principis, ibid.n.29.

Venditio, vendens.

Vendens, & alienans post formatũ concursum creditorũ, stellionatum committit, t.1.q.1.n.39.
Venditio liberi hominis, rei sacræ, & religiosæ, quo sensu subsistat, ibid.n.40.
Vendere, & cedere pro vno accipiuntur, t.1.quæst.2.n.2.
In vẽditionibus quid operetur clausula cessionis iurium, *t.1.q.3 n.10.*
Venditionis titulo dicitur facta cessio, quæ pretio accedente fit, t.1.quæstion.4.numero 39.
Vendere si quis promittat vni, deindeq; vendat alteri, secundus præfertur primo, quamuis traditio non interueniat, t.1.q.6.n.34.
Vendere qui promisit pretio accepto, simulque tradidit, an sine alia venditione transferat dominium, ibid.n.36.

Ven-

Vendere promittens non incurrit pœnam impositam vendentibus, ibidem numero 43.

Vendere nulli alij quàm mihi si quis iure iurando promittat, valet venditio alij facta, & quando secùs, ibid. n. 71.

Venditor, qui in venditionis actu cauit de speciali hypotheca rei venditæ, præfertur in ea aliis emptoris creditoribus, t. 2. q. 2. num. 22.

Venditio, & alienatio si sit nulla, stellionatus pœna locum non habet, t. 2. quæst. 5. num. 32.

Vendita re in publica subhastatione, an possit emptor molestari per alios creditores, etiam anteriores, t. 4. q. 2. n. 21.

Venditiones publicæ non facilè sunt retractandæ, ibid. n. 24.

Vendita re, vel fundo, transeunt in emptorē iura realia competentia ratione illius rei, vel fundi: actiones verò personales non transferuntur, nisi cedantur, tit. 4. quæst. 7 num. 1.

Vendita re, vel fundo an transeat in emptorem quæcumque seruitus, siue ius fundo pertinens, licèt cessam non sit, ibidem à num. 8.

Vendita hereditatis portione suâ per coheredem, an portio hereditaria postea deficiēs ad eum, vel ad venditorem spectet, vide hereditas.

Vendito, vel cesso censu, an pēsiones eius decursæ nondum exactæ, venditæ aut cessæ censeantur, vide census.

Vendito censu emphyteutico, an transeant in emptorem tus declarandæ caducitatis incursæ ante venditionem, vide census.

Vendito fundo locato, an pensiones decursæ, nondum exactæ, cessæ, & venditæ censeantur, vide locatio.

Vendito pignore, an videatur cessa, & vendita pignoraticia actio competens creditori, vide pignus.

Vendita re, vel fundo, transit in emptorem ius excipiendi, & retinendi, sine cessione, t. 4. q. 7. n. 28.

Vendita re à qua quis fuit spoliatus, an trāseat in emptorem sine cessione interdictū recuperandæ possessionis, ibid. n. 35.

Vendere inuitus nemo compellitur, præterquàm in aliquibus casibus, t. 5. q. 1. n. 5.

Venditio quæ iure creditoris fit, & ea quæ iudicis auctoritate in publica subhastatione celebratur, in quibus differant, t. 5. q. 13. n. 6.

Vendens, vel locans dolia vitiosa, si cōueniatur ad damna, liberatur si cedat actiones suas contra fabrum à quo dolia habuit, t. 5. q. 14. n. 18.

Venditiones, quas facere solent maioratus possessores alicuius iuris, vel census pro tempore vitæ suæ, quandò ex modicitate pretij possint impugnari, tit. 6. quæst. 10. à nu. 15.

Vendens, vel obligans rem non suam, vel alij specialitèr obligatam, non expresso onere, stellionatum committit, tit. 7. quæst. 2. num. 6.

Venditor census tenetur certiorare emptorē de oneribus, & hypothecis bonorū super quibus imponitur, ibid. n. 7.

Vendens rem sub generali obligatione bonorum comprehensam, stellionatum non cōmittit; & satisfacit si emptori caueat de indemnitate, ibid. n. 10.

Venditio rei specialitèr censui perpetuo suppositæ nulla est; secùs si generalis tantùm obligatio esset, ibid. n. 12.

Venditio rei censui redimibili obligata valet, cogitur tamen venditor rem liberare, aut idoneè de indemnitate cauere, ibidem num. 13.

Venditor census tam constituti non tenetur de euictione, quam uis aliquæ hypothecæ eius sint euictæ, tit. 7. quæstion. 3. numero 36.

Venditor hereditatis non tenetur de euictione, etiam si singulæ eius res euincantur, t. 7. q. 5. n. 14.

Venditor hereditatis etiam post venditionem conueniri potest à creditoribus hereditarijs, t. 3. q. 8. n. 33.

Vidua.

Viduæ coruscant radiis, & dignitate maritorum, & Comitissæ, & Ducissæ appellātur, t. 3. q. 3. n. 29.

Vidua propter stuprum an amittat medietatem lucrorum coniugalium, t. 3. quæst. 7. n. 33.

Vidua an possit vsuras dotis nō solutæ exigere à promissore, sine cessione hereditatis mariti, t. 4. q. 8. n. 41.

Vniuersitas.

Vniuersitas vt teneatur de damno dato in eius territorio, an statuto iustè caueri possit, t.5.q.6.n.29.

Vniuersitas vbi teneatur de damno dato in eius territorio, si soluat, potest petere iuriã cessionem, vel vtili actione, sine cessione agere contra eum qui damnum dedit, ibidem.

Voluntas.

Voluntas declaratur ex actu nullo, t.2.q.5. num.21.

Vsucapio.

Vsucapi potest contra debitorem res, quam pignori dederat, vel hypothecæ, non tamen ex eo ius pignoris, vel hypothecæ extinguetur, t.5.q.1.n.12.

Vsucapiendi conditionem an acquirat is pœnes quem dimittitur res ex causa transactionis, t.6.q.7.à n.13.

Vsura.

Vsuræ pupillares cessant si minor non haberet tutorem, cui solui possit, nisi debitor esset, qui legitimus eius tutor esse debebat, t.1.q 6.n.54.

Vsuræ criminis grauitas, & pœnæ, tit.3.q. 12.n.26.

Vsurarium contractum nulla consuetudo licitum efficere potest, & an saltim à pœna excusset, ibid.à n.25.

Vsurarios contractus non potest Princeps permittere, nec super eis dispensare; nec etiam Summus Pontifex, ibid.n.28.

Vsurarij heredes an insolidum, vel pro rata teneantur ad restitutionem vsurarum, t. 4.q.6.n.3.

Vsuras dotis non solutæ an possit vidua exigere à promissore, sine cessione heredũ mariti, t.4.q.8.n.41.

Vsuræ dotis promissæ an soluto matrimonio debeantur mulieri, vel marito, ibidem.

Vsuras vsurarum an possit exigere virtute cessionis, qui pro alio soluit sortem cum vsuris, t.5.quæst.5.à num.53. Vbi de tertio, fideiussore, & alijs soluentibus sortem cum vsuris.

Vsuras si potest exigere creditor à debitore, an priuilegium illud transferatur in eius cessionarium, tit.6.quæstion.2.à numer.27.

Vsuræ dotis retardatæ quando vidua debeantur, ibid.n.35.

Vsuras vel interesse dotis retardatæ maritus iustè exigit à dotis promissore, vel debitore, ibid.n.39.

Vsuras quas exigit Fiscus, an & eius cessionarius iustè exigat, ibid.

Vsuræ perceptæ vltra legitimum pretium census, vel alterius iuris annui venditi, an quotannis cedere debeant in extinctionem sortis principalis, t.6.quæstion.10.à num.34.

Vsus.

Vsus cedi, aut alienari non potest, & quid in vsu alicuius syluæ, vel montis, t.3.quæst. 1.num.16.

Vsufructus, vsufructuarius.

Vsumfructum amittit vsufructuarius, qui illum extraneo cedit, t.2.quæstion.5.numer.2.

Vsumfructũ legalem, quem habet pater in aduentitijs filij, an possit remittere, vel renunciare in creditorum, vel aliorum filiorum præiudicium, tit.3.quæstion.3. num.27.

Vsusfructus per patrem filio remissus an debeat ei in eius legitimam imputari, ibid. num.28.

Vsufructui, quẽ habet pater in aduẽtitiis, non potest filius præiudicare contrahendo, testando, aut deliquendo, tit.2.quæst. 6.à num.16.

Vsufructu proconstituendo actio, an rectè cedatur, t.3.q.1.n.13.

Vsufructuarius si vẽdat fructus, an proprietario ius retrahendi competat, ibidẽ numer.15.

Vsusfructus si cedatur, an cedentis, vel cessionarij mors expectanda sit, tit.3.quæst.5. num.27.

Vsusfructus in dotem datus marito, & soluto matrimonio locatus, aut venditus mulieri, an per eius, vel mariti mortẽ debeat extingui, ibid.nu.38.

Vsusfructus nominis, quod ego debeo, vtilitèr mihi relinquitur, titul.3.quæst.9.numer.10.

Vsufructuarius omniũ bonorũ, vel quotæ hereditatis, an à creditoribus cõueniri possit, ibid.n.17.

Vsufructuarius quæ onera soluere teneatur, ibid.

Vsufructuarius à lege iura actiua habet, & passiua aduersus eum competunt, ibidem num.19.

Vsufructuarius an sine cessione proprietarij agere, vel exigere possit, ibid.nu.18. & in Miscell.t.4.n.23.

Vsufructuario census, an proprietario debeat fieri redemptio, t.6.q.6.n.19.

Vsusfructus ius, aliaue commoditas, si pro tempore vitæ cedatur, aut vēdatur, quod sit iustum eius pretium, titul.6. quæst. 10.à n.15. & 22.

Vxor.

Vxor an possit renunciare lucris coniugalibus in præiudicium creditorum, vel filiorum, t.2.q.3.n.22. & .23.

Vxor si se opponat executioni factæ in bonis mariti, causa efficitur ordinaria: et exquibus similes oppositiones excludantur, t.3. q.7.à n.26.

Vxoris, & viri appellationes sponsa, & spōsus in fauorabilibus continentur, t.4.q.8. nu.4.

Vxor, quæ tenetur stare locationi factæ per virum, an possit sine cessione heredum eius agere etiam executiuè contra conductorem propersionibus, ibid.n.42.

Vxor simul se obligans cum marito, censetur fideiussisse, quia ad maritum omnis pecunia peruenisse præsumitur, t.5.q.3.n.3.

LAVS DEO.